fi. imò etiam quandoq; contra propriam cōfeſsionē
auditur excuſatio. inf. de accuſa. cum dilecti. ſed & cō
tra tales eſt remedium annotationis bonorū. ff. & C.
de requiren. reis, per totū. So. ſecundum Hoſt. hæc lo-
cum habent, quando in modum accuſationis, inqui-
ſitionis, uel denunciationis proceditur, & etiam quā-
do tanquam de notorio agitur, ſed is, qui dicitur deli
quiſſe, præſens eſt, & locus eſt inficiationi, ſiue excu-
ſationi. quam proponit, ut in eiſdem iuribus apparet.
unde & ſi accuſetur quis de maleficio, nō ſufficit pro
bare maleficium, niſi & probetur qualitas facti, ſcili-
cet ꝙ homicida inſultū fecit, & occidit, & ſic de aliis.
aliàs locus eſt inficiationi, argumen. de reſtitu. ſpolia.
olim. 1. & c. cum ad ſedem: ſecus in his, quæ inficiari
non poſſunt, in quibus delinquens male conſcius fu-
git, latitat, uel obmuteſcit, uel friuolam excuſationē
proponit, ut ludens feci, de præſumptio. c. 1. ſecundū
Innoc. & Hoſti. finaliter tamen ipſe Inn. dixit & poſt
cum Hoſtien. plus ſibi placere, quod non ſolum fa-
ctum; ſed etiam poſſeſsio, & contractus poſſeſsionis
poſſunt eſſe notoria, licet in eis raro debeat procedi
ſm formam notorii, ſicut & raro pceditur in eis ſm
formam inquiſitionis, Inn. & Hoſt. quorum quaſi ad
literam ſunt hæc uerba notata per eos, inf. c. proxi. [*&*
16 *ibi, Tergiuerſatione celari*] exemplificant †hic Inn. & Hoſ.
inf. c. proxi. in eo, qui mulierem ſuſpectam ſecum te-
net in domo, uel lecto, & quia confitetur, uel non
diffitetur: uel qui filios habet de aliqua muliere, infra
de diuor. l. ſignificaſti. inter alia maleficia pōt dici no-
torium adulterium, & homicidiū. & dicitur notoriū
facti, quod pluribus notum eſt, & ſi circunſtantiæ nō

ſint

ſint notæ,quæ excuſant, uel aggrauāt maleficium,ut
quia iudex eſt, qui occidit, uel alius, ſed ad ſui defen-
ſionem.23.q.5.cum homo,& c.regū, & c.non eſt cru
delis. uel adulter dicitur non teneri, quia ignoranter
illam cognouit,uel quia ſuppoſita fuit, uel cōſangui-
nitatem ignorauit. 34.q.2. in lectum. ſed certe in hoc
caſu,quando quis tenet aliquam pro uxore, nō uide-
tur locum habere proceſſus notorii: quia tunc nō eſt
notum peccatum,licet notum ſit factum, quod non
eſt de genere peccatorum.& hoc niſi conſanguinitas
ſit notoria non coniugibus tantum, ſed & aliis ita, ꝙ
poßit cēſeri notoriū, de diuot.porrò.nec eſt neceſſe,
ꝙ notæ ſint omnes circūſtantiæ maleficium excuſan
tes:alias nullum maleficium cēſeretur notorium.uix
enim poſſet occurrere maleficiū, quod non haberet
aliquam circunſtātiam, per quam poſſet excuſari, de
accuſa.cum dilecti.ſed contra non dicitur factum no
torium, niſi quando non eſt locus inficiationi, & qñ
non poteſt ulla tergiuerſatione celari, ut hic.a.q.1.de
manifeſta.So. non intelligas,ꝙ maleficium non poſ-
ſit excuſari. ſed ſi id, quod dicitur maleficiū, adeo eſt
euidens,quòd non poteſt celari, quin ſit factum,no-
torium cenſetur,& habet locum proceſſus ſine ordi-
ne iudiciario. proceſſus autem iſte extraordinarius,
de quo loquuntur canones,rarò locum habet ſecun
dum leges,ſecundum Inn.Hoſt.dicit contrarium eui
denter innui.ff.de offi.præſi.l.3. & l.congruit, in auct.
de collato. §. iubemus, colla. 9. Remittit autem ad
ſumm.de accuſa.ſub rubrica,de criminibus ſine ordi
17 ne puniendis. ¶ Eſt† etiam notandum ſecundū Inno.
ꝙ imputatur accuſato,qui habet legitimas cauſas in-
ficiandi,ſi citatus non ueniat,quòd proceditur ad in-
quiſitionem etiam de circunſtantiis non notoriis. &
ſi præſenti accuſato incumberet probatio,habebitur
pro non probato,ex quo abſens eſt.aliàs ſi non abſen
ti accuſato, ſed accuſatori præſenti incumbat proba-
tio, iudex ad inſtructionem ſui probationes recipiet.
Item & proceditur ad pęnam huius cōtumacis, ſicut
iuſtum fuerit, eius contumacia non obſtante, ſupra
de electio. bonæ.ſed ſi poſtea uenerit,audientur excu
ſationes eius.2.quæſt.1.deus omnipotens. & ſi aliqua
pœna ſit ei impoſita,uel aliquod mandatum ſit occa
ſione maleficii, & excuſatur cōtumacia,illud uel erit
nullum, uel ut iniuſtum reuocandum,de re iud.cum
18 Bertol.Sed pone† quòd iudex monet reum,ut ſatisfa-
ciat tanquam de notorio,uſque ad diem,nunquid ta
f lis monitio pro citatione habebitur[f], non uidetur,
quia monitioni non tenetur parere, ſi habet iuſtam
excuſationem,ſupra de præſump.c.fi,14.q.1.quiſquis.
ſed citatus tenetur uenire, & excuſationem ſuam pro
ponere,ff.de iudi.ſi quis ex.ar.contra, ſupra de reſcri.
ſi quando.ubi dicitur, quod debet ſe per litteras excu
19 ſare,ſed illud de honeſtate.Si uero† citatus in notoriis
nō ueniat,nec reſponſalem mittit, procedi poteſt.ar.
infra tit.2.ex parte,& duobus.c.ſequen.& adde ſecun
dum Hoſt.quod no.de appel.cordi.§. poſt hæc. Quid
ſi ſemel fuit contumax, nec inuenitur factum noto-
rium, ſed eſt locus purgationi, nunquid iterum cita-
bitur ad purgationem? uidetur ꝙ ſic.arg.inf.de ſenē.
excommu. ſi uerò.2. ſecundum Inn. melius ſecundū
Hoſt.inf. c.proxi.uer.ſed ſi de clericis, infra de pur.ca.
inter,& c.cum dilectus.quod dic ut ibi, & infra de hæ
reti.excommunicamus.§.1.ſed nunquid ad ſententiā
talis uocabitur? ita uidetur. C. quomodo & quando
iudex, ea, quæ.3.q.9. per totum. Alii contra, nec ob.
prædicta iura, quæ in abſentibus non contumacibus
loquuntur;quod dic, ut no inſ.ea. glo. & de iure iur.
20 ad noſtram.3. Quid† ſi abſens habet excuſationes legi
timas, quas bene nouit accuſator, ſed ipſas tacet? Re-
ſpon.imputabitur accuſatori, & prouidebitur reo ſe-
cundum tenorē legis,de iudi. ſi prætor. Sed & quam
uis in notoriis procedi poßit præſentibus partibus.
lit.conteſta. & ſeruato alio iudiciario ordine; poteſt
tamen eis præſentibus procedi, lit. non conteſta.nec
alio iudiciorū ordine ſeruato, ſicut quando reus eſt
g abſens[g],& contumax,omni tamen caſu requiritur ci
tatio,& quod uenienti exponatur factum, pro quo ci-
tatus eſt, & ꝙ audiatur eius defenſio. quod ſi nō fiat,
ſatis poteſt dici ſententiam non tenere ſuper notorio
latam, de accuſa. qualiter.§. debet, ſicut enim in aliis
cauſis,quæ requirunt ordinem iudiciarium, non ua-
let ſententia, quæ fertur non cognito de cauſa. C. de
ſen.& inter.om.iudi.prolatā.& C.de accu. ſi accuſat o
ribus,& l.abſentē.ita uidetur in notoriis,ubi & ſi non
omnis,aliquis tamen ordo ſeruandus eſt,ſ. de iureiu.
ad noſtrā.3. ubi de hoc. Sed quid ſi auditis excuſatio-
nibus non recipiuntur probationes ſuper ipſis obla-
tæ, ſed cōdemnatur tanquam de notorio, & propter
hoc appelletur? So.nihilominus tenet ſententia. ſi de
ueritate eſt notorium, & hoc probetur coram illo iu
dice,à quo petitur nulla pronunciari.ſecus in aliis iu-
h diciis,quæ omnia requirunt iuris ordinem:quia[h] in il
lis ſententia lata poſt talem ap. non ualeret. inſ. de ap.
interpoſita.Quidā tamen aliter ſentiunt ſecundū Inn.
aſſerentes idem in notoriis & male, ut infra de of.de-
21 le.ſtatuimus.Item dicit† Inn ꝙ ſi accuſatus eſt abſens
& contumax, ꝙ tenet contra eū ſententia etiam nul-
lo ordine ſeruato & ſufficit,ꝙ iudici. coram quo que
rela proponitur,fiat fides de notorio,nec admittetur
excuſatio contumacis,nec eius probatio. ſed ſi in pri
mo iudicio non fuiſſet contumax, ſed iudex contra
ius litigatoris noluit admittere excuſationē eius,tunc
ſecundus iudex. qui de ſententia cognoſcet, bene ad-
mittet probationes ſuper excuſatione: melius tamen
potuit ſibi prouidiſſe appellando ante ſententiam,
quādo probationes ſuper ſuis excuſationibus nō ad-
mittebat:quia tunc hoc ſolo, quòd lata eſſet ſentētia
poſt talem appellationem, caſſaretur. Aliqui tamen
22 aliter dicunt ſm Inn.& bene ſm Hoſt.ut ſ. Item† dicit
Inn.ꝙ licet iudici nō ſit factū notoriū,dummodo ue
re ſit notoriū, licet iudex peccet ferendo ſententiam
prius,quàm probetur ſibi factum notoriū: tamē eius
ſententia irreuocabiliter tenet.idem Hoſt. & hoc qua
ſi ad literam notauerunt.j.c.proxi.[*& ibi, aliquando*] qđ
dic ut ibi,& C.de accuſa.l.ea quidem.quæ tñ lex non
ꝓbat id,ad quod inducitur,ſcilicet ꝙ officiali credaſ:
ſed hoc dicit,ꝙ denuncians talia ſine inſcriptione au-
ditur [*& ibi, filiatio*] & crimen infamati deficientis in
purgatione,inſ.c.proxi.in fi.& inſ.de ſimo. Inſinuatū
[*& in fi.*]& infra qui ſint le.tranſmiſſę.de hoc plenius.
2.q.1.manifeſta.¶ [*in gl. imò, ibi, in iure*] j.C.unde ui.cum
quærebatur[*ibi, non ſuum*] ideſt alienum, Goff.¶ [*in glo. ſ. qui, ibi. pene occulti*] Idem Hoſt. ſed contradicit huic le-
cturæ illa litera, ut peccandi &c.& ſic poſſet dici, tales
quorum fornicatio eſt notoria. ab eccleſia non to-
lerantur,unde non determinat, quando debeat euita
ri,ſed quo animo, Pet.& Abb.

ANNOTATIONES.

a ¶Notoria.Idem ſi ſint notoria iure ut per ſententiam. facit quòd no.Io.And.in c.qualiter, el 2.de accu. io glo.2.q.7.

b ¶Mentis. & de materia famæ ultra remiſsiones ſupra poſitas uide plene Bart.ff.de quæſtio.l.de minore. §. tormenta, & plenius per d.Bart.de Saly.in l.ea quidem.C.de accuſatio.

c ¶Non. Ad hoc contra. uide reſponſionem per d.Bart. de Saly.ubi tractat de notorio,in 3.quæſtio.

d ¶Propoſuit. Et uide pro illo notorio Io.An.de elec.bonæ,el 1.ſu per gl.Secūdo nonne,& in c.1.de of.dele.li.6.in gl.ma. & ſuper illa.

e ¶Diœc.Io.An.dicit.& idem d.Bar. de Saly. in l.ea quidem,in 2.q. quod uſurarius tenens menſam paratam, dicitur uſurarius noto-rius actus permanentis,in aliis autem uſurarius habet locum, qđ hic dicitur,& in c.cum diœceſi.

f ¶Habebitur. Et quid ſi addatur clauſula, & ſi ſenſerit ſe grauatum &c. uide per doct. & maxime per Bal. in l. 1. C. cómi. uel epi

g ¶Abſens. Et aliis cauſis, in quibus poteſt procedi ad ſententiã, lit. non conteſtat. id intelligitur in contumaciam, ipſis præſentibus ſecus, ſup. ut lite non conteſta. accedens, el 2. & ca. quoniam. §. porrò, hic in notorio aliter dicitur.

h ¶Quia. In libro Inn. non dicitur ut hic. d. Io. An. ſed dicitur, quia ibi ſi nullæ proba. reciperentur ſuper quæſtio. de qua agitur, non tenet ſententia, ut dictum eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Per iniuratorum dicta non probatur fornicatio.*
Infamatus tamen de ipſa, punitur, ſi deficiat in probatione.
Publicè. eſt aduerbium generale, & intelligi bifariam poteſt.
De notorio ubi nam tractetur.
Euidentia rei, ſi de ea communiter dicatur, non habetur.
In purgatione deficiens ut conuictus punitur, niſi appellauerit.
2 *Suffragium gloſſarum.*
Condemnatio rei in cauſa capitali non fit niſi conuicti.
Conuictus quis dicatur.
Tributoriæ locus eſt etiam cum dominus deberi neget.
3 *Additio gloſſarum.*
Conueniri, qualiter in hac accipiatur decretali.

C A P V T VIII.

1 TVa nos duxit. Caſus† per dicta nõ iuratorum fornicatio nõ probatur: punitur tamen infamatus de ipſa, ſi in purgatione deficiat. & ſunt duæ partes, conſultatio. & reſpõ. ſecunda ibi, Nos ergo [*Publicè*] generale eſt hoc uerbum, qđ põt intelligi. i. notorie, uel manifeſte, ut infra patet [*Notorium*] quid de notorio notauerint hic Inn. & Hoſt. dixi ſup. c. proxi. [*Non ex euidentia*] quia non tenet eã ſecum in domo, ſed cõmuniter dr, ꝙ eã cognoſcit, Inn. [*Teſtimoniis*] ſine iuramento prolatis [*Teſtibus*] iuratis. ſic exponitur. 4. q. 3. alia eſt [*Quam*] purgationem [*Defecerit*] & ſic punietur ut conuictus, inf. de ſimo. de hoc. & c. inſinuatum, de accu. cũ. P. Hoſt. quod dic þin Abb. ut inf. de accuſ. accedens [*Animaduerſione*] de qua ſup. eo. ſi autẽ, Pe. [*Puniri*] niſi appellauerint, infra de pur. can. nos inter, Lau.
2 ¶[*In 5 † gloſ. ibi, qui ſententiam*] iudex in cauſa capitali non damnat reũ, niſi ſit cõuictus, ꝙ uix quæ cõmiſit, negare ſufficiat [*& ibi. §. pen.*] locus eſt tributoriæ etiã cũ dñs negat deberi: alias expediret dño negare. ¶In
3 ſũ. 1 glo. uel admonentur, Goff. uel propriè in caſu. j. de ap. cum ſpeciali, Vin. uel ad rationẽ ponuntur. inf. de accuſa. ſi conſtiterit, Hoſt. ¶[*In glo. & ideò, in fin.*] & ſ. de elect. poſtquàm, Hoſt. ¶[*In glo. ſi conſtet, ibi, conuictus*] idem not. 2. quæſt. 1. de manifeſta.

S V M M A R I V M.

1 *Mulierculæ hic appellantur diminutiuè in contemptum.*
Peccatum de anima, uita, de fama peccatoris, & ei adhærentibus diminuit.
Fœdus naturale pro proximitate ſanguinis.
Conſanguinitas aliquando elidit ſuſpitionẽ, aliquando eã inducit.

C A P V T IX.

1 A Nobis. Breue eſt. & pars th huius, infra de deci. à nobis [*Mulierculæ*] inhoneſtas. unde non debẽt appellari mulieres, ſed mulierculæ diminutiuè: qa peccat... anima, de uita, de fama peccatoris & ſibi adhærentibus diminuit. ad hoc. 34. diſt. uidua, & c. pen. [*Naturale fœdus*] ideſt ſanguinis proximitas, Pet. [*Suſpicari*] hæc conſanguinitas elidit ſuſpitionem: alibi eam inducit. 89 diſt. decent, & 10. quæſt. 2. hic uſus, & c. epiſcopus, ſupra de teſti. conſtitutis. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus concubinarius in officiis euitari non debet, niſi notorius.*
Notorium iuris, & facti eſt, & quibus nominibus oſtendatur.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 3.*
In interdicto loco etiam ſubmiſsè poteſt celebrari.
Suſpenſus quis dicitur quo ad ſe & quò ad alios, & quandoq; quo ad neutrum, aliquando quò ad alterutrum, coniuncta gloſſa.

C A P V T X.

1 QVæſitum eſt. Caſus. Clericus† cõcubinarius in officiis euitari nõ debet, niſi ſit notorius [*Notorium*] ſ. de fi. pſb. qm̃, de ver. ſi. cũ olim, qđ dic ut plene no. ſ. eo. ueſtra, Ho. [*In iure*] & ſic notoriũ iuris [*Euidentia*] & ſic notoriũ facti; de his, ſ. eo. ueſtra [*Tergiuerſatione*] qa publicè eã tenet, filios habet paruu
2 los. 82. diſt. propoſuiſti, in prin. ¶Prima† gl. tractat tri
3 plicẽ ſuſpẽſionis ſpeciẽ. ¶[*In 2. † glo. ibi, uel ſecularis*] hoc differunt inter ſe, ut inf. de ſen. ex. ſi ſentẽtia, li. 6. 2. reſpon. [*& ibi, celebrare*] alta uoce. nam ſubmiſsè põt celebrare etiam in eodem loco; quod dic, ut inf. de ſen. excom. c. ulti. lib. 6. [*& in fi.*] ſed & inuenitur, qui nec quãtum ad ſe, nec quantum ad alios eſt ſuſpenſus, ut ſacerdos curatus ſine peccato habens parochiam nõ interdictam, qui debet quotidie reddere penſum ſuum, de celebratione miſ. cap. 1. Hoſtien.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio ſiue continuatio tituli, & num. 2.*
De materia huius tituli quibus in locis alibi tradatur, & quibus repetatur.
2 *Titulis, uel rubricis tripliciter ſolet opponi, huic etiam tribus modis opponitur, & quibus, num. 3. & 4.*
Obiectionibus duplici ſatisfit modo aut per euitationem, aut per ſolutionem.
Virtuti locus ut paretur, uitiũ eſt ante purgandũ. §. ſecũdò patet.
3 *Chriſtianorum genera duo, & quæ.*
Ordo eſt unum de ſeptem eccleſiæ ſacramentis.
Character per clericatum impreſſus non perditur per coniugium, ſicut nec per hæreſim, per baptiſmalis.
Hunc reciperet etiam coniugatus, dignitates non habens ſeculares.
4 *Minoribus ordinibus non eſt ordinandus iterum, qui mortua uxore uult ad ſacros quoque promoueri.*

De cleri. coniu. Rub.

1 ¶Viſo † de quadam illicita cohabitatione clericorum, & mulierum, uideamus de licita ſecundum Goffred. & quia interdum tales contendunt habere præbendas, ideo de his uideamus ſecundum Dam. habetur materia. 28. diſtin. & 31. & 32. per totum, & 24. quæſt. 1. ut lex, & repetitur in 6. & ultra Rubricam qui cle. uel uo. conuenit, ſupra de uita, & honeſt. cle. clericus. ſi. & de tempo. ordi. c. fina. lib. 6. propter commentum autem decrẽ. Ioan. infra eod. titu. inſtemus,
2 circa Rubricam. & eſt ſciendum † quòd ad Rubricas communiter oppo. propter alterum ex tribus, aut quia ſuperflue, aut quia malè ſituatæ, aut quia inepte formatæ. ſed de his tribus ad hanc Rubricam oppo. primò, quod ſuperflua ſit. patet, quia in proprio tractatu, ſcilicet matrimoniorũ habemus ſpecialem Rubricam, qui clerici poſsint cõiugari, ideſt qui cler. uel uo. matri. contrahere poſ. ergo altera ſuperflua, contra id, quod in proœmio nobis obtulit compilator. Reſpon. communiter ſatisfit obiectionibus aut ſolutionis onus euitando, aut ſoluendo. Iuxta primũ modũ dico, ꝙ quia iſta Rubrica prima fuit in ordine

dine cōpil.non iſta,ſed illa dēt dici ſuꝑflua.Obiectio-
nem ergo ſoluat,q illam leget,& ſic ꝑ hac facit ordo
ſcripturæ.43.diſt.ſit rector, ad fi.cū concor.de elect.c.
pen.& de ꝑbē.mandato, lib 6. ſicut.n.de onere eccle-
ſię. quod prouenit ex pluralitate impetrātiū, op.ꝯ ſe-
cundū.& nō ꝯ primū.ſ. de rep.mandatū, & c.abbatē,
& co.tit.c.pen.lib.6.ſic ſuperfluitatis onus ſecūdæ op-
po.& nō primæ.Sed qa adhuc notatus remanet com
pilator. & qa licet hic prius. ibi tñ proprius ponit̃,ut
eſt dictū.uñ cōpil. cōpleta potius hinc, q̄ inde debuit
reſecari. ideo iuxta ſm̄ modū dic. ꝙ ibi principaliter
q̄ritur,q clerici poſsint ꝯhere. Hic uero q̃rit̃,an poſt ꝯ
ctū poſsint bñficia tenere, uel adipiſci, & an clericali
priuilegio gaudeāt,& an ferre debeāt habitū,& tōſu-
rā,incidenter tñ,ut ꝑdictorū ueritas pareat,interſerit,
an teneat cōiugiū.¶ Secundo patet,ꝙ malè ſituata,ſ.
proxima cohabitatio illicita, iſta uero licita, ut prius
dixi. ſed illa indigna, uituperabilis & deteſtanda, iſta
uerò digna,honorabilis,& cōmēdanda,ergo ꝑ com-
pilatorē fuit hæc in ſede,uel ordine ꝑmittēda, ſicut fa
ctū eſt in 1. Rub. huius cōpil.in Rub. de pact. quo ad
ſequentē,de poſtul.quo ad ſequētē,de teſti. quo ad ſe
quentes.ſicut etiā cōcurrētibus duobus clericis, quo
rū alter ſit concubinarius,alter uxoratus,præhonora
mus cōiugatum,qa iuſtior, & ſic maior.40.di.c.ſi.ad
hoc,ſup.de teſti.in nr̃a.cū ſi. Vale.li.5.c.2.tractaturus
de gratis, & ingratis, ſic dicit. qm̄ cōtrario propoſito
ſe diſtinxerūt,:noſtro quoq; ſtylo ſeparent̃, priorēq;
locū obtineāt,q laudē, q̄ q reprehenſionē merentur.
Iuxta primū reſpōdendi modū dic, ꝙ iſtud eſt de his,
qui pendent à principū uoluntate, de quibus non te-
nemur reddere rationē. de hoc ſatis dixi,ſ. de reſcrip.
ſi quando.Iuxta ſecundū dic,ꝙ prius purgandū eſt ui
tium, de quo uidimus, ut paretur locus uirtuti & de
hoc uidebimus.ad hoc.31.q.1.cū renunciatur,ac ſi.d.
dimittant clerici cōcubinas,& cōtineāt. & ſi contine
re nolūt,nec in ſacris contrahant. uel aliter oſtēdit de
cohabi.in genere:hic ſubmittit de quadā cohabitatio
nis ſpecie.unde & ꝑcedens licita interdum, & iſta in-
terdum illicita. & ſic habēt ſe ut excedētia & exceſſa,
per quod ad paritatē reduci poſſunt,ut dixi,ſup.de te-
ſti.ſuper eo.2. ¶ Tertio opponitur, ꝙ male formata,
debuiſſet enim ſic formari,de cōiugatis, qui fuerunt
clerici,uel quondā clericis. Vt ſicut dicimus quondā
comitē, uel regem poſt clericatum,uel monacatum.
70.q.3.præſens.77.q.2. ſcripſit, ad hoc de reſcriptis, eā
te,in fi.& quod dicā.inf.c.ſi. ſic poſt cōiugiū dicamus
3 quondā clericum, & meritò. Sunt† enim tātum duo
Chriſtianorū genera, & coniugatos ponit canon in
genere laicorum.12.q.1.duo ſunt.& patiatur papa ſic
reprehendi,ad hoc de conſt.tum omnes, cū quādoq;
ſic alios reprehēdat,de regul.ſicut tenor,de dona.in-
ter uirum, & uxo.nuper. So. ordo eſt unū de.7.ſacra-
mentis eccleſiæ,cuius character per clericatū impreſ-
a ſus non perditur ꝑ coniugium,ſicutᵃ nec ꝑ hæreſim.
1.q.1.qđ quidā,ſicut nec character baptiſmi,ut ibi, &
intra de diuor.quanto.imò etiā ſi uxoratus ordinare-
tur,reciperet ordinis characterem,ut dicā.inf. de con
uer.cōiu.placet,in fi.quem characterem ſeculares di-
gnitates non habent, & ſic eſſent cōtraria. & per hoc
4 ſoluitur† quæſtiò de acolyto non bigamo, qui mor-
tua uxore uult promoueri ad ſacros, nūquid iterum
ordinādus ſit ad minores? & per prędicta patet ꝙ nō,
& per tex.Rubricæ:quia licet coniugatus ſit,remanet
clericus,ad hoc de conuer.con.conſtitutus. Ex prædi
ctis ſic legas Rubricā,de cleri.cōiu.ſup uideamus, an
beneficium retinere, uel acquirere ualeant, an cleri-
cale priuilegium habeant. an tonſuram & habitum
deferre debeāt, & de his diſtinctionem formabo, in-
fra eo. Ioannes, in fine.

ANNOTATIONES.

a ¶Sicut. Imò nec per mortem;uide gl.& ibi Archi.32.q.7.licet,&
facit quod no.Io.An.de frigi.fraternitatis,ſuper uer.miraculum,
ad materiam facit quod dicunt legiſtæ obligationes inhærere oſſi
bus noſtris,in l.1.C.de actio.& obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in ſacris ſi contrahit,non tenet matrimonium:ſi in mino-
ribus tenet,& beneficium dimittere cogitur, & quando nu.2.*
An ſit ipſo iure priuatus, num.6.
Vxorem retinere cogitur,& quo caſu.& num.2.
Infra,pro citra, & excluſiuè ponitur hic.
Deſponſata ante nuptias ſuum non mutat domicilium.
2 *Matrimonium contrahendo clericus renunciat beneficijs.*
Bartolomæus iuriſcon.edidit quæſtio.dominicales.
3 *Ad pœnitentiam quis cogitur.*
4 *Epilogus,ſuffragium, & additio gloſſarum. nu.5. & 6.*

C A P V T I.

1 SI qui. clericorum.Caſus.Si† cleri
cus in ſacris ꝯhit,non tenet
mr̃imoniū: ſi in minoribus, tenet,&
bñficiū dimittere cogit̃. & ſunt duo
dicta.ſm̄ ibi,ſed ſi[*Clericorum*]bñficia-
torū,ut j.patet[*Infra*]i.citra,Hoſt.po-
nitur ergo excluſiuè,Pe.[*Vxores*]uel
a ſponſas de pñti.ſecus ergo.ſi de futuroᵃ facit.ff.ad mu
nicip.ea quæ.2.ſequit̃, deſpōſata añ ꝯctas nuptias ſuū
nō mutat domicilium.ꝓbat Tan.per decr.2.eo.tit.2.
cōp.[& tales non dicuntur apoſtatæ, ut no.1.di.c. ult.
2 Quid† ſi ſponſa intrat monaſteriū, nunqd iſti clerici à
beneficiis repellent̃?ar.ꝙ nō,de cōuer.cōiu.ex publi-
co.credo.ꝙ remoueri poſſunt,quia ꝯhēdo renuncia-
uit,ar.ſup.de renū.ex trāſmiſſa, Vin.& idē Guil. in Sp.
eo.ti.in fi.facit, qđ de clerico, qui cū ꝯſanguinea ꝯxit,
tenet Bar. in qōnibus, qōe Quidā clericus cū eſſet ac.
& idē Da.in qōne.j.eo.tit. Alias duas dñicales.9.& 15.
uide eo.tit.c.uno. lib.6.in glo.huic ergo, & ſuper ipſā
[*Retinendas*]dic,ut ſ.de ui.& hone.cleri.clericus ſi ton-
b ſuraᵇ[*Agere*]no.quem† cōpelli ad pęnitentiā.22.q.1.
3 c.ulti.Gof.de hoc.33.q.2.quicūq;.concor. de ſpon.ad
audientiā.Et excōmunicationis.gradatim.ſup.titu.1.
4 clericos.Hoſ.¶ Prima† glo.reddit cauſam,& exponit,
5 & ponit ſi.alle.duo iura in ꝯriū.& ſoluit.¶ *In 1.*† *gl.ibi.*
6 *l.1.*]uide hanc & ſe.de li.ob.c.2.ſuper 1.glo.¶ *In 1.*† *glo.
ibi,pro iure*]idem Hoſt. & Egi. qui ad hoc inducit, inf.
eo.cū decorē,i uer.dimiſſi[*& ibi,quia tua*]ubi de hoc,
& ſup.de ui.& ho.cleri.qm̄. ¶ *In glo.2 ibi, priuandi*]qua
ſi uelint hæ gloſſæ, ꝙ priuatus ſit ipſo iure, ubi tenet
matrimonium.ubi non tenet,priuādus ꝑ ſñīam, ꝯriū
uidetur per id,quod dixi in textu. & ad hoc oppo.de
præbend.cum qui, lib.6.& ſup.de biga.nuper. ſed dic
ut dicam,inf.eo.Ioannes, in diſtinctione.

ANNOTATIONES.

a ¶Futuro.Niſi poſtea ab ipſo ſit cognita, ut no.glo.ſuper uer.con-
trahere, in clem.1.de ſponſ.quam uide.
b ¶Tonſura.ibi uide Io.And.in glo.Hoſt.dixit,& infra eo.Ioannes,
in quæſtio.1.ante oppo.

SVMMARIVM.

1 *Coniugatus ad ordines,adminiſtrationes, uel beneficium non pro-
mouetur, niſi caſtitatem promittat, & bigamus non ſit,ex lege
quoq; ciuili, num.3.*
Beneficia poſſet ex diſpenſatione habere ſimplicia.
Coniugato conferens primam tonſuram pœnam incurrit.
2 *Epilogus,& additio gloſſarum. num. 3.*
*Bigamus quis eſſe dicatur, & cur ab ordinibus, & beneficijs ar-
ceatur.*
*In matrimonio duo requiruntur, conſenſus animorum, & coniun-
ctio corporum, & quid ſignificent.*

CAPVT II.

1 SAne. & infra. Caſus. Cõiugatus † ad or-
dines, adminiſtrationes, uel be-
neficiũ nõ ꝓmouet. niſi caſtitatẽ ꝓmittat,
& bigamus nõ ſit. à tribus ergo prohibet
cõiugat. niſi duo cõcurrãt. 2. ibi. niſi [*Coniugatus*] etiã
quondã ſi duas habuit. uel corruptã duxit, ſ. de biga.
nu p. & c. ſi. & j. eo. ſanè. ſecus. ſi uirginẽ. ut ſeq. Hoſt.
[*Beneficia*] curata ex diſpenſatione. n. poſſent hẽre ſim-
plicia: ſine diſpẽſatione non j. eo. Io. & c. diuerſis. ſm
Hoſt. [*Sacros*] uel nõ ſacros cõferẽs. n. primã tonſurã
coniugato pœnã incurrit. j. de temp. ordi. c. ulti. lib. 6.
[*Vnicam*] non plures. 26. di. una tm̃ [*Habuiſſet*] & adhuc
2 habeat, q̃ tñ cõtinẽtiã profitet. Guil. ¶ Secũda gl. re-
ſpõ ꝑ ꝯriũ de decr. cũ ſis, &c. ¶ Tertia gl. argulr. & alle.
3 tria iura, all. duo in ꝯriũ: ponit opi. & ſoluit ¶ [*In ſ. glo. ult. ibi, a quo mõiũ hic*] & inf. c. c. vno, in prin. li. 6. ubi de hoc
in 4 gl. [*& ibi, qualis*] ubi de hoc, & 32. di. nemo [*& ibi, quidam*] Hug. & Goſ. hoc arguẽdo, & Ho. q. ẽt hoc pro
bat per l. dicentẽ cõiugatũ nõ promoueri, niſi habue
rit uxorẽ ex uirginitate ad eũ uenientem. & nõ cõcu
binã in auct. qũo opor. epiſ. §. 1. & §. neq; aũt ſecũdas,
& ſe. col. 1. q. d. ſi ipſam deflorauit, & in cõcubinam te
nuit, per hoc nõ excuſat. niſi & in uirginẽ cõſenſerit,
in auct. de ſanctiſſi. epi. § clericos aũt. col. 9. 6. colla. Sit
autẽ ro ſm eũ, q. a in matrimonio duo requirunt. cõ-
ſenſus animorũ. per quẽ ſignificatur charitas cõſiſtẽs
in ſpiritu inter deum, & iuſtam animã, & coniunctio
corporum deſignans conformitatem, quæ conſiſtit
in carne inter Chriſtum, & eccleſiã. & ideo ſi quis cõ-
ſentiat in corruptam, & poſt talem conſenſum illam
cognoſcat, patet q́ hęc conformitas non eſt propria,
in qua poteſt notari corruptio, & tempore cõſenſus,
& tempore commixtionis corporum, quia & chari-
tas, & conformitas unitatem amplectuntur, & corru
ptionem abhorrent. unde ad hoc, ut uerum ſit ſigni-
ficatum, oportet q́ utroq; tempore conſenſus. & cõ-
mixtionis ſponſa reperiatur uirgo. 77. diſt. quicunq;
ante. ſ. dicit ergo nõ impeditur, qui conſenſit in mu-
lierem, & non cognouit, quia defecit conformitas
(*cum nuptiæ præter commixtionem ſexuum non habeant in ſe Chriſti, & eccleſiæ ſacramentum. 27. q. 1. cum ſocietas*) ſic econtrario
impeditur, qui cõſenſit in corruptam, & eam cogno
uit: quia defecit charitas, & ſic non eſt propria con-
formitas. unde dicit Ambro. non defloratio uirgina-
lis facit coniugium, ſed pactio coniugalis. 27. quæſt.
1. cum initiatur. dixit etiam hoc probari per capitula
Valentino, & debitum, ſupra per alios allegata. & di-
cit etiam hanc opinio. approbari Leuiti. 21. cap. pon-
tifex uirginem ducet uxorem, uiduam repudiatam,
ſordidam, atque meretricem non accipiet, ſed puel-
lam de populo ſuo. & fertur in Niceno, concil. ſic cõ-
tineri. dicit tamen ſe hoc non uidiſſe. nullus aliquam
ducat uxorem a ſe, uel ab alio defloratã. quod ſi pro-
batum fuerit deponatur, nec ob. qui ſi. ſint ſe rãra, ut
a ibi, ſoluitur [*& ibi uideas*] Quid ſi quis deflorет illam,
cui fidem dederat, & ei poſtea ut uxori adhæreret, di-
ſtingue, utru in defloratione cognoſcat illã maritali
affectu conſentiente muliere; & tũc non eſt bigamus
uel fornicatus, & ſic eſt bigamus. & hoc forte uolunt,
quod dicitur matrimonium præſumptum nõ uerũ,
de ſpon. is, qui. non enim eſt uerum quò ad præfigu-
randum Chriſti, & eccleſiæ ſacramentum, ut dixi [*& tamen eſt*] Idem Ian. Vincen. & Bart. Brix. [*& in fin.*]
ubi de hoc.

ANNOTATIONES.

a ¶ Videas. in nouel a, in glo. per hanc. pro Hoſt. facit quod no. Io. And. de elect. nouit e, ſup. i glo. ſi tamen, & uide ibi, facit etiam quod no. Bart. in l. ſi uxor. §. ſi quis uxori, ff. de adult.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus beneficium obtinens matrimonium ſi contrahit, priuabitur beneficio: ſed quod dedit eccleſiæ, reſtituitur ei, & quibus caſibus, num. 3. & 7.*
Infrà, excluſiuè ponitur
Continentia difficilis, ad uer. non ualentes.
2 *Caſtitas clericis octo de cauſis indicta, & quibus.*
3 *Clericus coniugatus excommunicare non poteſt.*
Vnde uiuat non habenti, ius opitulatur, cũ aliàs non opitularetur.
Sequeſtratus pro remoto.
Recta uia redire quid ad nos, ut intelligatur.
Iuris canonici proprietates recitat, & quæ ſint.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 5.*
In collegio niſi uno licet eſſe, & ſi in duobus ſit quis, eliget alterum & a quo diſcedit, habebit, quid ſibi competit.
Monaſterium relinquentis ſubſtantia petites monaſterium remanet uide num. 7.
Donatori an & quando liceat pænitere, & num. 7.
De damnati bonis quo caſu poſt eius mortem quæratur.
6 *Additio gloſſarum.*
Libidinis effectne quis.
A coniugio abſtinere, quod aliquando delectauerit, nõ eſt minoris uirtutis, quam coniugij delectamenta neſcire.
7 *Culpa quando ſibi cuipiam ſua non imputatur, iuncta gloſſa.*
Licentia à lege conceſſa poteſt uti quis non obſtante culpa.
Continere quis indirectè cogi non debet.
Bart. Brix. quæſtiones allegantur dominicales.

CAPVT III.

1 QVod à te. Caſus. Si † clericus in mi-
noribus beneficiatus ma
trimonium ꝯhit, priuabitur beneficio. ſed
quod dedit eccleſiæ, ſibi reſtituitur. cõmu
nis diuiſio. ſecunda ibi. id uolumus [*Et infra*] 1. quæſi-
tum eſt. Hoſt. uel legẽ ſine ſubauditu [*Infra*] excluſiuè
a ponitur [*Non ualentes*] de facili; Ala. uide qui poteſt ca
pere, capiat. 28. q. 1. ſit. n. Goff. ſicut piger nõ ualet ma-
ne ſurgere, qui debilis eſt in ſpiritualibus. 47. diſt. om-
nes Ro. uel. i. nolentes. T. [*Quod cum*] reddit rationem
huius dict. & hoc addit hæc decre. ad primam huius
2 titu. ſm Boati. 8. cauſas. propter quas clericis caſtitas
eſt indicta. plenè uideas in ſumma de uirtutibus, ubi
de temperãtia ultra me. ſub rub. de caſtitate miniſtro-
rum eccleſiæ. quæ hoc tanguntur, & inf. eo. diuerſis.
prima. quia deũ placare debent, quod nõ poſſunt, ni-
ſi placeãt, nec placare, ſi carnaliter uiuãt. ſecũda. quia
cum deus ſit ſpiritus, eius miniſtri ſpiritualiter, & nõ car
naliter uiuere debẽt. tertia, q. a ſodales ſunt angelorũ
ſeruiẽdo, cui illi ſeruiunt; ergo hẽre debẽt puritatẽ an-
gelicã. quarta, q. a intẽdũt ſpirituali generationi, q̃ eſt
mũda: eſſent ergo à carnali immũda; q. nta, q. a ꝯtãt
ſancta. & ſic ſancti eſſe debẽt ſaltẽ quo ad carnis mun
dicia. 6 q. a eũ alios mũdẽt, debẽt eſſe mũdi. 7. quia no-
biliſsimã ſpõſam habẽt. ſ. ſapiẽtiã. 8. debẽt eſſe proprii
dei cui ſeruiũt, nõ alterius, uel diuiſi [*immunditiam*] i. ſo-
3 licitudinẽ coniugalis officii, Egi. [*Tractando*] arguit p
hoc Abb. ad qõnẽ de clerico coniugato, an poſsit ex-
b cõicare? q́ nõ poſsit. alle. 26. aliàs. 96. diſt. bene quidẽ.
de dec. dudum, cir. fi. unde quod dicã, inf. eo. Ioãnes, in
5. quæſt. [*Poſſeſſionibus*] immobilibus [*Aliis bonis*] i. mo
bilibus, uel ſe mouẽtibus. Hoſt. [*Noſcuntur*] nec habẽt
aliud, unde uiuãt; & ſic tollit omne cõtrariũ ſm Ho.
[*Sequeſtrati*] id eſt remoti [*Ad ipſos*] pauperes & inopes.
[*Recta uia*] ſicut legatum ad legatariũ. ff. de furtis, à Ti
tio [*Debent*] benignitatis, non neceſsitatis eſt iſtud. de-
bẽt. ſm Vin. [*Contradictione*] Iuris canonici æquitatem
ſeruãtis, nec inhiantis turpibus lucris; ſed potius ſub-
uenientis hominum neceſsitatibus, ar. de iudi. dilecti,
de do. n. p. uas, de cenſi. ex pte. 12. q. 2. aurũ, & c. gloria
47. diſt.

4 47.di.ſicut hi. ¶ Secunda † glo.reſpon. per contrariũ
de decre.Nicena.& ſoluit ¶ Vlr.glo.alle.6.concor.all
in contrariũ quattuor iura.ponit opi.quæ diſtinguit,
an ſponte &c. cui opponit. denium aliam op.quæ di-
ſtinguit inter ingreſſum, & nõ.3. aliam,quarto ſoluit
5 diſtinguendo Inter tacitum.& expreſſum. ¶ *In† gl.ult.
ibi.l.1.in fi.*] non licet alicui eſſe plus,quàm in uno col
legio,& qui eſt in duobus, alterum eliget, & ab illo,à
quo recedit,recipiet. quod ei de communi competit
[*& ibi, ſi uerò reliaquens*] ſubſtãtia relinquẽtis moñ. pe-
nes moñ. remanet.& deputatur ſeruiẽs tribunali ter-
reno, qui ſacrum miniſteriũ deſpexit [*& ibi. l.2. & 3.*]
iſtæ leges probant,ꝙ donans non pœnitet, nec reuo-
cat niſi in caſibus.quos ponit.l.ſequens, & habetur.ſ.
de dona.c.ſi [*& ibi,perfectæ*] ſequitur,donatio cõditio-
nes poſtea nõ capit [*& ibi.l.3.*] ſi damnatus eſt aliquis
de crimine,propter quod tacitè damnata ſunt bona,
& appellauit,& moritur, ulterius nõ quæritur de bo-
nis:ſed ſi expreſsè empta fuerant bona.adhuc durat il
6 lorum queſtio.& idem dicit l.ſequens.¶ *In† 1.glo.in fi.*]
aliàs quod ergo. & timeat docta experimento, quod
ignorauit uirgo, de pę.diſtin.5.c.1 in fi. & adde quod
no.de pę.diſt.3.reporiuntur, in gl. pen. & quando no.
1.q.1. quibuſdam , ibi. ꝙ noua teſta. capli &c. tamen
eius contrarium no. Ioan. ſecundum Hiero.27.q.1.c.
2.quod uerbum Hiero. uide ad matrem & filiam. C.
ibi,Ferreas mẽtes libido domat,quæ maiorem in vir-
ginibus patitur famẽ,dum dulcius putant eſſe, quod
neſciunt. In epiſto. tamen ad Paulam & Euſto. E. di-
cit,quòd non inferioris uirtutis eſt à coniugio,quod
aliquando delectauerit, abſtinere, quàm cõiugii de-
lectamenta neſcire. ¶ [*In glo. ult.ibi, iudicis*] uel iuris [*&
ibi, ſignata*] idem Goffr. [*& ibi, opponitur*] hæc obiectio
7 † non procedit, quia utitur licentia ſibi data ab apo-
ſtolo.38.diſt.de his.unde puniri non debet.C.ad l.Iul.
de adul. l. Graccus. Præterea ſi eccleſia poſſet retine-
re illius bona,iam indirectè cogeret illum continere,
quod eſſe nõ debet,ut 32.q.1. integritas, & facit op.ff.
de condi.inſti. quæ ſub conditione.§.ſi quis ſub iuriſ-
iurandi,Goff.Phi. [*& ibi,quidam*] Alla.[*& ibi.uerius ui-
detur*] ſecundum Gui.Na.& Vinc.[*& ibi res donatæ*] hęc
diſtinctio non habet locum,quando ingreſſus no te-
net:quia tunc cum aliàs daturus non eſſet, utroq; ca-
ſu reſtituuntur bona ſecundum Bart.Brix. qui ſic te-
net in quæſtione,quidam inuita uxore,quæ eſt domi
nicàlis.18.alleg.de dona.l.2.§.ulti.17.q.2.ſi quis inco-
gnitus.Accu.uidetur hoc intelligere uerum,quando
bona ueniunt tacite,qui hoc no.C.de ſacroſan.eccle.
auct.ingreſſi.& idem Guil.in Spe.de ſta.monac.uerſi.
44.& de hoc 92.di.c.pen.[*& in fine*] T Lau.dixit,ꝙ ſim
pliciter facta donatio nunquam reuocatur.C.de uſu-
ris,pro dona.l.irritam.& C.de reuo. donatio.ſi dona-
tionem, & C. de condictio. ob cauſam da. ſi retinen-
di.Cum quæritur, an clerico ſequeſtrato bona reddã
tur,ſi quæras de illo,qui religionẽ intrauerat. & intra
annum exiuit,omnia recuperat, de regula. ſup.eo. &
c.ſtatuimus. aut poſt annum exiuit, & ſic cum licen-
tia ſuperioris,reddentur ſibi bona, ne ſit onerosus ſe-
cundo mona. quod habet intrare neceſſe, 27. quæſt.
prima,ſi quis rapuerit. ſi ſine licẽtia,ſibi imputet, qui
eum recepit,quod fieri non debuit, infra de regula.li
cet.& ideò non reddentur bona , in auctẽ. de mon.
§.ſi uerò reliquens, collatio. prima.Si uerò erat ſecu-
laris is,de quo quæritur,& ipſum erant bona tacite ſe
cuta ſm autẽ. C. de ſacroſan. ecc. ingreſſi [*ſed quomodo
hoc non uideo, niſi de facto*] & tunc ipſum tacite ſequi de-
bent,arg.C.de rei ux.ac.l.una,& de do.poſt diu.re.nu
per,& c.ulti.ꝙ ſi bona ſua expreſsè cõtulerat,nec ha-
bet alias,unde uiuat,bona reddentur de iuris canoni-
ci æquitate, ut hic, ad hoc. 17.q.4.c. ulti. uerũ ſi diues
erat,non recuperat. 17.q.4.ſunt qui opes.niſi ex ui pa-
cti appoſiti.inf.de condi.appo.uerum.Hoſt. qui dicit
ſe aliàs hoc ſpatioſius tractaſſe,in ſumma.eo.titu.§.ſi.
ſed hic breuius, & utilius.

ANNOTATIONES.

a ¶Ala.Blandum malum luxuria, quam accuſare aliquanto facilius
eſt,quam uitare,ſic dicit Valerius, lib. 9.in prin.

b ¶Bene. Ibi uide bo.glo. quæ fuit additio , quam plurimi libri non
habent & uide aliam no.ult.q.3.cum ſi.quæ dicit laicum non poſ
ſe fieri œconomum eccleſi.

SVMMARIVM.

1 *Cum ſacerdotibus , qui matrimonium contraxerunt , epiſcopi di-
ſpenſant , peractâ pœnitentia.*
2 *Longum dicitur eſſe anno. decem.*
3 *Epilogus , & ſuffragium gloſſarum . nu.4.*
Cum ancillis connubium non poteſt eſſe.
*Contubernium eſt ſeruorum, ſed matrimonium dicitur iure canoni-
co , num.5.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Epiſcopus diſpenſat in maioribus adulterio , ubi expreſſè permit-
titur , ut hic, & in alijs caſibus , remiſſ.*
Gradus tres hominum , & qui, & quomodo quis ab eis cadat.
Peccatum maius , cum caditur à maiori bono.

CAPVT IIII.

1 SAne. Caſus. Peracta pœnitentia diſpẽ
ſant epiſcopi cum ſacerdotibus,
qui matrimonium de facto cõtraxerant.
non diuiditur. tamẽ ſecundum lecturam
Hoſtien.. ſecunda ibi, Poſt longam [*Contrahunt*] de fa-
cto,& propter hoc ſuis eccleſiis ſunt priuati,ſecundũ
Inno.Hoſtien.uerò ſupplet.& propter hoc à ſuo offi-
cio ſunt ſuſpenſi.utrum cum talibus poſſint epiſcopi
diſpenſare, non immeritò dubitatur. Nos autem re-
ſpondemus,quòd poſt longam &c.[*Longam*] & ſic de-
2 cem† annorum;argum.C.de præſcrip long.temp.l.ſi.
& eſt expreſſum 82.diſtin. presbyter, ſed & citra cum
tali poterit diſpenſari,ſupra de tempo.ordi.ex tenore
[*Indulgentia*] ergo ſine indulgentia non poteſt.contra
ſupra de tempo.ordi.capitulo ulti.Solu.iſtud in noto
3 rio , illud in occulto.Hoſtien.¶ Secunda† glo.ſignat
contrarium,& ſoluit.¶ Tertia gl.ſignat contrarium,
4 & ſoluit. ¶ *In† glo.1.ibi,cum ancillis*] ſequitur,non poteſt
eſſe connubium. quia ex huiuſmodi cõtubernio ſer-
a ui [a] naſcuntur. ¶ [*In † glo.1.ibi, contubernio*] ſecundum L.
5 ſecundum cañ. dicuntur matrimonia , de coniu. ſer-
uo.capitu.primo. ¶ [*In glo. ulti. in fine*] Item contrà , iſti
per receptionem ſacri ordinis ſolemnizauerunt uo-
tum.32.diſtin.ſeriatim,ergo magis peccauerunt adul
teris.27.quæſt.1. meliore propoſito.ergo non diſpen
ſant epiſcopi, de iudi. at ſi clerici. Solu. diſpenſat in
maioribus adulterio,ubi expreſsè permittitur,ut hic
& in aliis caſibus. nota.in decre.at ſi clerici, ſecũdum
T.Phi.& Goffr.hic,& in ſumma huius titu.§.ſed quæ-
ritur, & Hoſtien.hic, uel ſecundum eos dicuntur ma
gis peccare, quia cadunt à maiori bono. cum enim
ſint tres gradus,uirginum , continentium , & coniu-
gatorum , adulteri cadunt à tertio, illi à ſecundo , &
b de his tribus; de ſumma Tri[b].c.primo , in fine.

ANNOTATIONES.

a ¶Serui. Vel noluit oſtendere forte;per hunc tex.iſtas mulieres fie
ri ſeruas.ut 32.di.eos; unde ſup.ti.prox.in c.ſi quiſquã, ſup gl.ſi.

b ¶Tri.Vide in c.propoſicio, præal.& Io.An.ſup.tit.1.clericorum,
in glo.ſua fi.& uide ipſum de big.quia circa,ſuper uer.ſimplici,

SVMMARIVM.

1 *Clerici in minoribus beneficium obtinentes, qui matrimonium contraxerunt, beneficijs priuantur appellatione remota.*
Vita clericorum laicorumque contraria.
Poteſtatem ſui plenam non habet in duo diuiſus.
Laici priuandi beneficijs, & ſi eis epiſcopus contulerit, ad ſuperiorem recurritur.
Clerici coniugati poſſunt habere beneficia minora ex diſpenſatione, & num. 3.
2 *Vir & uxor ſunt unum corpus.*
Caſuum fortuitorum participes eſſe debent.
Vxorem qualiter amare uir debeat.
Ei, & philoſophia pariter opera dari non poteſt.
3 *Stipendijs proprijs militare clericus non cogitur.*
A correctione non appellatur.
Diſpenſare non poteſt epiſcopus cum coniugatis clericis, de retinendo beneficio, quod eis contulit ſcienter, & nu. 8.
Decretalis huius cum his, quæ ei aduerſari uidentur, conciliatio.
Intentio ſi non concurrit, quid feciſſe, quis non intelligitur.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 5.*
Venditor repetit ſeruum, quem ſine gleba uendidit.
6 *Additio gloſſarum.*
Citharam cum pſalterio male concordare, quomodo intelligatur tã in laico, quàm in clerico, & num. 7.
Vita quæ clericis conueniat, & num. 7.
Quæ ſit coniugatorum, ibid.
7 *Clericorum duo genera, & quæ.*
8 *Contra factum ſuum qui & quibus caſibus, quis uenire poſſit, & num. 9. 10. & 11.*
Succeſſor poteſt contra factum & diſpenſationem uenire & quo caſu, non tamen contra deffinitiuas.
9 *Accuſare an poſſim criminoſum, uel irregularem, quem promoui, an accuſantem audire, nume. 10.*
10 *Ordinator, ſeu promotor an poſſit eſſe iudex eius, quem promouit, an uerò recuſari.*

CAPVT V.

1 DIuerſis. Caſus, Clerici† in minoribus beneficiati, qui matrimoniũ contraxerunt, beneficiis priuantur app. remota. & primo narrat factũ, quod improbat. ſecundo ibi: Cum ergo, duas rationes reddens, illud per diœceſanum corrigi mãdat. & unum caſum excipit. ibi, niſi forte, dicebat Hoſt. 4. dicit, ꝙ uita clericorum, & laicorum ſit contraria. ꝙ diuiſus in duo non habet plenam ſui poteſtatem. ꝙ laici beneficiis ſunt priuandi, ꝙ ſi epiſcopus contulit, recurritur ad ſuperiorem [Et homines circumuẽti deo & mammonę famulari conantur [Clerici] minorum ordinum. ſ. c. 1. Abba. [Beneficia] maiora, uel etiam minora ſine diſpenſatione, ut ſequitur [In quorum] coniugatorũ [Vir] bonus, ſup. uel dic, cogitet, i. cogitare debeat, quia ſũt
2 †unum corpus. de conuer. con. ad apoſtolicam. vnde & omnium caſuum fortuitorum princeps, uel parti-
a ceps eſſe debet: ff. ſol. ma. ſi cum dotem. §. ſi maritus matri. [Cogitet] dicit Hiero. ꝙ ſapiẽs iudicio debet amare coniugem, nõ affectu. 32. q. 4. origo [Placere] prima ad Cor. 7. c. Hier. contra Ioui. li. 1. refert, ꝙ Tullius poſt repudium Terentiæ rogatus ad Hircio, ꝙ ipſius ſororem duceret, nõ acquieuit, dicens ſe nõ poſſe, & uxori, & philoſophiæ pariter operã dare [Et] ſcilicet deo,
3 uel eccleſiæ. propriis ergo † ſtipẽdiis clericus militare non cogitur, de uita & honeſt. cle. cum non ab omni [Appella. remota] quia non appellatur à correctione, ſ. de uita, & ho. cleri. quoniam [Scienter] & ſic uidetur, ꝙ epiſcopus non poſſit cum talibus diſpenſare, contra, 32. diſt. ſi qui uero. 12. q. 1. quia tua, j. eo, Io. Dicas hoc intelligi de maioribus beneficiis, contraria de ſimplicibus, quod placet Goff. & Phi. j. eo. cum decorẽ. uel ſic. ibi intendebat diſpenſare, & hoc exprimebat, hic non intendebat diſpenſare, & ſic quãuis id facere poſſet, non ualet coll. ſi. de offi. dele. cum ſuper. de conſti. ecc. uel hic nolebat deferre tonſuram, in cõtrariis deferebat. uel non ualet diſpenſatio ſine cã facta, ut hic. Ex cauſa facta ualet, ut in contrariis. ſ. de elect. in cauſis. in fi. uel hic loquitur de his, qui contraxerunt cum uidua. & uacant mercimoniis ſecularibus, vnde non ualet diſpenſatio. 84. di. quiſquis, inf. eo. ex parte, & c. Ioannes. In fi. contraria de contrahentibus cum uirgine. qui honeſte uiuunt, & habent ſpem redeundi ad clericatum cum affectu. 81. diſt. dictum. & quamuis disiunctiuè plures ſolutiones datæ ſint, non tamẽ incertæ, & quælibet ſuſtineri poteſt, & iure probantur, cui ſtandum eſt, de fide inſtru. paſtoralis. ſecundum
4 Hoſt. ¶ Pen. glo. † arguit, allegat 4. iura in contrarium allegat 6. ponit duas opinio. ſcilicet Io. & Lau. ¶ Vlti.
5 glo. quærit, & ſoluit. ¶ [In † glo. ſecunda ibi, nemo] uide de prpba. ex literis, ſuper glo. 2. ¶ [In gloſſ. penult. ibi, poſt mortem] uide de præſumptio. 3. ſuper glo. 2. [& ibi, per fundum] uide de ſenten. excom. officii, ſuper 1. glo. [& ibi, quemadmodum] uenditor repetit ſeruum originarium,
6 uel aſcripititium, quem uendit ſine gleba. ¶ [In 1. † gloſſ. ibi, contemplatiuam] cithara eſt inſtrumentum apud Italicos plurimum uſitatum, & multas habens chordas, & per illud intelligitur uita actiua, & laicalis multis occupationibus & motibus dedita. quod ex eo apparet, quia citharista pulſans, ſemper ſallit, & ſemper eſt in motu, & ſonum habet ſatis clamoſum. pſalterium inſtrumentum eſt planum, & triangulum in multis partibus bene notum. & ſignat uitam cõtemplatiuã, ſiue clericalẽ. quod ex eo patet, quia pulſatur a quieſcente, & ſonum reddit exilem & tenuem reſpectu citharæ. T. & Vin. Vel dic ſm Gof. citharã nõ conuenire cum pſalmis. Dicebat Gof. per pſalterium intelligi donum celeſte largitum à deo per gratiam, ut in gl. ſuper pſalmũ, Exultate deo, & ibi ponitur cithara pro timpano, innuens eum, qui ſpectat celeſtia, pigrũ eſſe, non debere ad operanda terrena, ut ſic prædicationi uerbi dei corporalibus reſpondeamus operibus, neceſſe eſt igitur quem eſſe cõtemplatiuum, & actiuũ, 1. q. 3. Siquis obiecerit. ſed utrũq; ad ſeruitium dei, & eccleſiæ; & tunc in clerico bene cõcordant, licet duo. Vnde in pſalmis bonum eſt confiteri, dicit glo. ſuper illo uerbo, in decachordo, pſalterio, cantu, & cithara, ideſt opere, ſi enim tãtum bene loqueris, pſalterium, ſiue canticum es ſine cithara. Si uerò bene operatis, & nõ loquaris, es cithara ſine cãtico, uel pſalterio. Ergo in clerico bene pſallente, & ad ſeruitiũ dei operante utrũq; bene cõcordat. 40. diſt. multi ſacerdotes. & hoc præcipuè faciunt boni clerici ſeculares, utranq; uitã ducentes. de hoc. ſ. de ſum. Tri. c. 1. ſuper uer. cõmunem: ſed in coniugato hoc malè concordãt: quia nec decet propter immunditiã ſuam, ꝙ cum clericis careant, nec operantur ad utilitatẽ eccleſiæ, ſed pro-
7 priam: Duo † igitur ſunt genera clericorum, coniugatorũ, & in his malè cõcordat cithara, quæ omnino diſcrepat. Aliud continentium, & ex his aliqui operantur, & pſallunt. Alij pſallunt, ſed non operantur, & in his duobus generibus claudicat: nõ tamen obeſt, niſi inueniantur in culpa, ſupra de æta. & quali. cum ſit, ſecundum Goff. [& ibi, Iſſe actiuus] imò poteſt, ut ſupra de renun. niſi cum pridem, uer. nec putes. Sed forte gl. per illud, ſimul, intendebat denotare identitatem eiuſdem temporis. ¶ [In glo. Quid, in fi.] & deficit ambobus, &c. Lau. ¶ [In glo. argum. quòd, ibi, Poſt mortem] ubi de hoc [& ibi, Noſti] uer. de hoc [& ibi, Pœnitentes] ubi de hoc. 12. q. 1. certe [& ibi, Legitime] Io. Mo. in decre. ſi ti-
8 bi abſenti, de præben. lib. 6. dicit, quòd † prælatus non agit nomine ſuo, ſed alieno, ſicut procurator non domi-

dominus ſupra de donatio.c.2.de dilatio. literæ.& ob
hoc male agens alienando, de quo non habet manda
tum, agere potest de reuocando, de quo habet man-
datum ad hoc.ff.de procurato.qui duos,& lege ſequē
ti[*& in fine*] Dicit Hostienſis: quod magiſter ſuus dice-
bat, quod ubi quis poteſt in aliquo diſpenſare, nō po-
teſt contra factum ſuum uenire, ut hic: ſed ubi nō po-
teſt diſpenſare. poteſt contra factum ſuum uenire, ut
in contrariis. huic uidetur Innocenti. conſentire, di-
cens. quod quoties quis facit aliquid cōtra ius, in quo
poteſt diſpenſare, intelligitur diſpenſare, ut hic,& de fi
lii.presbiter.ueniens. Ipſe idem Innocentius ibi, tenet
contrarium.& hic Hostienſis, dic ut de ſciſma.capitu-
lo ſecundo. Tamen niſi expreſſe & ſecundum ordinē,
& cum cauſæ cognitione diſpenſationem faciat, alius
ſuperior, uel ſucceſſor poteſt uenire contra, ſed ipſe
non, ut hic,& 81.di.quicunque.51.di.qui in aliquo, in
his. de hoc & 54. di. ſi ſeruus abſente. & uide quod di-
cam de ſta. mona.cum ad mona.ſuper ulti.glo.ad fin.
Ergo ſecundum Inno.intelligitur hic. quando expreſ
ſè, & cum cauſæ cognitione non diſpenſauit epiſco-
pus, ſed ſimpliciter dedit,& poterat diſpenſare. quo ca
ſu licet mero iure teneat collatio.& donec fuerit reuo
cata, recipiens ſine peccato beneficium teneat: tamen
per ſuperiorem, uel ſucceſſorem reuocari poteſt, &
per ſuperiorem puniri collator, ut probatur hic.& de
ſup.negli.præla.c.pe. Secus in diffinitiuis ſententiis. quæ
non reuocantur, ſupra de officio dele. in literis. C. de
ſen.& inter.l. prolatam. Si autē eſſet tale quid, in quo
ab initio diſpenſare non poſſet, tunc non tenet colla-
tio. & ipſemet, qui contulit, poteſt contrauenire. de
9 biga.c.2.de fil.presby.c.pe.& ulti. Quid † ergo, ſi epiſco
pus ſciēter promouit criminoſum. uel irregularē? Re
ſpondeo nō poteſt illum accuſare de illo crimine. uel
irregularitate, cum illius mores ſemel probauerit. ff.
de adul. ſi uxor, ar.4.q.3. ſi quis teſtibus: poteſt tamen
ipſum denunciare, ſupra de iureiur. quemadmodum.
§. ſi licet ſit ar.contra.de præben.cum nō ignores, ubi
10 de hoc. Quid † ſi talis accuſatur de crimine, uel irregu
laritate coram ſuo promotore. Reſpondeo iuſticiam
poterit facere promotor. nulla enim exceptio poteſt
eum repellere a iudicando. nam ſi dicatur, quod recu
ſari poſſit, quaſi præſumat uelle defendere factū ſuū;
huic renunciat accuſator coram ipſo ſcienter accuſan
do indignè promotum ab eo, de re iudi. inter, de offi.
dele.inſinuante.& certum eſt, quod promotus, & ac-
cuſatus hanc cauſam recuſationis proponere nō po-
teſt, ſecundum Innoc. q.d. ex quo neutra pars poteſt
iudicem recuſare, ergo nec extraneus recuſabit. Verū-
tamen, ſi ſit iuſtum, ipſemet ſeipſum recuſabit, argu.3.
q.6.iudicet,& alii cauſam com mittet, argum. ff.de iu-
riſdi.om.iudi.l.prætor. Quid ſi talis promotor uult in-
quirere de prædicto crimine, uel irregularitate. Reſpō.
ſi fatetur, uel eſt notorium. quod talem ſcienter pro-
mouerit, poteſt tali excep. repelli. ut dicat promotus,
crimen meum noſti heri, ſicut hodie, & me ſcienter
promouiſti; unde non potes de hoc inquirere contra
me, argum.hic,& ſupra de teſti.ueniens.3.q.7.iudicet.
ff.de ac.emp.& uen.l. ..in fi. Si uerò promotor hoc ne
get, non uidetur, quod promotus ſit admittendus ad
proponendum hanc exce. quam probare non poteſt,
niſi crimen ſuum confiteatur, & in confitentem nul-
læ ſunt partes iudicis. ff.ad l.Aquil.proinde. & quia ex
quo confitetur crimen ſuum, per conſequens ſit no-
torium, ſupra ti.1.ueitra. Ergo non eſt locus recuſatio
ni, uel appellationi, de ap.cum ſit Romana, in fin.& c.
ſuper eo.2.& c.peruenit, & c.cōſuluit,& c.nouit. Alii
dicunt, quod ſemper eſt exceptio admittenda ſecun-
dum Inno. quod non placet. Hoſtien. ſed contra eum
facit, de teſti.c.1.§.6.& quod ibi no. Iudex tamen ſi cō
ſcientiatus eſt, debet ſeipſum excludere, ut dictum eſt.
Talis autem exceptio, quia declinatoria, non poteſt
proponi niſi in prin.iudicii, ſupra de re.iu.inter. de ex-
cep.paſtoralis. Sed contra de fi.preſ.ueniens. So. illa lo
quitur, ubi quis ſpoliatus fuit nullo iudiciario ordine
& erat certum, defectum ordinati eſſe notorium epi-
ſcopo ordinanti: unde cum ante ſpoliationem nō ha-
buit facultatem proponēdi exceptionem, poterit eā
proponere poſt, argum.de off.dele.inſinuante. Secus,
ubi ſeruatur iuris ordo, & facultas datur excipiendi,
11 quo caſu à principio proponetur. ¶ Quando † tamen
& qualiter liceat ordinatori excipere contra ordina-
tum ab eo. le de ætate & quali. accepimus, ſecundum
Innocen. de hoc, an quis poſſit uenire contra factum
ſuum, ſoluitur in brocardo de qualitate factoru, ſub
rubrica. uenire contra factum proprium nulli conce
ditur, ſecundum Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶Dotem, non autem pœnæ. C. de don. inter ui & uxo.l.res, no.
in l. hic alle.& facit.C. ne uxor pro ma. per totum.

SVMMARVM.

1 *Sacerdotis Græci filius ex uxore genitus inter Latinos licitè pro-
mouetur, ſi ſcandalum non obſiſtat.*
De electo inquirere ſpectat ad confirmatorem.
2 *Promoueri quis an poſſit in minoribus conſtitutus ad maiores ſine
permiſſione uxoris.*
Græcus presbyter ſi ſe cum uxore transferat ad Latinos quid iuris.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu 4.*
Municipalis lex ampliat poteſtatem procuratoris reipublicæ.
In ætate decurionum inſpicitur longa conſuetudo.
Conſuetudo ampliat & arctat iuriſdictionem. iuncta glo. uide nu.5.
5 *Additio gloſſarum.*
Scandalum ne fiat inſpicitur, & diſpenſatur.

CAPVT VI.

1 CVm olim. Caſus. Filius † ſacerdo-
tis Græci ex uxore ge-
nitus, inter Latinos licitè promouetur, ſi
ſcandalum non obſiſtat. Commuttis diui-
ſio. ſecunda ibi, Nos igitur. Dicebat Hoſtien.3. hic cō-
tinentur, ſcilicet filii ſacerd. Græci electio, confir maio
ris examinatio,& dubitatio, dubitationis ſo.[*Conſtitiſ-
ſes*] de his enim inquirere debet, ad quem ſpectat con-
firmatio, ut no. ſupra de elect. nihil eſt [*Legitima*] in occi
dentali eccleſia iſte illegitimus eſſet, ſupra de fil.presb.
literas [*Non admiſit*] nec in hoc peccat. quod dic ut no.
2 20. di. de libel. in ulti. glo. [*Superioribus*] an † ſine licentia
uxoris promoueri poſſint, no 30.d. quoniam, in ulti.
glo [*Non quatenus*] ſic conſtitue ſecundum Hoſtien. ni-
go pœna temporalis, ſic, ſupra de uita & honeſtate
2 clericorum.c.fi. Hoſtien.[*Deſeruire*]ar.de† priuilegio ad
cõſue.idem uidetur, ſi conſuetudo eſſet in eccleſia, ꝙ

liceret abeſſe , & facit ad.q. quam ſcripſi.de regul.iur.
quod omnes,li.6.[*Vtilitatem*] non in propriam inbur-
3 ſationem,ut dixi.ſ.c.prox.¶ Secunda & 3.glo.reſpon
det per duas quæſtiones. ¶ Vlti.glo. ſignat contrariũ ,
4 & ſoluit.¶ [*In* † *glo.1.ibi,eos*] eſt etiam iuſta cauſa ad cano
nicos de nouo creandos,ſupra de ele.cum eccleſia,de
cleri.ex.mi.propoſuit. ſic nec iuramentum ſeruandũ
eſt, quod incipit eſſe damnoſum eccleſiæ, de his, quæ
fiunt à ma.par,capituli.c.1.de iureiu.ſicut noſtris,mul
a tominus priuilegium,de deci.ſuggeſtũ [a]. & ratio,qua
re ex poſt facto reuocãtur,patet, quia nec à principio
concederentur.C.de pre. imp. of.quoties &c.unde ea
dem ratio mouere debet &c.de reſcriptis, ſuper literis
in fi.ſm Hoſt.¶ [*In gl.2.in fi.*] putat Egi.hoc uerum, quã
do tempore indulgentiæ impetratæ eccleſia non pa-
tiebatur,miniſtrorum defectum; uel ſi patiebatur,de
hoc fuerat expreſſum in indulgẽtia.aliàs putat indul-
gentiam nõ ualuiſſe à principio datam in præiudiciũ
enorme diuini cultus , ſupra de conſtitutio . ex parte .
¶ [*In gl.2.& ſi de hoc,ibi,illorum*] ar.ff.de pœnis.l.fi.[*& in fi.*]
reuocauit hoc iure legationis , uel de ſpeciali licentia
papæ ſm Goff. Innoc.alternatiuè loquitur, dicens, ꝙ
quidam dicunt hoc fuiſſe de iure:alii de gratia,& uide
quod de hoc notaui, infra de ele.cum ex eo,li. 6,in gl.
5 no.in ſeptennio.¶ [*In* † *glo.uocat,ibi,aſſiſios*] ab aſsideo aſsi
des : quia quicquid canonici faciant , ipſi ſemper aſsi-
dent,& deſeruiunt, vnde dici poſſunt aſsiſsij,quaſi aſi
ni; quia portant pondus dici, & æſtus,de deci. c.1. uel
dicuntur quaſi aſſaſsini,ſicut .n. illi exponunt ſe mor-
ti dominis obediẽdo etiam in malum,de homici.pro
humani, li.6.ſic etiam iſti ducendo mulierculas domi
nis ſuis canonicis, quod quàm peſtiferum ſit, legãt in
aucten,de len.coll.2.ut illi corporum,iſti vero anima-
rum aſſaſini dicantur.ſm Hoſti. ¶ [*In glo.ulti,ibi,priuare*]
in hoc contradicit gl.ſecundæ,niſi intelligas de priui-
legiatis à prędeceſſoribus,nõ à papa.illos enim priua-
re non pôt,ex quo ſpecialiter non committit: ſi tamẽ
aliàs delinquerent,poſſet illos priuare,ſm Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Suggeſtum. Ibi uide glo. & ut ibi no. & per glo.in c. decætero , de re.iu.li.6. ille enim non uenit contra priuilegium propria auctoritate , ſed de ſuperioris priuilegiantis licentia , & uide quod no.infra ſuper glo.fi.

SVMMARIVM.

1 *Non reſidens clericus priuatur beneficio,ſi monitus non redeat in*
ſta ceſſante cauſa,& ob quod beneficium,& quæ cauſæ excuſen
tur,num.10.
Reſidentiam quæ beneficia exigant, & nu.7.
2 *Non reſidens uocem habet in electionibus , donec beneficio priue-*
tur, ſiue reſidentiam exigat, ſiue non, & communibus tractati
bus, niſi ſit contraria conſuetudo ,
Non tamen recipit præbendam ,
Canonicus quis eſſe in pluribus eccleſiis poteſt,& qualiter,non ta-
men præbendas plures habere , & ratio .
Diſpenſatio non fit in mortali , nec in aliorum præiudicium .
Conſiliarij quanto ſunt plures, eccleſiæ proficit ,
3 *Præbendam aliam habentem qui clericum eligit ſine conditione ,*
& quæ uidentur tacitè renunciare priuilegio, uel ſtatuto, quod
habent de reſidentia,non tamen iuri communi, Quid ſi ignorent?
num.6.
Hunc non cogetur epiſcopus confirmare , & ſi confirmabit , quid
habebit ,
Priuilegio ſuo renunciare clerici non poſſunt , & uti ,
Contra factum ſuum non licitum poteſt uenire quis .
4 *Clericum alienum quando confirmat epiſcopus, an opus ſit epiſco-*
pi proprij permiſſione.
5 *Pro derelicto quem habere primam præbendam, ſi ſecundam acci-*
pit, ſiue ſit conſuetudo, uel ſtatutum, eſt laudabile .
6 *De reſidentia inter conſuetudinem , & conſuetudinem differentia*
eſt,& qualiter,uer. eſt autem .
Morandi cauſa tranſiſſe quis præſumitur , ex quo ſine licentia re-
cedit .
Licere , uerbum non imponit neceſſitatem.
Extra diœceſim an moneri quis poſſit & citari.
9 *Epilogus, & additio gloſſarum , nu.10*
Excuſationes in loco non permanendi recenſentur .

CAPVT XVII.

1 CLericos. Caſus. Priuatur † benefi-
cio clericus non reſidens,
ſi monitus iuſta cauſa ceſſante non redeat
[*Iuriſdictionis*] de extraneis nil ad eum.9. q.3.
per totum,de iudi.at ſi clerici,H.[*Beneficio*] ſcilicet cura
ta, uel etiam ſimplicia,ſi reſidentiam exigant ex priui
legio,ſtatuto, uel conſuetudine approbata.tales enim
niſi moniti redeant poſſunt beneficiis ſpoliari . & de
talibus poteſt intelligi,ſupra c.3.&4.infra ti.1.cum nõ
ignores, 70 di. ſanctorum. uerum ſi eſſent beneficia,
quæ reſidentiam non exigunt, tunc niſi eſſet neceſsi-
tas,uel utilitas eccleſiæ de nouo ſuborta, non poſſent
cogi beneficiati ad reſidentiam: quia tunc hoc præci-
pere non ſpectat ad ſuperioris officium, argu. 7. q. 1.
quia frater. & de talibus beneficiis poteſt intelligi , ꝙ
unus poteſt habere plura,de exceptioni.apoſtolicę,&
ar.ad hoc , quia epiſcopus aliis clericis etiam peregri-
nis poteſt conferre beneficia. 17. q. 1. poſſeſsiones, &
quia conſuetudo in talibus ſpectatur , de conſti. cum
omnes.nec ob. ſi dicas, quòd quis non poteſt ſeruire,
duabus eccleſiis.26.diſt. Acutius,quia omnes eccleſiæ
ſunt una.21.diſtin. quamuis, ſecundum Innoc. 7.q. 1.
Nouacianus, & §. fin. Dicit Hoſti.melius reſponden-
dum, quia ubi agimus de beneficio, quod non exigit
reſidentiam,nec de reſidentis ſeruitio eſt quærendum
& poteſt etiam quis uni præſentialiter, & alteri in ab-
ſentia deſeruire.ff.de oper.liber.l.antep.nec ob.ſecun-
dum Inno.infra ti.1.cum ſecundum., ubi à contrario
innuitur,quòd qui non ſeruit,non debet uiuere de al-
tari.nam & abſens & præſens ſeruire intelligitur,dum
modo bene uiuat , & bene expendat, quod inde per-
cipit.hoc dicit Hoſtiẽ. reprobari.1.q.3.ex multis,ante
fi.ibi,qui male accipit,ut bene diſpenſet,grauatur po-
tius quàm iuuetur.unde dic.c.cum ſecundum,intelli-
gendum de beneficiis , quæ reſidentiam exigunt : ſe-
cus de collatis obtentu perſonæ tantum cauſa pieta-
tis, & eleemoſynæ. unde , ſi debilitato ad ſuſtentatio-
nem confertur beneficium,percipiet,& ſi non ſeruiat
nec habet conqueri eccleſia, cum quicquid habet,de
putatum ſit pietati.74. diſt.multos.12.q.2.aurum, 16.
q.1.c.fin. putat tamen Inno.omne beneficium requi-
rere reſidentiam,niſi contrà probetur,etiam ſecundũ
Hoſtien.ſi ſit.10.ſol. ſupra eo.conquerente. hoc tamẽ
2 no. quòd † ſiue beneficium reſidentiam exigat , ſiue
non, is tamen, qui ipſum tenet, donec priuetur, uocẽ
habet in electionibus , & communibus tractatibus ,
niſi ſit contra conſuetudo , ſed præbendam non reci-
piunt de his, quæ reſidentiam exigunt. ſic poteſt intel
ligi.70.diſtin.ſanctorum. ubi dicitur, quòd ex diſpen-
ſatione epiſcopi non poteſt quis eſſe canonicus, & pꝛæ-
bendarius q.d.canonicus non præbendarius eſſe poſ-
ſet in pluribus eccleſiis de diſpenſatione epiſcopi,præ-
bendarius non, & hanc interpretationem uidetur ec-
cleſia recepiſſe.licet enim diſpenſare poſsit epiſcopus
tacite, uel expreſſe, uel etiam ſine diſpenſatione ſuſti-
nere,ut canonicus habeat alium canonicatum in al a
eccleſia ſui epiſcopatus, uel alterius,ſi placuerit ſecun
do epiſcopo : non tamen habet diſpenſare, ut contra
ſtatutum ,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſtatutum,uel cõſuetudinem eccleſiæ recipiat præben
dam.& ſit ratio : quia ſi haber præbendam, uotaretur
cupiditas,infra tit. 1.cum iamdudum, & in mortali di
ſpenſari non poteſt,& quia diminuerentur aliorũ præ
bendæ, nec debent diſpenſare cum aliorum præiudi-
cio.ſed ꝙ interſint electioni,honoris eſt,& eſt eccleſiis
ad profectum , quanto plures ſunt conſiliarii. 64.diſt.
3 extra.& de offi.deleg.prudentiam. Dicit † etiam Inno.
ꝙ ſi qui clericum habentem aliam præbendam ſcien-
ter eligunt ad ſecundam ſine conditione , ſi primam
uellet & poſſet dimittere,ſed potius volunt,ut habeãt
utranque , uidentur tacite renunciare priuilegio , uel
ſtatuto,quod habebant de reſidentia, de conſtit.cum
a acceſſiſſent[a], & c. ſeq. epiſcopus tamen non cogetur
confirmare,uel inſtituere:quia ſine ipſius auctoritate
conſue.uel ſtatutum non poſſunt infringere. de con-
ſue.cum conſuetudinem,ſi tamen uult. confirmabit
eum,& erit canonicus,ſed non præbendarius,niſi reſi
deat: quia licet renuncient priuilegio,uel conſuetudi
ni , non renunciant iuri communi , quo præbenda ei
nõ debetur,niſi ſeruiat.21.q.1.per totum, maxime cũ
uergat in præiudicium eccleſiæ, qua ratione dici poſ-
ſet,ꝙ nec canonici renunciare poſſint priuilegio ſuo,
ſm Inno.ſed dicit Hoſt.ꝙ etiam poſſunt uenire cõtra
factum ſuum, & remittit ad not.infra titu. 1.cum non
4 ignores.Dicit † etiam Inno.ꝙ quando epiſcopus con-
firmat clericum alterius epiſcopi, oportet, ꝙ permiſ-
ſionem habeat à proprio epiſcopo.71. diſ.per totum.
uel dic, ꝙ dummodo non intendat eum auferre prio
ri epiſcopo, ſed uult, ꝙ obediat illi,ut prius, bene po-
teſt eum confirmare in canonicum ſuæ eccleſiæ;alle-
gat Hoſt.in contrarium,ſupra eod.fraternitati.Remit
5 tit ad decre.ult.de cler.peteg.Si † uerò ſit conſuetudo,
uel ſtatutum primæ eccleſiæ,ꝙ eoipſo,ꝙ ſecũdam ac-
cipit uideatur primam habere pro derelicto, & uacet
ipſo iure . hæc conſuetudo , vt laudabilis eſt ſeruan-
6 da.12.diſt.in.illud. Quid † ſi ſecundi electores ignorent
electum habere beneficium , quod requirat reſiden-
tiam?Sol.non renunciant priuilegio, imò poſſunt il-
lum repellere,niſi renunciet,argu.ff.de emp.& uendi.
Iulianus.1.reſpon.Eſt autem differentia inter conſue-
tudinem,quæ continuam reſidentiam exigit,& illam,
quæ exigit temporalem,& etiam illam,quæ habet, ꝙ
non percipiat beneficium , niſi reſideat . Primo enim
caſu recipiendo ſecundam,quæ ſimiliter reſidentiam
exigit, renunciat primæ.In ſecundo non: quia ſi utra-
que requirit reſidentiam quatuor , uel ſex menſium,
utranque facere poterit;ad hoc facit. ff.de municip.aſ
ſumptio.§.iuriſprudentibus, de reſcriptis , dilectus.2.
In tertio caſu non uſ renunciare primæ,cum hæc cõ-
b ſuetudo non habet.quaſi ſatis ſit,ꝙ à beneficio[b] abſti-
net ſm Inno. cuius quaſi ad literam fuit hæc gl.Hoſti.
in his,remittit ad not.infra tit. 1.ſuper,& in ſumma hu
ius tit.§.1.& 2.& in ſumma de præb.§.fi.ſub illo. §.& il
lud omittendum [*Qua*] ſi exponis pro , quia, unus eſt
7 intellectus.alius,ꝙ hic dicat,quaſi † quædam ſint,quæ
non exigant,quod eſt uerum ſm Hoſt.ſ.c.proxi.con-
tra.Dicit Hoſti.poſt Goffr.ꝙ beneficia pro titulo aſſi-
gnata,etiam ſi ſint uicariæ, uel modicæ æſtimationis,
requirunt reſidentiam.70.diſt.ſanctorum, de offic.ui-
ca.ex parte,ſupra eod.conquerente: ſecus in penſioni
bus,uel ſtipendiis aſſignatis aliquibus quaſi bene me-
ritis.16.q.1.poſſeſſiones,& q.6.illud,uel cauſa pietatis,
32.diſt.ſiquis.12.q.1.quia tua [*Morandi cauſa*] hoc præſu
8 mitur † ex quo ſine licentia recedit,ſupra c.2.ſm Hoſt.
[*Liceat*] quaſi non imponatur neceſſitas.facit ſupra de
uita,& honeſt.cleric.quoniam,ſm Hoſt. [*Moniti*] q.ex
tra diœceſim moneri poſſint,non citari, de hoc ſupra
eod.ex parte,& c.ſeq. [*Oſtenderint*] not.pro his,quæ dixi
9 ſupra eo.inter.¶ Secunda † glo.diſtinguit,an pro dere-
licto & c.& remittit.¶ Vlti.glo.exemplificat.& arguit.
10 ¶ [*In † glo.2.ibi.ioculator*] quod dic.ut de uita & hone.cle-
ri.c.uno,lib.6.[*& ibi,ſtatim poteſt*] vide quod dixi ſupra
eod.ex tuæ.in glo.not.Io. [*& in fi.*] & 7.q.1.§.ambitio-
nis.¶ [*In glo.ult.ibi,iuſta cauſa*] puta intemperies aeris, uel
timor mortis.74.diſtinct.quorundam de renuncia.ad
ſupplicationem,vel fractio pontis,vel ſimilia,& habes
exempla. ff.ſi quis caut.l.2.uel probabilis indulgentia,
ſupra cap.proximo, ſecundum Hoſtlen.

ANNOTATIONES.

a ¶ Acceſſiſſent. Facit c.cum M.Ferrarienſis,eod.tit.& infra tit.proxi.pro illorum,& quod ibi not.& facit,quod not.Ioan.Andr.in c. maioribus,infra tit. 1.in glo.per hoc.

b ¶ Beneficio. Facit,quod not.Ioan.And.in capitulo ei cui,de præbend.libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio,uel continuatio tituli.*
Præbendæ cur aſſignentur clericis.
Præbenda quid ſit , & dignitas quid, remittit, & de utraque ubi alibi tractetur , num.2.

De præbendis,& dignitatibus. Ru.

1 Dictum † eſt de uita,& honeſt.clericorum.ſed quia cle
rici ad hoc,ut honeſtè uiuant,debent habere præben-
das,ne mendicẽt, vel negocientur in cleri.opprobriũ,
ideo tractat de rebus eorum, ſcilicet de præb. & digni.
Goff.Et eſt hic ordo præpoſterus, uel reſpicit gradum
promotionis.& quid ſit præbenda,not.de conſti.cum
M.de digni.ſupra tit.1.c.3. & dicam infra eo. de multa.
2 Habetur † materia.21.q.1.& 2,per totum,& 70.diſt.ſan-
ctorum.16.q.7.nullus. Repetitur in 6.& in Clemẽ. cui
conuenit,de conſti.cum M. de reſcriptis,cum adeo.&
c.conſtitutus,& capitulum,de electi.dudum.2. de æta.
& qualit.cum te,& c.accepimus,de ſciſma.c.1.& 2. Rũ.
de cle.ex.mi.poſtulaſtis,& c.ſeq.& lib.6.de offi.ord.or-
dinarij,de hæret.c.2.§.ad hæc,& Clem.de ſup. neg.præ
lato.c.uno.§.fi.& de officio vica.cap.uno.

SVMMARIVM.

1 *Clerus diuerſus eſt à populo.*
Populi appellatione patricij continentur,
Nullus,eſt dictio uniuerſalis, uerſi.& eſt ſenſus,iuncto contextu.
2 *Patronatus ius licet ſit eccleſiaſticum & ſpirituale, iure quæritur hæreditario,& num.4.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT I.

VT nullus. Breue eſt [*Siue*] not.
1 ꝙ † clerus,& populus
ſunt diuerſa, ad idem,infra de ſen.exc.
a ſi ſententia[a],li.6.[*Populo*] cuius appella
tione cõtinent patricij,inſt.de iure na.
§.plebiſcitũ.& eſt ſenſus ſm Ho.ꝙ nec
humilis,nec quantumcunque nobilis
a hoc præſumat [*Eccleſiaſtica*] ius † uero patronatus,licet
ſit eccleſiaſticum & ſpirituale, vel quaſi ſupra, de iudi.
quanto,iure hæreditario acquiritur,& transfertur, in-
fra de iure patro.cap.1,16.quæſt.7.filiis,Goffr. ¶ Secun
3 da † gloſ.diſtinguit inter eccleſiaſtica,& patrimonialia
4 bona.¶ [*In † gl.2.ibi,eccleſiaſticis*] uel de ipſis dignitatibus,
& præbendis, ut plus faciat ad titulum [*& ibi,tranſeunt*]
iure ſucceſſionis alicuius,propinquitatis ratione(in ſu
perſcriptione) in corpore canonum, de quo 19.diſ.c.1.
Egid. & not.pro generali allegatione, ut dixi de co.ha-
bi.cleric.ueſtra.

ANNO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ANNOTATIONES.

a ¶Sententia. Ibi uide glo, & Ioan. And, & Old. conſi. 87. & Barto. ff. ad municipa. l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum appellatione comprenduntur hic ſubdiaconi, & ſuperiores.*
Clerici pauperes non ordinandi.
Alimenia quid, & unde dicta.
De bonis eccleſiaſticis tantum pauperes paſcendi.
Facere pro ordinare.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 3.*
Ordinatus ſine titulo non habet executionem ordinis.

CAPVT II.

1 NOn liceat. Breue eſt [*Clericos*] in † ſub
diaconatu, & ſupra & pau
peres. alias cõtra de reſcript. poſtulaſti. Hoſt.
[*Alimonias*] ideſt alimẽta, ſiue uitæ ſubſidiũ,
& dicitur quaſi alimenti eleemoſyna, ut uiuant, de bo
nis eccleſiaſticis tantum pauperes paſcendos. 15. quæ-
ſtio. 1. c. ſi. ſecundum Hoſtien [*Faciat*] ideſt ordinet [*Vi-
uere*] ergo, ſi habent, unde uidere poſſint, non tenetur
prælatus, ſecundum Hoſtien. de hoc inf. eo. epiſcopus.
2 ¶ Prima † glo. reſpondet per quæſtionem, an etiam in
minoribus, &c. ¶ Secunda gloſſ. ſignat contrarium, &
3 ſoluit. ¶ [*In † glo. 1. ibi ordinibus*] idem no. 70. di. §. 1. [*Et ibi, in
ſacris*] Alij enim à ſtatu clericali recedere poſſunt. infra
de electio. cũ ex eo, lib. 6. ¶ [*In gl. 2. ibi, & c. 2.*] ibi dicitur,
ꝙ ordinatus ſine titulo nõ habet executionẽ ordinis.

SVMMARIVM.

1 *Ratio inducitur.*
Lex quid.
Eccleſiæ quod legatur, à Prælato non uendicandum, & num. 3.
Proprium nemo dicat, quod eſt eccleſiæ.
2 *Pro eccleſia iudicandum in dubio.*
Vtilitas communis anteponenda priuatæ.
3 *Additio gloſſarum.*
Præbendæ non appropriantur, ſed nomine eccleſiæ poſſidentur.

CAPVT III.

1 RAtio. Breue eſt, & † no. rationẽ induci.
Lex enim eſt omne, quod ratio-
ne conſtiterit. i. d. conſuetudo. ff. de bonis
a dam. l. fi. in prin. & inſti. de iure na. §. ꝙ uerò
2 naturalis rõ [*Communi*] ꝙ † ergo legatur eccleſiæ, præla-
tus ſibi non uendicet. unde Hiero. Nemo proprium di
cat, quod eſt eccleſiæ, alias cõe 16. q. 1. c. fi. de teſti. rela-
tum. C. de acquæductu. l. diligenter. li. 11. Hoſt. [*Cognoſci
2 tur*] idem, ſi † dubitetur, quia cõis utilitas eſt præferenda
priuatę, de poſtu. bonæ, & in dubio pro eccleſia iudicã
3 dum, de pœ. cler. c. 1. ¶ [*In † glo. 1. ibi, approprietur*] uel hære-
dibus quaſi proprium relinquat, uel applicetur, quaſi
apud ſe plicetur [*& ibi, præbendarum*] illæ enim nõ appro
priantur, ſed nomine eccleſiæ poſſidentur [*& in fi.*] de
hoc, ea. cauſa. q. 2. uobis.

ANNOTATIONES.

a ¶Quod. Et uide Bal. in l. nemo, de ſentent. & interloc. om. iud.

SVMMARIVM.

1 *Ordinator tenetur ei prouidere, quem ordinauit ad ſacros ſuum non habentem, unde uiuat, & quouſque ſecus ſi diues ſit.*
2 *Titulus habet uarias ſignificationes.*
Eccleſiæ uocabulo etiam cathedralis includitur.
3 *Ordinare non poteſt epiſcopus non ſubditum ad titulum patrimonij.*
Sacramenta in non ſubditum quis non poteſt conferre.
4 *Suffragium gloſſarum.*
Alimentis legatis non expreſſa quantitate, quæ debeantur.
Perſonarum circumſtantiæ inſpiciendæ in ambiguis.
Dos quæ conſtitui debet à curatore.
5 *Additio gloſſarum.*
Clericus habens ſufficiens patrimonium, an de eo, uel eccleſiæ reditibus uiuere debeat.
Ordinari quis intelligitur ad titulum ſui patrimonij, licet non exprimatur, ad uerb. intelligitur, coniuncta gloſſa.

CAPVT IIII.

1 EPiſcopus. Caſus. Qui † ordinauit ad
ſacros ſiue titulo non ha-
bentem de ſuo, unde uiuat, ei in neceſſariis
prouideat, donec titulum habeat. Ponitur
dictum, & eius exceptio. ibi, niſi [*Certo*] nota etiã patri-
moniali, & ſic illud, Niſi, poſitum in fine ꝓbat opi. de
qua dicam, infra [*Titulo*] uarias huius uerbi ſignificatio
nes habes nnrat. ſup. de elect. dudum 2. ad fi. & de offi.
archipresb c. ñ. [*Vitæ*] diues uerò quod petit, intus hẽt.
[*Percipiat*] i. pcipere poſſit [*Ordinauerit*] per ſe, uel alium;
quod dic, ut inf. eo. ſi epiſc. cui, li. 6. & ſup. præcipimus,
2 ut [*Eccleſiæ*] cathedralem † includit. inf. eo. cum ſcdm. [*Mili
tiæ*] no. clericos milites. infra tit. 1. c. 1. [*Aſſignet*] ipſe, uel
alius, inf. eo. ſi epiſcopus, cui. i. reſpõ. in fi. lib. 6. & ſi aſſi-
gnet. quod non poteſt, aliud aſſignare cogetur, inf. eo.
inter cætera. V in [*Niſi talis ordinatus*] ſ. ſine certo titulo,
ut dictum eſt. ſ. & hoc approbat; Tan. & Ho. Dixerũt
3 autem hic Inno. & Hoſt. ꝙ † epiſcopus non ſuum ſubdi
tũ ordinare nõ poteſt ad titulũ patrimonij. non enim
licet illi cõferre ordines, ſicut nec alia ſacramenta 71.
d. primatus, de pœ. & re. omnis. dic ut de tempo. or. nul
lus, libro 6. no. etiam hic de his, quæ uidebis, inf. c. tuis.
4 ¶ [*In † glo. 2. ibi, cum alimenta*] legatis alimentis, non expreſ
ſa quãtitate, inſpicitur, quid defunctus pſtare ſolebat.
demũ quid cæteris eiuſdẽ ordinis reliquerit: neutro ap
parẽte iudicabitur ex facultatibus defuncti, & charita-
te illius, cui relictũ ẽ [*& ibi, quæro*] Curator dotẽ conſti
tuit pro dignitate, & facultatibus mulieris, & uiri [*& ibi
§. 1.*] uide ſup. ti. l. quia nõnulli, in 1. glo. ¶ [*In glo. ult. ibi, cle
5 ricos*] ubi dr̃, ꝙ clericus † hẽns ſufficiẽs patrimoniũ de ip
ſo, & non de reditibus eccleſiæ uiuere debet. ſed dic. ꝙ
licet hẽat ſufficiẽs pr̃imoniũ. de bonis eccleſiæ. cui ſer-
uit, uiuere põt. & ibi ſolũ prohibent bona patrimonia
lia theſaurizare, & bona eccleſiarum expendere. alias
autem bene poſſunt ea ſeruare hæredibus, & bona ec-
cleſiarum expẽdere, ſecundum Innocẽ. de hoc 12. q. 4.
c. 1. uel ſcdm Hoſt. intelligitur illud. c. de illo, qui non ſer-
uit eccleſiæ. & percipit beneficium, augens patrimo-
nium. Remittit ad nor. de teſta. quia nos, alias tua nos,
& ſup. de reſcriptis, poſtulaſti, & illud etiam dixit Inno
cen. ne præla. ui. ſu. c. 3. [*& ibi, intelligitur*] etiam ſi hoc nõ
exprimatur, de hoc infra eodem, ſi epiſcopus, libr. ſex-
to, in quarta gloſſ.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſias plures quem habere non permittant epiſcopi.*
Ambitio clericorum corrigenda, quæ omnes ferè inuaſit, et quid ſit.
Pauperum inopia ſubleuanda.
Simonia etiam in temporalibus committitur.
2 *Præcepta non ſunt negligenda.*
Diſſolutio clericorum uetatur, & in quibus.
Iniquitas ex adipe procedit.
Eccleſias tenere plures eſt peccatum.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Diſpenſatio rationabilis eſſe debet, & in ea nec modicum beneficium taceri.

CAPVT V.

1 QVia In tantũ.Caſus,Epiſcopi†non pmit
tant aliquẽ habere plures eccleſias.
dicit Hoſt.ambitionẽ clericorum diuerſa be
neficia uſurpãtium præcipit corrigi,& pau-
perũ inopiam ſubleuari.ſecunda ibi,& de.[*Quorumdam*]
imò ferè omniũ.pauci enim ſunt,qui poſſint à tali ui-
tio excuſari,ſm Hoſt.ad hoc de deci.c.1.[*Ambitio*]quę
eſt aſpiratio ad dignitatem procedẽs ad actum, inf. eo.
cum iam dudum, & talis , ſicut in ſpiritalibus ſimoniã
committit,ſic in temporalibus.l.Iul.de ambitu, inf.de
a ſimo.c.1.C.&.ff.ad l.Iul.de ambi. a per totum[*Duas, uel
tres*]tantum[*Coepiſcopos*]ad quos hæc petinent.10.q.1.re
2 genda[*Præcipimus*]non†eſt ergo negligen.14.q.1.quod
præcipitur,Hoſtienſis[*Multitudine*]præbẽdarum, uel ec
cleſiarum,Inno.[*Diſſolutionis*]in ueſtibus.&moribus.vt
ut enim ait Pſalmiſta,ex adipe ꝓcedit iniquitas, Hoſti,
b [*Euagationis*] b de officio Archipresb.c.2.[*Periculum*]hoc
clare patet ſm Hoſtien. ꝙ tenere plures Eccleſias ẽ pec
catum[*Valeant*]cũ effectu,ſupra ti.1.relatum[*Sublenari*]
3 repete,præcipimus.¶Prima†gl.quærit,& ſoluit.¶*In gl,
1.ibi,quod ſic*]idem Tan.& Hoſtiẽ.[*& ibi,in contrarium*]ad
hoc inf.eo,cum in eccleſiis,lib.6,[*& ibi, acceſſoryi*] facit
c quod no.7. q,1.ſiquis in clero[*& in fi.* c] ad hoc de tẽp,
ord.cum nullus.1.reſpon.¶*In glo.ult.ibi,diſpenſationem*]ra
tionabilẽ, aliàs,ſi fiat ſine cauſa,ſm beatum Bern.diſſi
patio dici debet. Hoſt,[*& in fine*] a.in qua nullũ ẽt mo-
dicũ beneficiũ taceri debet,inf.eo.non poteſt,lib.6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ambi.& ibi in l.1.uide Bart.an in curia Papæ habeat locum,& uĩ de de prioribus dignitatibus in l,Barbarius,ff.de offic.præto.
b ¶Euagarioois. Abſoluitur ergo antequam optet,& tamen optio eſt facti,uide in deci.Rotæ,conclu.216.inf.c.pro illorum,ſuper gl.pe.
c ¶ In fi. Vide Ioan.And.in c.dilectus,allegat in glo.& in c.cœpit,de priuileg.& in c.1.de cler.pereg.& per Archid.in c.ſtatutum.§.cum uerò,de reſcrip.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Ad Papæ mandatum quis prouidere non tenetur duobus caſib.hic.*
Aequanimiter , ideſt æquo animo .
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Hoſpitem recipere quem poſſit mulier .
3 *Additio gloſſarum .*
De beneficio quantumcuoque modico mentio facienda, etiam de eo, quo quis eſt ſpoliatus .

CAPVT VI.

1 CVm teneatur. Caſus. Ad†manda
tum Papæ quis ꝓ-
uidere non tenetur ei , qui beneficiũ ſuum
in litteris tacuit, vel cui ſine ſcandalo proui
dere non põt.non diuiditur[*Beneficium*]repete,quæ dixi
mus de reſcriptis,mandatum,Inn. [*Aut ſi*] ſup.etiam ſi
fecerit mentionẽ,Egi [*Non potes*] de hoc de reſcript.ſci-
ſcitatus [*Scandalo*] concor.inf.eo.cũ non ignores,& inf.
de iure pa.ca.3.& ſup.de cleri.coniu.cum olim [*Aequa-*
2 *nimiter*].i.æquo animo¶ Secunda†glo.arguit à contra-
rio,& illud determinat.¶Pe.& ulti.eliciunt duo argu-
menta.¶*In glo.pe.ibi,Nepos*]uide de uer.ſi. intelligentia,
ſuper 3.gl.[*& ibi,non aliter*]ſequitur, mulier hoſpitẽ reci
pere põt,quã ſi is ſit,qui honeſte cum ea,quæ uſum ha
3 beat,habitura ſit.¶*In†glo.2.ibi,tutius*]& neceſſarium,in-
fr.eo.ſi motu proprio,li.6.& ibi,in 4.gl. habes opinio-
nẽ Vin.& Goff.hic no.unde dicebat Ala.ſatis uideretur
æquum.ſcio tamẽ,ꝙ ſecus in curia Ro.ſeruatur. ſed an
ſpoliatus tenetur facere mentionem.dicũt quidã ꝙ ſic
ſup.de reſcriptis,in noſtra.ff.de reſti.in inte.nemo uide
tur.ff.de reg.iuris,qui actionem,Guido, & hoc teneas,
quia alias aperta eſſet via fraudibus. & facit quod dicã
inf.eo.de multa,ſuper uer.habebat.¶*In glo.ult.ibi,ſi quan
do*]quæ loquitur in genere:hęc in ſpecie, Hoſti.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſias plures habens, alteram eligere, & alteram dimittere compellitur, uide latius num. 3.*
2 *Spoliandi quem beneficio debet iudex iudiciario ordine ſeruato, atque per ſententiam.*
Reſtitutio non tenet , ſi non tenuit appellatio .
Vocatus venire debet etiam pendente appellatione,quæ nõ tenebat, uel ſaltem allegaturus priuilegium .
4 *Idonea perſona eccleſiæ urgendæ qualis eſſe debeat .*
Incunctanter, aduerbium ſignificatio.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 6.*
Ad archiepiſcopum appellatur ab Archidiacono , & ita conſueuit appellari ad archiepiſcopum Rhemen.

CAPVT VII.

1 REferente. Caſus.Habens † plures ec-
cleſias,alteram eligere . &
alteram dimittere compelletur. & ſunt duæ
partes.prima impetrantis conqueſtio. ſecũ-
da ipſius abſolutio,& cauſæ commiſſio , ibi, nos autẽ.
& dicit Inno.ꝙ ſcribitur ordinario,quod patet ibi, Ar-
chidiaconus tuus [*Duas*] contra id,ſup.eo.quia [*Archi-
diaconus*]uide quod no.de offi.or.ordinarij.lib.6,in gl.2.
2 [*Spoliauit*]in duobus†peccauit ſm Innoc.quia non ſer-
uauit iudiciarium ordinem,quia non ſpoliauit eum ꝑ
ſentẽtiam,quod ſi feciſſet,tranſiſſet in rem iudi.nõ ob.
ap.ad Archiepiſcopum interiecta.ſecundo quia nõ de
dit ei optionem eligẽdi.& de hoc uerbo dixi ſm Hoſt.
ſup.tit.1.ex tua:[*Reſtitutus*] cum non teneret appellatio,
non tenuit reſtõ,ſm Inno.[*Fuiſſet*]prædictus presbiter
[*Vocatus*]uenire debuit ſiue pen. ap. quæ non tenebat,
ſiue poſt ſaltem allegaturus priuilegium,de ap.ſi duo-
bus,& c.cum parati,ſm Innoc.[*Abſolui*]ſine iniuria,9.
3 q.3.cuncta,de ſen.ex.ſacro[*Quan.†voluerit*]cõtra,quia ẽt
añ concilium generale nõ dabatur optio, ſed priuaba-
tur,ſecũda, ſup.ti.1.c,3. iſtud põt intelligi de collatis añ
illud conciliũ Lateranen.uel loquitur ſm Guido. quã-
do quis habebat duas,quarum utraque erat ſufficiens,
ſed modo utraque facta eſt opulenta.Boa.dicit,ꝙ ſi cõ
tendit utranq; retinere,carebit utraq;,inf.eo.de multa.
ſi non contẽdit,habet optionem,ut hic:tene primum.
[*Preſato.G,*]cui contulerat Archidia. per hoc patet ſm
Hoſt.ꝙ intentio Archidiac.approbatur[*Alioquin*].i.ſi il
4 le.G.habuit beneficium [*Idonee*] moribus † & ſciẽtia,&
alijs circunſtantijs,inf.eo,graue [*Incunctanter*] i.indilate,
5 uel ſine mora,uel ideſt indubitanter. ¶ Secunda † glo.
all.concor.ſignat contrarium,& ibi remittit,& opi.po
nit La.quam reprobat. ¶ Penul.glo. obijcit.ponit opi-
nionem Ala.quam reprobat. ¶ Vlt.gl,arguit. ¶*In† glo.
2.ibi,Lau.*]Vincen.Phi.Goff.& Inno.[*& ibi,ad archiepiſco-
pum*] hoc placet Hoſt. qui dicit ſe ſcire. quòd Archiepi.
Remen.talibus conſue.utitur;all.de app.Romana,li.6.
¶*In glo.ult,in fi.*] & c.is cui, lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Præbendarum diuiſio prohibetur , non tamen aliqua detractio , & quo caſu, num, 2.*
Dignitatum item permutatio .
Beneficio quæ maiora, quæ minora, quæ maxima . quæ mediocria.
2 *Præbenda quid in ſuo ſtatu permanet , licet poſſeſſionibus minuatur, num. 4.*
3 *Præbenda quot inſtitui debeaat .*
Canonicatus ius remanet penes aſſumptos ultra numerum.moriturque cum eis,
4 *Ad præbendam unam facta duarum electio non tenet , & quo caſu.*

Ad

Ad canoniam, ſi fiat, an teneat.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
In minimis idem iuris, quod in magnis, & quando, coniuncta gloſſa.

C A P V T VIII.

1 MAioribus. Caſus. Prohibetur † diui-
ſio præbendarum, & per-
mutatio dignitatum, & prohibitionis cām
præmittit. ſecundo prohibet, ibi, Iccirco, &
uocat maiora epiſcopatus, & ſuperiores: inferiora mi-
nora: tamen epiſcopatus poſſunt dici maxima, quę im
mutabilia ſunt, niſi aliud fiat auctoritate Papæ, de tran
ſla. c. 1. Abbatiæ, & perſonatus poſſunt dici media. præ-
bendæ verò minora ex ui cōparationis; ad hoc inf. c. fi.
de hoc de fil. preſ. c. fi. & infr. eod. ſuper, Hoſt. [*Minorum*]
quia minores, qui regunt eccleſiam, ut canonici, diui-
debant præbendas minorum, puta manſionariorum:
contra hos prouidet [*Sectionem*] ideſt diuiſionem [*Præ-*
2 *bendarum*] & per hoc † non prohibetur, quin de una præ-
bēda nimis magna reſpectu aliarum poſſit aliquid de-
trahi, & minoribus addi. pręben da. n. unica in ſuo ſtatu
permanet, licet in poſſeſſionibus minuatur. unde mā-
dantur coæquari præbendę, de cōſti. cum oēs, & ſit rō,
quia præbenda eſt nomen iuris, quod non cōſtituitur
tm̄ ex poſſeſſionibus, ſed ex iure canoniæ, cui annecti-
tur: quæ tamen ſine reditu non pōt conſtitui: quia nō
eſſet, quid præbendario præberetur. 1. q. 3. ſi quis obie.
3 & hac rōne patet, ꝙ in † eccleſijs, ubi ſunt 12. canonici.
non pōt conſtitui numerus 10. præbendarum tātum;
quia oporteret unam præbendam inter plures diuidi.
ſed bene poſſet conſtitui certus numerus paucorū ca-
nonicorum, quā ſint præſentes canonici, & prębendę.
Ius enim canonicatus bn̄ remanet penes illos, qui ſunt
modo ſupra numerum, & moritur cum eis, inf. eo. di-
4 lecto. Item licet † ad unam præbendam non teneat ele-
ctio facta de duobus, inf. eo. tuæ: ſi tamē ad unā cano-
niam uacantē duo eligātur. eſto, ꝙ ſit diſtinctus nume
rus, tenor electio, quaſi eligētes renuncient canonico-
rum numero, de conſtitutio. cum. M. infr. eo. relatum,
& c. dilectus, & c. dilecto, ſed numero præbēdarum nō
uidentur ſic renunciare, licet eligant plures ad unā præ
bendam: quia præbēda non conſiſtit tm̄ in iure, ſed in
reditibus, & in facto: unde deſtrui eam oportet facto,
& expreſsè, ſi deſtrui debet; ad hoc de conſti. cum. M.
Alij contra, & bene dicentes, ꝙ non ualet pluriū cano-
nicorum electio ad vnam præbēdā ut ibi no. ſ. ut unus
habeat dimidiam, & alter aliam dimidiam, ſed ex una
poſſunt fieri duæ, inf. eo. uacante. & hæc locum habēt
ſolum in eccleſiis, ubi ſunt diſtinctæ præbendæ, inf. eo.
dilecto, Inno. & Hoſt. [*Permutationem*] nec diuiſionem.
inf. eo. niſi. ſic dicas de permutatione præbēdarum, de
rerum permutatione, quæſitum. & ſic diuiſio, & pmu
5 tatio utrunq; reſpicit, ſm̄ Hoſt. ¶ Prima † glo. arguit ad
duo. ¶ [*In 1. glo. ibi, magnus*] quod uerum eſt ſm̄ Hoſt. quo
ad conſtitutionum cōionem. ut hic, & 4. diſt. erit. quò
ad appellationem, & quo ad furtum, fornicationē. iu-
dicij æquitatem per iura proxi. allega. quò ad ſcandali
uitationem, de no. ope. nunc. c. 2. quo ad animæ ſalua-
tionem, in aūt. de mona, §. hinc autem nobis: ſecus in
reſcriptis; quod dic ut de reſcriptis, ſedes [*& in fi.*] ſupp,
de officio dele. paſtoralis 1. reſpon,

S V M M A R I V M.

1 *Præbendam habere debet receptus in canonicum, quando ſe faculta-
tas offert.*
Eccleſia tua, ideſt cuius præbendarum collatio ad te pertinet.
Canonica collatio quæ, ad dictio. canonicè.
2 *Vacaturæ præbendæ promiſſio non licet, quamuis mandari poſſit,
aſſignari recepto, cum ſe facultas offert.*
3 *Receptis duobus, uno auctoritate capituli, alterò Papæ, utri prius
præbenda debeatur.*
4 *Receptus à capitulo nunquid poſſit opponere ſe contra impetran-
tem à Papa, qui petit præbendam, uel canoniam, de ſurreptio-
ne literarum.*
*Litera Apoſtolicæ huiuſmodi, an dicantur eſſe ſurreptitiæ non fa-
cientes de recepto à capitulo mentionem.*
*Ex receptione ſimplici non competit ius ad uacaturam, niſi ex ea,
quæ fit auctoritate Papæ, uerſi. & ſi dicatur.*
Eſt contra ius.
*Receptus auctoritate Apoſtolica cæteris paribus præfertur, in fi.
quid de neſciente tempus ſuarum literarum, num. 5.*
5 *Præſentationis tempus non inſpicitur in literis beneficialibus.*
6 *Receptus primo, ſi primo uacantem præbendam, quia lites exe-
cratur, dimittit, & praelegit habere ſuo ordine unam de uaca-
turis, an id facere poſſit.*
*Recepto in canonicum nulla uacante præbenda poteſt ei de commu-
nibus prouideri, in fi.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 8.*
Liberalitas in neceſſitate non eſt.
9 *Additio gloſſarum.*
*Promiſſio debet adimpleri, etſi non præcedat interrogatio, nec ul-
lum interueniat ciuile ueſtimentum.*

C A P V T IX.

1 RElatum. Caſus. Receptus † in canoni-
cum, quando ſe facultas of-
fert, debet habere præbendam. Inter cauſas
mandati, quas ponit principium & finis. in
ſerit mandatum, ibi, Mandamus, quatenus [*Eccleſia tua*]
ideſt cuius præbendarum collatio ad te pertinet. de ca
thedrali enim nō poteſt intelligi, quæ regularis eſt mo
nacorum, ſm̄ Hoſti. [*Integritate*] ergo aliquid percipie-
bat, & ſic ſoluitur cōtrarium de decre. inſ. eo. dilectus,
ut ibi no. [*Canonicè*] i. ſine ſimonia, & quolibet alio ui-
tio, uel defectu, Hoſt. [*Alys*] ſ. locis, uel loquitur de redi
tibus, qui tantum reſidentibus ſunt communes, & tan
dem inter eos diſtribuūtur, inſ. eod. dilectus, & c. licet,
2 Goffr. [*Vacauerit*] dicit † Inno. ꝙ hæc decre. de gr̄a loqui
tur, nō de iure in hoc, qđ dicit, vel quæ primo uacaue-
rit. Certum enim eſt, ꝙ non ualet promiſſio uacaturę,
licet de iure mandare poſſit recepto præbendam aſſi-
gnari, quam cito ſe facultas offerret. inſ. eo dilectus, ſm̄
Innoc. & ſic fiet auctoritate præſentium, quod nō fie-
ret ex ui receptionis. ſi. de iud. quia. V. ſm̄ Hoſti. uel ſm̄
3 cum, ut dicit gl. Quærūt prædicti † doctores, quid ſi pri-
mo recepto auctoritate capituli recipiť ſecūdus aucto
ritate Papæ, cui prius debeať præbēda? Super hoc dic,
4 ut j. eo. hi qui, li. 6. Nunquid aūt † contra impetrantem
à Papa, qui petit præbendam, uel canoniam tantum, ſe
a poſſit opponere receptus à capitulo proprio motu.
Remittit Innoc. ſup. de reſcriptis, mandatum, & quia
Hoſtien. hic poſuit illam glo. Innoc. hic proſequamur
eam. & uť ibi Innoc. uelle, ꝙ nō poſſit ſe opponere re-
ceptioni, cum in can. nullum ſibi fiat ꝑiudicium, nec
aſſignationi prębendæ, cum in illa nullum ius habeat:
pōt tn̄ cōtra litteras opponere, ꝙ ſunt ſurreptitiæ: quia
ſi Papa ſciuiſſet, nō ſcripſiſſet pro illo, ar. ſup. de offi. de-
leg. ex parte. 1. quia nunquam intendit dare lr̄as alteri
præiudiciales. ff. de uul. ſubſti. ex facto. C. de eman. nec
auus ſup. de reſcriptis, ad aures, de ſta. mo. in ſingulis. §.
porro, cum concor. nō ob. quod eius nō intereſt, cum
nullum ius habeat in prębenda, ut ſup. dictum eſt: quia
& ſi principali conſiderato non habeat ius; tn̄ rōne ac-
ceſſorij auditur: quia ſuperior, cum ſe facultas obtule-
rit, ſibi faciet aſſignari præbendam, ut hic, & inſ. de cō-
ceſ. præben. cum ſuper. ex quo tamen is, pro quo Papa
ſcripſit, receptus eſſet, ceſſaret pręcdicta oppoſitio, cum
ille

iſſe nō ex literis, ſed ex receptione ſe innet.& ſi dicatur,
ꝙ ex receptione ſimplici nō competit ius ad uacaturā,
fateor ex ſimplici,ſed bene cōpetit ex illa,quæ fit aucto
ritate Papæ.Ho.dicit prædicta eſſe contra communem
& ſolennem opin.quæ habet, ꝙ literæ beneficiales ſur
reptitiæ ſunt nullę,& omnis proceſſus habitus per illas,
de quo no.ſupra de reſcriptis,ad audi ētiam.2.Quare di
cit,& ſic tenemus tales literas nō eſſe ſurreptitias. & ob
hoc iſte illi præfertur, ut prædixi. Item illa receptio, in
quantum reſpicit uacaturam,eſt contra ius, licet de be
negnitate ſibi,cum ſe facultas offert,prouideatur.Item
per dictum Inn. daretur materia capitulo illudendi Pa-
pæ,& eius poteſtatem uſurpandi,contra id, quod habe
tur de alie.mu.iu.c. 1.de offic.leg.quod translationem.
Item cōſtat, ꝙ cæteris etiam paribus præfertur habens
5 auctoritatem Apoſtolicam, de maio.& obed.per tuas,
infra eod.ſi à ſede,libr.6. Format†etiam Innoc.hic quaſ
dam quæſtiones, quæ fundantur ſuper illa falſa opin. ꝙ
in literis beneficialibus inſpiciatur tempus præſentatio
nis,quæ falſa eſt,ut etiam hic dicebat Ho.infra eo.cum
tui,& de reſcriptis,tibi qui,li.6.Quærebat enim,& diffu
ſe tractabat de recepto auctoritate Papæ,qui neſcit tē-
pus ꝑſentationis ſuæ.i.ſuarum literarū, & ſic neſcit,quā
ꝑbendam petere debeat.illud verò dubium hodie poſ-
ſet occurrere in paritate datæ;& tunc dic, ut inſ.li.6. de
reſcriptis cap.penult.Dicebat tamen hic Hoſtien.eo ca
ſu Papam conſulendum,de offi.deleg.c.2.de re iud.ca.
6 fi.dixit†etiam hic Innoc.quoſdam dicere, quorum di-
ctum hodie nō procedit per decre.ſi clericus,eo.ti.li.6.
ꝙ ubi ſecundus tenet præbendam, quæ primo de iure
debetur:tamen, quia primus exeeratur lites, prælegit
habere ſuo ordine unam de uacaturis,hoc facere pote
rit,dummodo ſit talis, & in eo ſtatu,ꝙ ſi nulla præben-
da ei delata fuiſſet, omnes alios de iure præceſſiſſet, &
hoc ideò, quia ꝑ taciturnitatem huiuſmodi nullum fit
alij præiudicium,cū etiam ſi auferret primo ſuam prę-
bendam: primus tamen illis expectātibus præferretur.
unde dimittendo illum in pace,ſi loco illius expectan-
tibus præferatur, eis præiudicium non generatur, nec
eſt uituperanda illius uerecunda cogitatio,qui litē exe
crat.ff.de ali.mu.iu.ca.fac l.4.§.poteſt.Sed dices,iſte ſic
receptus habet ius in prima:ſi petat ſecūdam,habet ius
in duabus.ſed intentio Papæ,& ipſa ueritas cōtraria eſt,
de reſcriptis ad audientiam 2.& ca.in noſtra.Solu.dicit
Innoc.uerum eſt,ꝙ habet ius in prima ſed recepta ſecū
da perdit illud ius,& tranſit ad proximū, & dicunt qui-
dam hoc uerum, etiam ſi ſecundus in can.ſit receptus
auctoritate Papę,& per hoc ius habeat in ꝑa,argum.de
maio.& obedien.c.1.Alij dicunt,quòd ſi ſecundus rece
ptus eſt,& per conſequens in ſecunda præbenda,ius ſi-
bi ſit acquiſitum, primam præbendam non poteſt pe-
tere primò receptus:quia nō licet collatori ius alterius
in alterum transferre:ſecus,ſi ſecundo nō eſt ius quæſi
tum in ſecunda:quia tunc conferetur primo.nā ſi præ-
benda inuenitur uacans,nec primus habet ius, nec ſe-
cundus,melius eſt, ꝙ primo aſſignetur præbenda expe
dita:ſecūdo illa, quæ eſt in lite.unde & ſi aliquis habuiſ
ſet præbēdam per 10.annos, & modo ſpoliatus eſſet ea
de facto,uel de iure,forte quia debebatur alij, ſi modo
inuenitur aliqua uacans,danda eſt ſibi,& non alijs,pro
quibus poſt ſuam receptionem eſt ſcriptum.art.7.q.1.
paſtoralis,ſm̄ Innoc,dic ut in præ.decre.ſi clericus [*Ca-
reat*] ſi uacat,uel alia poteſt ei de communibus prouide
7 ri,de conſti.cum,M.Innnocen.¶ Prima†gl.arguit,obij
cit,& ſoluit.¶ Secunda glo.ſignat contrarium,& remit
8 tit.¶ Tertia glo.obijcit,& ſoluit. ¶ [*In † gl. 1.ibi, Herennius*]
parum facit.uide inf.eo.dilecto,ſuper 3.gloſſ.¶ [*In glo.ul.
ibi,unum ex familia*] ſi teſtator iuſſit hæredē,cum morere
tur,fundum Titianum reſtituere uni ex familia teſtato
ris, quem eligeret, fruſtra legat hæres illum fundum il-
li,quem elegerit.non enim facultas neceſſariæ electio-
nis proprię liberalitatis beneficium eſt [*& ibi, ſi quis pro
uxore*] non donat,qui neceſſarijs oneribus ſuccurrit, &
ponit caſum de marito,qui pro coniuge uecturas, uel
9 uectigal ſoluit.¶ [*In † glo.1.ſuper uer.promittuntur*] etiam ſi in
terrogatio non precedat, nec ullum ciuile ueſtimentū
interueniat,Goff.[*& ibi,non eſt contra ius*] hodie dic,ut in
fr.de conceſ.præben.c.2. li.6. ¶ [*In glo.ult.ibi,ut ſingulæ*] &
inſ.de inſti.ca.fin.

ANNOTATIONES.

a ¶ Capitulo. Quia dicit literas apoſtolicas ſurreptitias, cum non fa
ciant mentionem de ſua receptione.

SVMMARIVM.

1 *Reditus capellarum ſuarum religioſi minuere nequeunt, quod non
permittitur à diœceſanis, num.2. uide num. 5.*
Parochias, neque diuidere queunt, uide num. 5.
Auaritiæ deteſtatio ex multis auctoribus.
2 *In beneficio percipiendo conſuetudinem attendendam.*
3 *Contra factum ſuum quis uenire poteſt, & quo hic caſu.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 5.*
*Reditus diminui non conſentiente diœceſano non poſſunt, & ſi con-
ſentire recuſat, recurritur ad ſuperiorem.*
Parochiæ diuiſio quando liceat, & quibus conſentientibus.
Præbendæ diuiſio non licet.

CAPVT X.

1 AVaritiæ. Caſus.Religioſis†reditus cle
ricorum capellarum ſuarū
minuere nō poſſunt,nec parochias diuide-
re,& ſunt duæ par.dicebat Hoſtien. religio-
ſorum auara peruerſio:peruerſionis correctio. ſecūda
ibi,Ideoq;.Et nota,ꝙ in ſuperſcriptione præferūtur ca-
nonici regulares.ſed dicit Abba.hoc uerum,quia de ui
tio auaritiæ tractat [*Seruitus*] ad colo. 3. & dicitur hoc,
quia auarus numo quaſi Deo reuerentiam exhibet,ut
no.1.q.1.cum omnis,& ſequebatur in antiqua.Seruitus
hi debent radicem ſtudioſius extirpare,qui ſeculi uani-
tatibus renunciantes, elegerunt Domino in religionis
habitu militare.Saluſtius,Auaritia ſtudiū habet, quod
nemo ſapiens concupiſcit.& Seneca.Turpe lucrum,ut
diſpendium fugito.& Eccl.13. Bona eſt illa ſubſtantia,
ubi peccatū non eſt in conſcientia.Tullius lib.2. de oſ-
ficijs,Nullū uitium deterius auaritia. præſertim in prin
cipibus, & rempublicam gubernantibus.Valerius li.9.
c.4.in fi.de Phomeo Rege Cypri,titulo Rex inſulæ:ani
mo uero pecunię mācipium miſerabile, ſpecialiter de
auaritia ſenum,lib.de ſenectute,quid abſurdius, quàm
quo minus reſtat viæ,eo plus viatici quærere? Sene.lib.
de moribus,Monſtro ſimilis eſt auaritia ſenilis.quid.n.
ſtultius, quam via deficiente viaticum augere, vide de
2 elect.auaritię,lib.6.ſuper 2.ª gl.[*Conſueuiſtis*] no.in†perci
piendo beneficio conſuetudinem attendendam, infra
de conceſ.pręben.ex parte.ſecundum Hoſtien.[*Minora
ſtis*] hoc non permittunt hodie diœçſani etiam in exē-
ptis.quod dic ut in cōcilio vien.de ſup.neg. pręlat.quia
regulares. 2. reſpon.[*Ipſarum*] i. ipſis eccleſijs ſeruientes
[*Archiepiſcopi*] qui diœceſanus erat,ut patet in ſuperſcri-
3 ptione [*Renocetis*] poteſt†ergo quis uenire contra factū
ſuum.de hoc ſupra de fil.preſ.ueniens, Tan.¶ Secunda
4 †glo.arguit à contrario. ¶ [*In 1.† glo. in fi.*] ibi dicitur, ꝙ
5 auaritia ſit mater omnium uitiorum. ¶ [*In glo.2.ibi, iuſta
cauſa*] de hoc. 10.diſt.cap.1.dic hoc uerum conſentiente
prælato,& clericis: alias non,de ecc.ędi.ad audientiam
56.di.ſtatus. ſi nollent conſentire, & iuſta cauſa ſubeſſet,
compellentur per ſuperiorem,infr.de his, quę fi.à ma.
par.

par.cap.c.ult. Ala. & Vin. recitant,& Inn. dicit antem
Hoſ.ꝙ diœceſano conſentire nolente ad ſuperiorem
recurrendum eſt, infra de iure patro. nullus.dicit etiã
prælatum hoc facere vacante eccleſia.de cuius dimi-
nurione quæritur, de rebus ecc. non alie. dudum, lib.
5 6.Dicit † Goſ. quòd clericis inuitis ex iuſta cauſa pote
rit fieri diuiſio parochiæ, dummodo ipſi congruam
a ſuſtentationem habeant, infra.de ec. ædi.a c. 3.& intel
ligebat Ala. quod ſupra.dixerat in eccleſia,quæ cauſa
priuatæ vtilitatis non conceditur, & cuius bona ſunt
panperum:ſecus In prębenda,quę clerico pro ſuo ſer
uicio tantum conceditur,quæ ipſo contradicente di-
uidi non poterit, licet quod ſibi ſupereſt, teneatur in
pias cauſas expendere.Idem Vin.

ANNOTATIONES.

a ¶ Aedi.Ibi uide gl.& ita videtur,& de re.ec.nõ alie.c.1. per gl.& Io.And.eod.ti.c.1.per gl. & Io. An.

SVMMARIVM.

1 *Onus præbendæ uacanti poſſunt honeſtum prælatus, & capitulum imponere.*
Miſſas peculiares ex deuotione poſſunt audiri, non tamen licet omitti feriales.
Confirmatio papæ neceſſaria, ubi non tenet actus inferiorum.
2 *Fructus præbendæ per annum canonicus decedens legat ex conſuetudine, & non ſit probabilis.*
3 *Pacta an, & quando à confirmatore mutari queant.*
4 *Confirmatio ex certa ſcientia quando facta uideatur.*
Aſſidue, quomodo exponatur.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 6.*
Pro non adiecta dies neque conditio, & quando habeatur.
7 *Additio gloſſarum.*
Miſſam celebrando pro pecuniæ receptione peccat, non tamen committit ſimoniam, niſi in caſu, & quo, nu. 9. infi.
8 *Operas ſuas uendere, uel locare clericus ubi, & quibus caſibus liceat, & quas.*
9 *Pro anniuerſario relinquere, uel dare certos reditus an liceat, & nu. 10. & qua forma, num. 10.*
Conditionem apponere rei ſuæ donatori quando liceat.
10 *Onus quando annectitur rei ſpirituali, uel temporali, tranſit ad ſucceſſores cum ea.*

CAPVT XI.

1 Significatum. Caſus pōt † prelatꝰ,
& capitulũ præben
dæ vacãti honeſtũ onꝰ imponere.ad quod
præbendarius teneatur. dicit Hoſt. ꝙ duæ
ſunt partes.in prima tria ponũtur,& petitur cõfirma-
tio.in 2.petitum,prout conuenit,confirmatur.ſecun
da ibi,quam ſi quidem [*De ſanta.M.*] licet miſſæ pecu
liares ex deuotione poſſint audiri, non tamen licet
propter illas omittere feriales,infra, de cele. miſ. qui-
dam [*Infirmitate*] de cleri.non reſi.c.vno,li.6.[*Dimitte
re*] ſi exponis,id eſt renuntiare,contra.ſ̄.de renun.ad-
monet.Si dicis.i.ſe abſentare,cõtra.ſup.tit.1.relatum.
Sol.hoc de priuil.uel cõſue.uel temporalia huius præ
bendæ ſpectabant ad hunc conuentum.ad hoc de pri
uile.uolentes, ad fi.lib. 6. uel dic, ꝙ quia non tenebat
conſtõ facta ſine diœceſani cõſenſu,ideo fuit neceſſa
ria confirmatio papæ,ſic,ſup.de conſti. cum acceſſiſ-
2 ſent, ſecundũ Hoſt. [*Anniuerſarium*] ideſt fructus † il-
lius præbendæ recipiendo per annũ.forte erat ibi cõ-
ſuetudo,ꝙ canonicus decedens poſſet fructus præbē
dæ ſuæ,cui vellet legare per annum.hanc cõſue. capi-
tulum noluit ad hanc præbendam extendi. Plu. pro-
pter onus,quod incũbebat prębendę.graue enim eſt
vnum ſentire onus,& alterum emolumẽtũ.Goſ.cre-
do,ꝙ habuerit in textu,Legate.illa uerò conſuetudo
approbabatur olim,de teſta.ad hoc.2.in prima.com-
pil.& in ſecũda.inf.eo.ti. de teſta.c.1. & hodie in extra
2 ua. Io. Suſcepti. & uide. q. in regula, nemo põt plus
[*Inſtitutionem*] Ideſt cõſtitutionẽ,vel.i.præbendæ col-
lationem.ut in prin. & no.Eg. ꝙ nõ dicit pactionem,
3 uel conditionem [*Eatenus*] papa † hoc mutauit de or
dinatione facta per capitulũ primũ: quia ubi dixerãt,
miſſam de ſancta Maria, papa dicit, miſſarũ ſolennia,
& vbi dicebatur, ꝙ nõ poſſet dimittere,papa addidit;
cauſa uoluptatis,&c.non credit tñ Inn.ꝙ ſi aliquid eſ-
ſet in pactis à iure tolerabile,ꝙ illud poſſet à cõfirma
tore mutari.ſed hoc nõ proprie mutatio,ſed interpre
tatio. Alij dicunt,ꝙ ſi pacta reſpiciunt religionem tan
tũ,ut hic,mutari poſſunt, etiã ſi ſint licita. ſed ſi reſpi-
ciunt temporale cõmodum, non licet ſuperioribꝰ ea
mutare,ſi ſunt licita,& hoc placet Hoſt.auctorizante
eccleſiaſtico Iudice, ad quẽ ſpectat executio vltima-
rum uoluntatum,inſ.de teſt.nos quidem,& cõmuta
tio uotorũ, infra.de uoto.c.1. ſaluo ſemper,quod ha-
bes in Clem.de re.do. quia cõtingit [*Confirmamus*] ex
4 † certa ſcientia, ut patet per ſequentia [*Aſſidue*] alias
puniri poteſt.91. diſt. clericus victum,& expone hoc
uerbum,vt dixi,ſup. de offic.archipreſ.c.1.[*Honeſtate*]
quia forte nõ deceret eum celebrare cum vilibus ue-
ſtimentis,uel cum calice æreo ſecundũ Inn. [*Hac* ſci-
licet obſequium diuinorũ, & ſeruitiũ eccleſiæ. ¶ Pri-
5 ma † gl.arguit,alle.duo iura, in contrarium alia duo,
& ſoluit, & opponit. ¶ Secunda quærit,arguit,& ſol
uit. ¶ Tertiã arguit,alle.6.iura,& vnum in cõtrarium
6 alle.& ſoluit. ¶ *In gl.1.ibi.§.2.*] vide de uſuris,quanto,
ſuper ult.gl. [*& ibi,uſufructa*] uide hanc,& ſe.de præſc.
auditis, ſuper gl.2. [*& ibi, hæres & pure*] ſi uſq; ad cer-
tum tempus inſtituatur hæres, habetur dies pro non
7 adiecta, & idem de conditione impoſſibili. ¶ *In † gl.
1.ibi,ſignificaſti*] ubi de hoc,& c.8.q.3.in ſumma,& e.d.
in ea ſynodo [*& ibi, intellige*] ſecundum Vin.[*& ibi,
ſubiret*] concor.quod no.de magiſ.c.pe. in fin vlt glo.
[*& ibi, appoſita*] cum talis conditio, uel modus ſpiri-
tualis ſit:ad hoc de rerũ permu.ad quæſtiones,& hoc
placet Goffr. & Hoſt. [*& ibi, inſtitutia*] ita debet ſtare
propter id, quod ſequitur, & ita erãt in antiquo appa
ratu Vincentij [*& ibi. c.ult.*] & q.1.iudices,vbi de hoc
in gl. conſumptus [*& ibi, cum in eccleſiæ corpore*] & 23.
diſt.his igitur,&. 21.q.2.c vlt. [*& ibi,committit*] non ta-
men celebret illa intentione, vt pecuniã recipiat. tũc
enim grauiter peccaret: licet ſymoniã nõ cõmitteret,
Tan.de hoc,inf.de cler. non reſi.c.uno, li.6.in fi.pe.gl.
8 [*& in fine*] de hoc † per Roſ inſ. quod tempus præbẽ.
ſit cõferen.§.reſtat. per Ray.in ſumma,de ſymo.§.ſed
nunquid ſacerdos, & per Hoſt.in ſumma,de ſymo. §.
qualiter,uet.& ſunt hæc in ar.& Inno.& Hoſt. de hoc
no.ne præ.ui.ſu.c.3.dicẽtes,ꝙ intitulatus nullo modo
vẽdere poteſt parochianis operas etiam obtẽtu ſum-
ptuum,de con.di.i. ſufficit:aliàs cõmittit ſymoniam,
de ſymo. ſuam, & ſi eget,cogantur parochiani offer-
re,uel aſſignare,unde ſubſtentari poſſit. 16.q.1.ſtatui-
mus.32.diſt. præter hæc,ar.de ec.ædi.ad audientiam.i.
& de conſecra.ec.cum ſicut:uel vt dicam,inf.de paro
chijs,ut dominicis.Si uerò extra parochiam locet, &
eſt omnino pauper, ſecundum Hoſt. & ſi non liceat
locare diuinas operas, poteſt tamen locare corpora-
les.i.poteſt ſe aſtringere ad morandũ cum aliquo do-
mino ad tẽpus, & ſeruiendũ ſibi in licitis, ut ſcribere,
dictare, pueros informare. illũ aſſociare, uel ſimilia,
quæ fieri poſſunt,ſaluo ordine, de ſymo. ne dei. & ſic
licebit in genere,quod nõ licebit in ſpecie,de iure pa
tro.ex literis,de conceſ.pręben.conſtitutus,vel quod

tutius

tutius eſt, excipiat ab hac generalitate nõ ſolum men
te, ſed uerbo ſpirituales operas, quas alteri parti ſine
precio poteſt ad idẽ tempus gratis promittere. ſed ca-
ueant, ne cõtractus inuicẽ cẽſeantur, de rerũ permu.
ad quæſtiones. & putat Inn. ꝙ ſic poſsit locare diues,
& pauper. ut pro mãſione, quã facit in eccleſia, uel ꝓ
alijs ſeruicijs. uel pro recõpenſatione dãnorum, quæ
ſuſtinet occaſione illius moræ, nõ pro diuinis officijs
9 recipiat preciũ. Sed † nunquid licet pro anniuerſario
relinquere, uel dare certos reditus, ut de illis fiat anni-
uerſarium? Inn. vr placuiſſe, ꝙ non: quia illud officiũ
anniuerſarij ſpirituale eſt, licet meritorium ſit conſti-
tuere certos reditus per illos, qui debent facere anni-
uerſariũ ad ipſum faciendũ, & ſic intelligatur hæc de-
cre. ſed conuenire, da nobis tãtum, & nos omni anno
faciemus anniuerſariũ, hoc non licet his, qui habent
aliunde ſumptus, ẜm eum. Nec ob. hæc decre. per id,
quod proxi. dixi: quia hoc fuit hic conſtitutũ ab his,
qui poterant: ſed donator redituũ clericus, vel laicus
hoc nõ poſſet. Nec ob. ꝙ licet donatori rei ſuæ condi
tionem apponere: quia illud uerũ de temporali, non
de ſpirituali, quã non poteſt apponere, excepta redẽ-
ptione captiuorũ, quæ põt apponi. 10. q. 2. hoc ius. 12.
q. 2. aurũ. iſtud dictum non placet ibi Hoſt. qui dicit,
ꝙ Inn. cõtradicunt iura, quibus nititur reſpondere, &
quia ſi uerum eſſet, infiniti eſſent ſimoniaci, & multæ
eccleſiæ per hoc laquearẽtur, cum quotidie ſic relin-
quantur anniuerſaria: fatetur tamẽ, ꝙ ſi ex ſpãli pacto
dẽtur certi denarij pro certo numero miſſarũ dicẽda
10 rum, cõmittitur ſimonia. Aliud † eſt, quãdo onus an-
nectitur rei ſpirituali, uel temporali, ut hic cum ſuis
cõcordan. quia res tranſit cum onere, de decimis, pa-
ſtoralis, de don. cũ dilectus, de Iudæ. c. 2. & ſi nõ adim
pleatur. põt res reuocari, ut in prædictis iuribus. tuti⁹
tũ eſſet ẜm Hoſt. ita dicere, Relinquo tali eccleſiæ. 10.
li. annuas ſuper tali domo, uel ducentas libr. ad emen
dũ. 10. libr. annuas in anniuerſario meo, & inter illos
tãtũ, qui interfuerint, & officiauerint, diuidẽdas ẜm cõ-
ſuetudinẽ eccleſiæ, & rogo prælatũ, & capitulũ illi⁹ ec
cleſię, vt anniuerſariũ meũ faciãt, ſicut decet. ¶ *In gl. 2.
nil acquiritur per hoc procuratori, ſed acquiritur ius
domino, per quod impeditur ordinarius; de conceſſio. præben. quia cunctis. lib. 6. Item per collationem,
quæ fieret procuratori, ſibi aliquid acquiritᷓ. quod cedere habeat: ſed ex ea etiā ſine traditione dominium
acquiritur conſtituenti, de pręben. c. penul. de conceſſio. præben. cap. ult. li. 6. Ad alia contraria reſponden.
per diſtinctionem, quam uideas in præ. regula, quod
alicui. ſuper fi. glo. & in ſolutione quæſtionis [*Eccleſia-*
3 *ſtico*] fiunt etiam † tales inueſtituræ de beneficio feudi, de feu. cap. 2. [*Inueſtiri*] etiam ſi hæc inueſtitura fiat
in perſonam conſanguinei, non per hoc acquiritur
præbenda, vel canonia abſenti [a]. nam licet ille ſit talis,
qui agere poſsit, non ſequitur, quod dominium horum acquirat, quod ſolū acquiritur conſenſu eligentiū, & electi, de elec. cum inter, ſm̄ Inno. & Hoſt. notabant hic ipſi, & Abb. id, quod eſt hodie expeditū. j. eo.
4 ſi tibi abſenti, li. 6. ¶ Prima † gl. quærit. & tripliciter ſo-
5 luit: ſecundo obijcit. & ſoluit. ¶ [*In 1. glo. ibi, quicquid*] qđ
filius peculiari nomine apprehēdit, ſtatim pater poſsidet, & ſi ignoret illū in poteſtate conſtitutū [*& ibi, per
procuratorem*] cōiter nō eſt lex, ſed. §. 1. ſub. l. ſi pupillus,
ad fi. ti. & ibi de hoc, & cōiter incipit, Paulus trādit, procuratorē hæreditatē acquirere non poſſe [*& ibi, res ex
mandato*] ſequitur, meo empta non prius mea fiet, q̄ ſi
mihi tradiderit ille, qui emit [*& ibi, per procura.*] prima
facit ad propoſitū, quæ dicit ſic: ſi procurator rē mihi
emerit ex mādato meo, eiq; ſit tradita noīe meo, dominiū mihi & proprietas acquiritur ēt ignoranti: ſecūda dicit, ꝙ ſi procurator meus rē ſuā quaſi meam alij
tradit, remanet dñs: & idē in tutore pupilli: quia nullus errans rē ſuā perdit [*& ibi, qui mihi donatum*] ſi procuratori meo rē tradis quaſi mihi acquirat, ipſe uero rē
recipit, quaſi ſibi acquiſiturus, nō ſibi, ſed mihi acquiritur [*& ibi, Si ego*] niſi ex quo dñs ratū habuerit, quod
poterit, inuito ſoluente, ut ibi. ¶ [*In † glo. 1. ibi deniq;*] & j.
6 de ꝓcura. c. ult. li. 6. [*& ibi, tēporalis*] dicunt legiſtæ, ꝙ tēporalis hęreditas non pōt per ꝓcuratorē acquiri, pro
eo, ꝙ acquiritᷓ & aditᷓ ſolo, aīo ex quo uerè dedi procura. ad adeundū, iā apparet animus aditionis. & ideò
impoſsibile eſt illā adiri: ſed illud uerū de hæreditate
iam

iã delata, & quã ſcio delatã. in deſerenda locũ habeat, quod ſtatim dicã [*& ibi, per procuratorem*] generalẽ, per ſpecialẽ bene. ff. de acquiren. hęredita. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. & ſeq. & §. pater. & ſe. ſm Ho. ſm quem ſufficit, ꝙ habeat mandatũ ad recipiendũ & cauendũ omnia beneficia cũ cura, uel ſine cura. etiã ſi non exprimantur: facit de procura. c. 1. §. 1, li. 6. ſed uidetur ſufficere, ꝙ dicat beneficia ẽt tacito de dignitate, uel cura per id, quod ſcripſi poſt Inno. Hoſt. & Compoſt. de reſcriptis, ſedes, ſuper gl. ſed quas. facit de regulis iuris, c. 1. li. 6. Quod autẽ hæc per procuratorẽ fieri poſsint, ꝓbat ſtylus curiæ, quo ſi fit grã cũ beneficio acceptãdi datur poteſtas acceptãdi per ſe, uel per procurato. qđ uide no. in clemen. de conceſsio. præben. c. 1. in gl. iſte terminus, in prin. [*& ibi, non poſſet*] de hoc. ĩ. de elec. cupientes. §. cęterũ, li. 6. in 4. gl. [*& ibi, dominium*] rei ſingularis donatę, uel uẽditæ. in hæreditate. n. ſpirituali, uel tẽporali, cui quis obligatur, non habet hoc locũ, ſm Hoſt. ad hoc. ĩ. c. ſi tibi abſenti, li. 6. [*& in fi.*] niſi ex quo dñs ratũ habuerit, & ibi cuius ſit interim, ibi notatur. Et de mã glo. no. ſatis. ff. de acqui. poſ. l. 1. §. p ꝓcuratorẽ.

ANNOTATIONES.

a ¶ Abſenti, Vide Bar. in l. qui mihi donatum, ff. de dona. & an pax poſſit fieri abſenti, uide Bal. in l. 2. C. de libe. & eo. lib. & facit lex Labeo, & quod ibi per Bar. ff. de iureiurando.

SVMMARIVM.

1 *Recepti duo ſi ſint ad unum canonicatum, uel præbendam uacantem in eccleſia, non tenet receptio.*
Diuiſio decretalis.
2 *Legatus quis beneficia auctoritate legationis conferre non poſſit.*
Sanguinis iudicium ſæpe præponitur iudicio rationis.
Carnem ſuam nemo odio habuit.
3 *Numeri canonicatuum priuilegium legatus non poteſt infringere, ſed canonici poſſunt, non autem præbendarum, & ratio. an canonici num. 15.*
Iuri priuato, non publico renunciare quis poteſt.
Conſilium ubi eſt, ibi ſalus.
4 *Vicarius epiſcopi an conferre beneficia poſſit.*
Clerici à mulieribus ſaltẽ cum tenent hebdomadã, debẽt abſtinere.
Canonicum quem eſſe per quæ probetur.
5 *Domum canonicalem niſi canonicus habere poteſt.*
Deſtitiſſe quis uideatur.
6 *Duo ſi ſint recepti ad unam præbendam, uter primus dicatur.*
Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.
Canonicatus quando uacare, quando deſinere dicatur non uacare.
Eius impetratio non ualet ſi uacare dicatur, cum deſinat.
Renunciatio comparatur remotioni, & morti naturali, ad dict. defuncti.
7 *Præbendarum unio & diuiſio fieri debet per epiſcopum.*
Contra iuramentum quæ ſiunt an & quibus caſibus teneant, ad dict. Iuramentum, & ſic electio, & receptio.
8 *Clauſula, quicquid contra fieret, non ualeat, quid operetur, & à quibus opponi poſſit, & qualiter.*
9 *Per, unde, dictionem an uideantur ante allegata ius facere.*
Sententia non proferri uidetur ex allegatis non facientibus ad propoſitum, ſed ex his, quæ caſum contingunt.
Reſtitutio pro remiſſione.
Epiſcopus poſ quomodo agere pro præbẽda, & ad eã pertinẽtib.
10 *A fructibus excuſatur, qui titulo poſſidebat, & bona fide lites minime.*
Canonicè minus conſequi beneficiũ quibus rationibus quis dicatur.
11 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 12.*
Procurator habens generalem adminiſtrationem domino quando non præiudicet, & nu. 13.
Conſentire quis dicitur, ubi non contradicit, quod ſibi præiudicaturum eſt. § in 3. gloſſ.
Legitime uſi quod fiat, non nocet, nec facit quem eſſe, quod non eſt, ibid.
13 *Additio gloſſarum, & num. ſequentibus.*
Sine conditione quod fit liberalitatem ſonat.
Tollit omnem uitij ſuſpicionem.
Mandatum non uidetur niſi quod ſit legatum.
14 *A moleſtatione ut liberaretur hic cõquerẽs, qua utebatur actione.*
De actiuis nomine non curandum.
15 *Contra priuilegium numeri canonicalis non poſſunt uenire canonici, & quare.*
16 *Electio canonicorum plurium una uacante præbenda quando fieri poſſit, & quomodo, & quid non uacante.*
Numerus canonicorum quando rumpatur, & præbendarum.
Præbenda in quibus conſiſtat.
Canonicatus ius in quibus.
17 *Res inter alios acta quando non obſiſtat, quando ſecus, affert exẽpla cum diſtinctione.*

CAPVT XXV.

1 Dilecto. Caſus. Si ad † unicum canonicatum, & præbendam uacantẽ in eccleſia duo canonici ſint recepti nõ tenet receptio, etiã ſi auctoritas legati ſed. Ap. interuenit, & diuide in 3. partes. In prima ponũtur. 7. quæ faciũt pro cellerario. In ſecũda, quæ faciunt cõtra eũ. In tertia diffinit. In 4. proteſtatur, uel tacitę quęſtioni reſpondet. ſecunda ibi, procurator. tertia ibi. unde dictum. quarta ibi, ita quod [*Trecenſi*] in anti. dicitur, Senonenſi [*Tuo*] dicit Hoſt. ꝙ procurator noĩe epiſcopi petebat à cellerario fructus præbẽdæ, quã tenebat,
2 & ꝙ ei imponeretur ſilentiũ ſuper ea [*Legati*] tales † legati beneficia auctoritate legationis cõferre nõ poſſunt. ĩ. de offi. leg. c. 1. lib. 6. ſed forte iſte fuerat legatus cardinalis, & poſtea archiepẽs, de quo. ſ. c. dilectus: ſũt enim hæ decre. eiuſdẽ auctoris [*Nepotis*] ſæpe iudiciũ ſanguinis præponũt iudicio rationis, inf. eo. graue: & ut dicit Ab. eſt ſcriptũ, ꝙ nemo carnẽ ſuã odio habuit 13. q. 2. nõ æſtimemus [*Trecenſi*] puto, ꝙ cardinalis fuit oriundus de loco, & prælegit ibi archiepãrum. ut. ſ. dixi [*Reſignauit*] inordinata fuit hæc charitas [*Inſtituit*] hoc eſt primũ. qđ faciebat pro cellerario: & dicit Inn.
3 ꝙ legato † nõ licuit priuilegiũ canonicorũ infringere: ſed ſi canonici, ad quos ſpectabat receptio, auctoritate ꝓpria hoc feciſſent, tenuiſſet receptio: quia in hoc potuiſſent renũciaſſe fauori ſuo: ſed nõ tenuiſſet pręběndę diuiſio. ſ. c. pro illorũ. in fi. & c. dilectus, de conſti. eũ. M. & eſt diuerſitatis huius ratio, ſm Hoſti. quia primũ cenſetur de iure priuato, cui poteſt renũciari. ſm de iure publico, cui nõ põt renũciari. de hoc ac fo. cõ. pe. ſi diligẽti. Item per primũ fit melior cõditio eccleſiæ. quia ubi cõſilium, ibi ſalus: unde expedit eccleſiæ habere plures cõſiliarios, de offi. del. prudentia, ver. illa, cũ cõcoe. per ſm uero poſſet induci mendicitas in cleri, & eccleſiæ opprobriũ [*Capitulum*] hoc eſt ſm faciens ꝓ cellerario [*Fructus*] quaſi licuerit de fructibus, quod nõ liceret de præbẽda: ſed dic, ut. ĩ. c. proxi. [*Quo-*
4 *rum*] tertiũ faciẽs pro cellerario [*Generalis*] de † uicario epĩ, an poſſet bñficia cõferre, no. hic. G. & Ho. ꝙ dic, ut inf. de offi. ui. c. ulti. li. 6. & ibi uideas in gl. pe. [*Dictus quoque*] quartũ pro cellerario, & hucuſq; allegauit titulum, nũc allegat poſſeſsionẽ, & ipſius uſum Egi. [*Hebdomadam*] ſaltẽ cũ tenẽt hebdomadã, abſtinere debẽt clerici à mulieribus. 31. di. tenere. ſm Hoſt. [*Tamdecano*] quintũ pro cellerario [*Canonicus*] per hęc uideatur ipſius intẽtio ꝓbata, ex quo agebat & c. ff. ad Mace. l. 3. quod eſt uerũ, ſm Hoſt. quò ad poſſeſsionẽ, de elec. in geneſi: ſed nõ quo ad proprietatẽ quo ad quã oportet probare ſuã inſtitutionẽ canonicã. 2. q. 1. legũ, de inſti. ex frequentibus, de reg. iur. in 1. regula, li. 6. [*Domum*] ſextũ, quod facit pro cellerario [*Canonico*] quaſi licet eſſet
5 † cellerarius, niſi fuiſſet canonicus, non habuiſſet domũ, exẽplũ in eccleſia Bonon. [*Tuq;*] 7. pro cellerario [*Tunc ſi*] l. cũ nouiter intrat epẽs cõſecratus [*Et eadem*] 8. facicus

ciẽs pro cellerario [*Non uenisſi*] ad hoc de frigi.c.1.ſed
hoc nõ iuuat: quia deſtitiſſe uideť nõ qui diſtulit, ſed
qui in totũ renunciauit.C.de pactis,poſtquã.ff.de mi-
noribus, deſtitiſſe. niſi eſſet actio limitata,ſ̃.de reſcri-
ptis,ſi autẽ.ſm Hoſt.[*Petijt*] nõ porrigendo libellum,
ſed ex vi iuris per has allegationes,vel ẽt libellũ porri-
gendo:quia in talibꝰ utrerque actor,& reus.ſ̃.de reſcri-
ptis,cęterũ.& c.ſi.ſm Hoſt.[*Vacabat*] per reſignationẽ
cellerarij, ut ipſe idẽ dixerat, & ex uerbis ſuis conuin-
citur:ſimile de reſcriptis,ex parte decani,ſm Hoſtien.
[*Alius*] dicit Inno.ꝙ † potius cellerarius eẽſeri debeat
ſcẽs, ꝗ primus: quia ob hoc reſignauit præbendã,ut
nepoti archiepiſcopi ꝓuideretur de illa: ſed potius ui
dereť ꝯriũ ex uer.ſ̃.ibi, donec dictus.G.&c.[*Prateren*]
voluit hic ꝓcurator,vel aduocatus epĩ apparere Rab-
bi, & ſciens quia nil ad cauſam, ex quo eccleſia habe-
bat numerũ,ſed hoc fecit ut euidẽtius clareſceret, qđ
erat inducturus: quia oppoſita iuxta ſe poſita &c.in-
ſti.de liber.§.1.ſm Ho.& de materia per Hoſt.in ſum-
ma,ut ec.bene.poſt prin. [*Aſſenſu*] p̃ſumtpto, & ſi hoc
nõ agať,& eſt una dr̃ia inter iſtud ius & illud, de quo
ſtatim ſequitur [*Deſinit*] per hoc dicebat Inn.ꝙ ſi in ec
cleſia,ubi nõ eſt certus numerus, ſunt plures canoni-
ci,ex quibus unus moritur, nõ ualent literæ, ſi impe-
trãtur ſuper illius canonicatu alteri cõferendo, quaſi
uacet,& non uacat,ſed deſijt,ut hic dicit:ubi uerò eſt
numerus,non deſijt,ſed uacat: facit ad prædicta.C.de
prox.ſacro.ſcri.cõperimus,li.12.de ſac.ſan.ecc.nõ plu
res,de aduo.diuer.iudic.petitionem [*Deſuncto*] renun-
ciãte,uel aliàs remoto.Ab.[*In eccleſia*] hoc expreſſe fa-
cit ꝯ cellerariũ [*Non poſſunt*] potentia iuris, uel facti,de
quibꝰ.ſ̃.de reſcriptis, ſciſcitatus [*Electio*] cũ cõſenſu il-
lorũ,quorũ intereſt,Inn.[*Cõi conſenſu*] dicit † Ho.unio,
& diuiſio fieri debet per epm,ut hic,& c.ſc.de his,quę
fi.à præla.tua,& c.paſtoralis,de dona.paſtoralis, & ſic
intelligiť de exceſſi. præla.ſicut [*Augmentare*] puta or-
dinãdo,ꝙ ubi ſunt.10.p̃bendæ,ſint 15.Inn.[*Iuramento*]
no.ꝙ ſi aliquis eligať ultra numerũ in eccleſia,in qua
numerus eſt iuratus,nõ tenet electio. Idem,ſi nume-
rus ſit cõfirmatus per papã cũ decr.aliàs ſecus, ut hic,
& in cõcor.ſecus, ſi quis iuraſſet nõ uendere librum:
quia tenet uenditio:dicũt.n.ſpãle in ſpiritualibꝰ, ꝙ nõ
valeat,quod fit ꝯ iuramentũ,& hoc placet Archid.j.c.
ſi à ſede,lib.6.Alij dicunt,ꝙ receptio facta ꝯ iuramen-
tum tenet,& hæc eſt alleg.Inn.ſed põt argui,ꝙ hęc al-
legatio ius contineat:quia ex ea papa infert ſñiam di-
cendo, unde &c.ſed r̃ndetur,ut ibi dicã. Satis põt de-
fendi,ꝙ ualet receptio ꝯ iuramentũ facta, licet illi ſint
periuri:ẽt tenet matrimoniũ contractũ ꝯ iuramentũ,
licet ꝯhens ſit periurus,de ſpõ.ſicut:& facit, quod no.
Gui.in ſpe.de legato.§.nunc tractemus,uer.ſed ſi lega
tus,& vide,qđ ibi addã hoc.ſ.nõ procedere in illo,qui
ſe eligi procurãdo ſciẽter fecit recipientes deierare,&
quod dixi de teſtõ iurato in Mercuri. de reg.iuris, qđ
ſemel,lib.6.& dato,ꝙ hæc eſſent uerba papæ,nõ dici-
tur hic,ꝙ nõ ualeat receptio, ſed ꝙ fieri non debet,&
hoc uideť placere Pe. & placet Eg. ſm quẽ non ob.ꝙ
recipiẽdo ſunt periuri,& ſic infames,& ſic repellendi
à legitimis actibus,& ſic ab eligendo:quia tẽpore ele-
ctionis adhuc nõ erãt periuri,nec infames:& facit qđ
dixi in quæſtione prædicta, ad fi. & quia, ſicut dixi in
quæſtione prædicta, licet regulariter qui iurauit non
immutare teſtamentum faciendo ſecundum ſit per-
iurus, poſſet tamen caſus contingere, quo periurus
non eſſet. ſic in propoſito dico, quòd fortius valebit
receptio, vbi dicas recipientes non eſſe periuros, pu-
ta quia caſus erat, quo p.p. augmentum facultatũ po-
terat ſtatutus numerus augeri ex ui tacitæ cõditionis
ſine pœna periurij, de conſti.cũ.M.& facit,quod dicã
ſuper gl.hæc fuit. & id factum fuit collegialiter, & ab
his,qui id poterant:aliàs ſecus eſt.ſi.quod poſt Vin.di-
xi,de reſcrip.cõſtitutis, ſuper.3.gl.& quod dixi hic te
8 mittẽdo.ſ̃.de offi.ui.c.pe.in gl.põt ergo [*Non † ualeret*]
dici poteſt hoc non ſolũ locũ habere in numero, ſed
ẽt in oĩbus confirmationibꝰ, & priuilegijs eccleſiæ,in
quibꝰ adiicitur hæc clauſula,ut hoc operetur,ꝙ cano
nici ſuo facto ꝯrio non poſſunt rũpere priuilegiũ, ut
hic: quod dicit Hoſti.ſibi nõ dubiũ,quando apponiť
à papa.de electio.innotuit.ſ̃.c.inter cętera: & recitant
Inn.& Hoſt.quoſdã dicere,ꝙ non ſolũ papa,ſed quil-
bet alius iudex põt apponere hoc decretũ in his, quæ
a ad ſuã iuriſdictionẽ pertinẽtꝰ,arg.7.q.1.quia frater.C.
de iudi.properãdũ.§.ſi autẽ reus abfuerit. & §.præce.
imò & qlibet priuatus hoc decretũ interponere põt.
ff.de le.3.ſi quis in prin.& l.quæſitũ.Sed eſt ſciendũ, ꝙ
hoc decretum maiores uires habet,quãdo fit cũ cau-
ſę cognitione,ut patet ex no.de deſpõ.impu.ad diſſol
uendum,qui ma.accu.poſ.eũ in tua,ſm Inn.& Hoſti.
[*Quem*] certũ numerũ [*Intendebat*] ergo ſecus, ſi inten-
9 diſſet hoc,quod dic ut.j.c.ꝓx.[*Vnde*] per iſtud † uerbũ
vr̃,ꝙ allegata ſuperius faciant ius, cũ ex illis papa hic
inferat, uel profert ſñiam: ſed r̃nderi põt, ꝙ papa non
infert,uel profert ſñiam ex illis allegatis, quæ non fa-
ciebant ad propoſitũ, ſed ex illis ſolis,quæ caſum con-
tingunt,quæ apparent in proxima concluſione [*Reſti-
tutionem*] i.ad remiſſionẽ poſſeſſionũ, & iuriũ ad p̃bẽ-
dã pertinentiũ, & hoc petere poterat epſ: ſed ad reſti-
tutionẽ ſibi faciendã nõ poterat agere, niſi egiſſet no
mine præbẽdæ,qđ poterat,de ſuc.ab inteſt.ca.ult.ſm
10 Inn.& no.ꝙ† non dicit de fructibꝰ perceptis:quia pro
eo, ꝙ titulo poſſidebat, & bona fide, excuſať ab illis,
ſm Eg.ſed Hoſt.aliter.j.glo.proxima [*Inſtitutionis*] no.
ſm Hoſti.ꝙ ſi quis minus canonice cõſequitur bene-
ficiũ,ſ.ſimoniace,uel per fraudẽ,uel ſurreptionẽ in ꝑ-
petuũ nõ præſcribit.1.q.1. principatus, de inſtitutio.c.
3.de cleri.excom.poſtulaſtis,de regulis iuris.c.j.li 6.&
ex quo cõſtat in iuditio cõtentioſo condẽnatur ad re
ſtitutionẽ oĩum perceptorũ de his,quæ fiunt à præla.
cõtinebať.inf.de iure patrona.cõ dilectus,in fine. In
iudicio uerò animę ſua cõſcientia eũ iudicat:quia nõ
dimittiť peccatũ &c.de regu.peccatũ,lib.6.[*Vel*] pro
11 imò.¶Secũda † gl.obijcit,& ſoluit.¶Tertia gl.obijcit,
& ſoluit.¶[*Gl.imò*] r̃ndet per qõnem.¶Vlti.glo.ter ſit-
tit:ſecundo obijcit, & ſoluit.tertiò quærit,arguit pro,
12 & ꝯrium ſoluit. quartò ſoluit qõnem. ¶[*In † gl.2.ibi.§.
ulti.*] ꝓcurator oĩum bonorũ adminiſtrationẽ habẽs
iur̃m defert.Itẽ paciſciť.ut in l.ſtatim all.[*& ibi,ſi procu
rator*] ſi ꝓcurator tuus ſoluit indebitũ, & ratũ habes,
repetis [*& ibi,ſi pater*] per liberã adminiſtrationẽ, quã
pater filio cõcedit,nõ vr̃ conceſſiſſe,ut in fraudẽ cre-
ditorũ alienet [*& ibi, creditor.§.ulti.*] licet nepoti com-
miſſerim liberã adminiſtrationẽ bonorũ meorũ, ut
poſſit alienare,vendere,emere,& paciſci,promittens
per eũ facta rata habere,& non ꝯdicere,ſolum quate-
nus ex fide aget uideor mãdaſſe. ¶[*In 3.gl.ibi,ancten.ſiue
à me*] nocet mulieri cõſenſus ſcẽo poſt biẽnium præ-
ſtitus alien.fundi dotalis [*& ibi.l.1.*] vide.ſ̃.c prox.ſup
gl.[*& ibi,ſi filium*] præiudicať pr̃i,qui paſſus eſt filium
pro homine ſui iuris ſe gerere [*& ibi,Herennius*] ſola ſa-
larij perceptio nõ facit decurionẽ eum, q̃ lrĩmè crea-
tus nõ eſt [*& ibi,non idcirco*] ſequiť,minus ꝙ pupilli res
uelut tutor adminiſtraſſe dr̃, ex eius pſona ſeruitutis
qõnẽ pati põt.¶[*In gl.ult.ibi,denũciaſſe*] uide de ſimonia,
dilectus,ſcẽo,ſup.3.gl.[*& ibi, non põt*] & ideo uictoria
13 unius alijs prodeſt, ut ibi. ¶[*In † gl.1.ibi,condõne*] & uer-
bum hoc ſonat liberaľr,quod tollit oẽm uitij ſuſpitio
nẽ.j.de ſimo.tua,ſm Gof.& Hoſt.de hoc de offi.dele-
ga.ex parte.i. ¶[*In gl.2.ibi, lrĩmè*] & præpoſito pecunijs
non vr̃ eſſe mandatum,ut ſoluat, niſi qbꝰ debeť.ff.de
ſol.ſi is cui.Ab.[*& in fi.*] quia nec ipſius epĩ conſenſus
prodeſſet

prodeſſet per prędicta iura. Inn. & Ho. ¶ *In glo. 3. ibi. ſta-
tum uidetur*] potuit ignoraſſe modũ electionis. Io. Vin.
[*& ibi, patientiã*] nec ẽt expreſſus cõſenſus, ſcd̃m Inno.
ſ. quod dicã de cõceſ. præben. c. 1. ſuper gl. 2. ¶ *In glo. 4.*
15 *in fin.*] nã ep̃s † cum moleſtabat in poſſeſsionibus iu-
ris canonici, & eũ ut canonicum nõ tractabat: uel ſup
hoc officiũ iudicis implorabat: uel melius agebat ep̃s
quaſi negatoria ꝯ clericũ, vel clericus ꝯ ep̃m quaſi cõ
feſſoria, Inn. dixit Hoſt. nobis de nomine actionis cu-
randũ nõ eſt. de iudi. dilecti. ¶ *In gl. imò & ſi, ibi, clauſula*]
16 dicit Inn. & Hoſti. ꝙ nulla † v r̃ ſubeſſe ratio, quare ca-
nonici nõ poſsint uenire ꝯ priuilegiũ ſibi cõceſſum,
qũ eſt clauſula, ſicut qñ non eſt. C. de legi. quod fauo-
re, niſi dicatur ꝙ hoc faciat uirtus clauſulæ, uel ꝙ hoc
ſit de nouo ſtatutũ in fauorem eccl'arum a delectorũ
infinitatem vitandã. de reſcriptis, cum in multis, lib. 6.
& ad elidendum dãnoſam curialitatẽ, ſeu vecordiam
dãnabilem, & inconſtantiã temerariã confutandam:
quia plerunq; per preces, uel minas conſueuerunt ca-
nonici uiolare ſtatutũ de priuileg. cũ olim. 2. [*& in fi.*]
Idem Vin. & Gof. Hoſt. tamen dixit æquum, ꝙ licet ſit
clauſula, augumẽtatis facultatibus poſsit numerus au-
geri, ſed nõ augumentatis, nõ, ex quo eſt ibi clauſula,
& licet eadẽ ſit cauſa. ſcilicet fauor: tñ hic uirtus clau-
ſulæ operetur, ꝙ in hoc caſu nõ liceat renunciare fa-
uori, & eſt ſimile. j. e. cui, de nunc. li. 6. & dixi de hoc ſe
cundũ eum. ſup. de conſtitutio. cũ acceſsiſſent. ¶ *In gl.*
36 *hac fuit, ibi. ualuiſſet*] dixit hic Inno. ꝙ uacante una præ-
benda plures poſſunt eligi in canonicos, hoc expreſ-
ſo, ꝙ unus habeat prębendã integrã, & alius prouidea-
tur, cum ſe facultas obtulerit: ſed ſi ſimplicit̃ recipiã-
tur, uno iure uacãte nõ ualet electio: quia intelligunt̃
electi ad unã præbendã & id, quod ſupra dr̃, nõ intel-
ligitur, niſi exprimatur ꝑ in cum. nec obſtat de conſti-
tutio. cum. M. dicit enim, ꝙ ibi fuit expreſſum: dixerat
autẽ prius in eadem gl. ipſe Inn. ꝙ in eccleſia habente
certũ numerũ præbendarũ, vel canonicorũ, vel utro-
runq; eligendo canonicũ vltra numerũ valet electio,
ſed rũpit̃ priuilegiũ quo ad numerũ canonicorũ, ſed
durat in numero præbendarũ ſ̃. e. dilectus, de conſti-
tutio. cum. M. Diuerſitatis ratio: quia cum teneat ele-
ctio canonici non obſtante numero, meritò quo ad
numerum canonicorũ rumpit̃ priuilegiũ: ſed electio
plurium ad unã præbendã uacantẽ, uel nõ uacantem
ultra numerum nõ tenet: quia eſt ꝯ concil. Turonen.
uel Lateranẽ ſ̃. eodẽ tuæ, niſi uellẽt ius de nouo crea-
re, inf. c. prox. vnde, cum nõ teneat electio, nõ rumpi-
tur numerus. Ratio autem, quare tenet in canonijs, &
non in præbẽdis eſt: quia ſic ſtatutũ eſt in ꝓbendis, de
de cõceſsio. præbẽ. c. 1. & 2. ſ̃. e. maioribus: ſed in cano-
nijs nõ ſic eſt ſtatutũ. cum. n. præbenda maxime cõſi-
ſtat in reb' corporalibus, nõ põt ius prębendale fieri,
niſi poſſeſsiones alicuius præbẽdæ diuidant̃: & malũ
eſſet unã eſſe pinguẽ, & aliã tenuẽ de conſtitutio. cũ.
M. tñ, ut dicit, nõ eſſet malũ, ſi ex oĩbus præbẽdis, uel
de una, quæ eſſet pinguior alijs, uellẽt unã nouã præ-
bendã facere. j. c. prox. ius verò canonicatus, quod eſt
incorporale & indiuiſibile, multi poſſunt ſine aliorũ
dãno habere: ſubdebat autẽ in alia glo. ꝙ licet poſsint
plures canonicos facere, una tãtùm prębenda vacan-
te, nõ tamẽ poſſunt ius canonicatus dare ad uacatu-
ram. j. de cõceſsio. præben. c. 2. cũ canonicatus ſit mi-
niſterium, de quo ibi ſit ꝓhibitio: adde, quod dicã. j. c.
17 prox. ¶ *In gl. ult. ibi, Daniel*] ubi de hoc [*& in fi.*] qõ † do-
minicalis eſt Bart. Brix. & incipit, duo fratres ex eodẽ
pr̃e. H. & idẽ Gui. in ſpe. de ſen. prola. §. nũc de effectu,
verſ. ſed pone: hui' dicti ſit efficax rõ. quia potuiſſet al
ter obtinuiſſe diſpẽſationẽ. & alter nõ, de cõſang. quia
circa. Itẽ potuiſſet in primo iudicio fuiſſe colluſio. Itẽ
poſſet alter primas ꝓbationes reprobare, ſi repetant̃
in ſua cauſa: optime facit. l. denunciaſſe, quã alleg. glo.
ubi condẽnatio adulteri nõ nocet adulteræ: quia po-
tuit ille inimicitijs, falſis argumentis, ſubornatis teſti-
bus à præſide grauari: nec volunt appellare, & mulier
religioſum iudicẽ ſortiri, qui pudicitiã ſuã defendat,
uel aliàs obtinere gratia, uel legis auxilio, his conue-
nit, quod dixit Dama. de clericis cõiugatis. 3. quæſtio.
ꝙ per ſñiam repulſus à beneficio: quia ꝯxerat matri-
monium cũ Berta, per id ab illa vendicari nõ poterit.
De hac materia facit hic Ho. di. cum agit̃ de crimine,
quod plures dicuntur ſimul cõmiſiſſe: aut quærit̃ de
illo in modũ inquiſitionis: & ſic ex quo de uno facta
eſt fides, intelligitur eſſe facta de alijs per teſtes uomi-
natos, cũ ſimul de omnibus quærit̃, & ſic poſſunt in-
telligi iura allegata in prin. gl. & ſ̃. de elec. ꝑ inquiſitio-
nẽ, aut in modum accuſationis, uel actionis, & tunc
ſi oẽs ſunt cõdemnati, & unus appellat, & obtin eat,
d uictoria prodeſt omnibus[d]. ſ̃. de appellatio. c. pen. ff. ſi
ſerui. uendicet̃. l. 3. §. 2. Si uerò ſuccũbat, non obeſt, ut
hic, & ff. de adulte. denunciaſſe. & j. de adulterijs, ſigni
ficaſti, & ſic fauorabiliores ſunt rei. ff. de regulis iuris,
fauorabiliores. ſ̃. de re iudica. ca. fi. niſi is, de quo non
quæritur, in hoc conſentiat; quia tunc obeſſet. 2. q. 5.
ſtatuit: & patet in eo, quod leg. & no. de electio. cum
dilecti. ad finem, & uide, quod dicam de regulis iuris,
ratihabitionem, ſuper fi. gl. & in quæſtione lib. ſexto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Pertinent. Vide Ioã. An. in c. tibi qui, de reſcrip. lib. 6. & de præ-
beo. apoſtolicæ, eo. lib. & an idem ſit in materia non beneficiali,
ut decretum, ſiue interdictum iudicis impediat actum geri, uide
Bar. in l. is cui bonis, ff. de uerb. ob. & in l. ſi quis ita §. ea. l. eo. tit.
& in cap. Rainaldus, de teſta.

b ¶ Quod titu. Pro hoc. quod no. glo. in c. ſi diligenti, de præſcrip.
& per Di. in cap. poſſeſſor, de regu. iuris, lib. 6. & Barto. in l. ſed ſi
lege. §. ſcire, ff. de peti. hæredi.

c ¶ Cum dilectus. ille errat in iure, & delinquit an ergo excuſetur
à fructibus, uide Bal. in le. 1. C. de his qui. ut indi. & uide in deci.
Rotæ, conclu. 31.

d ¶ Prodeſt omnibus. Vide Io. An. in c. in noſtra, de probationi. ſu-
per gloſſ. fin. ubi ponit, an caſſata ſententia quò ad unum, proſit
& uide Bar. in l. poſthumus. §. 1. ff. de inoff. te.

SVMMARIVM.

1 *Præbenda una uacante poſſunt fieri duæ, & quando, num. 2. aliàs
diuidens integrare tenetur, & nu. 2.*
Vt ualeat ſectio quot & quæ requirantur, ibid.
2 *Beneficium etiam non uacans confertur apoſtolica auctoritate.*
*Pro præbendæ in ſe collatæ & diuiſæ redintegratione quis agere
poteſt.*
*Canonicorum receptio non uacante præbenda quibus fieri caſibus
queat.*
*Competentem prouentum ſufficit eſſe præbendæ, licet non ſit alijs
æqualis, in fin.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 4.*

CAPVT XXVI.

1 VAcante. Caſus. De una † præben-
da uacante pñt fieri duæ, ſi
eius ſuppetant facultates: aliàs diuidens
integrare tenetur, communis diuiſio. ſecũ
da ibi, ſuper quo [*Ex ea*] intendens ius de nouo crea-
re, & præbendarum numerum augmẽtare. Dicit au-
tem Hoſtien. quod ad hoc, ut ualeat talis receptio &
ſectio, requiruntur quattuor. Primum intentio præ-
dicta, ſupra c. proximo. Secundum, quòd fiat de cõ-
muni conſenſu illorum, ad quos ſpectat, & diœceſa-
ni, & capituli, ut ibi, & de rebus eccl. non alie. cap. 1.
Tertium, ꝙ fiat ex cauſa rationabili. Quartum, ꝙ ſint
duæ ſufficientes, ut hic: quorum unũ ſi deficiat ſaltẽ
ſectio nõ ualebit ſcd̃m eum [*Capitulo tui*] facit ad no. de
elec. cum eccl'a vulterana: & iſtud determinat etiã, qd̃
dictum

dictum eſt de conſti.præben.ſecundum Hoſt.quā diuiſionē epiſcopus ſine capitulo facere nō poterat, ſupra.c.prox.uer.quāquā, præcipue ſi ad utrūq; ſpecta-
2 bat collatio.ſup.de maio.& obe.c.fi.[*Auctoritate apo.*] cuius auctoritate etiā beneficium non uacans cōferri poſſet,de conceſ.præb.propoſuit.Ho.[*Alius*] qui receptus fuerat cum eo.qui nunc mortuus erat [*Proponat*] ſuper integritate alterius dimidiæ,Goſ.[*Quæ uacare*] nō enim debet vna ſcindi pro alia integrāda. j. eo. cum cauſam:ſed uidet,ꝙ etiā de ſuo teneatur epiſcopus integritare,arg.inf.c.proxi. ad minus,quādiu uiuet: ſed eo mortuo delictum ſuū extinguetur.23.diſt. quorūdam,& ſic etiā eo viuente redundabit id tm̄ in dānum perſonæ ſuæ,non eccleſiæ,ſic ſup.eo.niſi.§.fi. & ſic non ob.de reg.iuris,delictum:cum ſuis concor. & no.ſi.infra.c.2.ſecundum Hoſ.Intelligo ſic hanc literā, ꝙ ſi uacabit præbēda pinguis,de eo,quod ſuper excedit alias,aſsignabitur iſti pro integratione [*Rationabili*] vt quia pauci ſunt canonici.ſup.de ele.cū eccleſia,de cleri.ex.mi.propoſuit, uel ut dicatur miſſa glorioſæ uirginis,ſup.eo. ſignificatū: uel cauſa neceſsitatis,uel utilitatis.inf.eo.expoſuiſti, vel pietatis,& eleemoſinæ.86.diſ.non ſatis.& no.Inf.eo.ſuper inordinata: ut tamē plenius intelligatur hæc materia dicit Ho. ꝙ ſunt eccleſiæ,in quibus non eſt certus numerus cōſtitutus, & in illis pōt recipi canonicus, quod placet: quia nouum ius tunc creatur.ſup.c.prox.vbi uerò eſt certus numerus iuratus,vel cōfirmatus appoſita clauſula,ꝙ ſi quicquā,&c. nō pōt aliquis recipi,niſi fruct⁹ excreuerint,quod dic,ut ſup.c.proximo,uerſ.niſi forte:vel niſi fieret auctoritate papę,qui de iure pōt ſup. ius diſpēſare.inf.de cōceſ.pbē.ꝑpoſuit:ſecundū quod intellige,de ver.ſig.c.fi. ꝙ ſi certus ſit numerus,& dicta clauſula nō eſt adiecta,nulla prębēda vacāte aliqs nō dēt aſſumi:ſed ſi hoc fiat,tenet receptio,& rūpitur numerus,ex quo hoc nō fit auctoritate papæ: de hoc
a ſup.eo.pro illorū:ᵃ nec intelliget hoc caſu fieri auctoritate papæ.ſi capitulū hēt exceptionem,& ipſam nō opponit. Si ergo nō fit mētio de numero,excipiat capitulū,ſup.de reſcrip. cōſtitutus: vbi de hoc dixi:alias uoluntarie venirēt ꝯ numerū, & tacitè renūciarēt.ſupra eo.pro illorū,de cōſti.cū M. uacāte ergo tali pbēda in tali eccleſia, uni pſonæ tm̄ dēt unicū ius cōferri.ſup.c.prox.uer.in eo.ꝙ ſi duo recipiant ad unicā pbendā nō ualet ſectio,nec receptio, niſi intēdat aliqd ius creare.ſ̄.ti.proxi.& c.tuæ.Si aūt cōcurrāt illa quatuor,de quibus in principio capituli dixi,valet ſectio, & diuiſio: aliàs vno deficiēte. nō ualet ſectio:ualet tn̄ receptio,& recipiēs tenet integrare:ut.ſ̄.ſed & hic ius erit in modū petitionis,vt no.j.de cōceſ.pbē.cū ſuper ſecūdū Hoſ.[*Competenti*] no.ꝙ ſufficit cōpetēs:licet nō ſit alijs æquiualēs:nō enim improbāt iura inæqualita-
3 tē præbendarū.inf. de conſue.c. fi.li.6.¶ Secunda † gl.
4 obijcit,& tripliciter ſoluit. ¶ [*Ia † gl.2.ibi,Io.dixit*] alternatiuè:quia etiam eius fuit.ſol.ſup.proxima [*& ibi,reddi*] & placet Inno.& Hoſt. [*& ibi,conſtituit*] quod potuit.infra,de conceſ.præben.ſicut vnire, Innoc.quod eſt uerum ex cauſa,ſecundum Hoſt.vt dixi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Pro illorum. Sic poteſt limitari,quod ibi no.in gl. & iniquis,& contra illam not.in c.conſtitutus, hic alle. in glo.1. & ſuper illa Iban. Andr.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij ſi alij, quàm ei, cui papa fieri mandat ei ad quem ſpectat, fiat, tenet: ipſe tamen punitur collator, & qua pœna,nu. 2. 12.13.*
Per monitorias literas ius non tribuitur, uide nu. 1. & 3.latius, & .21.nu
Eas habens de inobedientia conqueritur.
2 *Eludere non licet apoſtolicum mandatum,& nu.7.*
Eluſores etiam puniuntur, & quo.
Pœna cōuenientior ea non eſt,quā ut quis puniatur in quo deliquit.
Præbenda uni collata non poteſt alij ſine iniuria conferri.
3 *Succeſſor dando executorias an factum ſuum an uerò prædeceſſoris,qui monitorias dedit, exequi uideatur.*
Per beneficij impetrationē cōferēdi quod ius acquirat impetrator.
Comparatur ſponſalibus,nu.2.& 5.
4 *Sponſalibus cum uno contractis de futuro, non debet matrimonium cum alio uiro contrahere mulier:ſed ſi facit, tenet.*
Multa facta tenent, quæ fieri prohibentur.
5 *Monitoriæ literæ ex ſtylo curiæ non dantur ſine præceptorijs.*
Mandare,& præcipere non differunt hic inter ſe.
Receptio pro collatione accipitur aliquando ut hic.
6 *Non creditur impetranti ſine probatione.*
Tempus quod inſpiciatur in iure acquirendo beneficiorum, & aliorum,nu.15.16.17.
7 *Scientia licet aliunde proueniat, quàm ex delatione ſiue præſentatione literarum,condemnatur tranſgreſſor earum.*
Eluſio hæc dicitur.
Diuinare quis non tenetur.
Canonicum quod obſiſtat impetratoribus ut ad beneficia recipiantur,multiplex.
8 *Receptio ante collationem præbendæ afficit eam, aliàs non.*
Ad præbendam qui ius habeat, & quod, & contra quem agendum,& nu.9.10.11.& 12.
Canonicatus,& præbenda iura connexa ſunt.
Præbendarum tamen collationes aliquando conferuntur.
10 *Collator poteſt aſsiſtere, ſi agatur contra eum, cui contulit præbendam.*
Aſsiſtere qui poſsint alij in iudicia.
Electores autem poſſunt ſequi principaliter electionem, donec confirmetur,& nu.11.
Collatio,& electio quatenus inter ſe differant.
Factum nihil uidetur eſſe,quamdiuupereſt aliquid ad agendum.
11 *Contra confirmatum de depoſitione eius agi poteſt.*
Collatio,& confirmatio æquiparantur,& quo caſu.
12 *Hæc decretalis quando habeat locum.*
Malitiam difficile probare,& ratio.
Stellionatus crimen requirit malitiam.
Conſilium quando ſit obligatorium.
13 *Recepto in canonicum antequàm aſsignetur ei debita præbenda quę dicuntur.*
14 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.num.15.*
Ad exhibendum qui agit intereſſe debet eius quo tempore.
Tempus ſententiæ inſpiciendum in furioſo.
Meam rem eſſe cum iudicatur,ſimul illius non eſſe iudicatur.
Dolo carere non uidetur, quia iam mota hæreditatis controuerſia ſine cautione legata ſoluit.
Poſt denuntiationem ſi tradidit rationes hæres legatario, priuſquàm edantur.
16 *Additio gloſſarum,& nu.17.*
Mandata duo eſſe cenſentur, ſi ſcribitur, conferas præbendam, ſi qua uacat, uel proximè uacatura.
Tempus datæ,an præſentationis literarum,uel reſcripti,quando inſpiciatur,& nu.17.
Literæ,uel reſcripta nulla à principio, an poſtea reconualeſcant, ad dict.mutum ad nu.uſque.17.
Aequitas, non rigor in eccleſiaſticis cauſis maxime attenditur.

CAPVT XXVII.

1 Dilectus. Caſus. Si papa † mandat ei,ad quem ſpectat, ꝙ beneficium alicui conferat, collatio per eum alteri facta tenet; ipſe tamen ex tranſgreſsione punitur, & prima pars querelam deciſam continet:ſecūda dat iudicem ibi,fraternitati [*conquerendo*] no.ſecūdū Hoſti.ꝙ habens monitorias tantum de inobedientia
a conqueritur, & ſic per illas ius tribuitur:ᵃ de hoc de

renun. veniens. Hoſt, remit. de reſcriptis. literis [*Mandatum*]
2 ſed quia canonici † non paruerunt huic ſimplici
mãdato, ſed in ipſius eluſionẽ prębẽdã alii cõtulerũt,
ideo tenenť de cõmunibus reditibus ꝓuidere, vt. infra
ſequiť, fit iſtud in pœnam canonicorũ, qui cũ nullã
excuſationẽ haberent, obedire mãdato apoſtolico
contẽpſerunt, arg. ſupra. de reſcriptis. ſi quãdo, & c. cũ
adeò: nec eſt pœna cõuenientior, quàm ut puniant. in
quo deliquerũt. ſupra. de tẽp. ord. literas. nõ enim poſſet
ei ſine iniuria conferri prębẽda alii iã collata: quia
in ea nullũ ius habet iſte impetrans, quod apparet ex
ſequentibus, & in eo, quod legiť. & no. ſupra. de reſcriptis
cõſtitutus. & c. capitulũ. arg. tamẽ cõtra de reſcri-
3 ptis. literis, vbi † diciť ꝙ ſucceſſor dando executorias
non factum ſuũ exequi videť, ſed potius prædeceſſoris
ſui, qui monitorias dedit. Sol. uere factũ prædeceſſoris
exequiť: q̃a ꝑdeceſſor incęperat monitorias cõcedendo,
& honeſtum eſt, ꝙ ſucceſſor exequať factũ
ꝑdeceſſoris, niſi abſtineat ob aliquã iuſtã cauſam. 63.
diſ. Adrianus: ſed tamẽ ex hoc nõ ſequiť ꝙ habeat ius
in re ẜm Inn, imò certe eſt efficax, arg ẜm Hoſt. quod
dic, vt no. in d. c. literis: ad minus enim tantũ ius acquiritur,
ꝙ ſi præbẽda vacat tẽpore repræſentationis literarũ,
non eſt alii conferenda ꝙ ſi fiat, in eluſionẽ mandati
apoſtolici fieri diciť. ut. ĩ. §. 1. ſed ſi per mandatũ
apoſtolicũ nullum ius acquireret, quare in eluſionẽ
ipſius fieri diceret, nõ uideo: ergo aliquod ius acquiſitũ
erat etiã per impetrationẽ ſolam, ut patet in eo,
quod le. & no. ſup. de off. dele. ex parte. nec mirum. ſi
enim repręſentatio, à perſona eccleſiaſtica facta incõmutabilis
eſt, ut patet. ĩ. de iur. patro. cum antẽ. quare
nõ erit firma repræſentatio per literas papæ facta: vt
infra. § 1. maxime quando litera mãdatum habet annexum,
ut hic, & ſic obtẽperandum eſt, ut ſup. no. &
patet. 14. q. 1. quod præcipitur. non tamen tantũ ius. ꝙ
b prębenda ſit facta impetrantis.[b] cui nec adhuc eſt collata.
& ideo tenet collatio, ſi alii conferatur, cum di-
4 ſtinctione tamen. Item dic, ut no ĩ. eo. § fi. ſic ſi † mulier
contrahat cum viro ſponſalia de futuro, non debet
cum alio contrahere de præſenti: ſi tamẽ cõtraxerit.
tenet matrimonium ſic cõtractum, ut patet in eo,
quod legiť. & no. ĩ de ſponſa. licet, & c ſi inter virũ. §.
fi. multa enim ſunt, quæ facta tenent, & tamen fieri ꝓhibẽtur,
ut leg. & no. ſupra. de iureiur. quemadmodũ.
§. ꝙ ſi poſt huius [*Miſiſſemus*] monendo, & ſecundum
5 ſtylum curiæ raro fit monitio ſine præcepto, cum dicatur
ſaltẽ monemus per apoſtolica ſcripta mandantes.
nec in talibus refert, an dicat: mãdamus, vel præcipimus,
ff. mãd. l. 1, C. cõmunia de leg. omne uerbum,
ẜm Hoſt. [*Recipient*] de receptione loquitur, quæ diciť
collatio: nam ſi propter canonicatũ cõtuliſſet, collatio
præbendæ alteri facta non ualuiſſet. inf. eo. ſi poſtquã,
li. 6. [*Tunc*] ſcilicet cum reciperent literas, ut patet
per ſequentia ẜm Hoſt [*Et infra*] hic decidit, ꝙ canonici
dicebantur quandam præbendam, quæ tunc uacauit,
in eluſionem mandati apoſtolici aliis contuliſſe,
6 & ad hoc inf. reſpõdet [*Conſtiteris*] quia † nec aliter impetrãti
crediturr, de reſcriptis, olim [*Vacaret*] ergo erat
ibi numerus. ĩ. eo. dilecto [*Tempore, quo*] in beneficio,
quod non confertur uacans: ſed conferri mandatur.
Refert ſecundum Hoſt. an uacet tempore datæ, & receptionis,
& tunc vtrunq; tempus inſpicitur, de reſcriptis
eam te, infra. c. pe. an altero tantũ tempore, & tũc
inſpicitur tẽpus receptionis, vt hic, & hoc quo ad canonicos,
qui nõ teneně diuinare. infra. vt ecc. bene. c.
vno. quantũ aũt ad plures impetrãtes ibidẽ, ſi quæras,
quis ſit potior, inſpiciť tempus datæ, niſi primo impetranti
dolus, uel negligẽtia imputari poſſit ẜm eum,
de reſcriptis, tibi qui. li. 6. & uide quod dicã ſuper gl. a,
7 ante fi. [*Receperunt*] uel ex quo † impetratũ ſciuerunt;
a nã & tũc eſt eluſio, de ap. meminimus, & c. ſuggeſtũ
hoc pro rãto dicit: quia impetrãs obtulit ſe ad hoc ꝓbandũ,
ſicut ſup. de reſt. ſpo. c. 1. vel quia poſt receptionẽ
nõ poſſent ignorantiã allegare, quã prius poſſent.
& ſi mentiant: quia ſolus deus nouit arcana. inſ. de ſymo.
tua. [*Eluſionem*] quod fieri nõ dẽt, de poſtu. bonæ.
2. de alie. mu. iu. cauſa fa. c. 1. Hoſ. [*Si non habet*] ſup. nec
aliud obſiſtat canonicum. Inn. nã & multæ aliæ exceptiones
cõpetere poſſent, de hoc de reſcriptis. ſi pro-
8 ponente. Ho. [*Recipi*] ergo † ante collationẽ præbẽdæ
non fuerat receptus: quia tũc ſuiſſet affecta præbẽda,
ad id de reſcriptis: tibi qui, li. 6. tunc enim non tenet
collatio, ſed haberet actionẽ ad illã præbẽdã, niſi aliꝰ
eũ præcederet in receptione, arg. ſup. de conſtit. cum.
M. Ferrarien. ſup. eo. dilecto, & c. dilectus, & c. relatũ.
inſ. de concesſio. præben. cũ ſuper quæſtione. quãuis
enim non habeat ius in præbenda, niſi prius ſibi aſſignetur,
ut in præall. decr. dilectus: tamẽ ille, ad quem
pertinet collatio præbendarũ, non habet poteſtatem
conferendi eam niſi canonico, qui iam ſit receptus,
ſeruata tamẽ diſtinctione, de qua not. ſup. de maio. &
obe. ſtatuimus, petit ergo ab eo, ad quem pertinet, ut
eam ſibi aſſignet, quo facto aget contra detentorem
præbendæ. & ſi ille, ad quẽ ſpectat, hoc facere renuat,
ad ſuperiorẽ recurrat. arg. inſ. de iure patron. nullus.
Alii dicũt, ꝙ ſine alia aſſignatione aget cõtra detentorẽ
præbendæ, argu. ſup. eo. inter cætera, ex quo enim
aliquis in canonicũ eſt receptus. ius habet in præbenda,
quę eſt ſibi ſuo ordine cõferenda, cum iura canonicatus.
& præbendæ connexa ſint, arg. ſup. c. relatũ.
ſup. de conſti. tranſlato: licet aliquando differãtur collationes
præbendarum, ut. inf. de concesſio. præben.
c. 2. & ex hoc ſequitur, ꝙ ſi executores dantur pluribus
in canonicos iam receptis, executio illius ſolius,
qui primo recepto datus eſt executor, iuſta eſt: unde,
ſi ad mandatum ipſius præbenda primo recepto fuerit
aſſignata, & executor recepti ſecundò, uel tertiò
mandet canonicis, ꝙ ipſam aſſignẽt illi, qui ipſam impetrauit,
nõ tenentur obedire, & ſi propter hoc excõmunicant,
iniuſta eſt excõmunicatio ſecundũ Inn. &
forte nulla per id, quod dixi ſup. eo. pro illorũ. ſuper
gl. 2. in fi. quinimò, & primo impetrãti aſſignãda eſt,
dũmodò in nulla culpa, uel negligentia deprehendatur,
ut patet in eo, quod legitur, & no. ſup. de reſcriptis
c. capitulum, ſecundum Hoſ. Si uerò contingat canonicos
ab initio diuerſa mandata à diuerſis executoribus
recipere. & ipſi malicioſe iuſtum mandatum cõtẽnant,
& iniuſtũ exequantur, is, qui iuſte mandauit,
poteſt animaduertere in eoſdem, de reſcriptis, cũ con-
9 tingat. §. cæterum. Sed nunquid † ſic receptus habet
actionem contra illum, qui ipſam alii contulit, cum
hoc facere non deberet: non, niſi forte de dolo, uel in
factum ad expenſas, arg. ff. de dolo. l. 1. ſecundum innoc.
& adde, quod not. ſupra. de renun. ſane, & c. veniens,
& quod dicam. inf. de concesſio. præben. quia
in gl. quare. & ſup. de appellatio. cum ſpeciali, in gl. ar-
10 gue. Quid ſi † agatur contra illum, cui contulit, nunquid
collator poterit illi aſſiſtere? dicas ꝙ ſic, ſicut, &
uenditor emptori. ff. de euictio. ſi rem quam mihi. §.
fi. & not. inſ. de contrahẽ. emp. c. fin. & ſicut legatarius
aſſiſtit hæredi. ne colludatur. C. de litig. auct. nunc ſi.
c hæres: intereſt enim hoc collatoris, [c] nã ſi euincatur
ab eo præbenda, tenetur ei de alia prouidere. ſup. c. inter
cætera. §. fin. inf. de iure patro. c. paſtoralis. §. ſi collator
ergo non defendit cauſam principaliter: q̃a nec
ab eo poteſt præciſè peti prębenda, ſed ab eo tãtum,
cui contulit, ut patet ex præmiſſis: ſecus dicitur in electoribus:
quia illi bene poſſunt principaliter ſequi electorẽ,
ut patet in eo, quod legitur, & no. ſupra de electio.
ſuper eo, & c. dudũ, & de iud. exhibita. Ratio di-

uerſitatis

uerſitatis eſt hæc:quia ex collatione ius acquiritur,&
ex quo facta eſt, perfecta eſt, dūmodò aliud canoni-
cū non obſiſtat:electio verò perfecta nō eſt,quouſq;
fuerit confirmata,uide ſupra de reſtitu.in integ.c.2.in
glo.per monacos, verſ. electio. & ideò electores ante
confirmationem electionem proſequūtur,& defen-
dunt tanquam factum proprium.ſm Innocentium:
quia eis debent eſſe cordi omnia bene cœpta ad effe-
ctum perducere:& nihil vr̄ eſſe factum,quādiu ſuper
eſt aliquid ad agendum,C.de emēdario. C.Iuſtini.l.1.
11 C.ad Sille.l.cum Sille.in fine, ſm Hoſt. Quid † ergo ſi
electio ſemel fuerit cōfirmata, & agitur de depoſitio
ne confirmati:utiq; agendum eſt cū confirmato tan-
tū,nec decætero canonici ſunt vocandi: quia,ex quo
confirmatio facta eſt,quantum ad electionem per ip
ſos factam pertinet,iā ſemel functi ſunt officio ſuo,ſe
cundum Inn.arg.ſ.de offi.deleg. in literis.Collatio er
go,& cōfirmatio in hoc caſu quantum ad hoc æqui-
12 parantur ſm Inn. hoc autem † quod hic dicitur, non
obtinuiſſet clericus etiam per literas præceptorias.ni
ſi contineretur in eis: alioquin damus tali in manda-
tis, ut ad id uos compellat ſm quoſdam . Alij dicunt,
ꝙ condictione ex hac decr.poteſt quiſq;,pro quo ſcri
bitur etiam monitorie,agere & cōſequi,quod hic ſe-
quitur: quod ſi verum eſſet, fruſtra daret eccleſia exe
cutorias,quæ nec ſemper dantur.vbi etiam monito-
riæ datæ ſunt ſm Innocentium:ſed poteſt ſm Hoſt.re
ſponderi ꝙ hi non intelligunt,ꝙ ad petendam præbē
dam adhuc habeat actionem: habet tamen præuētio
nem.arg.j.de iure patro.cum autem, & ius ſupplican
di papę,ꝙ executorias det,vt no.ſ.de reſcriptis,literis,
&c.ex inſinuatione.Alij dicunt,ꝙ collator beneficij,
qui ſine cauſa non vult mandatum apoſtolicū adim-
plere in præiudicium literas impetrātis, peccat in eū,
& ideò tenetur crimine ſtellionatus, ꝓpter quod pōt
ipſum impetrās criminaliter accuſare,vel ciuiliter nū
ciare:ſed caueat ſibi:qa nec in accuſatione.nec in de-
nunciatione obtinebit, niſi probet eū malicioſe non
paruiſſe , ut probatur. ff. de crimine ſtellionatus. l. 3.
quod difficile eſt , cū multas poſſit habere exceptio-
nes,& excuſationes,vt patet in eo,quod legitur,de re
ſcriptis,ſi proponente,ſ.de æta.& quali.accepimus.ſ.
eo.cum ſm apoſtolum.j de accuſ.cum dilecti.hic au
tē manifeſte apparuit de malicia capituli,vt patet.ſ.c.
§.1.& dicunt quidam locū habere, quod hic dicitur,
quando præceptotiæ. tantum literę impetrātur, arg.
ſ.de reſcripris.c.capitulū: ſicut hic fuit, ut patet in eo,
quod legitur,& no.ſ.eo.c. reſpon.1.ſecus in monito-
riis,quæ non aſtringunt,ſicut nec conſilium.ff.māda
ti.l.2.§.fi.& le.& not.ſ.de arb.cū olim. Alij uerò dicūt,
ꝙ literæ papæ etiam monitoriæ ſemper obediendum
eſt,ex quo pura,& ſimplex eſt,& maxime quia nunꝗ
fit ſine mandato, ut no.ſ.eo.c.reſpō. 1.nec obſt.quod
dictū eſt, conſiliū nō eſſe obligatoriū: quia illud verū
de conſilio, quod datur in fauorē illius, cui conſulit:
ſecus autē de cōſilio, quod datur in fauorē illius, pro
quo ſcribitur.ut hic.Itē ſecus de conſilio,quod datur
ad conſilium animę à prælato:ut patet in eo,quod le.
d & not.ſ.de tēp.ord.ad aures.[d] Alij dicūt,ꝙ illud,quod
hic dicit, nō eſt de neceſſitate iuris: ſed de gratia fuit,
ſm Inno.cuius eſt quaſi tota hæc gl.ſed Hoſ.aliter di-
ſtinguebat,quod omitto per ea,quæ plene not.de cō
e ceſſio.præben.ſi ſolt.[e] in gl.ult. per quā ēt ſit deciſa di
ſtinctio.quā hic poſuit Pe.de San.& Abb. in fine ope
13 ris in diſtinctionibus [*Facias*] plus † ergo puniūtur fa
cientes ꝯ mādatū: quia receptum habent,& aliū reci-
pere cōpelluntur [*Aſſignari*] repete.facias [*Prouentus*]
nō de præbendis diuiſis, ſed de bonis cōmunibus ſm
Egid. ad hoc.ſ.de conſt.cum.M.& ſm eum non intel
ligas hoc ſolū de quotidianis diſtributionibus, quod
probat litera,donec, quæ ſequitur: nam de illis proui
14 detur ēt poſt, quàm habet præbendam. ¶ Prima † gl.
reſpōdet per quæſtionē, an unū ſit mandatū, & cæte-
ra. ¶ Secūda gl. Primò arguit tēpus receptionis reſpi-
ciēdū.Secūdo de tēpore datæ. Tertiò de utroq;. Quar
tò arguit ad quæſtionē,quā ſoluit:ultimò ſoluit con-
traria. ¶ [*Gl.uidetur*] obijcit inducens quatuor, & ſoluit.
15 ¶ [*In* † *gl.2 ibi §.ultimo*] vide de foro compe. ex tenore.
ſuper ultima gl.[*& ibi §.1.*] uide de exceptio.c.penult.
in.1.gl.[*& ibi,argumen.contra*] ſcilicet,ꝙ utrūq; tēpus ſit
ſpectandū: nā oportet intereſſe eius. qui agit ad exhi-
bendū.& tēpore litis cōte.& tēpore cōdēnationis[*&
ibi,cum furioſus*] ualet ſentētia lata per iudicem,qui adi
tionis tēpore furioſus erat, ex quo tēpore ſentētiæ fa-
ctus erat ſanæ mentis[*& ibi,mutum*] ſequitur.nec nō.&
ſurdum etiā ita natos pro hærede gerere. & hæredita
tem obligare poſſe conſtat. ¶ [*In gl.3.ibi,cum ita*] vide de
præſump.nonne,ſuper ult.gl.[*& ibi.§.ſed is qui*] cum iu
dicatur rem meam eſſe,ſimul iudicatur illius nō eſſe,
[*& ibi.l.Celſus*] uide de ſagit.c.uno.ſuper gl.2.[*& ibi.ſi
fundum*] uide.j.de cleri.ex.mi.illud, ſuper gl.f. quia [*&
ibi,dolo*] ſequitur,carcere nō videtur,qui iā mota hære
ditatis cōtrouerſia ſine cautione legata ſoluit [*& ibi.
§.is autem*] tenet hæres, qui poſt denunciationē,ne an
te tradat legatario rationes,quàm edantur.illas tradi-
dit [*& ibi,non eſt mlium*] uide in c. ſtatim allegato in pri-
ma gl.[*& ibi.l.2.*] uide de decimis.tua.2.in fin.1.gl.[*&
ibi.l.ult.in fi.*] incipit.§.Lucius.& uide ut lit.non conte.
quoniā.§.pe.ſuper.1.gl.[*& ibi.quoties*] uide de ſpō.du.
16 c.fi.in prima gl. ¶ [*In* † *gl.1.ibi,alterius*] dixit Phi.ꝙ quan
do ſic ſcribitur,cōferentes præbendā ſi qua vacat.vel
proximo uacaturā. duo cenſentur eſſe mādata [*& in
fine*] de hoc.ſ.de reſcriptis. cōſtitutus ¶ [*In gl.ſecunda.ibi,
uſurarios*] nō cōſideratur tempus datæ,ſed ſubſequens:
de hoc.ſup.ti.primo,qualiter [*& ibi,iudicium*] ergo nō
conſideratur tēpus oblati libelli,nec Io. in gl.ſua hæc
poſuit.ſed dicebat ꝯ vſurarios.quoniā licet tēpore ob
lati libelli non recte agatur &c. & idē Vin [*& ibi.§.1.*]
& infra de te iud.abbate ſane.li.6 [*& ibi mutum*] ar.de
exce.pia,li.6.[*& ibi,quod non credo*] concor.G.in Spe.ti.
1.§.ult.in prin.& remittit ad hāc gl.Io.de Deo in quæ
ſtionibus ſuis in prin.diſtinguit,aut erat publicè excō
municatus.& tunc indiſtincte nō ualent literæ. 16.di.
quod dicitis,de poſtu.c.1.aut occulte.ſed nunc oppo
nitur, & tūc diſtinguit. aut hoc ſciuit impetrās: & tūc
nō ualet reſcriptū.ſupra de reſcriptis, ſuper literis:aut
ignorauit.& tūc ſi eſt cauſa appellationis. nō currit li
bi tēpus.ſupra de ap.ex rōne.& optime.eo. ti. ſignifi-
cāte.ſi eſt principalis. de æquitate deberēt ualere, tibi
iuſticia aduerſarij nō perit,ar.de procu. ex inſinuatio
ne,maxime cū in cauſis eccleſiaſticis nō rigor,ſed ęq
tas attēdatur.ſup.de iud.dilecti,de do.& cō.c.1.ſicut ſi
impetraſſet ad āliquē prælatū.vacante ſede Inſtitutus
tēpore præſentationis cognoſceret ſup.de offi.deleg.
quoniā,ſed hoc dicas uerum,ſi ſcribebat dignitati,vt
ibi Io.de Mō.M.in diſpu. hoc addit.ꝙ ēt ſi tēpore præ
ſentationis erat excōmunicatus occulte,poſt abſolu-
tionē ꝓcedere poterit,& prius ēt,ſi nō opponit,quia
iuriſdictionem recipit,alle.de re iudi.ad probandū,&
ꝙ ualeāt.vr̄ caſus.ff de le.præſtan.peti bo. poſ.contra
f ta. l.interuenit [f] quæſt.dēt. n. ſufficere, ꝙ res deueniat
ad eū caſum &c.ff.l.dele. 3. l.j. de iure cod.eū qui, &. l.
conficiunt.§.ſi poſt.& ſufficit, ꝙ qs ſit de cognatis tē
pore mortis,licet nō ſit tēpore teſtamēti.ff.de reb⁹ du
bijs.ſi cognatis.ff.de don.cā mortis.l.in mortis,& l.nō
intelligit §.qñ.ff.de iure fiſci [*& ibi,nullæ*] ar.de reſcri-
17 ptis.c.1.li.6 [*& ibi,non* † *datæ*] qa de inobediētia,& rebel
lione,& eius pœna hic agit,quæ nō cadit in ignoran
tē.j.eo.ſi bñficia,li.6.Cū uero quærit,ad quem diriga
tur reſcriptum , uel quid in eo fuerit exprimendum ,

inſpicitur tempus datæ, ut in 3riis, & ſic breuiter de inferiori gl. ſe poterat expedire [*& ibi, legitima*] ſed ſi papa contuliſſet canonicatũ ſecus: quia collatio poſtea etiã ab ignorantibus facta non tenet. infra. eo. ſi poſtquàm, lib. 6. & ibi: debet dicere. vnde dixit Phi. ſi dixit impetrans beneficiũ uacare, nõ eſt ſatis ꝙ uacet tẽpore præſentationis, ex quo nõ vacabat tẽpore datæ, ſed ſi papa proprio motu mandat alicui cõferri eccleſiã, vel præbendam, ſi uacat, ſatis eſt, ꝙ uacet tempore re-
g ceptionis, licet non uacaret tẽpore datæ, per hãc decre. ſed dices, hæc decr. non probat hoc, cũ hic nõ fuerit affecta præbenda: probat tamen, ꝙ conferri debuerat, & ad hoc inducitur. poſſet tamen dici, ꝙ hic non fuit mandatum de canonicatu, per quod apertius pateт papæ uoluntas de conſerenda præbenda quandocunque uacante [*& in fine*] dicit Hoſt. cum quæritur, an reſcriptum ualeat, inſpicitur tempus datę, de reſcriptis, ſignificauit, & c. ad hoc, & c. fi. de tranſact. ex literis. Si quæritur, an iudex poſſit ſuam iuriſdictionem exercere, inſpicitur tempus receptionis, & expresſionis quo ad clauſulas generales, de ap. ſuper eo. de reſcriptis paſtoralis. Sed Pe. de San. plenius diſtinguens dicit. ꝙ quandoq; conſideratur actio, quæ competit ex reſcripto, & ex illo oritur. ſupra de reſcriptis, eam te, & tunc attenditur data, ut ibi: quandoq; actio, quæ non oritur ex reſcripto, licet ſuper illa impetretur, ut ſupra de reſcriptis, c. fi. & tunc etiam conſideratur data. quandoq; ualor ipſius reſcripti, ſcilicet an ualeat, vel nõ, puta ex veritate tacita, & falſitate expreſſa. de reſcriptis, ſuper literis, & tunc conſideratur data. eo, ri. conſtitutus. quandoque attenditur obligatio, quæ contrahitur ex mora, uel culpa illius, contra quẽ impetratur, ut hic, & ſupra. de reſcriptis capitulũ, & tunc attenditur receptio. quandoque negligentia iudicis, uel impetrantis ratione præſcriptionis, quæ currit cõtra iuriſdictionem: quia commiſſa eſt cauſa decidenda intra diem, & tunc attenditur præſentatio, de app. ſuper eo. 2. quandoq; inſpicitur tantum negligentia impetrantis, & tunc attẽditur poſſibilitas agendi, de reſcriptis, ſi autem, & c. plerunque, quandoq; odium impetrantis, de offi. deleg. prudentiam. de vſuris, quia fruſtra, & tunc ſpectatur tempus agendi, ut ibi: quandoq; iuriſdictionis perpetuatio, & tunc attenditur citatio, de offi. delega. gratum, & hoc uide in Specu. de reſcripti præſen. in fi. ¶ [*In gl. uidetur, quòd ibi, conſimilem*] non fuit conſimilis: quia ibi datus fuerat executor ad prouidendum: hic nõ [*& ibi, alteri facta*] quod dic hodie, vt infra. de conceſ. præben. ſi capitulo, & c. ſequẽ. & ibi plene de hoc. li. 6. [*in fi.*] licet ſit ar. contra. C. de legi. non dubium, Goff. ¶ [*In gl. ult. in fi.*] & erat hæc decre. in 4. compilatione ult. in tit. de conceſ. præben.

ANNOTATIONES.

a ¶Ius tribuitur. intellige ad rem, non in re, de quo uide plene per gl. in c. ſi ſoli, de conceſ. præben. lib. 6.
4 *In dignitatibus ſecularibus habetur ratio nobilitatis, & potentiæ.*

Sophyſtæ. & ſapientes mundi à Petro, & Iacobo piſcatore ſupera
tı, & num. 7. in fin.
5 *Sufficiens ſi quid non eſt in ſublimibus, in inferioribus ſufficit ex*
nauium d-cta ſimilitudine.
Tempus datæ in collationibus attendendũ, & non præſentationis.
Collatio potior quæ, ſi idem beneficium duobus conferatur.
Poſſeſſio facti quando obſtet in beneficiis.
Meatio fieri non poteſt de eo, quod non eſt.
7 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Liberi, & ſerui qui Teutonicis.
Miraculum domini quod ſuper omnia alia emicuerit.

C A P V T XXXVII.

1 VEnerabilis. Caſus. Clericit igno-
biles & non eminẽtis
ſcientiæ propter hoc non debent à præbẽ
dis repelli etiam in eccleſia, quæ tales ad-
mittere non conſueuit. & ſunt duæ partes. In prima
facti narratio. In ſecunda ibi, nos igitur, exceptionũ
repulſio, & cauſæ commiſsio. Dicebat Hoſtien. peti-
tio, exceptio, replicatio, diffinitio [*Deuoluta*] per Late-
ranẽ. concilium, de conceſſione præben. c. 2. & ideò
ad legatum papæ eius donatio pertinebat, Innocen.
[*Contulerit*] an conferre potuerit, uide quod no. infra
de officio lega. cap. 1. libro ſexto, in gloſſ. ultima [*Par-*
tibus] Germaniæ [*Effectu*] aliàs affectu. fortis ſupplica-
tio, & durus in curia aduerſarius cardinalis, Hoſtien.
[*Inuiolabiliter*] quaſi ſine interruptione [*Nobilem*] ui-
2 de † quòd no. uigeſimaquarta quæſtione prima, quo-
niam uetus. ſuper uer. inuidiam [*Illuſtrem*] ſufficere de-
beret, ſi ſpectabilis eſſet, uel clariſsimus, de his ſecun-
a da quæſtione ſexta, anteriorum [*Honeſtè*] quo ad hoc
bona allegatio. Goffred. de uita & honeſtate clerico-
rum, in clericorum, Hoſtien. [*Scientia*] Si numerus
canonicorum huius eccleſiæ de talibus eſt comple-
tus. non deerit uicinis cathedralis epiſcopus nobilis,
& bonæ conuerſationis & eminentis ſcientiæ, Vinc.
[*Contra hoc*] ſcilicet cum dictus Iac. talis non eſſet [*Re-*
cepiſſent] non eſt uis, ex quo collatio facta erat, ut pate
3 bit in fine [*Generis*] nobilitas † ſola eſt, quæ animum
moribus ornat, in fine Martinianæ poſuit auctor Ho
ſtien. uerſus. Nobilitas hominis eſt mens deitatis ima
go. Nobilitas hominis uirtutum clara propago. No-
bilitas hominis humilem releuare iacentem. Nobili-
tas hominis mentem reſeruare furentem. Nobilitas
hominis niſi turpia nulla timere. Nobilitas hominis
naturæ iura tenere. vnde Saul de poſt aſinas in regem
aſſumptus eſt, 1. regum 10. & Dauid depoſt fætantes,
primo regum. 16 Tullius in inuecti. cõtra Saluſtium.
Satius etenim eſt me meis geſtis florere, quàm maio-
rum opinione niti. & ita uiuere, ut ſim poſteris meis
nobilitatis initium, & uirtutis exemplum, Gregor. in
paſtora. Quis neſcit, quòd in natura gemmarum car-
bunculus hyacintho præfertur: & tamen cæruli colo-
ris hyacinthus præfertur pallenti carbunculo: quia &
illi, quod ordo naturæ ſubtraxit, ſpecies coloris adiũ-
git. & hunc, quem naturalis ordo prætulit, coloris
qualitas fœdat. Hieronym. ad Celantiam. 5. Sola apud
deum libertas non ſeruire peccatis: ſumma apud deũ
nobilitas clarum eſſe uirtutibus [*Virtutum*] ſic. 56. di-
4 ſtinctio. ſponſus, & cap. dominus. In † ſecularibus ta-
men dignitatibus habetur ratio nobilitatis, & poten-
tiæ. in aucten. de defen. ciui. §. 1. ff. de decuri. l. hono-
res, Phi. & de ſup. negligen. præla. grandi, libro ſexto
[*Gratum*] peccatori autem dixit deus &c. pſal. 49. [*Ser-*
monem] facit quod no. 56. diſtinctio. vndecunque, ibi,
quid genus &c. [*Ad cuius*] ſcilicet eccleſiæ: quia iude-
cia de ea mentio facta erat, Pet. & Abb. [*Ignobiles*] 6.
diſtinctio. §. his omnibus [*Et pauperes*] Hieronym. ad
Antonium Bar. contra ſophyſtas ſeculi. & ſapientes
mundi Petrus, & Iacobus piſcator mittitur [*Perſona-*
5 *rum*] 1. Pet. 1. & actu 10. [*Eminentis*] quædam † naues
ſufficiunt ad flumina, quæ ad mare nõn ſufficerent.
ff. de exercito. l. 1. §. nauem, & §. ſed & ſi, ſecundum
Vincen. & Goffred. Hieronym. de homi. perfecto. C.
conuenit in paruo nauigio non in altum uela confi-
gere, ne in periculum currat audacia [*Quando ipſam*]
6 no. tempus † datæ in collationibus attendendum, &
non tempus præſentationis. Item not. quando duo
poſſunt præbendam conferre, ſemper potior eſt col-
latio primo facta, ſi dubitaretur, quis eſſet primus.
dic ut infra eodem, ſi a ſede, libro ſexto. Sed uidetur,
quòd iſte clericus etiam alia ratione deberet habere
præbendam, ex quo enim tanto tempore vacauerat,
capitulum non poterat conferre, niſi cum recipien
te diſpenſaretur. de ſuppel. negligen. præla. capitu. pe-
nulti. Dicit Hoſti. quòd non fuit intentio legati con-
ferre niſi uacantem, & ideo impetranti obſtaret facti
poſſeſsio. infra de conceſſio. præben. literas. quod in-
telligas, ſi collatio capituli præceſsit datam: aliàs non
potuiſſet fieri mentio de eo, quod non erat, de con-
ſtitutio. cum acceſsiſſent [*Recipi*] remoto quolibet
detentore, infra de conceſsio. præben. propoſuit. in
7 fine. Hoſtien. ¶ Quinta † glo. ſignat contrarium. ¶ [*In*
gloſſa ſecunda, in fine] ſed dicit liberos ſecundum uulga-
re Theutonicorum illos, qui alicui domino nõ ſunt
obnoxii ad ſeruitia ex debito exhibenda, Goffre. un-
de apud eos etiam milites dicuntur ſerui, & uocant
eos miniſtrales. ¶ [*In glo. hoc dicit, ibi, regimen eccleſia*] bea-
tus Bertol. licet magna & diuina plane fuerint mira-
cula, quæ dominus geſsit in terris: hoc tamen ſuper
omnia alia emicuit, quòd in paucis ſimplicibus, &
pauperibus totum mundum, & omnem eius altitu-
dinem ſibi ſubiugauit [*& ibi, multi*] aliàs incipit, qui-
cunque [*& in fine*] ſolue, ut no. ſupra de appella. con-
ſtitutus. 2. ¶ [*In gloſſa ultima, in fine*] quod dic, ut infra de
officio lega. c. 3. & 4. libro ſexto.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Anteriorum. Et de his plenius in Specu. de iuriſdi. om. iud. ver-
ſi. ſecundum canoni.

S V M M A R I V M.

1 *De beneficio ſi mandatur alicui prouideri, quod intelligatur inclu*
di, & num. 2.
2 *De beneficio ſi prouideri manndatur in eccleſia. In qua ſunt be-*
neficia, & præbenda, an & quo caſu de præbenda poterit pro-
uideri.
De beneficio quid ſi mandatur competenti in aliqua eccleſiarum.
Decretalis penul. cum hac conciliatio.
3 *Sententia delegati proferentis contra delegantis intentionem quã*
do nulla.
Beneficium aliud ſimplex, aliud duplex.
4 *De beneficio præbendali prouideri ſi mandetur, de quo poterit*
prouideri.
Collegiata eccleſia prælatura cenſetur dignitas.
Reſcripta ſuper beneficiis, uel diſpenſatione ſtrictam recipiunt
interpretationem.
5 *Si de præbenda alicuius eccleſiæ ſcribatur prouideri, ſi uacat, uel*
quàm cito ſe obtulerit facultas, an ueniat præbenda cum offi-
cio, dignitate, uel perſonatu, uel ordinibus annexa.
6 *Collatio non ualet ultra poteſtatem facta.*
Beneficiato ſufficienter de alio beneficio prouideri non poteſt, &
hæc exceptio etiam poſt prouiſionem poteſt opponi.
7 *Excommunicationis ſententia quibus nulla caſibus ſit.*
8 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum num. 9.*

C A P V T XXXVIII.

1 CVm olim. Caſus. Reſcriptum† quo mandatur alicui de bene
ficio prouideri. rectoriam, uel dignitatem
non includit. & ſunt duę partes. Prima nar
rat executoris proceſſum, quem ſecũda reuocari mã
dat, dicens quare. ſecunda ibi, Cũ igitur. Dicebat Hoſ.
mandatum prouiſionis, proceſſus iniuſtæ executio-
nis, pronunciatio iuſtæ reuocationis [*In aliqua eccleſia*]
a non dicit, deſuper quo, uide quod no. in clem. eo. tit[a].
c. 1. in gloſſa. de iſto [*Diœceſis*] per hanc formam in ca-
thedrali prouideri non poſſet, inf. eo. quamuis. 1. lib.
6. [*Niſus*] aliàs uiſus, & utrunque ſonat in vitium, ſe-
cundum Hoſtien. [*Conſueuit*] quod eſt regulare, de ele
ctio. titu. primo, de iure patrona. nobis. Phi. [*Ad talia*]
iſta enim eccleſia collegiata erat, ad quam non exten
ditur hæc forma, ut hic, & de offi. deleg. ſuper eo, ſed
ad competens beneficium, de iure patro. paſtoralis.
§. fi. nec extenditur ad dignitates non habentes curã,
ad hoc ſup. eo. de multa. §. hoc idem, & de fil. pre. cap.
2 pen. & ulti. Hoſt. [*Non † extendat*] dixit hic Gof. quòd ſi
mandatur alicui de beneficio prouideri in aliqua ec-
cleſia, in qua ſunt beneficia, & præbendæ, ꝙ de præbẽ
da non poterit prouideri. Si uerò ibi ſint ſolum præ-
bendæ, tunc, ne pereat reſcriptum, dicit contineri prę
bendam: ad hoc. de uerb. ſignifi. abbatem. Sed ſi man
b detur prouideri de beneficio competenti in aliqua[b]
eccleſiarum, conſiderata perſona, pro qua ſcribitur,
prouidebitur de beneficio, uel præbenda, ſupra de re
ſcriptis. Abbatẽ. de iudi. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de uſu, &
habi. l. plenum, alleg. Hoſt. ff. de iure do. quęro, ff. de le
ga. 3. ſi filiæ. ff. de alimen. leg. alimenta, ſupra eo. pro il-
lorum [*Rectoriam*] contra. j. de uerb. ſignificatio. c. pen.
Sol. ibi fauor, hic ambitio. illa enim erat indulgentia
large interpretanda, ſecundùm propriam uerbi ſigni
ficationem ſecundum Innoc. & Hoſtien. Dicit Egi.
quòd ibi temporalis erat conceſſio, hic perpetua. uel
hic de ſimplici beneficio fuerat expreſſum in reſcri.
[*Intentio*] Dicit Hoſtien. hic, & in ſum. de cleri. excom
muni. poſt prin. quòd dominus Otto Portuen. epiſco
3 pus † notabat ex hoc, quod quandocunq; delegatus
proferebat ſententiam, uel aliter procedebat contra
intentionem delegantis, nullus erat proceſſus, ut hic,
& de reſcriptis, cum dilecta. Eadem enim ratio moue
re debet utrunque, de reſcriptis, ſuper literis. & potiſſi
me conſideranda eſt intentio, ut hic cum ſuis cõcor.
Dixit Vincen. de reſcriptis, cum inſinuatione, in fine,
quòd quidam inueniunt nouam ſectam, dicentes, ꝙ
ſententia delegati, aut eſt iuſta, aut nulla. ſed hoc ipſe
non concedit dicens; ꝙ quando lędit ius litigatoris,
appellandũ eſt [*Simplici*] aliud ergo, ſimplex, aliud du-
plex; de hoc ſupra eo. ſuper inordinata, Hoſt. [*Manet*]
4 Si mandaretur † alicui prouideri de beneficio pręben
dali, uel alio; dicunt aliqui, ꝙ de beneficio curato po-
terit prouideri. Res enim facile redit ad ſuam naturã,
ff. de pactis, ſi unus, §. pactus. ſed naturaliter appella-
c tio beneficij habet etiam illa cõprehendere[c]. nec ob.
hæc decr. quæ non prohibet prouiſionem beneficij
curati, ſed dignitatis, habebat enim hæc eccleſia colle
gium, cuius prælatura cẽſetur dignitas. unde dato, ꝙ
ex forma literarũ de beneficio curato potuiſſet pro-
uidiſſe de dignitate, non reſtringitur enim illud ad ec
cleſiam, ubi ſit ſimplex miniſter in ſpiritualibus & tẽ
poralibus. Ita, ꝙ non uocetur aliquo nomine digni-
tatis, nec eſt uis, an à capitulo eligãtur, uel ab alio: q̃a
reſcripta beneficialia, uel ſup̃ diſpẽſatione uelut odio
ſa recipiunt ſtrictam interpretationem, infra eo. quã-
5 uis, & c. non poteſt, lib. 6. Si uerò ſcribatur † alicui pro
uideri de præbenda alicuius eccleſiæ, ſi uacat, uel quã
cito ſe facultas obtulerit, ſi uacat præbenda cum offi
cio, dignitate, uel perſonatu. Dixit hic Innocen. quòd
ſiue præbenda ſit illi annexa, ſiue non, ei de tali proui
deri non poterit: quia non eſt præſumendum papam
uoluiſſe officium, uel perſonatum remanere ſine mi
niſtro, uel habere miniſtrum ſine præbenda, & ſic in
generali non ueniet, quod non præſumimus papam
in ſpecie conceſſiſſe, infra de reg. iu. in generali, lib. 6.
Hoſtien. contra, diſtinguens inter præbendam anne-
xam dignitati, perſonatui, uel officio, & non annexã,
& eius approbatur opinio, infra eod. quia ſæpe, libro
6. Dicebat autem Innoc. idem in præbendis per con-
ſuetu. priuilegium, uel ſtatutum annexis ordinibus.
exemplum ſupra eo. ſignificatum. idem, & ſi annexæ
non ſint, tamẽ in eccleſia debet eſſe certus numerus
ſacerdotum, diaconorũ, uel alterius ordinis, quo ca-
ſu ſi moriatur aliquis de numero, non dabitur ipſius
præbenda prius recepto, imò dabitur illi, qui ſuccedit
in ordine, ſcribitur enim de præbenda alii non debi-
ta. iſtá uerò, & ſi nõ ſit debita certæ perſonæ, eſt tamẽ
debita dignitati, officio, uel ordini. mandatum enim
intelligendum eſt de præbendis, quæ honeſtè, & ſine
præiudicio alterius poſſunt conferri. hęc uera, niſi pri
mo receptus idoneus ſit, & uelit ad ordinem pro-
moueri. non ſic in dignitate, quam licet idoneus ſit,
petere non poterit, cum nec de hoc ſit mãdatum; ad
hoc infra eo, ſi cui, libro ſexto [*Inſtitutionem*] ideò hæc
6 non ualuerunt: quia ſuper † his poteſtatem non recu
perat, de offi. uica. c. pen. uel quod melius eſt, non ha-
bebat poteſtatem ſuper collatione rectoriæ. & ſic ſen
tentia dicta eſt à non iudice, de iudi. at ſi clerici, ſecũ
dum Innoc. qui etiam hoc no. quòd licet contra im-
petrantem beneficium ſibi cõcedi per executorem,
& contra ipſum executorem admittatur exceptio, ꝙ
ille aliàs ſufficienter beneficiatus eſt, etiam ſi poſt fa-
ctam prouiſionem illa executio opponatur, cũ nulla
ſit prouiſio. Putauit tamen ſecus, quando alicui con-
cederetur poteſtas prouidendi uni clerico, nõ expreſ
ſa perſona. tunc enim cum non prouiſi, ſed ſua ſit gra
tia, prouidere poterit aliàs ſufficienter beneficiato.
Reſcriptum enim ſtrictè interpretandum eſt: Gratia
uerò latè. Hoſtien. contradicens etiam in ſecundo ca
ſu, aliàs beneficiato ſufficienter prouideri non poſſe,
& eius approbata eſt opinio. infra eo. ſi cui, li. 6. [*Non*
7 *tenere*] no. caſum † in quo nulla eſt excommunicatio-
nis ſententia. Alii no. de ſent. excommu. præſenti, lib.
6. uide quod ſupra dixi, ſuper uer. intentio. ¶ Secunda
8 † glo. diſtinguit inter executorem ad prouidendum,
& ad compellendum, dicens &c. ¶ *In gl. ulti. ibi, Si procu*
9 *rator*] uide ut lit. non conte. c. 1. ſuper gl. fi. ¶ *In † glo. 1. in*
fi.] de hoc no. de æta. & quali. accepimus, in gl. pen. &
inf. de rerum permu. c. uno, lib. 6. ¶ *In gl. 2. ibi, ne eligant*]
inf. de conceſ. pręben. executor, lib. 6. [*& ibi, interducere*]
hoc eſt falſum, ut infra de cõceſ. præb. ſi ſoli, lib. 6. [*&*
ibi, beneficij] quod intelligas, ut in præ. deci. ſi ſoli. ¶ [*In*
glo. ulti. ibi, perſonatum] j. eo. cum in illis, lib. 6.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶Eo. tit. Et uide in deciſio. Rotę deci. 239. & in aliis deciſionibus, concluſio. 62.

b ¶In aliqua. Pro & contra facit quod no. in c. quamuis, eo. tit. lib. 6. & ibi etiam text. & uide Io. And. in Spec. de act. & petit. §. ſuper actionibus, ad finem.

c ¶Comprehendere. Contra hoc eſt hodie in text. in c. cum in illis, inf. eo. titu. lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio tituli.*
Aegrotus habere debet præbendam.
2 *De ægrotante clerico ubi alibi tractetur, ut ne repetatur.*

De clerico ęgrotāte, vel deliberato, Rub.

1 ¶ Dictum † eſt ſupra de clericis non reſiden. ꝙ ec-
cleſiaſticum beneficium dandum eſt deſeruiēti. & re
ſidenti. Sed quia ægroti ſeruire non poſſunt. quid iu-
ris de eis uidendum eſt. ideò &c. Goff. uel quia nemo
debet præbendam recipere. niſi ſeruiat. quod fallit in
ægroto; ideò immediate poſt rubricam de præbē. po-
nitur hæc rubrica. Hoſt. & in quo differt hæc rubrica,
ab illa de corpo. uitia. dixi ibi in 1. c. ſuper glo. ff. habe-
2 tur † materia. 7. q. 1. & 2, 32. diſtin. maritum, & tribus. c,
ſequen. 17, q. 2. Conſaldus. 3. q. 9. indicas, & reperitur
in 6. & ultra rubricam, de corpo, uitia. facit de præbē,
præſenti. §. 1. & ultimo, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Infirmus clericus integrè percipit ſui beneficij fructus, & quando, num. 2. & an alia, num. 3.*
Hortandi uerbum neceſſitatis eſt etiam.
Infirmitas qua debeat eſſe petenti fructus, & num. 2.
2 *Cauſa principalis inſpicitur.*
3 *Clerici dicuntur milites cæleſtes.*
Victualia & diſtributiones quotidianæ dandæ ſint infirmo.
De modico modicum tribuendum.
4 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 5.*

CAPVT I.

1 CVm percuſsio. Caſus. Clericus † infir
mus integre percipit beneficij ſui fru-
ctus. ponit dictum. intra quod interſe
rit cauſam. ibi, qa ſi [*Et infra*] deciſam
hinc uide 7. q. 1. cum percuſsio, quod
eſt pars huius, ut per ſuperſcrip. patet
a [*Hortamur*] forte neceſsitatis eſt hæc exhortatio[a], Inn.
ut probant ſequentia ſcđm Hoſt. [*Laborem*] qualis fuerit
infirmitas nō apparet, ſed uidetur fuiſſe talis, quæ im-
pediebat eum ſeruire, ſed non itinerare. forte perdide
rat loquelam. perſonaliter enim adiuit papam iſte Ve
beuetanus canonicus. & eſt ſi. de uo. & uo. re. quod ſu
per his, & c. ex multa [*Conſueta † ſunt*] ſcilicet dari deſer-
1 uientibus. & ſic non colligitur ar. ꝙ ex cōſuetudi. poſ-
ſit deberi beneficium in abſentia: de eo tamē no. §. de
b conſti. cum omnes[b] [*Aegritudo ſua*] hoc intelligo, quā-
do ægritudo eſt principalis cauſa non ſeruiendi, & di-
xi ſupra de cleri, non reſid. ad audientiam [*Deterriti*] ſic
ſup. de cohabi. cleri. clericos, in fin. [*Militare*] dicuntur
3 † enim clerici celeſtes milites. 11. q. 1. Chriſtianis. 23 q.
ulti. reprehenſibile. ſ. ne cleri. uel mon. 1, c. 1. in fi. [*Exi-
gitate*] ergo de uictualibus, & quotidianis diſtributio
nis, Inn. & Hoſt. ad hoc, de cleri. nō reſiden. c. uno, lib.
6. [*Accedere*] quaſi de modico modicum tribuas, & de
4 boue fruſtum. ¶ [*In † glo. 2. ibi. ſed hodie*] ibi æquiparat mi-
litem, & clericum. ¶ [*In glo. ulti. ibi. §. Stichus*] uide hanc
& ſe. de cleri. non reſiden. ad audientiam, ſuper glo. 2.
5 ¶ [*In † glo. ulti. in fine*] de hoc, ſupra de cleri. non reſiden,
ad audientiam.

ANNOTATIONES.

a ¶ Exhortatio. Vide de præſcri. quia indicante, & inf. de teſta. c. 1.
b ¶ Cum omnes. Et uide ſup. eo. extiſpandæ. §. qui uerò, poſt Hoſt, in gloſſ. & in alio.

SVMMARIVM.

1 *Miſſam non celebrat clericus, cui medietas palma cum duobus digitis eſt abſciſſa.*
Sacerdotalibus cæteris fungi poteſt.
An digitos ſex, uel linguam impeditam habens an poſſit, remittit.
Sine culpa quis interdum punitur, ſed non ſine cauſa.
Altaris miniſterium exercere non poteſt clericus habens manum, ut ſupra debilitatam.
2 *Sacerdotalium appellatione quæ contineantur.*
Corpore uitiatus non eſt irregularis.
Prohibita quæ non ſunt, uidentur conceſſa.
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. nu. 4. & 5.*

CAPVT II.

PResbyterum. Caſus. Presbyter
cui medietas pal
mæ cū duobus digitis eſt abſciſſa. miſſam
nō celebrat: ſed cęteris ſacerdotalibus fun-
2 gi poteſt. duo facit. prohibet. & cauſam reddit. ſecun-
dò permittit ibi. ipſum [*Duos digitos*] & quid dixerit hic
Vin. de eo, qui habet 6. digitos. uel linguam impedi-
tam; dixi de cor. uitiatis, c. 2. quod repetebat hic Abb.
[*Prædicatione*] & ſic ſine culpa punitur, ſed nō ſine cau
ſa; de hoc. de conſti. cognoſcentes, Hoſt. [*Miſſam*] imò
nec altaris miniſterium exercere, quod dic, ut no. de
cor. uitia. ſignificauit, Hoſt. [*Non permittimus*] contra,
ſ. de cor. uicia. c. 1. Ibi ſoluitur [*Hoc*] ſcilicet, ꝙ miſſam
2 celebret [*Sacerdotalibus*] ſicut † confeſsiones audire, &
ſimilia, de quibus no. & dixi, ſ. de cor. uicia. ſignifica-
uit [*Prohibemus*] arg. ꝙ corpore uiciatus non ſit irre-
gularis, ſecundum Hoſt. aliàs Inn. ꝙ ex eo patet ſecūn
dum Hoſt. ꝙ præter prohibita exercere poteſt, quod
prius. & no. pro non prohibitis, ꝙ uideantur cōceſſa,
3 de quo de transla. c. 2. ¶ Prima † gl. arguit, all. duo iura
4 ad contrarium, all. unam legem. ¶ [*In 1. † gl. ibi, nec enim*]
5 uide de adul. c. fi. ſuper 1. glo. ¶ [*In † glo. 1. in fi.*] & inf. de
reg. iu. factum legitime, lib. 6. dic ꝙ nō reprobatur, ac
ſi ab initio non ualuiſſet, ut ibi, ſed bene impeditur e-
ius effectus, ut hic. & inf. eo. tua. ¶ [*In glo. ulti. ibi, ordinandum*] de hoc, ſupra de corpo. uicia. c. ulti.

SVMMARIVM.

1 *Si leproſus eſt eccleſiæ rector, dandus eſt ei coadiutor, non deſinit tamen eſſe prælatus, niſi in caſu, & quo num. 3.*
Coadiutoris officium quod ſit hic.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 3.*

CAPVT III.

1 DE rectoribus. Caſus. Si rector † ec
cleſiæ ſit leproſus,
dandus eſt ei coadiutor [*Volumus*] ſi. ſ. tit. 1.
licet, Hoſt. [*Curam habeat*] tanquam coadiu-
tor, & quo ad exercitium, & prælatus nihilominus ſit,
ſed quo ad ius. non quo ad exercitium, ſi. ſ. de reſcrip.
paſto. ſcđm Hoſt. ſcđm quem decre. hæc loquitur in epiſcopo
[*Recipias*] aliàs recipiant. & ſic pro diuerſis opinionib.
2 ¶ Secunda † gl. ſignat contrariū. & remittit. ¶ Vlt. glo.
3 quærit, & ſoluit. ¶ In † glo. 3. ibi, prælatus. Vin. contra,
niſi ex toto remoueatur prælatus, & tunc ille non dr̃
coadiutor. ¶ [*In glo. ulti. ibi, prouidere*] Vin. dixit hanc glo.
ſibi non placere. debilioribus enim in loco cōſulitur,
18. q. 2. in nullo [*& ibi. c. 1.*] Tan. Phi. & Goff.

SVMMARIVM.

1 *Si leproſus eccleſiæ ſit rector, ab adminiſtrationis officio remouetur, ſed de bonis eccleſiæ ſuſtentatur, & num. 3.*
Leproſus quomodo quis euadat.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 3.*
Lepra non diſſoluit matrimonium.
Cap. de rectoribus, eod. cum hoc conciliatio.
Epiſcopus difficilius remouetur, quàm inferiores, circa fin.
Propriè ſponſus eſt, ibid.

C A-

CAPVT IIII.

1 TVa nos. Caſus. Si rector† eccleſiæ ſit le
pſus. ab adminiſtrationis offi
cio remouetur, ſed de bonis eccleſiæ ſuſtẽ
tatur. ſecunda ibi, ita quod [*Diuino iudicio*]
quia forte peccauit cognoſcendo mulierem ſtatim
poſt leproſum. uel caſu. uel diuina uoluntate. 7.q.1.c.
1.& 2. Hoſtien. [*Miniſtretur*] quaſi dicat. prælatus eſt il-
le, q ſubſtituetur, & omnia percipiet, ſed debet illi p-
2 nidere. ¶ Secunda† glo. obiicit. ponit opinio. Hug. &
Lau. ſecundo opi. Bazi. tertio op. Vinc. & Tan. quam
3 approbat. ¶ In† *glo. 2. ibi, doctores*] dicebant quidam hic
loqui, quando diuino miraculo accidit, ſup. c. proxi.
quando naturaliter, quod non placet Hoſtien. & di-
cunt illi, quod eſt abominatio hic lepræ, & culpæ [*& ibi, cum Vinc.*] in primo apparatu, & in ſecundo. j.c.fin.
Idẽ Phi. & Inn. idem tenet ſub dubio forte [*& ibi, ſub-
ſtituendus*] ſicut dicit Tan fuiſſe factum Boñ. de capel-
lano ſanctæ Iuſtæ. & dicit ſe audiuiſſe id fuiſſe appro-
batum per papam [*& ibi, iudicio*] & propter nimiam
ſenectutem, C. de offi. præfec. ori. ſi quos, per quod di
cunt quidam idem in prælato, quod non placet Phi.
[*& in fin.*] & hic per Tan. & Gof. Dixit Gof. ſup. c. 1. ꝙ
ſibi uidetur uerior opi. Hug. reprobata diſt. Baziani
per c. j. eo. ex parte, nec admiſſa opi. Vin. & Tan. q eam
confirmabant per decr. de cõceſ. præben. ex tranſmiſ-
ſa, quæ tanquam iniquitatem cõtinens eſt ſublata, ad
decre. iſtam dicit, ꝙ non remouetur à titulo prælatio
nis, ſed ab officio adminiſtrationis. Huic cõcor. Vinc.
a in ſecundo apparatu hic, & j. c. proxi. hanc opi. credo
ueram per ſimilitudinem matrimonii carnalis, quod
lepra nõ diſſoluit. inf. de conui. lep. c. 2. maxime cum
plus illud, quàm iſtud deberet diſſolui, cum eccleſiæ
per coadiutorẽ prouideri poſſit, uxori nõ. facit quod
dicam de conuer. coniuga. ex publico, & per c. 7. q. 1.
c. 1. ibi, quod nuſquam canones præcipiũt, &c. & c. 2.
& 4. & c. qualiter, & c. quamuis. cum ergo dicat canõ
ille, ꝙ nuſquam. i. nullo caſu canones præcipiunt, opi
nio, quæ habet. ꝙ eſt reperire de hoc caſum iſtum, eſt
illi textui contraria. Item dicit pro hac opinione ſpes
curæ diuino miraculo, uel præter, quo caſu ceſſaret
coadiutor, ſed ſubſtitutus nõ. Hoſt. uero dixit, c. de re-
ctoribus loqui, de epiſcopis, c. tua, de inferioribus prę
latis, quod non placet. Sed Hoſt. rationis ſpecialitatẽ
reddebat: quia facilius remouentur inferiores, quàm
epiſcopi, de tranſa. c. 2. de accuſa. qualiter. 2. de ſymo.
per tuas, in fi. quia epiſcopus nullo caſu remoueri po
teſt niſi per papam. 3. q. 6. multũ, & quia propriè ſpon-
ſus eſt, de tranſ. c. 1. 32. q. 7. c. 1. & 2. Et dicit ſic de cõſue.
ſeruari, q̃ optime interptat legẽ, de cõſue. cũ dilectus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Hanc opi. Pro iſta opi. facit text. in c. uno, eo. tit. lib. 6. & hoc ibi
uult glo. ſuper uer. perpetuo, & idem Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor dandus eſt epiſcopo, & propter quem morbum, idem ſi minus ſalubriter rexiſſet eccleſiam, num. 2.*
Electus confirmatus ob quem morbum amouendus.
2 *In calamitoſos propenſior debet eſſe benignitas.*
Eò, pro ea ratione.
Quòd, pro quia.
Remotio epiſcopi non fit niſi ex magna cauſa.
3 *De coadiutoribus epiſcoporum, & aliorum ſuperiorum, & à quo dentur, remiſſ.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 5.*
Additio afflicto non eſt addenda, & num. 2.
Neque damnum damno.
Temporalia quæ eſſe non debeant, ex ſuffra. §. in glo. ulti.
6 *Additio gloſſarum.*

CAPVT V.

1 EX parte. Caſus. Epiſcopo† q propter
incurabilem morbum pa-
ſtorale officium exercere non poteſt, dan
dus eſt coadiutor. & ſunt duę partes, ſecũ-
da ibi, uerum [*Incurabili*] hic reprobatur diſtinctio Ba-
ziani. dixit hic Vin. ꝙ ſi electus confirmatus ſine cul-
pa incurrit morbum incurabilem, credit illum amo-
uendum: quia adhuc reſtat aliud ſcrutinium; alle. de
æta. & quali. c. 1. & facit no. Io. 7. q. 1. in ſumma. in fi. ſed
a ſup. de coh. ui. c. ult. dixit cõtrarium[a], ar. decre. cum in
cunctis. §. hęc ſanè. ſ de elc. cum confirmatus, qui prę
b latus eſt, ſine culpa pręlatura priuari non debeat[b]. for
te intellexit illud in non epiſcopo, iſtud in epiſcopo
[*Princeps*] uide quod no. in clem. de bap. c. uno. in glo.
2 ſimile [*Afflicto*] Tullius† ſecundo de offic. propenſior
debet eſſe benignitas in calamitoſos, niſi forte cala-
mitate digni fuerint [*Miſerandum*] ff. de iure do. iure ſuc
curſum, & infra de cenſi. licet [*Eo*] ideſt ea ratione
[*Quòd*] pro quia [*Salubriter*] Dicit Hoſti. quòd idem, ſi
minus ſalubriter aliquãtulum gubernaſſet. dummo-
do non poſſet attribui dilapidatio. tales enim non re-
mouentur niſi ex magna cauſa, de accuſa. qualiter, &
3 dixi ſecundum cum, ſup. c. prox. [*Aſſocies*] de coadiu-
toribus epiſcoporum, & aliorum ſuperiorum, à quo
dentur, dic ut infra eo. c. uno, lib. 6. [*Per quem*] ſcilicet
4 coadiutorem. ¶ Vltima† gl. no. all. 6. iura, & all. tria in
5 contrarium. ¶ *In† glo. 3. ibi §. cum autem*] Si iactus mercium
factus eſt, & alicuius merces remanſerunt deteriora-
tæ, tamen arguitur ibi, quod non teneatur conferre,
ne oneretur duplici damno deteriorationis, & colla-
tionis. ¶ *In glo. ulti. ibi, ſi tibi*] aliàs incipit, quæſitum. ibi,
nec enim moribus noſtris conuenit temporalem fi-
lium habere [*& ibi, hæreditas*] ſequitur, ad diem, uel ex
die nõ recte datur, ſed uitio temporis ſublato manet
inſtitutio [*& ibi, actus legitimi*] ſequitur, qui non reci-
piunt diem, uel conditionem, ueluti emancipatio, ac
ceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, datio tuto-
ris in totum uitiantur propter temporis, uel condi-
tionis adiectionẽ [*& ibi, libertas. 2.*] ad tempus dari nõ
poteſt [*& ibi, peculium. §. 2.*] ſup. de fi. presb. ueniens. al-
legat glo. l. quæſitum. §. 2. quæ ſic iacet, is qui ſemel de
peculio egit, turſus aucto peculio de reſiduo debiti
agere poteſt [*ibi, l. peculium. §. 2. incipit ſi ære.*] quam uide
ſ. de appel. ad hæc quoniã [*& ibi, ſi forte*] ſequitur, præ-
ſes prouinciæ manumiſerit, uel tutorem dederit prius,
quam cognoſcat ſucceſſorem adueniſſe, erũt hæc ra-
6 ta. ¶ *In† glo. ſimile, ibi, dixit hic*] licet cõtrarium uideatur
notare. 7. quæſt. 1. in ſum. ¶ *In gloſſ. ulti. ibi, paſtoralis*] dic
ut ibi, & ſupra de fil. presb. ueniens, in ulti gloſſ. [*& in
fin.*] i. in fi. ar. contra. 7. quæſt. 1. ſcripſit, & c. qualiter, &
c. quamuis, & §. ecce, ſed non loquuntur in coadiuto
re, ſed in ſubſtituto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Contrarium. Et hanc partem tenet glo. in cap. 1. de æta. & quali.
& ibi idem Ioan. And.
b ¶ Non debeat. Ad hoc, de tranſl. præla. c. 3. & quod ibi no. io gl. er
go, & ſuper illa Io. And. in c. ſi electio, de elect. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Ob paralyſim an Abbas remoueatur.*
Ex coadiutoris datione remanet in ſuo ſtatu prælatus.
2 *Ob morbum ſuperuenientem prælatus à beneficio non remouetur, ſed datur coadiutor, & quo caſu.*
Cap. ſi euangelica. 55. diſtinctio. intellectus.
Infirmo ſemper prouidendum, ſi non poteſt negocia propria expe-dire: aliter non, in fin.

3 *Coadiutor quid, unde dicatur. 4. quis dicitur. 5. cui, & quibus caſibus. 6. per quem 7.*
Eius officium quod. 8. quæ poteſtas. 9.
An expiret mortuo eo cui datus eſt. 10.
An detur inuito. 11.
Cuius expenſis alatur. 12.
An plures uni, uel unus pluribus dari poſſit. 13.
6 *Perpetuum cenſetur, licet poſſit tolli per diuinum miraculum.*
9 *Archidiaconus citatur, & ſup. num. 1.*
Ioannes monacus etiam citatur,
10 *Exinanimis deriuatione licet arguere, & ſup. num. 4.*
Mors ciuilis comparatur ciuili.
a *Additio gloſſarum.*
Ob oculi unius amiſſionem non datur coadiutor, & tutor quis remanet,
Cæcus retinet officium iudicandi.

C A P V T VI.

Onſultationibus. Breue eſt. Dixit Boa.
ꝗ hæc eſt pars illatũ, de of. dele. de dona. &
de iure patro. ſed hoc eſt falſum: quia illæ
1 ſunt Alex. & alteri diriguntur [*Paralytico*] dici poſſet,
ꝗ Abbas propter hoc remoueretur: quia potius eſt
nomen officii, quàm dignitatis, Vinc. Idem Io. 7. q. 1.
in ſumma, & Hoſt. in ſum. huius titu. in fi. & hoc, per
18. q. 2. ſi quis Abb. poteſt dici illud, c. loqui de Abba-
tibus uicioſis, non de defectiuis tantum, quod bene
probat finis capituli ibi. Vltiis ſuis conſentiens. Archi
dia. de hoc ſatis tractat de ſup. ne. præ. c. fi. lib. 6. [*Coadiu
tor*] remanet ergo prælatus in ſtatu ſuo, ſed non habet
exercitium. Et dicit Hoſt. incunctanter hoc tenendũ
2 prælatum à beneficio non remoueri propter ſuper-
uenientem morbum. ſed cũ non poteſt ſuũ officium
exercere. dabitur coadiutor, ut in cõcordan. ſignatis.
ſup. c. proxi. nec ob. 55. diſt. ſi euangelica, quia ille dia-
conus non erat poſitus in aliqua adminiſtratione, cu
ius occaſione pciperet certos reditus, ſed erat de qua
dam collegiata eccleſia, in qua erãt multi ſacerdotes.
& quia non poterat promoueri in ſacerdotem, dici-
tur, ꝗ loco eius alius ponatur. Si autẽ fuiſſet in aliquo
perſonatu. uel beneficio certi miniſterii, & officii po-
ſitus non remoueretur, de iureiu. quemadmodum.
§. ꝗ ſi poſt, excepto morbo lepræ quò ad inferiores
epiſcopis, ſecũdum eum, ut ſup. eo. tua, & ſemper pro
uidebitur infirmo, ut ſupra c. 1. quod intellige, niſi eſ-
ſet uetus quartana, uel debilis infirmitas, qua non ob-
ſtante ſua propria negocia expediret, tunc enim nil
perciperet, niſi ſeruiat. ff. de re iu. quæſitum. ff. de redhi-
3 bi. l. 1. §. ſed ſciendum. in fi. [*Adhibendus*] quia in tribus
capitulis huius tituli de coadiutore tractatur, quærit
Egi. ſupra c. proxi. per modum ſummæ circa hoc de
quinque, ſcilicet in quibus caſibus detur, & per quẽ,
& quod ſit eius officium: an expiret illo mortuo, cui
datus eſt, & an dari poſſit inuito. Sed tu dic plenius cir
ca huius materiæ ſummam, 11. videnda principaliter,
& quædam incidenter. ¶ Primò quid ſit coadiutor,
¶ Secundo unde dicatur, ¶ Tertiò quis detur. ¶ Quar
tò cui, & quibus caſibus detur. ¶ Quintò per quem,
¶ Sextò, quod ſit eius officium. ¶ Septimò, quæ pote
ſtas. ¶ Octauò, an expiret illo mortuo, cui datus eſt,
¶ Nono, an detur inuito. ¶ Decimò, cuius expenſis
alatur. ¶ Vndecimò, an plures uni, uel unus pluribus
dari poſſint. ¶ De primo dic, ꝗ coadiutor eſt. qui ad
hoc dat⁹ ex cãnonis, uel iudicis auctoritate coadiuuat
miniſtri, uel præſidentis officium. Verba diffinitionis
4 exponentur per id quod. j. dicã, ¶ Vnde dicatur, dic
ꝗ a coadiuuando, ſicut tutor a tuendo, quaſi tuitor,
& defenſor, ff. de tutel. l. 1. Aedituus a tuitione ædium,
ut ibi: curator à curando. procurator à procurando.
Licet autem omnis coadiuuãs dici poſſit coadiutor,
ſpecialiter tamen uſus obtinuit coadiutores dici, ut ſ.
5 diffinitum eſt. ſi. j. de uerb. ſig. quamuis. ¶ Et quis de-
tur, dic ꝗ prouidus & honeſtus. ſup. c. ꝓxi. de of. dele.
uenerabilis. fidelis, & uitæ probabilis. 7. q. 1. quamuis,
& per quem ſubleuari & coadiuuari poſſit officium,
cui datur. unde, ſi datur prælato dilapidanti tempora
lia, ut in præ. decre. uenerabili, debet eſſe in tempora-
libus prouidus, & illa bene diſpenſans. unde diſpenſa-
tor uocatur. 2. q. 1. c. 1. Si datur in ſpiritualibus, debet
eſſe talis, qui ſciat animarum ſaluti prouidere, & in-
quietos ſub diſciplinæ uinculo conſtringere, ut præ.
c. quamuis, & ea. q. petiſti, & c. quia frater. Si datur re-
gi, uel domino temporali, debet eſſe magnanimus,
potens, probus, & circunſpectus, de ſup. negligẽ. præ.
grandi, lib. 6. ¶ Sed circa hoc quæritur, cuius ætatis eſ-
ſe debeat coadiutor? Videtur, ꝗ illa ætas requiratur in
coadiutore, quæ requiritur in curatoribus, & tutori-
bus, & procuratoribus ad iudicia, ſcilicet perfecta. 25.
annorum. ff. de legi. tu. l. fin. inſtitu. de excuſa. tu. §. mi-
nores, infra de procura. qui generaliter, in fin. lib. 6. ff.
eo. l. minor. Sed cũ iſte ſit adiutor, uel procurator ne-
gociorum, uidetur, quòd ſufficit eum eſſe maiorem.
17. ut præ. decre. qui generaliter. Satis uideretur illam
ætatem in coadiutore requiri, quæ requiritur in offi-
cio, cui datur, determinata ſupra de elect. cum in cun
ctis. ad hoc bene facit eo. tit. nemo deinceps, lib. 6. ad
inſtar curatoris, qui adiungitur tutori, inſtit. de cura.
ad fi. ff. de tutelis. l. ſolet, quorũ eadem eſt ætas, ut præ-
dixi, ſecundum hoc in minoribus dignitatibus ſuffi-
ciet, ꝗ attigerit. 25. annum. Quod uerum puto. In epi-
ſcopatu requiritur, ꝗ pfecerit. 30. de hoc dubito. ¶ Se
cũdò quæritur, an laicus dari poſſit coadiutor? dic ꝗ
ſic officio, cui præeſſe poteſt laicus, ſicut regno, uel
principatui, ut in præ. decr. grandi. unde idem dicere-
mus de regimine hoſpitalis, uel Xenodochii, cui etiã
poteſt laicus præeſſe. 18. q. 2. quidam, & dicam. j. de ec.
ædi. cum dicat. Sed ſi regimẽ, uel officium eſt tale, cui
non poſſit laicus præeſſe, nec uidetur coadiutor dari
poſſe. unde nec coadiuuabit ad dicendum officium
diuinũ, inf. tit. 1. c. 2. nec ad exercendũ iuriſdictionem
eccleſiaſticam, de iud. c. 2. etiam ſi detur coadiutor ſo
lum propter dilapidationem temporaliũ, ad hoc. 89.
di. iudicatum. 16. q. 7. in noua. ¶ Tertiò quæritur, an fę
mina maſculo, vel maſculus fęminę, uel fęmina fęmi
næ poſſit dari coadiutor. De primo non puto dubiũ,
quia fęmina etiam prælata, puta abbatiſſa prælato in
coadiutorem dari non poterit. concurrunt. n. primo
hic diſparitas ſexus, cum uirorũ actibus, & cętibus fę-
minas miſceri nõ deceat, de elect. indemnitatibus. §.
ſed cũ eas, lib. 6. Secundò uirile officiũ, quod regulari
ter nõ cadit in fœminã. ff. de reg. iu. l. 2. de hoc, de arbi.
dilecti. de pœni. noua quædã. ſecũdo caſu licet ſubſit
prima ratio uarietatis ſexuũ, deficit ſecunda, qa virile
officiũ bene cadit in uirũ: tamen hic uideretur diſtin
guenda eã, quare coadiutor det fęminæ, puta prioriſ a
ſæ, uel abbatiſſæ. Si pp cauſam, quæ requirit cohabita
tionẽ coadiutoris, ut quia nõ ſeruatur per moniales
in clauſtro ſilentiũ, uel ſi in regimine, quod exerceri
debet, inf. ambitum, & clauſurã ſit prælata coadiuuã-
da, non uidetur dãdus maſculus, ſed propter malam
curam exteriorum temporalium ſecus. Tertio caſu
deficit prima ratio diſparitatis ſexuum, licet ſubſit ſe-
cunda uirilis officiũ. ſed ex quo ipſum principale ca-
dit in fęminam, non uideo, quare iſtud annexum, ſci-
licet coadiutoris officium cadere nõ poſſit. facit præ-
dicta decre. dilecti, de arbit. ad idem de maio. & obe-
dien. dilecta. ¶ Quartò quæritur, an religioſus dari
poſſit coadiutor? Videtur quod non: quia non po- b
teſt

teſt procurare, uel poſtulare niſi pro utilitate mona-
ſterũ ſui, & de imperio Abb. 16. q. 1. placuit, de poſtu.
ex parte. & multum facit. 16. q. 1. de præſentium, & cõ
a ſtitutio Vienñ. de reſcri. & in elem. & ſi principalis[a].
Contra. 2. q. 7. cum paſtoris. de teſta. cap. 2. 1. reſpon. li-
bro ſexto, & materiam potes dilatare per ea, quæ no.
in Specu. de delega. §. fina. uerſi. ſed quæro diligenter,
& ſequen. de tutore. §. generaliter, uerſ. item opponi-
tur, de inſtrumento. editione. §. nunc uerò, uerſi. ſæpe
etiam quæritur. Credo religioſum dari poſſe coadiu-
torem illis officiis, quibus poſſet præfici. & per hoc
excluduntur ij. de quibus loquitur clem. de regul. ut
ꝓfeſſores. & quo caſu requireretur ſuperioris ſui con
ſenſus in prælatura ſuſcipienda, requiritur etiam in re
cipiendo coadiutoris officio: aliàs nõ. hinc eſt, quod
ſui prælati poterit eſſe coadiutor, uel aliorum mini-
ſtrorum ſui monaſterij. Item epiſcopi, & rectoris cu-
rati. non ob. quòd adhuc talis ſit clauſtralis, nec per il-
lud officium ſit perpetuus: quia mortuo illo, cui da-
tur, ceſſabit officium, ut dicetur. j. Nã uidemus de fa-
cto ſeruari, quòd tales ſunt uicarii epiſcoporũ, quod
officium eſt etiam temporale, quod uidetur defendi
per præ. c. cum paſtoris, & quod ibi no. per capitulũ,
uos autem. 16. q. 1. & c. qui uere, ibi, niſi forte iubean-
tur: & quia officium illud eſt curatum, & ordinariũ.
j. titu. 1. ex frequentibus, & no. de officio. uica. licet, &
obiectio contemplationis tollitur ex utilitate maio-
ri. 16. q. 1. cum pro utilitate. 2. q. 7. ſancta quippè. Obie-
ctio uerò de carentia uoluntatis tollitur per Abbatis
licentiam, ut præ. ca. cum paſtoris, & præ. decre. 2. de
teſt. & facit, quod dicam poſt Goff. inf. de cenſi. ſopi-
tæ, poſt Inn. & Hoſt. ſ. de re ludi. cum I. & A. In princ.
Si uerò tale eſt officium, cui non poſſet præfici, nec
illi poterit coadiutor dari, pone exemplum de præb.
cum ſingula, & per conſtitu. Vieneñ. de elect. cum ra-
tioni: illo tamẽ caſu, quo dari poteſt. puto ꝙ cum ſit
adhuc clauſtralis, ut dixi, quia non perpetuus, debet
ſecum habere ſocium ſui ordinis. facit de capel. mo. c.
b fin. de ſta. mona[b]. c. 2. Quinto quæritur. an prælato re-
gulari poſsit dari coadiutor clericus ſecularis? dic ꝙ
ſic quò ad regẽda temporalia ſed quò ad adminiſtra
tionem, quæ reſpicit obſeruantiam regulæ non uide-
tur honeſtum præfici ſecularem & inexpertum in re
gula. 19. quæſtio. 3. monaſteriis, ſupra de electio. cum
6 ad noſtram, & capitu. officii. ¶ Circa † quartum prin-
cipale, cui & quibus caſibus detur, dic quòd datur ſu-
ſpecto de dilapidatione, de offic. delega. uenerabili.
Leproſo, de quo dic, ut dixi. ſ. eo. tua. Epilentico, ſeni,
uel aliàs propter infirmitatem impedito ſuum offi-
cium exercere, ut hic, ſupra cap. proxi. & c. 3. 7. quæſt.
1. ſcripſit, & cap. quamuis, & c. petiſti. uidetur autem,
quod impedimentum debeat eſſe perpetuum, infra
c. uno, libro ſexto, & cenſetur perpetuum, licet tolli
poſsit per diuinum miraculum, ut dicam. infra de fri.
fraternitatis. Sed nunquid prælato exuli, uel captiuo
datur coadiutor? non: ſed ip ſe per uicarium ſuum of-
ficium exercebit, qui ſi nõ admittatur quo ad epiſco-
pum exulem, ſeruabitur concilium Vieñ. de fo. com-
peten. quamuis. Si uerò eſſet epiſcopus captiuus ho-
ſtium fidei, ſeruabitur, quod habetur de ſup. neg. præ-
7 la. ſi epiſcopus, lib. 6. ¶ De † quinto, per quem detur,
dic de epiſcopis, & ſuperioribus, ut habes, infra eo. c.
uno, libro ſexto. de inferioribus dic, quod is, ad quẽ
ſpectat deſtitutio, uel ceſsionis admiſsio, coadiutorẽ
dabit, ut hic, & ſupra capitu. 3. Ad hoc præ. decre. uni-
ca. infra eo. ideo enim per papam, uel ipſius auctori-
tate datur epiſcopo, quia ipſius deſtitutio', uel ceſsio-
nis admiſsio ſpectat ad ipſum ſolum. ſ. de transla. per
totum. Egidius dicebat, coadiutorem aſſumendum
per prælatum, & canonicos, cum utriuſque contem-
plarione ſummatur; alle. de his, quæ fi. à præla. nouit,
c & c. ſequen. de reſcri. edoceri, de procura. c. 1. de iudi.
8 cauſam. ¶ De. 6. quod ſit † eius officium. dicit Egi. ꝙ
officium eſt habere curam eccleſiæ, & ſpiritualium,
& temporalium. 12. q. 2. uobis. 7. q. 1. ſcripſit. de accu-
ſatio. cap. fin. de elec. cum nobis olim. in fine. Tu dic,
quòd officium colligitur ex forma dationis. vt dixi. ſ.
in 3. membro. unde ſi bene adminiſtranti ſpiritualia,
ſed dilapidanti temporalia detur in tẽporalibus co-
adiutor, circa ſola temporalia uerſatur eius officium
ſic econuerſo. Si uerò ſeni. dementi, uel his ſimili de-
tur ſimpliciter coadiutor, dico, quod eius officium
eſt, quale erat eius, cui datur. unde ſi cancellario, pri-
micęrio, uel ſacriſtæ datur. illorum officium ſine ad-
miniſtratione alia exercebit. ſicut de archidiacono di
9 citur hic. ¶ De ſeptimo, ſcilicet † quę poteſtas, dic hoc
ponderari oportere ex forma dationis, ut proximè
dixi. Si uerò ſimpliciter datus eſt, dico, quòd poteſt,
quę poterat is, cui datur, ſalua alienatione immobi-
lium. j. eo. c. uno, ad finem. lib. 6. de elect. is cui. eo. lib.
Sed nunquid poterit beneficia cõferre? Io. Mo. & Ar-
chid. in decre. unica. j. eo. lib. 6. tenent. ꝙ non etiam in
caſu illius decr. in quo datur auctoritate apoſtolica:
quia in generali, & c. de offi. uic. c. fi. eo. lib. Reſpõdent
ad prę. decre. is cui, ꝙ in uiſitatore loquitur, non in
coadiutore. Tu dic, quod ſi coadiutor datur ad ali-
quid certum, puta ad adminiſtrationem temporaliũ
tantum, non confert beneficia, quia illa confert prę-
latus, ut prius. Si uero datur circa ſpiritualia, pręlatus
confert de conſenſu coadiutoris. Si uero datus eſſet
dementi, uel huic ſimili ſiue per papam, ſiue per aliũ
auctoritate papę, ut in caſu decre. prędictę, ſiue per or
dinarium, ut dixi, ſupra in 5. memb. coadiutor, ille be
neficia confert. nec ob. decre. ulti. de offi. uica. quę lo-
quitur in procuratore, uel uicario, per cuius poteſta-
tis defectum beneficiorum prouiſio non impeditur,
quam conſtituens facere poterit: ſed hic ſecus. Item
poteſtas uicarii ab ipſo pręlato, cuius uices gerit. de-
pendet: ſed poteſtas coadiutoris non. Non ob. decre.
eccleſię, de ſup. neg. prę. lib 6. quia ibi propter uacatio
nem impeditur prouiſio, quę ſicut non tranſit in ca-
pitulum, ita nec in uiſitatorem datum ab alio, quàm
à papa. nec pręiudicat ſedi, cui interim nõ currit tem-
pus ſemeſtre, de conceſsio. pręben. quia, ne ſede uacã.
c. 2. propter tempora uero a iure ſtatuta pręſumimus
ꝙ citò ordinabitur ſedes, & ſic non diu tardabitur be
neficij prouiſio. Sed hæc ceſſant in coadiutore, quia
propter infirmitatem. ſenectutem, uel dementiam e-
ius, cui datur. ſedes non uacat, & ſic currunt tempo-
ra. Item infirmitas poſſet eſſe longęua, quia tempus
curæ, uel uitæ ipſius non eſt iure prouiſum, & ſic lon-
go tempore tardari poſſet beneficij prouiſio, quod eſ
ſet abſurdum, ad hoc ne ſede uacan. c. uno. in fi. lib. 6.
& facit ad caſum æquiparando coadiutorem tutori.
Quæſtio dominicalis. Tutor cuiuſdam, de qua no. &
dicam, de ele. ex eo quod, in fi. 1. reſpon. lib. 6. Sed nun
quid datus epiſcupo poterit exercere põtificalia? dic
ꝙ ſic, ſi eſt epiſcopus: aliàs non, ut in præ. decre. is cui,
in fin. uidi dubitatum, an alius à papa poſsit epiſcopũ
deputare coadiutorem alteri epiſcopo, uel prælato.
quod videtur, cum iſtud non ſit transferre, nec ipſum
a uinculo abſoluere, & ſic cum non ſit expreſſe de re
ſeruatis, per epiſcopum, uel capitulum ad ipſum epi-
ſcopum coadiuuandum aſſumi poterit iuxta formã
decre. unicæ, eod. titu. libro ſexto, maxime quia id fa-
ciunt auctoritate apoſtolica, ut ibi. ſi uero detur non
epiſcopo, eadem ratione, quam primo dixi, illius ar-
chiepiſcopus, uel epiſcopus hoc poterit: ſed contra-
rium puto, quia etiam peregiuando ab eccleſia ſua
non debet abeſſe ſine papæ licentia de uoto, magnæ,

uerſi. ipſum etiam, & uide quod ibi ſcripſi ſuper uer. aſtrictus. Si uerò eſſet epiſcopus, qui renunciaſſet loco, eum ceſſet in eo ratio, uidetur ꝙ dari poſsit. ſuper quo uide. quod dixi de renun poſt translationem. ſu-
10 per gl. 2. ¶ De † octauo dic, ꝙ officium coadiutoris expirat illo mortuo. cui datus eſt. quod eſt expreſſum. inf. de ſupplen. negli. præla. grandi. in fin. lib 6. ſicut & ius uſufructuarii corpore perempto. ff. de uſufru l. 2. & hoc intelligo etiam in morte ciuili, ut quia renunciat, uel deponitur is, cui datus erat coadiutor. ꝗ quo ad eccleſiam cenſetur eſſe mortuus. 7. q. 1. §. ecce. in quibus non ob. de reſcrip. ſuſceptum, lib. 6. ut ibi not. in glo. pen. ſicut etiam tutela finitur per mortem pupilli naturalem & ciuilem, ut inſtitu. quibus modis ſi. tu §. 2. & 3. Probat hoc deriuatio nominis, ex qua licet arguere, ſupra titu. primo, eum ſecundum: quia mortuo, uel depoſito eo, cui datus eſt, non eſt plus, quem coadiuuet. tunc igitur iuriſdictionem, ſi qua competit, exercet capitulum, uel is, ad quem ſpectat ſede uacante, de ſupplenda negligen. præla. cap. 3. & 4. lib. 6. de maio. & obedien. c. uno. de inſtitutio. c. 1. eo.
11 libro. ¶ Circa † nonum dic, quòd datur inuito, ut no.
d ſupra capitu. proxi. in fi. ulti. glo. facit[d] præ. decre. grandi. ante medium, ſupra de offi. delega. uenerabili. non obſt. infra eo. c. uno. §. ſi autem. libro ſexto, ut ibi no. in 1. gloſſ. ubi etiam reſpondetur ad iura. 6. quæſtio. 1. ſcripſit, & capitu. qualiter, & c. quamuis, quæ contra-
12 ria uidentur. ¶ Circa † decimum dic, quod alimenta congrua & moderata debet habere de bonis dignitatis, eccleſiæ, uel officii, cuius prælato, uel miniſtro datus eſt, ſupra eo. cap. 3. inf. eo. c. uno, lib. 6. in fin. & præ. decr. grandi, circa fi. ibi, ſibi, & ſuis &c. & quid ſi vtriq;
13 non ſufficiunt? no. ſupra c. 3. ¶ De. 11. an † plures uni, uel unus pluribus dari poſsint, dic, quòd uni dari poſſunt duo, ſed non plures, infra eo. c. uno, §. ſi uero, lib. 6. uide de hoc in 3. gl. & ſit ratio, ut ibi notaui propter grauamen expẽſarum. ad quas tenetur eccleſia. Vnus uerò non poteſt dari pluribus, non dico ſucceſsiue, ſed ſimul, argumen. de offi. lega. præſenti. §. 1. & 2. lib. 6 quod uidetur, etiam ſi officia ſint talia, quorum unum per aſſumptionem alterius in titulum non uacaret, ad hoc de offi. uica. c. 2. fortius cum uacaret, uel cum ſunt officia talia, quæ ſimul in titulum de iure teneri non poſſent, ut præ. decre. nemo deinceps, de ele.
14 lib. 6. ¶ *In † glo. 1. ibi. oculorum*] ſecus, ſi amiſiſſet alterum tantum: quia & talis remanet tutor. C. de excuſa. tuto. frater tuus, ſecundum Phi. [*& in fin.*] & cœcus retinet officium iudicandi. ff. de iudi. l. cœcus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Et ſi principalis. Ibi uide de poteſtate, & habilitate monacorum per gl plurimas quæſtio. & plenius per doct. moder.
b ¶ De ſtatu mo. Vide ad hoc glo. quæ incipit, ſæpius dixi, in cle. ne in agro. §. ad hæc, de regula.
c ¶ De iudi. Et presbyter illo, eo. titu. c. uno, lib. 6.
d Facit. Et uide quo ad caſum. c. illius, quod no. Io. And. in Spec. de tuto. in rubrica. & per Oldra. conſi. 48.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitionis ſiue continuationis tituli ratio.*
De ad titu'i huius argumentum pertinentibus ubi alijs in locis tradatur, atque repetatur.
2 *Beneficij collatio à quocunq; fiat, præſentandus eſt is epiſcopo, uel eius officiali per eos, antequam miniſtret, approbandus.*
Confirmatio quibus in beneficijs dicatur.
Inſtitutio in quibus, & quo alio nomine appelletur.
Inueſtitura quid, & eſt duplex.

De inſtitutionibus. Rub.

1 ¶ Viſo † de collationibus præbendarum, uideamus de inſtitutionibus perſonarum, Gof. dicebat Hoſ. parum prodeſſet collatio præbendarum. niſi haberetur corporalis poſſeſsio. Viſo igitur, qualiter. quibus, & à quibus conferuntur, uideamus per quos in poſſeſsionẽ ponuntur. de materia. 16. q. 7. omnes. & 10. c. ſe. & repetitur in 6. cui cõuenit de ſup. neg. præla. c. 2. de fil. presb. ex tua. in fi. de offi. Archi. cum ſatis. & c. ad hoc nos, de offi. dele. ſuper eo, de of. ordi. conquerente, de teſti. ſpo. in literis. de ap. c. 1. de pręb. in Lateranẽ. de his, quæ fi. a præla. nouit, de regula. poſtulaſti, de iure pat. præterea, & c. conſultatio. de accuſ. ad petitionem, de hæreti. cum ex iniuncto, in fi. de exceſſib. præla. tanta. de priuile. cum & plantare. §. in eccleſiis, de præbẽ. cũ in illis, §. 2. lib. 6 de ſta. mona. c. uno. §. ſanè, de reli. do. c. uno. §. 1. & clem. de reſcrip. auditor. de offi. ordi. c. 2.
2 Dicebat autem Hoſt. quòd à quocunq; fiebat beneficij collatio, præſentandus eſt is epiſcopo, uel eius officiali per eos approbandus prius, quàm adminiſtret, ut infra c. 3. & cap. cum ueniſſent. unde, quòd in aliis beneficiis dicitur confirmatio, in præbendis, & mino-
a ribus[a] beneficiis dici poteſt inſtitutio. quæ facta ꝑ epiſcopum, quæ interdum inueſtitura dicitur, quia plerũq; fit per anulũ. ĩ. de his, quæ fi. à maio. par. c. ex ore, ſequi debet alia inueſtitura, uel corporalis inſtallatio, quæ de iure cõi ad Archi. pertinet, de offi. Archid. ad hoc, & c. ut noſtrũ. Dicit autẽ Hoſt. ꝙ multi in his delinquunt hodie, quia ex quo collatum eſt eis beneficium, non plus epiſcopo, quàm uni porco loquunt contra id de cleri. pere. c. fi. de offi. Archi. cum ſatis. remit. etiam ad no. inſ. c. 5. & de priui. c. 1. §. fi. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a Et minoribus. Vide Io. And. poſt Hoſt. de offi. Archid. c. cum ſatis.

SVMMARIVM.

1 *Monialium mendicantium receptio, quæ non teneat.*
Capita inſpiciuntur, & quo caſu hic.
Stirpes in hæreditate temporali.
Hæredes quot uult, quis poteſt inſtituere, modò non fraudet filios legitima.
2 *Monaci de communi recipere debent, & quæ.*
Clerici quæ. & num. 3. in fin.
3 *Additio gloſſarum.*
Expenſas ex poſſeſſionibus metimur.
Augmentum qualiter diuidendum.
Numerus ſi diminuatur, quæ conſideranda.

CAPVT I.

1 NOn amplius. Breue eſt, & ſuple † ſtatuimus Vt [*clericorum*] ſup. colla. [*Puellarum*] hodie in monaſterio monialiũ mendicantium receptio contra hoc facta non tenet. inf. de ſta. regula. c. uno, lib. 6 §. ſanè [*Quot*] inſpicimus capita. In
a hæreditate uerò temporali non capita[a], ſed ſtirpes, inſti. de hære. quæ ab inteſt. defe. §. ulti. in fi. Hæredes ẽt quis ſibi poteſt inſtituere, quot uult, dummodo non fraudet filios legitima. inf. de teſta. Rainaldus, ſm Vin
2 cen [*Regere*] ut. ſ. † monaci de communi recipiant, quę dicuntur infra de ſtatu mona. cum ad monã. Si clerici, uictum, & tegumentum. 12. quæſt. 1. ex his, Lau. Vinc. [*Penuria*] de hoc uide quod dixi in præ. decre. unica.
3 §. ſanè. ¶ *In † glo. 1 ibi ut ait*] & C. de ſacroſan. eccle. non plures. & hoc ne ad menſuram perſonarum quæramus poſſeſsiones, quod nimis amarum eſt: ſed ex poſſeſsionibus, quæ ſunt, metiamur expenſas, in autẽten. ut deter. ſit numerus cleri. ultra medium, prima collat. Goffred. [*& in fine*] aliàs illud augmentum diuidatur per præbendas, ut ſic ſingulis tacitè ius ſuum

accre-

accreſcat. uel decreſcat. inſti. de hæredi. inſti. §. uideamus, & §. ſe ſecundum Vin. qui hoc no. de cõſtitutio. c. pen. ubi etiam no. ꝙ ſi neceſſe eſt numerũ diminui, habẽda eſt cõſideratio maioris ordinis, de ma. & obe diẽ. ſtatuimus, & ſi neceſſe eſſet aliquos expelli, remanebunt debiliores. ar. 18. quæſtio. 2. in nullo, quod bene facit. de rebus tamen communibus habebit quilibet partem ſuam, ut ibi, & ff. de colla. leg. 1.

ANNOTATIONES.

a ¶Non capita. Quomodo hoc procedat, uide Bar. ff. de legi. hæredi. l. poſt conſanguineos, & moder. in auten. ceſſante, C. eo. ti.

SVMMARIVM.

1 *Laici in canonicos non poſſunt inſtitui.*
b venalis, ſed fuit lata contra ius litigatoris [b], Gof. & iũc etiã ſi ſubſtitutus fuiſſet fraudis conſcius, in foro animæ renunciare deberet ſm Hoſti. ſed ſi duo contendunt de beneficio, & adiudicaꝰ ſecundo, cui uere nõ debebatur, iſte certificatus de facto cũ bona conſciẽtia nõ poterit beneficiũ retinere, cum inſtitutio fuerit uitioſa, & ſpectemus initium, de elec. dudũ, de præben. dilecto ſm Hoſt. Nec obſtat taciturnitas non appellantis: quia & ſi expreſſe uellet, non poſſet illi concedere titulum ſuũ, uel ius in illo, ergo nec tacite, facit quod dixi de præbẽdis. dilecto, ſuper gl. ſecũda, & tertia. ¶ [In gl. ultima, ibi, eos] per hoc uidetur Ber. intellexiſſe hoc capitulũ in depoſito, & facit ad ea, quæ ibi notantur [& in fine] Lau. infra de exceſſ. præla. tanta, Vincentius.

ANNOTATIONES.

a ¶ Non tenebitur renunciare, uide Inno. in c. illud, de præſump. & ibi, Ioan. And. poſt Hoſtien. in glo. ad confirmationem.
b ¶ Contra ius litigatoris. Goffr. uide Bar. in l. iuſte, & ibi, etiam uide gloſſ. ff. de acqui. poſ.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutionis huius cauſæ quæ fuerint.*
Beneficia non uacantia concedi, uel promitti non debent, excipitur nu. 2. & num. 11.
Cum uacaverint, intra quod tẽpus debeãt concedi, & nu. 7. & 14.
Niſi conceſſa fuerint, quòd ea conferre gradatim poſſint, & quando, num. 7. & 8.
Nulla, dictio uniuerſale negatiuum eſt.
2 *Miniſteria quæ dicuntur.*
Beneficia quæ.
Modis duobus tribuuntur, & quibus.
3 *Permittuntur, quam uacent, quando dicantur.*
Vacantia promitti poſſunt.
Promiſſio beneficij non annullat alteri factam poſtea collationem.
Votum ſimplex non dirimit ſecundum ſolenne.
4 *Proximum diligere quis debet ut ſe ipſum.*
Proximi appellatione qui contineantur.
Videri, pro præſumi.
5 *De ſucceſſione futura tam temporali, quàm ſpirituali pactum inhibitum, & nu. 12. & 13. niſi in caſu, nu. 13.*
6 *Mora pericloſa in uacatione eccleſiarum.*
Diu, dicitur hic ultra ſex menſes.
Executores an arctet ſemeſtre tempus, remiſſ.
7 *Perſona quid.*
Impotentia iuris, uel facti etiam ex facto ſuo proueniens quem excuſat à negligentia.
8 *Capituli ius in unum ſolum recidit.*
Metropolitani negligentiam qui ſuppleat.
Papæ negligentiam ſupplet nullus, excepto caſu, & quo.
9 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 10.*
Tempus currit, ex quo quis ſcivit.
11 *Additio gloſſarum.*
12 *Imperatores non fuerunt gentiles.*
13 *Certior fieri qui ſcit non debet, & an hoc ſit perpetuum.*
Tẽpus in principio utile, & ex ſciẽtia cõtinuũ, & quib. caſib. hic.

CAPVT II.

1 NVlla. Caſus. Erant † quidam nimis voloces in beneficiis conferendis, quia promittebant, uel cõferebant illa ante, quàm uacarent. cõtra hos prouidet prima pars. Erant alij nimis negligentes in eis conferendis, quando vacabant. cõtra hos tardos prouidet pars 2. & hoc dicit. Beneficia non uacantia cõcedi, uel promitti non debent: & cum uacauerint concedi debẽt, infra 6. menſes, quibus elapſis de epiſcopo ad capitulum, & econuerſo, & demum ad proximum ſuperiorem collatio deuoluetur. Et pars prima facit tria. primò ponit prohibitionẽ, ſecundo eius cauſam ibi, ne deſiderare. tertio illam fortificat per locum à minori ibi cum enim Secunda etiam facit tria. primo ſtatuit tempus. 2. punit negligentiam primi gradus ibi. ſi autem. 3. ſecundæ ibi, uel ſi [nulla] uniuerſale negatiuum, quod omne miniſterium & beneficium reſpicit [Mi-
2 niſteria] puta † archidiaconatus, præcentoriæ, ſacriſtiæ, & ſi. ſupra de elec. cum in cũctis §. inferiora [Beneficia] ut præbendæ, parochiales eccleſiæ, & ſimilia, Hoſti. & quod dicit [beneficia] repete eccleſiaſtica, & uide quod dixi de cleri. con. loes. in fi & infra de pœnis. ad aures [Tribuantur] ut in eis detur alicui quaſi poſſeſſio iuris, Inno. & dic tribuantur in beneficium: ſecus, ſi in proprietatem, ſupra de reſti. ſpo. cum ueniſſent, de dona. conſultationibus, & in clemen. de re. ecc. non alienã.
3 ſi una [Promittantur] per quæcunq; † uerba, quod dic ut infra eo. c. 2. lib. 6. & dicuntur promitti, ſi ipſorum collatio. uel præſentatio ponatur in manibus alienis, quod dic ut infra eo. conſtitutus & ea. fi. [Quam uacent] ergo uacantia bene poſſunt promitti. quod puto uerum non tamen promiſſio beneficium afficit in tantũ. ꝙ anullet collationem alteri factam ad inſtar ſpõſaliorũ de futuro, quæ non anullant matrimoniũ cũ altera contractũ infra de ſpon. ſicut, & c. ſi inter. & votum ſimplex non dirimit ſecundum ſolenne. infra de regul. qui poſt uotum. li. 6. facit à contrario de præbẽ.
a ſi tibi abſenti [a], lib 6. & ad quid tunc agatur, dicam infra c. 6. li 6. ſuper gl. ad pręterita [Deſiderare] concor. in-
4 fra eo. ne captandæ, lib. 6. [Proximi] quē † diligere debet ut ſeipſum. Matth. 22. Lucæ. 10 ſ. de ſacra. uncti. ca. uno, uer. caput, & expone ut ibi. & uide quod dixi de cele. miſ. c. 2. in fi. & hic large dicitur proximus, interdum ſtricte. uide quod no. de uerbo. ſi. Ioſeph, & uide 3. ſentẽtiarum. 28. di. per totum. ubi in fi. dicitur, quomodo proximus dicitur quattuor modis, conditione primæ natiuitatis, ſpe cõuerſionis, propinquitate cognationis, ratione beneficij exhibitionis [Videatur] i. præſumatur. ſic. ſ. de elec. c. 1. & 2. Hoſti. nõ enim ineſt tale uotum cauſaliter, ut dicam, infra eod. propoſuit,
5 poſt prin. [Inhibitum] pactum † de futura ſucceſſione [Curucunt] circa temporalẽ ſucceſſionem, ergo. i. fortius circa ſpiritualem ſeruandum, quæ non debet iure hæreditario poſſideri, ſupra titu. 1. ad decorem. Hoſtiẽ. [In aliqua eccleſia] ſup. uel ipſas eccleſias, ut ſupra in prin. & per id. quod no. in Clemẽ. de prębẽ. c. 1. in glo.
6 de iſto [Non diu] eſt † n. in talibus mora periculoſa de elec. ne pro defectu. & no. ꝙ diu diciꝰ ultra ſemeſtre. de hoc de fideiuſſ. c. ſi. [Sex menſes] an hoc tẽporis ſpacium arctet etiam executores, no. in clemen. de præben. ſi de beneficio, in glo. ſed nunquid [Perſonæ] per-
7 ſona † dicitur rationabilis creaturæ indiuidua eſſentia. hoc non aduertit ille epiſcopus Brix. qui, ut habui ex relatione recolendæ memoriæ domini mei. d. Ioã. ſucceſſoris ſui, amico petenti ab eo eccleſiam uacantem pro ſuo filio nondum nato, Reſpõdit, habeat illam ſit maſculus, uel fęmina [Digne] quod dic, ut. ſ. ti. capitulo 2 de præbẽ. [Diſtulerit] per negligentiam: ſecus, ſi per impotentiam iuris, uel facti etiam ex culpa ſua prouenientem, infra eo, quia, Innocẽ. [Ordinentur] ſine aliqua Romani pontificis requiſitione, & quod dicitur, c. diſt. c. 1. eſt ſpeciale, ut ibi no. in glo. antepe.
8 [Epiſcopus] ecce † ꝙ in unũ ſolũ recidit ius capituli cõtra opi. Ioã. & Goffre. de qua ſupra de poſtul. gratum, Hoſtiẽ. [Omnes] puta quia communiter ad omnes ſpectabant, uel ſucceſſiue omnes neglexerunt, quod dic ut in-

ut infra eo.paſtoralis[*Metropolitanus*]cuius negligentiā
ſupplebit ſuperior proximus, & ſic deinceps uſq; ad
papā· ipſius papæ negligentiam nullus ſupplet,niſi in
caſu de præb.ſtatutum,libro ſexto.ſm.Boa. ¶Secūda
9 †glo.ſignat contrarium,& ſolnit.¶Quarta glo.recitatur per modum ſummæ, ut ponebant antiqui.primò
quando incipit currere tempus ſemeſtre. ſecundò an
ſit utile,uel continuū. tertiò utrū ibi poſsit mora purgari. quartò an ſufficiat huius canonis auctoritas ad
ſupplendū.quod hic dicitur.quintò in quibus beneficiis locū hēt hæc conſtitutio.addunt Vin.Goff.& Hoſti.textū,an negligentia priuet hac uice tm̄: de hoc. ſ.
10 de ele.ne pro defectu.¶*In† glo.3.ibi,ti.primo*]aliàs tertio.
& tunc eſt capitulum, & dicit. ꝙ prælatus aliquem inueſtire non pōt de feudo,quod alius tenet,ut illud habeat poſt deceſſum tenentis.¶*In 3.glo.ibi,annus*]annus,
qui datur in quadruplum ad repetendū, quod datum
eſt calumniæ cauſa ob negocium faciendū, uel non,
currit ei, contra quem datū;fuit, ex quo cognouit[*& ibi.l.2.*]100.dies,qui dantur ad bonorū poſſeſsionē petendam, ſunt utiles, & currunt, ex quo quis ſciuit[*& ibi,& ſi poſtea tres*]uide de re iudi. cum Bertoldus, in 5.
glo.[*& ibi,Celſus*]uide de ſagitta.c.uno, ſuper gl.2.¶*In*
b *glo.3.in fine*]ſupra de ele.cum in cunctis[b]. §. inferiora.
11 ¶*In glo. ſecunda ibi, ex,tenore*]quod dic.ut infra eo.c.2.li.
ſexto[*& in fine*]dicit Hoſti.ꝙ licet hæc ſit ſufficiens reſponſio ad id,quod dicitur de promiſsione,nō eſt ſufficiens ad id,quod dicitur de collatione per uerbum,
Tribuantur,dicit autem,ꝙ ideò ibi ualuit,quia aut ibi
non erat certus numerus,& ſic potuerunt illum recipere,ad quem recipiendum non cogerentur inuiti,ſupra ti.1.auctoritate. aut erat numerus ſine clauſula,ꝙ
ſi quicquam,& ſic numerum deſtruxerunt,de præbē.
pro illorum.Item contra de off.dele.ex parte,de reſcripis, eam te. illud ſit auctoritate papæ, quem hoc ius
non ligat, infra eo. propoſuit. Item contra j.eo. acce-
12 dens,& c.cum ſuper.dic ut ibi.¶*In †glo.quin pactum, ibi, de pactis*]melius uidetur,ꝙ loquatur de legibus,ſſorū:
quia imperatores non fuerunt gentiles, & ad hoc. ff.
de aequi.hære.qui hæreditatem, ff.de dona.l.quidam
§.1.ff.de uerbor. obliga. ſtipulatio hoc modo concepta.ſi hæredem me non feceris,tantum dare ſpondes?
inutilis eſt,quia contra bonos mores eſt; uel loquatur
13 de legibus abrogatis, Hoſti. Et † ſcias, ꝙ ſi paciſcentibus de hæreditate certæ perſonæ obueniat hæreditas,
aufertur eis,ut indignis,& applicatur fiſco,ff.de dona.
quidam,& l.ſeq.ſecus,ſi paciſcantur in genere; puta ſi
qua iuſta hæreditas obuenerit, ſit cōmunis. ff.pro ſocio l.3.§.de illo,Phi. & per hoc dicunt quidam, ꝙ ualet promiſsio beneficii uacaturi facta in genere; quod
c non eſt uerum. infra eo.conſtitutus,ſm Goff.[c] [*& ibi, concedere*]quod poteſt paterfa. Iſte. n. procurator eſt,
ſed ille dominus. ¶*In 4.glo.ibi, non debet*] hoc eſt contra
14 Hugo. qui dixerat, ꝙ † à tempore admonitionis, pro
quo dicto Io.infra eo.quia diuerſitatem.allegabat.16
q.3.placuit.2.18.di.ꝓpter.100. di.quoniā.ſupra de ſup.
ne.c.1.ff de adulte. denunciaſſe, & denunciatio fit ei,
qui debet libertatem,licet ſciat.ff.de fidei.liber.cū uerò. §. ſubuentum. & præmiſſa admonitione natus ex
ancilla fit liber ipſo iure,ſed non præmiſſa monitione
naſcitur liberandus.ff.de fidei.liber.ſi quis rogatus, &
l.ſi prægnans.ſed ad iſta reſpondetur per decre.potuit,
de locato, ꝙ dies ſtatuta interpellat[*& ibi.l.1.*]& infra
de reg.iuris. eum qui certus,libro ſexto[*& ibi,utile*]bene eſt utile reſpectu eius, quod ſequitur: ſed alio reſpectu eſt continuum, quia ueniunt dies feriati. facit ſupra de feri.capellanus.ff.de no.operis nuncia. l.prima.
§.item nunciatio.& eſt ſimile decendio appellationis
de quo ſecunda quæſtione ſexta,anteriorum.& de his
temporibus utilibus & continuis no.hic Bonagui.qd
dicam infra eo.quia.in fine [*& ibi.c.ultimo*]ibi ſoluitur
[*& ibi,quidam*] Tan. hic dicens, ꝙ in odium negligentiū. & ſubſidium eccleſiarum hoc ſtatutum erat. ſed
odium extendi non debet,ſubſidium uerò non eſt neceſſarium, ex quo ille moram purgauit, & elegit[*& ibi,Celſus*]ſolue,ut no.infra de regulis iuris,mora.libro
ſexto [*& ibi,petitu*]hoc tenuit Hugo. licet quidam dixerint. ꝙ maiores ſua auctoritate hoc poterant,minores auctoritate ſuperioris.¶*In glo.ſe.in fin.*]89.diſtinctione uolumus.

ANNOTATIONES.

a ¶Facit à contrario de præben.ſi tibi abſenti.Ibi loquitur in collatione non in promiſſione de conferen.

b ¶Cum in cunctis. Et uide, ſupra de cleri. non reſi.quia nonnulli, per Ioan.And.in glo. hoc uocat.

c ¶Secundum Goff.de pacto de ſoccedendo, uel non ſucceden. an & quando ualeat, uide Cy.Bald.& doctor. in l.pactum, quod dotali, C. de pact.& l.ſi.eo.titu. & Barto.in l. ſtipulatio hoc modo, ff.de uerbo.obliga.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia uacantia conferuntur, non obſtante appellatione eorum, quibus antequàm uacarent fuerant promiſſa, & quando.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Appellatio impedire non poteſt,quod edicto perpetuò fieri iubetur

CAPVT III.

1 RElatum. Caſus.Beneficia † uacātia conferuntur, non ob. ap.
illorum, quibus promiſſa fuerant prius,
quàm uacarent.& fuit hæc decre.in prima
compil.de ap.& fuit deciſa conſultatio,quæ per reſpōſionem patet [*Promiſſiones*] de receptionibus nil dicit,
de quibus ſupra de præb.relatum,infra eo.cum ſuper,
ſm Inno. [*Innituntur*] ſ.ſe per id iuuare uolentes, quia
prius eis fuit promiſſum.eſſent enim etiā tales audiendi,ſi aliam iuſtam cauſam proponerent; de his quæ fi.
à ma.par.ca.c.1.lib.6 ſm Hoſti.de elec. c.t. ¶Secunda
2 †glo.cauſam reddit,& dat ſimile ¶*In glo. 2.ibi,cum inter. R.*]nec poteſt appellatio impedire,ne id fiat, quod edicto perpetuo fieri iubetur. ff.de appell.re.l.ulti. 2. q.6.
§.diffinitiua, Goffre.

SVMMARIVM.

1 *Collatio præbendæ non tenet alteri facta poſt literarum præſentationem factam collatori,& nu.9. & 13. in fin.*
Diuiſio decretalis.
2 *Adminiſtrandi ius in præbenda, & alijs beneficijs quando dicatur conſecutus impunè.*
Aſſignatio præbendæ à quo fiat, & quid tribuit, & in quo conſiſtat.
In ea quæ requirantur. quando præcedat, & quando ſubſequatur.
Confirmatio,& examinatio perſonæ quando requirantur.
In canonicum recepto quæ debeant aſſignari prius, quàm exerceat ius canonicatus, uerſic. confirmatio autem, excepta in contrarium conſuetudine, ibid.
3 *Cameracenſis eccleſiæ conſuetudo in conferendis præbendis.*
Papa eſt ſupra ius, & poteſt conferre iura ad uacatura.
4 *Executoris ad conferendum officium in procedendo, & nu.5.*
An conferre poſſit abſque citatione,& quorum,& nu.5.
An audire debeat contradictores & quando, & qualiter,ibid.
5 *An executor ad prouidendum poſſit canonicos cogere adimplere mandatum.*
Merus quis dicatur, & nu.6.eiuſque poteſtas, & proceſſus;ibid.
6 *Ab eo non appellatur, niſi in duobus caſibus & quibus.*
7 *Poſſeſſori citato non comparenti,ſed collatore comparente, cuius collatio dicitur de iure non ualere, ſententia contra eum lata præiudicabit.*

8 *Executor, cui commiſſum eſt, ut cogat capitulum ad conferendum alicui præbendam, ſi uacat, uel quam citò &c. an poterit contra canonicum diu ante impetrationem tenentem de facto præbendam procedere, & quomodo.*
Eius & cuiuslibet executoris poteſtas etiam contra perſonas non expreſſas in reſcripto.
Ad reſignationem facti quis poteſt cogi, non iuris.
9 *Aſſignare idem quod inueſtire.*
Executor inueſtire poteſt, & quo caſu. quando conferre negligente capitulo.
Per inueſtituram non datur poſſeſſio.
Eam facere decanus non poteſt.
10 *Contra canones factũ dicitur hic, quando non fit auctoritate papæ.*
Detentatio non impedit.
Poſſeſſio colorata ſecus.
Canonici honoris plenitudo quibus conſiſtat.
11 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 12.*
Euincens re euicta per ſententiam ad quas teneatur expenſas.
Dominium per traditionem acquiritur, non nudis pactis, an per ſententiam, nu. 15. §. fin. nu. 15.
13 *Additio gloſſarum, & num. ſequentibus.*
Vacatura præbenda quomodo aſſignetur.
Papæ poteſtas in diſpenſando, & in immutando, & in ſubditos quæ, & nu. 15.
Ab homine non poteſt accuſari, neque damnari, moneri tamen.
Eccleſiæ dicere, qualiter hic intelligatur.
Conſcientia ſequenda, & quo caſu hic.

CAPVT IIII.

1 PRopoſuit. Caſus. Si ſcribatur † ei, ad quem ſpectat collatio dato executore ad prouidendũ, affecta
eſt p̃benda per præſentationẽ literarum factam collatori ita, ꝙ collatio alteri facta non tenet. & ſunt duę partes. prima factum narrat, continens gratiã. & executoris proceſſum, capituli contemptũ, & duplex factum Cæleſtini. ſecunda ponit mandatũ Inno. præmittens proteſtationẽ, & motiuum ipſius, ibi,
2 licet autem [*Aſſignatione*] no. ſm Inno. quī† etiã de materia no. ſ. de ele. tranſmiſſam, ꝙ licet quis in canonicũ legitimè eligatur, non habet ius adminiſtrandi in præbenda, niſi prius ſibi aſsigneť. Electio enim dat ius canoniæ: uide de his, quæ ſi. à ma. par. cap. ex ore, in gloſ. faciendæ. Aſsignatio, quæ in facto conſiſtit, adminiſtrandi tribuit poteſtatẽ: nec propria auctoritate in ea miniſtrare dẽt, niſi aſsignetur ab eo, qui poteſtatẽ habeat de iure, uel conſue. puta præpoſito, decano, uel alio, qui curam habeat temporaliũ eccleſiæ, cuius canonicus factus eſt, arg. ſ. ti. t. c. 2. melius de exceſſ. præ. accedentibus, ad fin. facta uerò tali aſsignatione, licet ſuper ea cõtrouerſiã patiatur, licitè adminiſtrat: quia poſsidet auctore prętore. ff. de acqui. poſ. iuſte. ff. quod cum fal. tu. l. 1. §. pen. nec dicas aſsignationem eſſe confirmationẽ, nec in ea requiritur examinatio perſonæ, uel electionis, nec debet audiri alicuius contradictio, ſed ſummarie ſine diſcuſsione, ſi uiderit aſsignationẽ faciendam, faciet eam: alias ſuperſedeat, & examinationem ſuperiori dimittat, argu. de offi. archidia. c. 2. de offic. archipre. c. fi. In prælatis uerò, qui curam animarum habent, requiriť confirmatio, & examinatio perſonę, & electionis, de ele. poſtquam, & c. nihil eſt, & no. de app. qua fronte, in 3. glo. Confirmatio autem in his, quæ curam habẽt, pręcedit aſsignationẽ. in alijs præcedit aſsignatio, quæ nec fit cum cauſæ cognitione. nec ius tribuit, nec eſt propter appellationem interpoſitam retardanda, infra de appel. conſtitutis. 1. eodẽ modo receptio in canonicum debet aſsignari ſtallus in choro, locus in capitulo per illum, ad quem de iure, uel conſue. pertinet ante, quàm exerceat ius canonicatus, de præ. relatum, & c. dilecto, & ſi de conſue. eſſet, ꝙ ſine inſtallatione adminiſtraret, ſtatui conſuetudini, ſuper quo remit. Hoſtien. ad no. de reſti. ſpo. in li-
a teris, de app. quia nos, & j. eo. ex parte. In his uerò, qui ſolam adminiſtrationem tẽporalium habent ſine cura, non credunt quidam neceſſariã confirmationem. Alij contra, & bene ſm Inno. ſ. ti. t. c. 2. Hoſti. uerò dicit. ꝙ ubicunq; aliquod beneficiũ alicui perpetuò aſſignať, non debet adminiſtrare niſi per diœceſanum inſtituatur: quod probať ẽt de minoribus beneficiis. ſ. de p̃b. cum iã dudum, de cle. peregri. c. fi. ſ. ti. t. c. 3. & in rubrica. & in ipſis ẽt minoribus requiriť examinatio, de ele. cum in cunctis. §. inferiora, de pręb. graue. in minoribus enim ſeruanda ſunt iura, eo. ti. maioribus. nec ſm eum ualet de iure ꝯria conſuetudo. de hoc de offi. archidi. cum ſatis de iure dixit, quia fatetur per cõſuetudinem contrariũ uſurpatum: ſecus uero, ubi beneficium non confertur perpetuò, & eſt non curatũ, ne præl. ui. ſu. querelã. Remittit aũt ad ea, quæ no. de priuil. uolentes, in fi. hodie, li. 6. [*Veſtram*] dicit Hoſtien. ꝙ
3 de conſue. huius † eccleſię epiſcopus duas præbendas confert, capitulum tertiã: & illa eſt ſacerdotalis (uacaturæ) quõ in prouiſione uacaturæ papa tollit uicium, quod ineſt promiſsioni uocũ. ſ. captandæ mortis? Reſpõdeo, q̃a papa eſt. ſ. ius, ut infra, & C. de legibus, dig. uel non ineſt tale uotũ cauſaliter, ſed occaſionaliter. poſſet enim eſſe promiſsio ſine hac ſpe, uel uoto; ut ſi quis malit carere præbenda, q̃ uidere mortem proximi. Goſ. [*Contumaces*] ſ. nolendo parere mandatis papæ,
4 & ſuis [*Inueſtiuit*] ſic † debent facere cauti executores, ſi literarum forma id patiatur. primò conferre, & inueſtire: demum excõicare: ſed ſunt quidam ordinem peruertentes ab excommunicatione, & cõnibus inchoando. ꝯ id. ff. de cõ. l. 1. ſm Iaco. Dicebat autẽ Inno. ꝙ iſte decanus fuerat merus executor, uel miniſter, de quo. ſ. de offi. dele. c. fi. ſicut ille, cui mandatur, ꝙ alicui prouideat: & uidetur, ꝙ collatio facta per tales nõ uocatis his, qui illum recipere debent, teneat, ſicut tenet collatio epi non uocatis his, qui recipere debent, & p̃bẽdã aſsignare, infra eo. poſt electionẽ: quod eſt uerũ, niſi in literis diceretť, ꝙ illos moneret, induceret, uel uocaret. ſeruabiť. n. forma mandati, de reſcrip. cũ dilecta. imò plus uideť, ꝙ ſi compareat aliq̃s, qui uelit aliquid dicere in perſonam eius, cui eſt conferenda præbenda, quod non dẽt audiri, cum ille miniſter ſit, & merus executor nullã iuriſdictionẽ habens, de re iud. de cætero, ubi de hoc, & de offi. dele. paſtoralis. imò ſi eum recuſare uellet, non eſt audiendus, de app. nouit. Sed ſi uellet dicere reſcriptũ ſurreptitiũ, audiendus ũ uideť: ꝙ & ſi executus fuiſſet mandatũ ſurrepticium, reuocareť, de re iudi. cum olim. non tñ diceretur reſcriptũ ſurrepticiũ: q̃a peccatum ſuũ tacuerit, talis enim exceptio potius eſt contra perſonam, q̃ ꝯ reſcriptum. Alij dicunt, ꝙ licet executor nullum uocare teneať, ſi tñ cõparet, q̃ uelit dicere in perſonã, illũ audiet, ar. de accuſa. accedens. 25. q. 3. & ſi nõ. & no. de hoc de cauſa poſ. cum olim. Primũ tamẽ dictũ de ſtricto iure ſuſtineri põt ſm Inno, ſed Hoſti. dicit de ſecundo, cum talis executor ſit mixtus, & in talibus reſcriptis intelligatur clauſula, ſi idoneus fuerit, de reſcrip. cum adeo, de præſump. c. fin. ubi de hoc, & quia legitimę exceptiones admittendæ ſunt, licet p̃ciſè ſcribať, de offi. deleg.
5 ex parte, 2. ¶ Dicebať etiam Inno. ꝙ executor ad prouidendũ non poſsit cogere canonicos adimplere mãdatum. i. facere illum canonicum. per literas enim cõceſſum eſt, ut id faciat, non ut cogat. Item quia lapſo termino ad hoc dato canonicis, uel ex quo ipſi renuerunt facere, poteſtas in executorem transfuſa eſt; ita, ꝙ id amplius facere non poſſunt. ad hoc. ff. de opt. le. l. mancipiorũ. quod dic, ut infra eo. ſi capi. lib. 6. tñ licet

ad id ens cogere nō poſsit,ex quo tamen canonicū.&
præbendā contulit,coget eos ad recipiendum, & tra-
ctandum eum ut canonicum, & ſi is,cuius auctorita-
te fungitur,habebat poteſtatem ad hoc eos cogendi.
Dicunt quidam,ꝙ per illam formam non eſt data iu-
riſdictio,ſed miniſterium tantum:ſi tamen audiat ali-
qua, quæ ipſum moueant,bene facit,ſi ſuperiorē con
ſulat,in auct.ut nulli iud §.& hoc uerò,de hoc.ȷ.de de
b ſpon impub.ad diſſoluendum.[b] & hoc plus placet In-
no.de hoc uerū dicit, niſi in literis ſit clauſula cōtradi
ctores &c.tunc n.ante inueſtituram,& poſt audire po
teſt contradictores , & ſummatim cognoſcere , de re-
nun.ueniens.ff.de re iudi.à diuo.§. ſi ſuper.licet quidā
dicant , ꝙ tunc eos audiet poſt executionem tātū. ſed
non occurrit ſibi,nec eſt ratio,quare non ſit melius&
honeſtius ēt prius audire,de ſerui.non or.c.1. Fatef ta-
men,ꝙ ſi omiſſa ſummaria cognitione,& repulſis cō-
c tradictoribus[c] mandatū exequif,quod ualet : quia in
exequendo mandatū merus executor eſt. Itē qa ſum-
maria cognitio non eſt ſemper de ſubſtantialibus exe
cutionis . In cōpulſione uerò neceſſaria eſt cauſæ co-
6 gnitio, ad hoc de præben.licet. a. ¶ Dicit † ēt merum
executorem illum,in cuius literis cōtinetur,facias be-
neficium aſsignari, uel eum recipi , uel his ſimilia. Si
enim ualet,ſtatim mandabit de illo recipiendo; ita, ꝙ
ſi id nō faciant,ſint excōicari,ar.de reſcrip.capitulum
& c. Abbatē,de præb.pro illorum. ab executore.n.nō
appellaf propter defectum iudiciarii ordinis, niſi mo
dum excedat,uel nimis feſtinet. de ap. nouit.cū ſi.no.
ēt ꝙ iſte executor non tm̄ prouidebit, & prouideri ꝓ-
cipiet de benefi.uac.de iure & de facto,ſed ēt de uacā-
tibus de iure tm̄:debet tamen in eis præmittere cauſæ
cognitionē,& audire ſummatim illū, qui poſsidet : &
ſi non habet ius,tunc non fert ſentētiam, ſed cogit de
tentorem dimittere,ſicut de facto tenet,& poſtea exe
quitur.& ſi hunc ordinem omitteret, quod ab eo fie-
ret,caſſaretur,infra c.cū noſtris, & c.literas,quod dic,
7 ut ibi ſm̄ Hoſtien. Quid† ſi citatus non comparet poſ
ſeſſor, ſed ille, qui ſibi contulit, cuius collatio dicitur
de iure non ualere.& ferf contra eum ſententia:dic ꝙ
præiudicabit poſſeſſori , q ſciuit cauſam ſuam agi, de
re iudi.q̄uis:nec erunt partes executoris,niſi ut cogat
8 poſſeſſorem dimittere. Sed† nunquid is, cui commiſ-
ſum eſt, ut cogat capitulū ad conferendum alicui præ
bendā,ſi uacat,uel q̄ cito &c.in eccleſia eſt canonicus
qui diu ante impetrationem tenuit præbendam de fa
cto, quæ dicitur de iure uacare.poterit de hoc cogno
ſcere,uel contra talem procedere : non uidetur : quia
perſona illius canonici nō eſt expreſſa in reſcripto,de
offi.dele.P.& G.Item ad quid procedet executor,ſi di-
cat,ut ille poſſeſsionem ꝑbendæ ſibi executori dimit-
tat: hoc uidef ſuperfluū.ipſe enim nō hēt poteſtatem
conferēdi,ſed cōpellēdi. Si dicit,ut reſignet capitulo,
iſte non eſt capituli ꝓcurator:nec potes dicere , ꝙ ad
hoc ut ipſe poſſeſſor præbendā conferat, eum ad hoc
non hēat poteſtatē.So.ſm̄ Inno.ſic procedet:quia uo
cabit capitulum.cui præcipiet,ꝙ præbendam illā con
ferat de iure uacantem:ſi obedit, bene quidem. Si ue-
rò dicat ſe credere præbendam illam non uacare dicē
do ſibi nil præcipi debere, quod ſuam cōſcientiā gra-
uet,tunc uocabit poſſeſſorē præbendę,& dicet ei,præ
benda, quā poſsides, uacat de iure , & impetrans vult
hoc probare;ſi ille per hoc non dimittit eam,accipiat
probationes impetrantis.ff.de re iud. à diuo.§. ſi ſuper
& hoc ſummarie ſm̄ Hoſti.ut ibi,& ſupra de fo.cōpe.
ſi clericus.& ſi probauerit,præcipiet poſſeſſori,ꝙ poſ
ſeſsionem dimittat:quo facto coget capitulum, ꝙ ip-
ſam conferat impetranti,infra eo. cū noſtris,de præb.
inter cætera.ubi ſolum facta fuit retractatio,nec fuit ꝑ
ceptum, ꝙ alter alteri aliquid daret, & de hoc de re iu-
di. cū Bertoldus. nec eſt mirandum,ſi ſuper perſonas
in reſcripto non expreſſas poteſtatem habet executor
hoc.n.eſt in quolibet executore, qui contra extraneū
ſummatim de proprietate cognoſcit,ut res eis auferat
ut in l.à diuo, C.de his, qui ad eccle. confu.l.præſenti.
Item nec ſine ea poſſet exequi. de offic.delega.præte-
rea.nec eſt neceſſe,ꝙ petatur reſtitui capitulo ſed tan-
tum reſignet, & poſtea ueniet ad collationē capituli .
Sed ſi in litera diceretur,exequaris,tunc executor co-
get illū reſignare,& poſtea conferret.& ſi non vult re
ſignare,uiolenter auferatur ſibi poſſeſsio.ff.de rei uē-
di.qui reſtituere. hoc autem intelligendum eſt tātum
de reſignatione facti, non iuris, cui nemo tenetur ce-
dere.ff.ſi ſerui.uendi.ſicut.§.ſed quæritur.imò ſemper
ei ſaluum remanet.ut in l.à diuo, infra eo. cū noſtris.
nec eo caſu ſine culpa priuandus eſt 56. di.ſatis peruer
ſum.Dicit Inno.ꝙ quidam diſtinguunt inter executo-
rem, cui committitur ſimpliciter alicuius perſonæ ꝓ-
uiſio, & eum,de quo hic loquitur. De primo dicunt,
ꝙ ſine cauſæ cognitione poteſt beneficium conferre.
iſte uerò conferre non poteſt , niſi primo ſciat, quare
illi,quibus primo ſcribitur,non conferant, arg. de re-
ſcriptis.ſi quando,& c.cum adeo,& melius c. ab excō
municato.ubi ſecundus executor , cui ſcribitur in de-
fectum primi,procedere debet cū cauſæ cognitione .
Alii dicunt aliud in abſolutione,quæ ſine ſolenni cau
ſæ cognitione fieri non debet. a.q.1. nemo.de ſen.ex-
com.ſacro. Aliud in beneficii collatione, quæ & ſi re-
quirat cauſæ cognitionē non ſic ſolennē. Vel dicit In-
9 no.dicendum melius,ut ibi no.¶ Ex hoc† autē, quod
dicit,inueſtiuit,no.Inno.ꝙ idem ſit aſsignare, & inue-
ſtire.& no. ꝙ executor inueſtire poteſt, eum in literis
ſuis dicitur, Exequaris,no. ēt ꝙ per inueſtituram non
d datur poſſeſsio[d], Dicit tamen ipſe Inno. ꝙ decanus in
e ueſtiturā de uacatura facere non potuit[e][*Spectabat*] &
quā preſbyter impetrauerat [*Aſsignaſtis*] quod facere
non poterant,ex quo datus erat executor,qui capitu-
lo negligente mādatū debebat exequi:ſecus,ſi ſolū ad
compellendū datus eſſet : & quæ ſit ratio diuerſitatis,
quā hic ēt tangebat Inno.uide, infra c. ſi capitulo, lib.
6.[*Volens haberi*] ſub. & iam capitulum', quā illum, cui
ꝑbendam contulerant in eluſionē mandati ſui , in eo
quod male fecerant.puniri, ſm̄ Hoſt.qui dicit ſic pla-
nā decr.[*Inueſtiuit*]ſed quia adhuc ipſius poſſeſsionem
gaudere non poterāt,ſupplicauit Inno.ut ſibi ꝑbendā
10 faceret aſsignari,Pe. [*Canonum*] quod eſt† quando non
fiunt auctoritate papæ. hoc uero factū erat auctorita-
te papę. Dicit Inno.ꝙ hoc non placet, & ꝙ malè fecit
decanus[*Intelligebatur*] de iure, & ſi nō de facto.& ſic ꝯ
ȷ.c.cū noſtris.& c.literas.dic,ꝙ poſt caſſationē uacare
dicif de iure,& de facto; licet intruſus de facto teneat,
& ideo tali detētatione non obſtante pōt conferri, cū
detentor euidenter ſit illicitus & iniuſtus . ꝯrium loq-
tur de colorata facti poſſeſsione,quæ collationē impe
dit,& ibi de hoc ſm̄ Hoſt.[*Detentore*]illicito,de rerum
permu.cū uniuerſorum.Ho.[*Honoris*]i.ſtallo in choro
loco in capitulo, & aliis,quorum cōis eſt uſus.ſ. de ꝑ-
11 ben.pro illorum.¶ Tertia† glo.reſpon.per quæſtio.an
executor potuerit inueſtire. ¶ Gl. Inno.obiicit,& ſol-
uit,ſignat contrarium.& ſoluit.¶ [*Glo.nam contra*]ponit
5.caſus,quibus papa diſpenſat,& 5.quibus non diſpen
ſat,ſed quintum determinat. ¶ Antepe. glo.arguit, &
remittit.¶ Pe.glo.ſignat contrarium,& ſoluit. ¶ Vlti.
gloſſ. reſpondet per ob. & triplicem ſolutionem . ¶ [*In*
12 †*glo.penul.ibi.§.ulti.*]uide infra in ſuppletionibus[*& ibi,*
in fundo] non facit niſi inquātum dicit, quod re euicta
per ſententiam tenetur euincens ad impenſas bona ſi
de factas in ea[*& ibi,traditionibus*] ſequitur,& uſucapio
nibus dominia rerum transferuntur , nō nudis pactis
[*& ibi, per traditionem*] ſequitur, iure naturali res nobis

13 acquiruntur. ¶ *In † glo. 1. in fi.*] ad hoc ſupra de reſcrip, conſtitutus. refert Innoc. quoſdam dicere, quòd aſsignatur pręb enda uacatura ſic. ſ. quia datur ſtatim quaſi poſſeſsio iuris ipſius pręb endæ. ¶ *In glo. 2. in fi.*] capitulo negligente, & quando tunc conferre poſsit, dic ut infra eo. ſi capitulo, lib. 6. ¶ *In glo. 3. ibi, hoc dixit*] dicere potes, ꝙ illa fuerunt uerba preſbyteri allegantis, ſed in antiq. patet, quòd Innocen. id conſtitit per literas Cæleſtini. ¶ *In glo. Inno. ibi, ex plenitudine*] imo fecit hoc de iure: quia per pręſentationem literarum factam capitulo affecta fuit præbenda, ex quo datus erat execu-
14 tor ad prouidendum, infra eo. ſi capitulo, li. 6. ¶ *In † gl. nam contra, ibi, diſpenſare*] imò non ſolum diſpenſat, ſed immutat, infra de con. & affi. non debet. 31. diſti. c. 1. & 68. diſt. corępiſcopi [*& ibi, ſunt quidam*] ubi de hoc [*& ibi, fidei*] dabat Hoſtien. regulam, ꝙ papa ſui ipſius tantum habet poteſtatem, ꝙ quicquid dicat, uel agat, accuſari, uel damnari non poteſt ab homine, niſi de hæreſi. 40. di. ſi papa: poteſt tamen moneri in ſecreto & palam: ſi palam peccat mortaliter. nã uelit, nolit, ſubiacet euangelicæ ueritati quò ad monitionem faciendam, quæ cuilibet data eſt. 2. q. 1. ſi peccauerit. ſed quò ad id: quod ibi dicitur. dic eccleſiæ non ſubiacet niſi in hæreſi. Si igitur ſit impœnitens, dicendum eſt eccleſiæ, i. deo orando, ꝙ ipſum inſpiret, & eccleſiæ triumphanti, ut oret pro ipſo. Alii tamen, & ſi imperator, & totus clerus, & totus populus conueniant, ipſum non poterunt iudicare: caueat tamen ſibi, quia anima ſua in manibus ſuis, & ſibi terribilius iudicium imminet, & intolerabilior cruciatus 9. q. 3. nemo. & c. aliorum. In ſubditis, ꝙ tantam habet poteſtatem, ꝙ eius præcepto eſt obediendum, etiam ſi dubium ſit, an ſit mortale, dummodo uinci poſsit conſcientia: quod ſi certum eſt, recognoſci debet papa cæleſtis, 11. q. 3. Iulianus, & eccleſia triumphans, q̃ non fallit: & eſt tunc potius excommunicatio ſuſtinenda, de ſimo. per tuas, & conſcientia ſequenda, & ſi ſit erronea, niſi poſsit deponi, ut ibi. addit, quod ſtatim dicam in fi. ¶ *Et in fi.*] æquali
15 li linea Dixit † hic Vin. ꝙ diſpenſare poteſt in omnibus quæ non ſunt contra fidem. Hoſti. addit, dummodò per ſuam diſpenſationem non nutriatur peccatum mortale euidenter, quod intelligit, ſi peccatum illud ex l. diuina procedat. Secus, ſi ex canonica, uel humana. ipſe enim conſtituẽs deſtruere poteſt. Remit. autem ad no. de temp. ordi. ad aures. Item & ſi alios exoneret, ſe poſſet onerare, de hoc, infra de uo. magnæ. ¶ *In glo. ſic ergo, in fi.*] ſecundum Io. Dicit Hoſti. quod hic declaratur aliud ius non habuiſſe. ff. de rei uend. ex diuerſo. §. 1. §. fi. inſti. de offi. iudi. alleg. in contrarium. ibi dicitur, quòd aut in his iudiciis alicui adiudicatum ſit, id ſtatim eius fiat, cui adiudicatum eſt. ſi ergo, dicit ipſe, illud eſt in illis iudiciis, ſecus in aliis, argum. de præſump. nonne. In aliis ergo non acquiritur dominium per ſententiam. ff. de pig. ac. non eſt mirum, de publi. l. 3. & l. quicunque. ff. de ex. rei iudica. ſi inter me & te, Sed nec in illis uſq; quo habita ſit poſſeſsio, vt ibi no. ad hoc de re iudi. cum aliquibus. Lex, in fundo, non facit ad rem, Hoſtien. uide quod dixi, ſupra de tranſact. quanto, in ulti. glo. & de reſcriptis, mandatum, in penul. col. uer. dici t autem Compo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ex parte. Et in præalleg. c. tranſmiſſam, circa princ. mag. glo. & de coniug. cum uenerabilis, ſuper glo. pe.

b ¶ Diſſoluendum. Ibi uide Ioan. And. in ſua glo. mag. in fi. & in cle. 1. de offi. delega.

c ¶ Contradictoribus. De iſta clauſula, & de ipſius uiribus, uide Io. And. de præben. pro illorum, in glo. in uerbo, quod talis.

d ¶ Datur poſſeſsio. Vide glo. & Io. An. ſupra ti. proxi. auctoritate.

e ¶ Tacere non potuit. Ad hoc de concei. præben. c. 2. & 3. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Impedito non currit ſemeſtre tempus ad eligendum.*
Nec ſuſpenſo etiam ex culpa ſua.
2 *Amotionem inſtitutorum qui petere poſſint, & qua ratione.*
Cauſa in perſonalibus eſt exprimenda in libello.
Nominatio non habet locum in perſonalibus, ſed in realibus, excepto caſu, & quo.
Actio ſæpe intenditur contra neminem, & quando, & qui tunc uocandi.
Vocatio in ius duplex hominis, & iuris, in fine.
3 *Donatio, & collatio pro eodem hic accipiuntur.*
Poſſeſſore non amoto, inſtitutio beneficij ab eo poſſeſſi fieri non poteſt, & quando, nu. 4.
Electio, uerò & collatio an poſſit, ibid.
De præſentatione quid.
Amotio fit duobus modis à beneficio.
4 *Electio ſecunda non caſſata prima quando fieri poſſit.*
5 *Monitio debet eſſe competens & canonica.*
Delegatus habet poteſtatem exercendi cenſuras, & priuandi beneficijs.
Beneficiorum appellatio numero multitudinis reſpicit hic pluralitatem perſonarum, non beneficiorum.
6 *Temporis computatio fit deducto tempore impedimenti, & primi cum ultimo.*
Negligentia notatur ex dilatione, & dicitur cum quis potuit, & non fecit, nu. 11. §. 2.
Capitulo excommunicato, præter unum, ius conferendi ſpectat ad eum ſolum.
Deuolutio collationis ex culpa collatoris ad papam, non ad capitulum fit, ad dictio. poterat, & nu. 13.
7 *Ad metropolitanum quando fiat ex inferioris defectu.*
Reſtitutione non eſt opus, ubi tempus non currit, in fin.
Tempus accedendi, permanendi, & redeundi, & quando aliàs non computetur, ibid. & nu. 11.
8 *Conferre non tenetur quis in itinere etiam ſi ſciat uacationem, niſi poſt reditum, & ratio.*
In diœceſi alterius iudiciale quis expedire poteſt.
9 *Notitia tempus inſpicitur, & in fi.*
Tempus utile ab initio, & in progreſſu quibus caſibus, & quando ſecus.
10 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 11.*
Ex culpa quæ procedunt, non imputantur, in ſuffra. In glo. ſic patet, & quando, uide nu. 14.
12 *Additio gloſſarum, & nu. 13. & 14.*
Voluntates, & mores hominum uariæ.
13 *Suſpenſio hic à quo fuerit.*
Suſpenſio epiſcopi fit à papa; inferiorum à concilio prouinciali, & qua de cauſa.
15 *Bona quæ deuoluantur in fiſcum.*

CAPVT V.

1 QVia diuerſitatem. C. Tempus † ſemeſtre datum ad eligendum non currit legitimè impedito. & ſunt duæ principales partes. in prima archiepiſcopi querela. in ſecunda cãæ cõmiſsio, ibi, man. ſecũda uerò ſubdiuiditur: quia primò ponit mandatum, & ſoluit obſtaculum. ſecundò duos caſus excipit ibi, niſi forte. & ſm tripliciter exponit ibi, ſic tamen [*Corporum*] hoc dixit ſecundum Pet. quia de his duobus prius erant opiniones, an ſcilicet tempus ſuſpenſionis curreret in 6. menſibus, & an ſuſpenſo epiſcopo propter ſuam culpam ad capitulum, uel ad papam deuolueretur poteſtas [*Et infra*] ſequebatur, in antiqua, quòd ideò poteſtas eccleſiaſticæ iuriſdictionis fuit in uno collocata [*Suis*] 1. ſuæ diœceſi. aliter ſumitur, ſupra de uſu pal. c. 1. de præben. pro illo
a rum [*Suſpenſionis*] ex ſua culpa prolatæ ut patebit, infra

[*Poſt* .L

[*Poſt modum*]ideſt poſt abſolutionem [*Intruſerunt*]ſi.ſu-
pra ti.proxi.c.3.de exceſ.præla.c.3.Goff.[*Et infra*]quare
ſecundum Innocen. & Hoſtien. petebat intruſos ab
eccleſiis ammoueri, uel reſignare compelli, non ob-
ſtante confirmatione per quoſdam ipſorum obtenta
in forma communi. ut patet ex ſententia. unde no.In
2 no.q† quandoq; is,ad quem de iure ſpectat inſtitutio
petit inſtitutos ammoueri,ut hic, & de præb.dilecto,
quandoq; patronus,infra de iure patro.ex literis:quã-
doq; clericus inſtitutus, uel non Inſtitutus,ſed habens
ius in beneficio,ut ſupra ea. 1.3.q.6.hoc quippe; de re
iudi.cum Bertoldus.quandoq; quilibet clericus de ec
cleſia, de elec. cum dilecti. Sed iſte ultimus, quia ius
ſuum ſpeciale non proſequitur. uidetur,ꝙ non poſsit
agere , niſi agat denunciando, uel accuſando.ff.de ap.
conſtitutis, in fi.prædicti uerò non ſolum contra inſti
tutos agere poſſunt , ſed etiam contra peruerſè inſti-
tuentes.7.q.præſentium. de hoc.§.de fi. preſby.ueniẽs.
is tamen, q prędictis modis agit', debet cauſam expri-
mere,quare inſtitutio ſit minus canonica,ſicut in aliis
perſonalibus.nam & iſta perſonalis eſt,quod patet:qa
nec in rem,neq; mixta,ut patet de offi. or.conqueren
te. cauſa uerò poteſt exprimi:quia ad agentẽ pertinet
inſtitutio , uel eſt in poſſeſsione inſtituendi , uel quia
non pertinet ad eum,qui inſtituit,infra c. poſt electio
nem,de cauſa poſ. cum eccleſia . & uide quod ibi dixi
in glo. quia conſuetudo,in fi.vbi Inno.plus approbat
cauſam ſecundam, & c.cum olim, de elec.querelam.
hinc eſt,ꝙ quia perſonalis eſt,nõ poteſt inſtitutus no-
minare inſtituentem in iudicio, cum non habeat lo-
cum nominatio niſi in realibus. C. ubi in rem ac.l. 2.
ut lit.non conte.qm̃.ſecus,ſi peteret obedientiam: qa
tunc poſſet dominum in iudicio nominare,de maio.
& obedi.inter 4.Item ſæpe quis contra neminem agit
ſed petit ſuam electionem confirmari,infra c.poſt ele
ctionem : & tunc etiam ſunt uocandi , quos negociũ
tangit ſm Inno.ad quod de ele.c.fi.lib.6.quod intelli-
git Hoſt. niſi à iure ſint uocati,de ele.c.1.co.lib.6.uide
quod dixi de tranſactionibus , de cætero [*Donationem*]
3 ubi ſupra† dixit collationem, nunc dicit, donationẽ.
& facit ad decre.ulti.de offi.uica.lib.6.[*Ad eas*]præbẽ-
das,uel dignitates: & hoc patet ſm Inno. ꝙ nullus iu-
dex ordinarius , uel delegatus dẽt alium inſtituere in
beneficio,quod alius poſsidet,niſi amoto prius poſsi-
dente, qui amouendus eſt, uel de facto ſuperioris au-
ctoritate,ſi nil proponit rationabile,uel ad minus per
ſententiã, etſi de facto id fieri non poſsit : & ſic poteſt
intelligi.J.co.cum noſtris,& c.literas,ubi de hoc,& vi
de de priuile.cum olim.2.in glo. ideſt curſorem: is ta-
men,ad quem ſpectat electio,uel collatio, poterit eli-
gere,uel conferre.J.de præb.licet eps, lib.6. de re iudi.
cum Bertoldus,licet quidam dicant, ꝙ licet præſenta-
tio fieri poſsit,de qua loquitur illa decre.quia non ple
num ius tribuit electo : tamen quæ ius tribuit,nõ fiet
obſtante alterius inſtitutione , eſi nec fieri debeat pri-
b ma electione non caſſata, de elect. conſiderauimus[b],
4 & c.auditis. hoc autem eſt † certum,ꝙ propter præce-
dentem electionem factam ab his, ad quos non perti
net, non caſſatur electio facta ab his,ad quos pertinet
vt ibi probatur,& de ſupplen.negl.prælatorum.c.fi.&
no.de ele.conſiderauimus.& Hoſtienſis in hoc remit
tit.J.ti.1.illa.Item q̃uis is,ad quem pertinet iure ꝓprio,
poſsit eligere non obſtante prima electione,& inſtitu
tione:executor tamen papæ nõ poteſt prouidere alio
exiſtente in poſſeſsione,qui inſtitutus eſt per ſuperio-
rem: ſed ſi non eſt per ſuperiorem inſtitutus,ſed tantũ
modò poſsidet, propter hoc nõ dimitteret executor ,
quin de alio prouideret ſm mandatũ papæ , ſupra de
præb.de multa.quod de ordinario,ad quem pertinet,
eſt indubitatum, ut eſt dictum ſm Inno.qui remittit ,
infra c.literas,& c.cum noſtris[*reſignandas*]forte gene-
ralis monitio;quia neſcitur,ꝙ ſint ſic inſtituti ſm.Ho.
5 [*Monitione*]competentit & canonica,de ſen.excõm.la-
cro[*Subtractionem*]no. delegatum non ſolum exercere
cenſuram, ſed etiam beneficiis priuare rebelles contu
macia exigente.de hoc de homi. pro humani, li. 6.po
teſt tamen reſponderi hoc factum de ſpeciali manda-
to[*Beneficiorum*]iſta pluralitas poteſt reſpicere plura-
tem perſonarum.ſi.de priuile.ut priuilegia, ne clerici,
uel mona.c.1.li.6.& ſic ceſſat argu. Hoſti.dicentis per
hoc pluralitatem beneficiorum permitti , ſi nouis re-
nunciare uolunt , uel ſi auctoritate archiepiſcopi illa
ſint adepti.dicebat autem,ꝙ reſpicit factum,uel loqui
tur, cum eſt diſpenſatum[*Ea*]beneficia, ad quæ reſi-
gnanda detentores compellimus[*Speciali*]non ſurre-
ptitio,de reſcriptis,ad audientiam, & c.in noſtra[*Ap.
ſedis*]uel legati de latere, de offic.le. c.1.lib.6.[*Computer-
6 tur*]deducto † ergo illo tempore , primum cum ulti-
mo bene poterit computari ; quod dic,ut infra de ver
bo.ſigni.dilecto[*Negligentes*]quod ibi patet ex uerbo ,
diſtulerit.ſic ſupra de præben.de multa[*A qua*]ſcilicet
poteſtate conferendi[*Illa culpa*]facit de elec. quamquã
lib.6.[*Deuoluta*]quod intellige ſecundum decre.infra
ne ſede uacante.c.uno,lib.6.quod ibi nota.in 4.glo.&
dicant ſup ea. Dicebat hic Boa.quod omnibus cano-
nicis præter unum excommunicatis ius conferendi ,
ſpectãs ad capitulum deuoluitur ad illum ſolum. nec
obſtat hæc litera: quia non ſic habet epiſcopus colle-
gam, ſicut canonici[*Ad illum*]ſcilicet papam T.ex ple
nitudine poteſtatis.Inno.[*Præter*]ſi habes, propter,eſt
litera falſa, La.[*Poterat*]ac ſi dicat papa, licet culpa nõ
noceat, ut deuoluatur poteſtas ad capitulum : nocet
tamen , ut deuoluatur ad nos , & ſic ipſam poteſtatẽ
ad nos deuolutam ſine illius iniuria ſibi poſſumus de
mandare,ſecundum Hoſti.alle. de re iudi.cum olim ,
ad fi. nec cogitur raras habere collationes à non ſuo
iudice perfectas. de ſupplen. negli.præla.c. penul. & fi.
[*Donare*]ex plenitudine poteſtatis.de præben c.2.lib.6.
7 ¶ Sed nunquid † epiſcopo ſuſpenſo metropolitanus
poteſt conferre beneficia ſpectantia ad ipſum:dixerũt
quidam quod ſic,etiam non expectato fluxu. 6. men-
ſium; argu.pro eis.9. q.3. cum ſimus : quod loqui po-
teſt in hoc caſu : uel loquitur, quando neceſſaria offi-
cia non inſtituit in eccleſia ut œconomum , uel aliũ,
qui miniſtret temporalia . in officiis uerò non neceſ-
ſariis,ut in ordinandis canonicis locum non habet, ſu
pra de elec.cum eccleſia. Innocen.hæc uerba poſſunt
procedere in eccleſia non habente numerum. & uide
quod ibi dixi in princ. tu dicas cum Innocen. & Ho-
ſtien. quod nec capitulum, nec ſuperior ſupplere po-
teſt alterius defectum , niſi ubi ius exprimit hoc , uel
niſi neceſsitas immineret, argu.infra ca.1.& infra ti. 1.
illa. Sed ubi eſt iure expreſſum hoc poteſt etiam ſupe
rioris non petita licentia.de hoc, ſupra c.2.Dicit tamẽ
Hoſtienſis , quòd quicquid dicatur, generaliter pote-
ſtas ſupplendi videtur tradi.de offi.ordi.cum uos,& c.
paſtoralis, de iure patr. nullus. archiepiſcopus autem
abſolutus beneficia , quæ uacatunt etiam ultra ſex
menſes, poterit conferre ; quia ex quo non potuit, ſi-
bi tempus non currit ; ita quòd reſtitutione non indi-
get:ſecus,ſi potuiſſet,& per ſex menſes diſtuliſſet;& ſic
loquitur,de ſupplen.ne.præla. licet, & capi.literas[*Ac
ceſſit*]dictum erat[*Remanſit*]etiam abſolutus non do-
loſe ibi permanens [*Receſſit*] concordan. de reſcriptis ,
ſtatutum §.penultimo, de elect.cum non deceat,li.6.
8 [*Nullatenus † computetur*]etiam ſi ſciuit illa uacare.licet
enim illa in uia conferre potuerit redeundo , ex quo
abſolutus erat:tamen non imputatur,ſi non contulit
triplici ratione . Primo quia iuſtius & honeſtius eſt ,
ꝙ prouideat indigenis, quorum ſorte ſecum non ha-

bet copiam. Secundò quia honeſtum eſt in his habere conſilium maxime capituli ſui, quod forte ſecum non haber. Tertio in collationibus ſunt examinandæ perſonæ. & ſi quid iudiciale occurreret, non poſſet in dioece alterius expedire. de hoc, ſupra de offic. leg. no
8 uit. ſecundum Inno. & Hoſti. [*Notitia*] uide † cle. eo. ti.
9 cum ei, quem, in fi. & c quod ibi no. in glo. pen. no hic tempus utile ab initio, & in progreſſu. idem in c. diebus, qui dantur ad petendam bonorum poſſe. C. qui admi. ad bo. poſ. l. 2. eſt & aliud tempus continuum in princ. & in progreſſu. ſ. quatuor annorum, qui dantur ad petendam reſtitutionem. C. de tempo. in integ. reſti. l. fi. Eſt & tempus utile in princ. continuum in progreſſu, ſ. decem dierum, qui dantur ad appellandum, ſecundum Boa. qui hoc not. ſupra eo. c. 2. & probatur de app. concertationi, lib. 6. [*Potius*] hoc intellige, niſi magna negligentia ualeat imputari, vt no. de ſupplen. negl. præla. licet, Hoſti. [*Ipſius*] aliàs ipſi, ſcilicet archie-
10 piſcopo. ¶ Glo. 1. † ponit quatuor ſimilia. ¶ Glo. quarta dat unum ſimile. & ponit tres effectus confirmationis. ¶ [*Glo. & ita*] dat duo ſimilia, & remittit: ultimo determinat. ¶ [*Glo. hæc ratio*] inducit duas concor. & unũ contrarium: demum, ſignat contrarium, & remittit. ¶ [*Glo. ſic patet*] ſignat contrarium. ¶ Pe. glo. ponit ſimi-
11 le. ¶ *In* 1. † [*glo. ibi § principaliter*] ibi dicitur, ꝙ homines faciles ſunt ad diſſentiendum. ¶ [*In glo. a. ibi, & quia*] uide ne prælati uices ſu. c. 2, ſuper glo. 2. ¶ [*In glo. & ita. ibi. § ulti.*] hanc & ſeq. uide de præſcrip. cum non liceat, in gl. [*& ibi deliberationis*] ideſt tempus, quo deliberat hæres, an uelit adire, non imputatur creditoribus hæreditariis in aliqua temporali præſcriptione [*& ibi, §. ult.*] uide de uerbo. ſign. Abbate, ſuper 1. glo. [*& ibi. ſi locus*] ſi locus. per quem uia, iter, uel actus debebatur, occupatus eſt flumine, & intra tempus, quo ſeruitus præſcribitur, reſtitutus ſit, redit ſeruitus in ſtatum priſtinũ [*& ibi, qui poteſt*] ſequitur, facere, ut poſſit cõditioni parere, iam poſſe uidetur [*& ibi. §. qui captus*] ſequitur, cũ potuerit redire non rediit, pro transfuga habetur. ¶ [*In glo. hæc ratio, ibi. §. ulti.*] uide in glo. antep. proximam [*& ibi, Si pupillo*] non habenti tutorem fideicommiſſum ſolui non potuit, non dicetur hæres in mora [*& ibi, item ei*] ibi eſt, Item hi, qui reipub. cauſa dolo malo abfuiſſent. & hanc inducit Hoſti. à contrario illius uerbi, dolo malo, ſed Io. allc. Item ei, qui etiam ibi eſt. & bene facit inquantum dicit transfugis non concedi reſtitutionis beneficium. ¶ [*In glo. ſic patet, ibi, uerum. 2.*] uide de accu. cum dilecti. ſuper glo. cauſa [*& ibi, Qui iniuria*] uide de ſen. ex. cum uoluntate, ſuper, 1, glo. [*& ibi, ſiue ante*] licet fuerit in culpa publicanus tenendo facinoroſam familiam, ſi tamen ſeruus, qui furtum fecit, uel iniuriam intulit, mortuus ſit, liberatur: quia dominus facultatem non habet exhibendi, nec dolus eius interceſſit [*& ibi. ſi mulier*] uide de ſpõ. ueniens, ſuper ultima glo. ¶ [*In glo. antepe. ibi, bene a Zenone*] uide de præſcripti. uigilanti, ſuper glo. 2. ¶ [*In glo. ulti. ibi, annus*] uide ſupra ti. 2, ſuper 4. glo. [*& ibi, cum ſex*] uide de pœni. & re. quæſi-
12 tum, ſuper glo. 2. ¶ *In* † [*glo. 1. ibi, illud*] Perſii poetæ [*& ibi, Ouidius*] lib. 1. de arte amandi [*& in fi.*] Quintil. cauſa. 9. celeſtis prouidentia multa uarietate pectora noſtra diſtinxit, nec minus numeroſas animorum, quàm corporum dedit formas. ¶ [*In gl. per affirmationem, ibi, & quia*] 1 a. diſt. præceptis [*& in fi.*] idem no. 17. q 4. frater. ¶ [*In glo. & ita, in p.*] & ſupra de electio. ca. ulti. ubi de hoc, & infra ne ſede uac. c. 5, libro 6 ¶ [*In glo. ex hoc. ibi, iuriſdictio-*
13 *ne*] Dicebat Pe, quod ille fuerat † ſuſpenſus à collatione beneficiorum. forte enim delictum eius denunciatum fuit papæ, quod peccabat in beneficiis conferendis ſecundum formam decre. de præben. graue. & ſi dicas, ergo non ad papam, ſed ad perſonam inſtitutam in conc. tempore ſuſpenſionis ſpectabat collatio: Reſpondet illud in inferioribus, qui per concilium ſuſpenduntur: Secus in metropolitano, qui per papam ſuſpenditur, ut ibi patet [*& in fi.*] de hoc plene, ſupra de conſue. cum dilectus, in gl. ſuſpenſus enim. ¶ [*In glo. ſe. ibi, ueniens*] ſpeciale in matrimonio, & de hoc. §. quod metus cauſa, Abbas. duæ leges ſequentes ſoluuntur in regula, imputari, in fi. §. ſiue autem, quem uide in ſuf.
14 reddit ſui rationem, ibi uide [*& in fi.*] Dicit † Inno. capitulũ ex culpa archiepiſcopi non potuit beneficia conferre, cum id non reperiatur in iure: ad hoc de ſupplẽ. neg prælа. Romana, lib. 6 ſed archiepiſcopus ex culpa puniri poſſet. & ſic loquũtur cõtraria. dici poteſt culpam punitam per ſuſpenſionem. quæ pœna non debet extendi, ne ſit priuatio: & ad intellectum horum uide, quæ notaui de reg iur. imputari, lib. 6. Dixit Cõpo. ſupra de ele. cum in cunctis, ꝙ culpa, uel delictum non fuit hic immediata cauſa impedimenti, ſed ſententia ſuſpenſionis, licet culpa fuerit cauſa illius ſententiæ, quæ ſententia non eſt culpa, de ſenten. excommu. c. 1. li. 6. & uide Dy. de reg. iur. quod ob gratiam, eo. lib. & quod ibi poſt eum ſcripſi ſuper glo. in fina. ¶ [*In glo.*
15 † *quia dominus, ibi, bona*] propria ſecus in bonis eccleſiæ, ut in concil. Vien. de hæreti. nolentes, poſt prin. [*& in fi.*] hodie bona damnatorum regulariter non confiſcantur, ut C. de bo. dam. aucten. bona.

ANNOTATIONES.

a ¶ Pro illorum. Vbi uide in glo. prima, & ſuper illa Ioan. And.

b ¶ Conſiderauimus, Vbi uide de exceſ. præla. inter gl. unde non, & in c. audiτis, prælle. & uide Io. And. ſupra eo. proxi. in glo. mag. uerſi. notat etiam.

c ¶ In fine. Et uide Ioan. And. infra eo. ex parte, in glo. quaſi orchidi. & Bar. ff de acqui. hære. l. is poteſt, uerſi. uideamus, & in deciſ. Rotæ conclu. 479. & Bald. in l. 1. C. qui admi. ad bo. poſ. poſſunt, maxime in 34. q.

SVMMARIVM.

1 *De poſſeſſione colorata alterius oportet in impetratione beneficij facere mentionem: aliàs non ualet, uide n. 8. & 16. & 23. & 24.*
Diuiſio capituli.
Ad electionem faciendam tempus ſex menſium pro quolibet electore.
2 *Epiſcopus eligi non poteſt ad inferius beneficium epiſcopatu & ratio.*
Ad maiora prouehi quis debet, non contrà.
3 *Epiſcopatus an uacet ex conſecutione præpoſituræ, & ex habitu ante eum quid iuris, nu. 7. in fin.*
An poſſit abſque licentia papæ reſignari.
Cap. de multa, de præben. an emanauerit ante hanc decretalem.
4 *Elector licet eligat ineligibilem, non dicitur ideò negligens, ut fiat ex temporis lapſu deuolutio, & quando, & nu. 5. eſt tamen priuatus eligendi poteſtate, nu. 5.*
Ineligibilis quis dicatur, & nu. 5.
Dignitates cadere poſſunt in homicidas, & irregulares cum diſpenſatione: alioquin quid iuris, & in quot nequeant.
5 *Vacatio debet eſſe iuris & facti, & nu. 7. & 24. & tunc locum habet Lateranen. concilium, nu. 7.*
Eligendi poteſtas ex electore priuato eo iure ad quem deuoluatur.
Error intolerabilis in reſcriptis ad beneficia quis dicatur, uerſicu. imò etiam.
6 *Prouiſoris poteſtas quibus modis expiret.*
b ¶ Conſtitutis. Ibi uide, & in prælleg. c. cum olim, ubi uidetur notari contra in gl. mag. Io. And.

c ¶ L. 2. Ibi uide plene ibi eſt no. gl. & ibi Bar. & d. Bar. de Sali.

d ¶ Nonnulli. In fauorabilibus ſunt amplianda, ad hoc de ſimo. c. fi. cum, ibi no.

SVMMARIVM.

1 *Recepto in canonicum tenetur capitulum prouidere, quàm citò ſe facultas obtulerit.*
Actor, & reus qui erant hic.
2 *An & quando ſententia ſine petitione procedat.*
Vt aſſignatio præbendæ fiat, cum ſe facultas obtulerit, ſententia ualet, & quid conferat.
Ad expreſſionem maiorem actor quibus caſibus nõ compellatur.
Libellus, & ſententia ex reſcripto etiam formantur, & excuſantur ab incertitudine.
Libellus ſecundum naturam obligationis concipiendum, & cauendum ne haberet turpitudinem contra agentem, & quando, & nume. 4.
4 *Contra factum ſuum canonici, & quæ cauſa an admittantur, & uide nu. 3. & 5. 7. & 9.*
5 *Ad probandum quod non releuet quis non admittendus.*
Defenſio quo caſu hic dicatur eſſe replicatio, & quo tempore proponi, & probari poſſit.
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 7.*
Non creditur offerenti preces, niſi probet eas.
Turpitudo ſua à quoquã non alleganda, & num. 3. 4. 5. & quando ibid. & quando non punitur, num. 8. uide nu. 9.
8 *Additio gloſſarum.*
Ex crimine in modum exceptionis propoſito quis non punitur, & ratio.
Excipiens fateri non uidetur.
Exceptione probata non imponitur pœna ordinaria.
9 *In turpitudinis pari cauſa quando ſit potior excipientis cauſa.*

CAPVT VIII.

1 CVm ſuper. Caſus. Recepto † in canonicum tenetur capitulum
prouidere, quàm cito ſe facultas
obtulerit, & primo ponit rationem diffinitionis,
& allegationem contra illam, & duas reſpõſiones
ad eam, ſecundo diffinit ex ratione concludẽs
in ſententiando [*Et infra*] quidam[1] dicunt hæc decidi,
ꝙ canonici Tridonenſes diffamabant ſtatum illius, dicentes
eum contra concilium receptum, unde agit
a contra illos condictio, ex. l. diffamari,[a] quo caſu iuſta
eſt ſententia, quæ ſequitur, qua repellũtur ab eius perturbatione,
& præcipitur, ꝙ cum ſe facultas obtulerit,
præbendam conferant, & ſic ceſſet obiectio, ꝙ libellus
fuerit incertus, & de futuro, de libel. obla. c. 2.
& quòd ſententia fuit incerta, contra id. C. de ſen. quę
ſine certa quantitate, per totum, & de futuro, contra
id ff. de uſur. l. 1. §. 1. Alij dicunt, ꝙ clericus iſte non
agebat, ſed canonici contra clericum, dicentes ꝙ ca-

nonicatum

nonicatum ſine peccato tenere non poterat, & quia
defecerunt in probatione, imponitur eis ſilētium, &
mandatur, ꝙ prębendam illi dent, cum ſe facultas ob
tulerit, & hoc ſecundum mādatum adiicitur ex offi-
cio, nō ex vi petitionis, ſed quia ſic eſt de iure, de præ-
2 ben. dilectus. Dicit † Inn. cōtineri in regiſtro ꝙ cano-
nicus petebat à capitulo præbendam uacātem. ſed in
petitione ſua ſuccubuit, quia præbenda illa non ſibi,
ſed alij debebatur, papa tamen conſiderans, ꝙ de iu-
re debebatur ſibi alia, dedit hanc ſententiam, quam al-
teri non licuiſſet dare, cum hoc actum non eſſet nec
agi potuiſſet. Docemur tamen, ꝙ ſi receptus in cano-
nicum petit ſibi præbendam aſsignari, cum ſe facul-
tas obtulerit, ſentētia ꝑ eo lata ualebit, & in hoc pro-
derit, vt non patiatur controuerſiam de canonicis, ut
habeat primam vacantem, niſi aperte pateat proba-
tionibus, vel facti euidentia, ꝙ alij debeatur, uel ꝙ nō
obtulerit ſe facultas, de pręben. relatum, & c. dilectus.
3 1. & 2. Quāuis † & a principio cogi poſſet actor ad ma
iorem expreſsionem faciendam, ex quo tamen rece
ptus eſt, ualebit ſententia ſic prolata. C. de ſenten. quæ
ſine certa quantita. l. 2. ſm Inn. Sed Hoſt. dicit, ꝙ hęc
eſt ueritas, ꝙ etiam ab initio recipiendus eſt libellus
talis de neceſsitate: q̃a forma reſcripti, ex qua neceſſe
eſt libellum elici, hoc habet, quod patet ex eo, quod
legitur, & notatur ſupra de reſcriptis, conſtitutus, &
ſm illud formanda eſt ſentētia, de ordi. cog. c. 2. & ſic
ex forma reſcripti libellus, & ſentētia exculantur. Cū
enim reſcriptum incertā, & futuram præbendā impe
tranti cōcedit, ſi peteret aliam, plus petere diceretur,
ex quo alia nō deberetur, ut patet de plus peti. c. vno.
ſic ſm naturam obligationis formandus eſt libellus;
de hoc de emp. & uendi. c. penult. de ſepulturis, in no-
ſtra, ſm Hoſt. [*Conſtet*] ex confeſsione canonicorum,
qui confitebantur illum recepiſſe: ſed dicebant, ꝙ cō
tra concilium, quod iſte replicando negabat, addens,
ꝙ ſi uerum eſſet, illi non debebant audiri ſuam turpi
tudinem allegantes. Et caueat formans libellum, ne
in illo ſuam turpitudinem fateatur, puta dicēdo ſe re-
ceptum ad uacaturā, nam perditur cauſa propter ine
ptam petitionem, & eſt melior conditio rei. ſ. de iudi
ciis, examinata. J. de regulis iuris, in pari, li. 6. Verū eſt
tamen, ꝙ hæc cautela licet ualeat in foro contentio-
ſo, in ſpirituali nil, uel parum ualet, in quo renūciare
tenetur, qui ſcit ingreſſum ſuum vitioſum, de præſcr.
c. fin. de præbē dilecto, ad finem, de ſimo. Matthæus.
4 ¶ Quid ſi canonici † prępoſitum vnius eccleſię elege
runt in ſuum decanum, ſcientes, quod talis vtrumq;
nititur retinere, & in hoc conſentiunt: poſtea pęnitēt
ipſum de hoc accuſando, uel cōtra ipſum agendo? Vi
dentur non audiendi, arg. de clericis coniug. diuerſis,
& iura, quæ poſt illam hic allegat gl. Ecōtra iura, quæ
alleg. ibi gl. in contrarium. Dicit Hoſt. ꝙ ad minus in
modum denunciationis admittentur ratione pecca-
ti, de iureiurando, quemadmodum, ad finem, de de-
ſpon. impuberum, ad diſſoluendum. 35. q. 6. conſan-
guinei, præmiſſa trina monitione, de accuſationibus,
qualiter, uel dic ſecundum eum, ut notatur de præbē
dis, cum non ignores [*Aduerſa*] capituli ſcilicet, con-
5 tra quod agebas [*Poſſe*] & ſic nec † videbantur admit
tendi ad hoc probandum, cum probatum non rele-
uet, de officio delegati, cum contingat, de elect. cum
Vinton. ſecundum Hoſt. Dicebat Inn. ꝙ hæc replica-
tio, ſcilicet non poteſtis contra me excipere, ꝙ nō te
nuit promiſsio vacaturæ, cum uos ipſi promiſeritis,
potius dicitur defenſio, vel allegatio, q̃ exceptio, uel
replicatio: quare uidetur poſſe proponi ante, & poſt
litis conteſt. ſicut, & poteſt tunc de iure allegari. ſi ta-
men non conſtet de facto, licet proponi poſſit poſt li
tem conteſtatam præmiſſa replicatio: tamē receptio-
ne teſtium facta ſuper ea teſtes introducere non pōt,
Inn. Hoſt. ponebat ſic gl. licet proponi poſſit poſt li-
tem conteſt. non tamen probari, ſecūdum Inn. Dice-
bat Egid. ꝙ litera uidetur contraria, cum præcedens
innuat illos admiſſos ad probandum. iſta verò innuit
illos admitti non debere, & reſpondet, ꝙ in optione
iudicis eſt, ſi ex officio vult admittere, ne ꝑ ſurreptio-
nem, &c. de electione, cum dilecti, de re iudicata, cū
olim. alleg. ſimi. de præben. cum ſecundum, de ætate,
6 & qualitate, accepimus. ¶ Tertia † gl. coadiuuat tex-
tum per tres rationes, contra primas duas alleg. duo
iura. contra tertiam tria, demum obiicit, & ſoluit du-
7 pliciter. ¶ Vltima gl. obiicit, & ſoluit. ¶ *In † gl. 2. ibi, cum
precibus*] non creditur preces offerenti, niſi probet il-
las [*& ibi. l. 3.*] uide de teſtibus, præſentium, ſuper pri
ma gl. ¶ *In 4. gl. ibi, ſi duo*] uide hanc, & ſe. in præ. decre.
pe. de adul. ſuper ultima gl. [*& ibi, poſt mortem*] uide de
præſum. tertio, ſuper gl. 2. [*& ibi, Per fundum*] uide de
ſen. excō. officij, ſuper prima gl. [*& ibi, Turpitudinis*] ut
8 ſi detur pecunia ut male iudicetur, ut ibi. ¶ *In † gl. 2. in
fi.*] dic ꝙ ſi ſimpliciter in modū exceptionis hoc pro-
ponebant, non puniuntur: tum quia excipiens nō fa
tetur, de reg. iur. exceptionem, li. 6. tum quia propter
exceptionem probatam nō imponitur pœna ordina-
ria, de ordi. cogni. c. 2. ¶ *In gl. 3. ibi, diuerſis*] ubi de hoc
[*& ibi, pænitentes*] ubi de hoc, & ſup. de elec. noſti [*&
9 ibi, ſolutio*] ſecundum Io. [*& ibi, Conditio*] nec † obſtat
de diuor. ſignificaſti, de adulte. intelleximus. ibi enim
datur agenti replicatio cōtra exceptionem in fauorē
matrimonij, uel ibi datur replicatio circa diuerſa deli
cta. ſed circa idem delictū non daretur replicatio con
tra exceptionem doli. ff. de doli exce. apud. §. Marcel-
lus. Gof. ¶ *In gl. ult. in fi.*] magiſter meus dicebat, ꝙ hic
nō erāt quotidianę diſtributiones. Abb. uide qđ poſt
Inn. dixi de conſti. cum. M. ſuper gl. hic poteſt.

ANNOTATIONES.

a ¶ L. diffamari. Vide Inn. de off. or. conquerente, & uide Dy. in c. in dultum, de reg. iur. lib. 6. & Bar. in l. mancipiorum, ff. de optio. lega. & in l. Titia. ff. acc. & infra, qui fil. ſint legit. cauſam, in gloſſ. Io. And. quæ incip. ad eccleſiam, uer. & nn. quod, & Cy. & moder. maxime Bal. & Sali. in præalleg. l. diffamari.

SVMMARIVM.

1 *Præbenda ipſo uacat iure, ſi recipiat quis in eadem eccleſia dignitatem uel ſecundæ præbendæ receptionem. nu. 2. & quando, nu. 4. 5. 6. 7. & 11.*
Diuiſio conſtitutionis.
Vltimum quod eſt aliquando ponitur, ut antecedentia ſubaudiantur. ut hic ad uer. inueſtire.
Inueſtire, pro inducere in poſſeſsionem.
3 *Diſpenſare non poteſt epiſcopus in habendis pluribus præbendis in eadem eccleſia. & num. 6. & nu. 11. diſtinct.*
Electionem, uel collationem cuius, & quæ confirmatio non impediat, ſiue poſſeſſio, & nu. 7. 8.
Litigij cauſam uelle dare per ſuas literas papa non præſumitur.
Poſſeſſionē auocare à poſſeſſore uelle tamē ꝑſumitur, & quo caſu.
Præbendæ duæ diſtinctæ in una eccleſia non poſſunt uniri in una perſona, nec una diuidi.
4 *Vacare prior prębenda per ſecundam quādo dicatur, & nu. 5. 6. 7.*
Abiudicari, pro auferri, & quo caſu nō oporteat abiudicari. nu. 5.
6 *Crimina non ſunt palpanda, ne incurata ſeruentur.*
Dominium perditur hic facilius, quàm poſſeſſio, licet regulariter contra.
7 *Vacatio præbendæ quibus modis contingat, quæ non deficiente collatio, uel alia prouiſio quando prohibeatur, & nu. 8.*
Collator quando ad conſimile beneficium teneatur amittenti primum.
Factum quando aliquid iuris habeat, quādo non, & purum ſit, & impediat collationem, uel impetrationem. uer. aliquando uerò.

Deſcratio

Detentatio quæ dicatur, ibid.
Poſſeſſio colorata, quæ ibid. & nu. 8.
Pro iudicis facto præſumendum ſemper, ibid.
8 *Conferre pro de facto aſſignare.*
9 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 10.*
Primum dimittere quis uidetur per tranſitum ad ſecũdum ex ſuffragio.
11 *Additio gloſſarum.*

CAPVT IX.

1 Iteras. Caſus. Si is † qui habet præben
dam, in eadem eccleſia dignita
tem recipiat, uacat ipſo iure præbenda, &
ſunt duæ principales partes, cõſultatio ſci
licet, & reſponſio. ſecunda ibi, cum igitur. Prima facit
quatuor. primò ponit formam mãdati pro actore di-
recti. ſecũda ibi, de facto, allegationem actoris. tertia
ibi, ſed præpoſitus, defenſionem rei, quarta ibi, unde
cum, elicit dubia ex prædictis, vnde dicebat Hoſt. re-
ſcripti ad prouidendum impetratio, impetrantis intẽ
tio, intentionis eliſio, iudicum dubitatio, & triplicis
quæſtionis conſultatio, tertiæ quæſtionis determina-
tio [*Accepimus*] ſcilicet continentes [*Conſilij*] ſcilicet.
c. 2. [*Inueſtire*] ideſt prius conferre, & poſtea in poſſeſ-
ſionem inducere, ſic ſup. eo. propoſuit, de præbẽ. pro
illorum [*Propoſitum*] ad fundandam intẽtionem im-
petrantis [*Præpoſitus*] nunc [*Canonicum*] ſine perſona-
2 tu. Goff. [*Electus*] unde † uacauerat prima præbenda
per receptionem ſecundæ in eccleſia maiori, vel ſal-
tem per receptionem prępoſituræ: quia non poterat
habere præbendam annexam præpoſituræ, & præbẽ
dam antiquam in vna, & eadem eccleſia, ſecundum
Inn. & ex hoc inſurgit prima quæſtio, an adepta ſecũ-
da præbenda uacet prima, ſecundum Hoſt. [*Poſtmo-
dum*] ideſt poſt adeptum canonicatũ maioris eccleſię
[*Ipſa eccleſia*] ſcilicet Viſcardi [*Habebat*] & tot tempo-
ra poſtea lapſa erant, ꝙ omnes medij collatores. j. pa-
pam conferendi perdiderunt poteſtatem, & ſic ſequi
tur concluſio pro impetrante [*Generali*] ergo non al-
legauit ſpecialem conſuetudi. eccleſiæ, uel dic, ꝙ non
probauit, quod patet ex conſultatione, ubi hoc iudi-
ces omiſerunt. Alij diſtinguũt, an ſit principalis digni
tas eccleſię, vel non, ut primo caſu non poſſit: ſecũdo
poſſit, ſed hæc reprobatur, de præbẽ. cũ in eccleſia, li.
6. [*Archiepiſcopus*] ad quã pertinebat inſtitutio utriuſ-
3 que, & dicit Inn. hoc euidenter † colligi, epiſcopum
diſpenſare non poſſe in pluribus prębendis habendis
in eadem eccleſia [*Canonicorum*] minoris eccleſiæ. Vin.
maioris eccleſiæ. T. Phi. [*Confirmauit*] ſine iuſta cauſa
diſpenſationem requirente, nec annectendo, ne ſine
contra quæ. j. no. Hoſt. & dicit Inn. ꝙ hæc cõfirmatio
non impedit, quin ordinarius, ad quem de iure perti-
net, poſſit conferre præbendam, nec ob. quod ſequi-
tur: quia loquitur in delegato papæ, qui non põt pro-
uidere, niſi prius cogat poſſeſſorẽ ad reſignationẽ. Et
ſit ratio diuerſitatis: quia plus eſt reſtringẽda poteſtas
extraordinaria, q̃ ordinaria, ad hoc de app. vt debitus,
& ideò delegatus nõ põt, quod poteſt ordinarius, de
pręben. de multa, ner. is quoque. nec ob. s. eo. quia, ibi
enim dicitur, ꝙ ordinarius non poſſit eligere prius, q̃
poſſeſſor renũciet, ſed quod cogẽdus eſt renunciare,
Inn. dicũt quidam, ſi papa præbẽdam, quã alius poſſi
det, conferret, hoc ignorans, nõ teneret collatio, ar. j.
de priui. dudum. ff. de natali. reſtit. l. 2. nec eſt præſumẽ
dum, ꝙ papa per ſuas literas aliquibus dare velit cau-
ſam litigij, de reſcriptis, nonnulli. ſed bene eſt præſum
ptio, ꝙ intendat dare eccleſiã impetrãti auocata poſ-
ſeſſione à poſſeſſore. In ordinario uerò præſumitur,
ꝙ uelit ius ſuum defendere, de ſeu. c. 2. ff. ſi quis ius di.
non ob. l. 1. nec cõtradicit. ff. quod cũ ſal. tu. l. 1. §. fi. &
quod no. de elec. nihil: quia ibi loquitur de confirma
tione nõ reprobata à iure, hic de cõfirmatione de iu-
re impoſſibili, & nulla, ar. de exeu. tu. qui teſtamẽto.
ex quo. n. diſtinctæ ſunt præbendæ in aliqua eccleſia,
nõ poſſunt uniri duæ in unam perſonã, nec una diui-
a di inter duas, de præb. tuæ. 89. diſ. ſingula.[a] ſecundum
Inn. [*Vtrum*] prima q. [*Ad aliam*] ſicut hic, de præbẽ.
ſcilicet Viſcardi. ad præb. maioris eccleſiæ [*Vacare*]
remit. Inn. ad no. de elec. dudũ. 2. de præb. cum iam du
4 dum, de cleri. nõ reſi. c. fi. [*Incipiat*] dici † poteſt, ꝙ nõ,
donec ſit adeptus, corporalem poſſeſſionẽ, nec tunc,
ſi ſecundam recipiat nõ tanq̃ titulum, ſed ad ſuſtenta
tionem ſuam, & de uoluntate, & auctoritate utriuſq;
diœceſani ſecum ex cauſa diſpẽſantis etiam ob præro
gatiuam meritorum ſm Hoſt. [*An per*] 2. q. [*Abdica-
ri*] ideſt auferri. Goff. & dic ꝙ ſic, ſi ſine licentia tranſi
uit, & contra uoluntatẽ primi prælati illã retinere cõ
b tendit.[b] [*An propter*] 3. q. [*Non uacare*] uirtute cõfirma
tionis hoc operante, & dicas, ꝙ uacat de iure, licet nõ
de facto, ut ſequitur, nam ſm Inn. non poteſt epiſco-
pus hoc caſu diſpenſare, ut hic innuitur [*Præbenda*] ſci
5 licet Viſcardi, & intelligit Inno. hoc uerum † in præ-
bendis eiuſdẽ eccleſiæ: ſecus, ſi diuerſarum, in quibus
põt unus plures præbẽdas habere ſecundũ eũ, & quæ
dam de hac materia hic no. per Hoſt. poſul. s. de præ-
ben. cum iam dudum, ibi uideas [*De iure*] dicit Hoſt. ꝙ
hic ſatis dici poteſt omnem quęſtionem fuiſſe ſolutã
prima ſcilicet per uerbum, vacare, ut ſcilicet uacaue-
rit per receptionem ſecundæ. ſecũda per hoc uerbũ,
de iure. nã ex quo de iure uacat, non eſt neceſſe illam
per ſentẽtiã abdicari. Iterum per idem verbum ſolui-
tur tertia: quia ex quo de iure uacat. patet ꝙ non pro-
fuit confirmatio, & ibi, ſine difficultate, & ibi, quã cũ
6 de facto [*Vacare*] no. hic Gof. ꝙ † ſicut per receptionẽ
ſecundi curati, uel perſonatus vacat primũ, ita per re-
ceptionem ſecundæ prębendæ uacat prima, & hoc ſi
habeantur in titulum, non ut ſtipendium, & dixit in
pluralitate præbendarũ diſpenſari nõ poſſe ſiue in di-
uerſis epiſcopatibus. 70. diſt. ſanctorũ. ſiue in eodẽ. &
diuerſis eccleſiis. ſup. de præb. eũ non ignores, ſiue in
eadẽ eccleſia, ut hic, & reprehendit. T. qui dixerat cõ-
trariũ, dicens, ꝙ crimina nõ ſunt palpanda, ne incura-
ta ſeruentur. l. diſt. ſi quis diaconus, & Goff. ſequitur
Pe. de ſamp. dicens hoc hic expreſſum [*Noſcatur*] hic
7 facilius † perditur dominiũ, q̃ poſſeſſio. nam recipiẽ-
do alium locum perdit dominium, & poſſeſſionẽ re
tinet, regulariter difficilius perditur. ff. de acqui. poſ. ſi
quis, Vin. Io. [*Cogatis*] per excõmunicationem, & ſub
tractionem aliorum beneficiorũ. ſup. eo. quia. Phi. &
Hoſt. [*quam cum de facto*] no. de præb. quãdoq; uacat de
iure, & de facto, & tũc eſt conferenda, & perſonæ ido
neæ, ſup. ti. 1. c. 2. de præb. ſup. & c. graue. aliquãdo de
facto, & non de iure, ut cum quis ſpoliatus eſt benefi-
cio. ſup. de his, quæ ui me. ne eã. fi. ad audientiam, &
c. Abbas. aliquãdo nec de facto, nec de iure, quod nõ
eget exẽplo, & in his duobus caſibus cõferri prohibe
tur adeò, ꝙ qui ſciẽter recipit, hoc ipſo compellẽdus
eſt. ſup. eo. c. 1. Si uerò ignorãter, tenetur cõferens ad
cõſimile beneficium, ſecundũ diſtinctionẽ, quã feci.
ſup. de pręb. inter cętera. aliquãdo uero uacat de iure,
& nõ de facto, ſed factum aliquid iuris habet, & ideo
prohibetur conferri, quouſq; renunciatũ ſit, vt hic, &
ſup. eodem, eũ noſtris, ſed & ſi uacat de iure & de fa-
cto, ꝙ nihil iuris habet, non obſtante detentatione fa
cti conferri poteſt, ſup. eodem propoſuit, & de præbẽ
dis, de multa. ergo purũ factũ, quod in ſola detẽtatio-
ne cõſiſtit, collationem nõ impedit, nec impetratio
nem. factum verò, quod aliquid iuris habet, utrumq;
impedit, ſic poteſt intelligi ſine calumnia, quod hic
dicitur,

g dicitur,& ſup. codē,cum noſtris,[e] §. auditor.ibi,quia
talis poſſeſſio, & c. vt ibi notaui, & hoc magis placet,
q̄ ſolutio ſequens. Dicitur autem factum purū,& ni-
hil iuris habere,quādo nullum iuris colorem habet,
illud uerò dicitur aliquid iuris habere,quando habet
auctoritatē iudicis, uel aliū colorem iuris, puta quia
poſſeſſor cauſam habet ab illis,qui & ſi iniuſtè eligāt
ad præbendam , vel ipſam conferant , habent tamen
poteſtatē eligendi uel cōferendi, ut patet in eo,quod
no,ſup.eo. poſt electionem,rū. t.ſuper uerbo. perſo-
næ idoneæ,& c.propoſuit.§. ſi ſuper, uer.intelligeba-
tur.& J.ii. 1.illa.in fi.&.ȷ̄.de elec. auditis,& eſt rō,qua-
re in poſſeſſione colorata aliud ſit tenēdum,q̄ in nu-
da detentatione facit tantùm: quia ſi poſſeſſor habet
cauſam à iudice, vel ab aliquo colore iuris,factū iudi
cis tuetur prętor.ff. quod cum fal.tu.l. 1.§.1.& 2.pro
quo ſemper eſt præſumendū , vt patet in eo, quod le.
& no.ſup.de renun.in præſentia.§.1.& qui peccat,nō
peccat iuris auctoritate 23.q.4.q peccat,& iuſtè poſſi
det & c.ff.de aeq.poſ.iuſte,ideo probabiliter credi de-
bet, ꝙ talis poſſeſſor uel ex indulgentia ſe.apo.quam
oſtendit electoribus, uel conferentibus ante,q̄ eū eli
gerēt,vel ei cōferrēt, vel aliquo alio iure iuſtam cām
habeat,de qua ēt inquirendum eſt, & niſi reperiaſ iu-
ſta,caſſandus eſt per reſignationē,uel ſentētiam colla
tionis , & proceſſus anteq̄ beneficiū cōferatur, ut hic
patet,& ſup.eo.cū noſtris.§.fin.& c.propoſuit.§.fi.uel
dic,ꝙ quāuis poſſeſſio facti obſtet illi,q taliter impe-
trauit,vt hic,& ſup. eo. cum noſtris:non tamē illi,cui
is,ad quē pertinebat,ipſam cōtulit,vt ſup.de præb.ue-
nerabilis,in fi.& c.de multa, & not.ſup. eo.cū noſtris,
& probatur euidenter.] ii. 1.illa.quod dic,ut ibi no.&
in præcedentibus,& adde,quod no.in gl.ſeq.[*Confer-*
g *re*]ideſt de facto † aſſignare.nam & ante poterant illi
executores præbendā iſtā de iure uacantem cōferre,
vt no.ſup.de præb.de multa.§.is quoque,& uide,ſup.
eo.quia,in gl. præbendas,uel dic,ꝙ ibi loquitur de ri-
gore iuris:hic autē de honeſtate, vel dic, ꝙ ordinario
hoc licet , ut ibi.delegatus aūt non pōt conferre præ-
bēdam ,quā alius poſſidet, niſi hoc in reſcripto apo-
ſtolico cōtineatur expreſſe,ut hic,& ſup.eo.cum no-
ſtris,melius.ſup.de præb. extirpandæ.§.alioquin plus
tamen placet Inn. ꝙ ideò tale beneficiū dicitur uaca-
re de iure:quia in veritate ille , qui tenet in beneficiū,
jus nō habet.ut no.ſup. de elec. cū dilecti. de facto ta-
men eſt prçlatus , vel canonicus : quia eius electio eſt
confirmata,uel ei collatū eſt beneficiū per eū,ad quē
ſpectat,& ideo tenet, quod cū eo agitur nomine præ
bendæ,quam poſſidet,uel etiā dignitatis.ar.ff.de offi.
præt.Barbarius.ſup.de ele.nihil eſt.§.pe.ubi de hoc &
quia talis poſſeſſor iuſte poſſidet,cū prætorem aucto
rem habeat, neceſſaria eſt amotio ſententialis, & etiā
de facto ante,q̄ conferatur,ut hic.Si autem per talem
eſſet prouiſum , uel cōfirmatio facta,qui poteſtatem
non haberet,tunc non impediretur electio,vel proui
ſio eorum,ad quos ſpectat,& ſi prouiſus,uel cōfirma
tus poſſideret de facto.ſup de ſup. negli.prel.c.fi.Nec
ob.ſup.eo.quia diuerſitatē.§ 1. quia capitulū Ebora-
cen,de cuius proceſſu ibi agitur. bene habet poteſta-
tem dandi poſſeſſionē præbendarū, & non archiepi-
ſcopus.ſup.eod,poſt electionem.rū.j. Et ideo ille,qui
poſſeſſionem hēbat à decano,& capitulo Eboracen.
iuſte poſſidebat, nec dēt mitti alius in poſſeſſionē eā
dē , niſi prius reſignaſſet , quāuis eligi poſſit ſm Inn.
cuius eſt tota gl. Tu uero dic, ut no.ſup. eo.in præce.
gl.& c.cū noſtris §.auditor,ſuper gl.ſecūda, & de præ
bē.de multa.§.is quoq;.ſm Hoſt.[*Careat*] auctoritate
huius mandati, & ſic non ob.c. cū noſtris, & inde eſt
ſm Abb.ꝙ ibi monēt ſolū collationē fieri,hic conſe-
9 ſūt.¶ Vlti. † gl. rūdet per q̄ōnem, an epiſcopus poſſit

eidē cōfirmare, uel diſpenſare plura beneficia in una,
vel diuerſis eccleſiis,all.ꝙ nō,ſubdit,illud verū in pro
hibitis per decre. de multa,uel in beneficiis eiuſdē ec-
cleſiæ, alle.duo cōtraria, & remittit, demū tenet ēt in
10 una diſpēſari poſſe ex cā ¶ *In † ult.gl.ibi ſi ex conuentione*]
vide de re iud.quod ad cōſultationē,in ult.gl.[*& ibi.l.*
ult.in fi.]patron⁹,ſi aliā ſibi deſpōſauit, uel deſtinauit,
eū concubinā ſibi adhibet, hoc ipſo uidetur diuerte-
re à liberta.[*& ibi,municipes. 2.*]uide de fo.cōpe.ex par-
te.in 3.gl.& inf.c.pe.in gl.2.[*& ibi.ſi mulier*]ſi uxor,quę
nomina ſęneraticia debitorum ultra dotem parafre-
naliū loco dedit adminiſtrāda marito, ab illo pro his
cautionem exegit,erit illa cōtēta:alias lex ſibi dat hy-
pothecam in bonis mariti,ex quo pecunias exegerit
[*& ibi,quoties*] uide de præb. de multa,in fi.ult.gl.[*&*
ibi.§ ſciendum] uide de cleri. non reſi. cum dilectus , in
11 gl.2.¶ *In gl.hac conſuetudo,in fi gl.*] Tan. & idē Io. Vin.&
Phi.dic ut.J.de cōſue.c.1.lib.6 ¶ *In gl.ult. ibi, colligitur*]
hoc placet Inn.ut in tex.dixi[*& ibi,quoties*] non eſt ſic
iuri inimicū habere duas actiones ex eadem re , ſicut
habere duas præbendas in eadem eccleſia,quę nō ſic
effectiuè recidunt in unā,ſicut actiones,& in.§.ſcien-
dum,qui ſequitur, mulier habet dotē, & legatū:quia
maritus hoc voluit:quia in his nulla abſurditas:ſed in
caſu decre.ſecus,ut ſtatim dicā[*& ibi,diſpenſare*] Io.cō
tradicēs circa uotū ipſo facto diſpēſari. 51. diſt. qui in
d aliquo,& 54.diſt. ſi ſeruus,[d] in 1.glo. 16. q.1. eccleſia,
cum Ber.Inno.de fil.presby. ueniens, Vin. & Goff. de
e ſciſma. fraternitati , ubi ſatis[e] dicam de hoc [*& in fi.*]
ſm Vin. ad hoc.J. de conſue.c.1.lib.6. à contrario , ut
ibi no.in glo.ergo videtur.Item ſi in diuerſis eccleſiis
diſpenſare poſſunt , ergo & in una in diuerſis officiis:
ſed in duabus canonicis eiuſdem eccleſię bene credo
epiſopum diſpenſare non poſſe,quo caſu poteſt intel
ligi opinio Innocentij , & bene facit clemen. de præ-
ben. ſi iuſta, & quod ibi not. in ulti. glo. Et ſi quæras
diuerſitatis rationem, reſpondeo , ſi per diſpenſatio-
nem epiſcopi ſum canonicus trium eccleſiarum , ſem-
per in ipſis eſt inuenire numerum completum,unde
ſi quælibet illarum habet numerum duodenarium ,
in qualibet illarum ero duodecimus canonicus, con
ſiliarius,& defenſor. Item ſi in una eccleſia ſint.12.ca-
nonici , & extra numerum ſint perſonatus , uel offi-
cia perpetua,ſi perſonatum habeo cum canonia, nu-
merus non infringitur, & nunc canonicatui , nunc
perſonatui potero deſeruire.Sed ſi mihi canonico de
tur alia canonia , aut eccleſia non habet numerum ,
aut habet,primo caſu non procedit: quia iterano illa
fieret ſolum ad uocem,ſicut cum ſecundò manumit
titur manumiſſus : baptizatur baptizatus : ordinatur
ad eundem ordinem ordinatus. C. de manu. uin. l.2.
68.diſt.§. quod ergo , & quod ibi not. Secundo caſu
cum habet numerum, per diſpenſationem numerus
frangeretur, unde ſi ſunt. 12. & ego habeo duas, non
ſunt niſi 11. & ſi cum aliis. 5. diſpenſaretur , eſſemus.
6.tātum ,patens ſit ergo ratio fractionis numeri. Item
ſubtrahitur eccleſiæ alterius cōſilium , & ſubſidium,
ad quod ego iam ex prima canonia tenebar , ita , ꝙ
per ſecundam nil additur, unitas igitur eccleſiæ,& of-
ficiorum prohibeat,quod diuerſitas eccleſiarum,vel
officiorum permittit,& per hoc non ob.ꝙ plus ſit ha
bere dignitatem,& canoniam, quàm duas canonias
ad quod reſponde per ea,quæ no. & dixi,de tranſla.c.
ſi.ſuper glo.penul. & in clemen. prædicta.

ANNOTATIONES.

a ¶Singula. Vide Io.And.ſup.eod.poſt electionem,in gloſſ.deuol-
uitur.

b ¶Contendit.Vide Io.And.in c.cum iam dudum, de præbendis,in
glo.mag.uerſi,nec obſtat,de cleri. peregri. c.1.

Cum

c ¶Cum noſtris.Vbi uide Io.And.in glo poſt multa,uerſicu.colorata, &c.& infra glo.proxima.
d ¶Si ſeruus.Vide de cleri.coniuga.diuerſis, & quod ibi no.
e ¶Satis dicam.Et uide in c.1.de ætate, & quali.lib.6. in glo.

S V M M A R I V M.

1 *Concilium Lateranenſe non habet locum, ubi nō ſunt diſtinctæ præbendæ,nec certus canonicorum numerus.*
2 *Archiepiſcopus an dicatur negligens, ſi non dicatur ignoraſſe ius ad ſe conferendi deuolutum.*
Non habet poteſtatem regularem in ſuffraganeos.
Viſitare poteſt annuatim prouinciam ſuam.
Teſtes ſynodales habere debet, & ubi.
Ignorantia quando uideatur excuſanda.
Circunſtantia rei & perſonarum penſanda, in fine.
3 *Ordinare, pro ordinare conferendo.*
Capitulum pro maiori parte capituli.
Totum pro maiori parte.
Ratificari non poteſt quod eſt nullum.
4 *Negligentiam canonicorum quando poſſit epiſcopus ſupplere.*
Sententia quæ non ualeat ex adducta ratione in ea.
Cauſam in ſententia exprimere periculoſum.
5 *In electionibus canonicorum nunquid ſit forma ſeruanda.*
6 *Conſuetudinem non tantum operari,quantum ſtatutum, & in quo hic.*
Numerus canonicorum non intelligitur ex conſuetudine ſtatutus.
Fructus beneficiorum ſuorum an poſſit in abſentia clericus percipere ex conſuetudine.
In uectigalibus omnibus ſpectari ſolet conſuetudo.
7 *Vltra numerum canonicus non recipiendus, ſi ſolitæ canonicorum portiones diminuantur.*
Canonicus item non recipiendus, niſi iuret reſidentiam.
Haberi quem mandatur pro canonico,cuius receptio fuit nulla.
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num.9.*
Rationem,qua mouetur,allegare poteſt iudex,iuncta glo.
10 *Additio gloſſarum, & num.ſequen.*
Romanæ eccleſiæ ius abſque mandato an queat defendere.
Fiſci defenſores poſt quadriennium non admittuntur.
Defendere etiam ſub pœna tenetur quis eccleſiam,etiam ſine mandato cæterorum,& poteſt etiam nolente capitulo.
11 *Gratia facienda non eſt abſque cauſa.*
De capitulo unus contra reſcriptum apoſtolicum ſe poteſt opponere, quando non ſuppetunt facultates, & ſup. num.10.
Mendicitas miniſtrorum eſt eccleſiæ uituperoſa.
Numero clericorum honoratur eccleſia.

C A P V T X.

1 EX parte. Caſus. Lateran.concilium †locũ nõ hẽt.ubi non ſunt diſtinctæ p̄bẽdę,nec certus canonicorum numerus. & ps prima ponit facti narrationẽ.ſecũda partiũ cõfeſsionẽ,tertia ſñiam, quarta gratiã.ſecũda ibi,Tãdẽ.tertia ibi,nos igit.quarta ibi,Quia uerò[*Quatuor*]& ſic ad papã ſpectare uidebat ipſarũ collatio; de hoc.j. dicã[*Vacauiſſent*]ut qdã credebant [*Quoſdam clericos*]ſ.tit.1.c.2.Hoſt.[*Credens*]q a ſolũ capitulũ habebat cõferre,male tamẽ credebat ſm Inn. cũ nõ eſſent ibi diſtinctæ p̄bẽdæ,nec certus canonicorũ numerus,ut ſequit[*Mediolanenſem*]ſuũ metropolitanũ
2 [*Recurrerunt*]quaſi†archiep̄s hoc ignorare potuerit, & ſic nõ fluxerit tempus cõ'ra ipſum, de ſupplen. negli. p̄latorũ,licet. nec habet regularẽ p̄tãtẽ in ſubditos ſuffraganeorũ,ſ.de of.ordi.paſto. unde non imputatur, ſi nõ inq ſiuit, nec cõuenit alterius regni arcana ſcrutati.C.de cõmer.& mer.l.4.in ptin.ſed ꝫ:q a annuatim uiſitare põt,j.de cenſi.ſopitæ imputet ergo ſibi, ſi nõ inquiſiuit,uel uiſitauit,ff.ad Macedo.l.pen.37.di.§. fi. Itẽ dẽt ſynodales teſtes p dioec.cõſtituere,q talia referãt.inf.de accu.ſicut olim. & ſic uidet affectator ignorantiæ,qđ æquiparamus ſciẽtiæ. de clan. deſpon.c.fi. de temp.ordi.cos qui.lib.6. ſatis facit. cle.co.titu.cũ ei quẽ,in fi. Itẽ quia in his. q̃ q s ſcire tenet &c. ut no. de re.iu.præſumitur.nec hoc ſoluitur,ſed alia rõne factũ reprobat.Sol. bonus iudex hoc terminabit cõſiderata bñficii qualitate & modo uacationis, & locorũ remotione,& fama.ff.de uſur. l.mora. & ſm hoc impetranti lr̃as à papa ſm formã. ſ.c. proxi. opponi põt p archiep̄m.arg.ſ.de offi.dele.ſuper eo,Hoſt.[*Eoſdem*]ſ.
3 per ep̄m inſtitutos[*Ordinauit*]non†elegit. ſed contulit, & ſic cõferendo ordinauit.ſic,inf.de cleri.excõ. miniſtran.p̄poſuit[*Capitulo*]dr̃ hic capl̃m maior ps cap.ſic ſ.de ele.cũ i nterea[*Aſſenſum*]hoc parũ fuit:qa qđ nullũ erat,ratificari nõ poterat.de ele.auditis. ſm Inn.p̄fuit tñ ad grãm facilius obtinẽdã, vt ſequit ſm Hoſt. [*In hoc articulo*]cũ ſ.nõ eſſet certus numerus,nec diſtin
4 ctæ p̄bẽdæ[*Pateretur*]tũc ep̄s†ſupplere poſſet negligẽtiã canonicorũ poſt amonitionẽ,& nõ prius ſm Vin. qđ intelligit Ho.ſtatuto p eũ termino.inf. quẽ capl̃m hoc faciat, & ipſo termino elapſo facit, eo.ti. ſi caplo, lib.6.remit.ẽt,ſ.de elec. cũ eccleſia Vulterana. & alle. de cleri.excõ.mini.p̄poſuit[*Occaſione concilij*]& tñ alio iure hoc fieri potuiſſet.ut ꝓxi.dixi.p qđ no.Hoſt. hic euidẽs arg. ꝙ ſi iudex ferat ſñiam aliquã etiã iuſtã, & p ius aliqđ roboratã,& ipſe exprimit ꝙ hoc facit auctoritate alterius iuris nõ faciẽtis ad rẽ, talis ſñia non ualebit,ut hic,inf.eo.dilectus,ad fi. niſi forſan pluribꝰ iuribus inuitat,quorũ unu ſufficiat,arg.de re iudi. cũ I.& A.& vr̃ ẽt hoc exp̄ſſum,inf.q fi.ſint legi. per tuas. ubi uero nulli ſufficienti iuri innitit nõ ualet,qđ agit cũ p p̄lationẽ appatet euidẽs error,de of.dele.cũ ſu p. & tñ ſi hoc nõ exp̄ſsiſſet,uel de hoc nõ liqret.nõ ualeret ſñia.& ob hoc periculoſum eſt in ſententiis exprimere cãm,de re iudi.ſicut.ſi. de accuſ.ad petitionẽ.facit ad p̄dicta de reſcr.ſuſceptũ,lib 6.& uide qđ dixi de expreſsione falſæ cauſæ forte cũ uera,de renũ.in p̄ſentia,in glo.no.ꝙ,& pp hoc pluries in formis delegationũ factarũ per legatos in his partibus feci poni, exp̄ſſa certa forma uacationis,ꝙ cõferebant ſic, uel aliter
5 qũocũq; uacantes[*Affectus*]per hoc†arguit Inn.ꝙ in electionibꝰ canonicorũ nõ ſit ſeruãda forma,ſed ſufficiat cõſenſus;uide qđ dixi de ele. cũ inter can.ſuper gl.pen.ſecus in p̄latis ad eccleſias uiduatas,ſ.de ele.qa p p.H.uero,q tenet ꝯtrũ, ut ibi no.dicit hoc ar. hic nõ colligi,cũ affectus iſte ius nõ conferat,ſed adminiculet ſolũ gratiæ facienđe per papã.vñ,ut dicit,etiã in archiep̄atu poſſet elici idẽ arg.ex decr. bonæ.2. ad fi. de de poſtu.[*Contra ipſos*]i.ipſorũ perſonas[*Conſuetudinem*]
6 per hoc no.Egi.ꝙ† non tñ operat conſuetudo,ſicut ſtatutũ.nã ſi ſemper cõſueuerũt eẽ.10.canonici, iſtud nõ facit numerũ, niſi per ſtatutũ ſic fuerit ordinatũ. Itẽ ſm Hoſt.arguũt qdã clericũ ex cõſue. poſſe percipere fructus beneficiorũ ſuorũ in abſentia. Ad idem de conſti.cũ oẽs,de cleri.ægro c.1.ff.de decur. nõ tñ, §.nõ aliàs,ante fi.l.melius,ff.de polici.l.antepen.in fi. ff.de adminiſtra.tu.ſi ſine,§. pen. nam & ſi hoc à lege datum nõ ſit,tamẽ moribus cõpetit,ff.ad muni.l.magiſtratus.& in omnibus uectigalibus ſpectari ſolet cõſuetudo,ff.de publi.& uectiga. ſi publicanus, in fi.18. quæſt. 2. ſeruitium. Quid enim ſi hæc conditio fuiſſet appoſita ab illo, qui ab initio præbedas cõſtituit? tenere debet conſtitutio.ea.quæſt. Eleutherius, infra de cenſi.cum uenerabilis,de pręben.ſignificatum,de condi.appo.uerum. ergo ualebit etiam conſuetudo? Dicit Hoſt.ꝙ ualere poteſt in parte percipienda, ſed non in toto.oportebit ergo,quod remaneat,unde ſuſtentetur uicarius, per quem deſeruiatur: aliàs eſſet oneroſa conſuetudo,ut patet de præben.cum ſecundum;ad hoc.eo.titu.extirpandæ.1.reſponſo, & per totũ,& uide qđ ibi dixi in §.qui uero,ſup uerbo,in quo

a caſu.& ſic nõ ualet de conſuetudine[a].c.1.de re iud. cũ
7 cauſam[*Obſeruata*] hoc dicit†pro tanto ſm Abb. quia
& ſi ſufficerent facultates, ſi tamẽ diminuerentur ca-
nonicorũ ſolitæ portiones, nõ recipienſ. & no.ꝑ hoc
Pe.canonicũ per literas papę nõ recipiendũ, niſi iuret
reſidentiã, ad quã iurandã tenetur de cõſuetudine ec-
cleſiæ. ad idẽ de conſue.c.fi.lib.9.[*Pro canonicis*] nõ mã
dauit illos recipi, ſed pro canonicis haberi. & in hoc
magna eſt gratia, per quam facit ualere receptionẽ, q̃
8 fuit nulla.concor. ſ.c.proxi.¶Prima†glo.in prin.& in
fi.arguit collegium, & eccleſiam per unum defendi,
dummodo &c. arguit idem in agendo etiã ſine cau-
tione: ſed tenet contrarium. ¶Secunda glo.no.de ſup
pletione,& remittit, & 4.glo. arguit ad idem, & ſignat
contrarium. ¶Vlti.glo.no.ſecundum conſuetu. &c.
9 ¶*In†glo.1.ibi.l.2.& 3.*] uide de teſti.cum olim, ſuper gl.
2.¶[*In glo. antepen. ibi, dicitur*] quòd forte pretor poſt tem
pus actionis nõ patietur de dolo excipi [*& ibi, ſi apud*]
ſi depoſui apud ſeruum, & cum manumiſſo ago, nõ
tenet actio [*& ibi l. ult.*] uide de poſtu. præla. bonæ, ſu-
per 1.gloſſ. ¶[*In glo. pen. ibi, in eccleſiis*] uide de conſtitu.
10 c.penul. ſuper glo.2.¶[*In†glo.1. ibi, collegium*] proprie iſti
uidentur defenſores iuris Ro. eccleſiæ potius, quàm
ſuæ. & ſic uidetur, quòd ius Ro. eccleſiæ poſſit quis
ſine mandato defendere, contra de confir. uti. uel inu
ti. cum dilectæ. & ſunt iſti ſimiles his, qui defendunt
bona uacantia in fiſcum. unde poſt quadrienniũ nõ
b admittũtur, ff. de iure fiſ.l.1.§.diuus Pius[b], ſecundum
Io. Sed puto, quòd iſti ſe & eccleſiam defendebãt, ne
tenerentur illum pro canonico tractare, qui nõ eſt ca-
nonicus. dixerat etiam Phi. quòd iſti non nomine ec
cleſiæ, ſed ſuo tantum agebant, & ideò ſine mandato
fuerunt admiſſi [*& ibi, ſententiam*] imò habuerunt pro
ſe ſententiã, licet papa illis receptis poſtea fecerit gra-
tiam[*& ibi, poſſunt*] imò tenentur interdum ſub pęna.
infra de electio. generali, & de re. eccle. non alienan.
hoc conſultiſſimo, libro 6.[*& ibi, pro defenſione*] Quid
ſi capitulum nollet defendi? tunc uidetur illos nõ ad-
mittendos, ff. de procu. Pomponius, §.ult. Puto con-
tra fauorem eccleſiæ, argum. ff. de libe. cau. l.1.2.& 3.
ſed aliud in agendo, ſupra de iudi. cauſam. Goff. addit,
quod dixi de rebus eccle. non alienan. ſi quis[*& in fi-
ne*] adde, quod dixi de teſti. cum olim.¶[*In glo. 2. in fine*]
& 28. diſtin. priuſquam.¶[*In glo. 3. in fine*] de hoc uideas
infra eo. c. ulti. lib. 6. in glo. nunquid, ubi no. quod hic
no. Hoſtien. poſt Innocen. de impetrãte in tali eccle.
¶[*In glo., arg. quod, in fi.*] dic ut ibi, & ſupra de poſtula. c.3.
in 1. glo. dicit Hoſt. quod gloſſ. non procedit hic. nam
11 †quo ad partes papa iam terminauit negocium, ipſe
uerò papa ex officio uult facere gratiam extra iudi-
cium, & inducit rationes motiuas pro eo: quia ſine
cauſa non ſunt talia facienda, arg. ſupra eod. cum no-
ſtris, ad fi. cum concor. ff. de tranſa. cum hi, §. uult igi-
tur oratio.¶[*In glo. ult. ibi, cum olim*] & infra de conſuetu,
c. ulti. lib. 6.[*& ibi, reduci*] per epiſcopum, ſupra de uita
& honeſtate clerico. quoniam, ubi de hoc[*& in fine*]
unde dicebant hic Inno. & Hoſt. ꝙ contra reſcriptum
apoſtolicum in tali eccleſia impetratũ, in qua facul-
tates non ſuppetunt, unus ſolus ſe poſſet opponere:
tum quia per hoc grauaretur eccleſia, & fieret cõtra
ius, ut patet per iura all. tum q̃a uituperoſum eſſet ec-
cleſiæ, ſi miniſtri ipſius mendicarent, de renun. ad ſup
plicationẽ. 93. di. diaconi, & remit. Inn. ſ. de teſti. cum
c olim[c]. ſed ubi ſuppetunt facultates, non læditur eccle
ſia, ſed honoratur: & ideò quod fit à ma. par. cap. tatũ
habetur, de his, quæ fiunt à ma. par. capituli. c.1.

ANNOTATIONES.

a ¶Conſuetudine. Et per iſta limitantur omnes gl. quæ dicũt, cõſue tudinẽ poſſe induci, ut quis in abſentia ꝑcipiat fructus beneficii.

b ¶Diuus Pius. Et uide Cyn. & Bald. & d. Bart. de Salyc. in l.1. C. de quadrien. præſcrip.

c ¶Cum olim. Vide Io. And. de ui. & hone. cle. cle. quoniam, ſuper fi. gl. primæ. & de præſump. c. fi. ſuper glo. prima.

SVMMARIVM.

1 *Conferendi poteſtatem alteri dare primum beneficium quod uaca-
bit collator non poteſt, num. 1.*
Pro dono datur atque recipitur magno. num. 2.
Præbenda ſacerdotalis cui non debeatur, & alicubi reperitur eſſe.
2 *Capitulum, in cauſis, de electio. huic non aduerſatur.*
De eligendo poteſtas quando poſſit reuocari.
3 *Conferendi uacaturum poteſtatem dare amico non poteſt in frau-
dem canonis, datur tamen forma, qua poteſt fieri, nu. 7.*
Gratia non trahendæ ad conſequentiam.
In fraudem uerborum legis facere non licet, neq; mentis.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 5.*
Donationem perfectam nemini facere licet irritam.
6 *Additio gloſſarum, & num. ſeq.*
Collatio ab ordinario quibus caſibus hic non teneret, iuncta gl.
Clauſulæ irritantis in literis apoſtolicis effectus.
Inhibitio etiam papæ, uel eius executoris impedit collationem.

CAPVT XI.

1 COnſtitutus. Caſus. Is† qui habet
conferre, non poteſt
de iure alteri tradere poteſtatem cõferen-
di primum beneficium, quod uacabit. &
in prima gratiæ petitio. in 2. ipſius exauditio. in 3. fu-
turæ fraudis prouiſio. ſecũda ibi, Quocirca. tertia ibi,
Quia uerò[*ipſi*] hic canonico [*Sacerdotalem*] quæ non
debetur etiam expectanti auctoritate papali, niſi eſ-
ſet in ætate, qua poſſet fieri ſacerdos, de præbẽ. ei cui,
lib. 6. forte in hac eccleſia erat conſuetudo, ꝙ tertia,
uel quarta præbenda uacãs eſſet ſacerdotalis, uel erat
alicui præbendæ hoc onus annexũ, de præben. ſignifi
catum, & de hoc, ſupra eo. propoſuit, Hoſt. [*Vacatura*]
ideò non ualuit talis conceſſio poteſtatis, ut ſequitur
[*Auctoritate noſtra*] ex delegatione ſibi commiſſa, Gof.
& Inno.[*Sine interpoſitione*] ac ſi dicat, ꝙ nullus alius re-
ciperetur, donec ille receptus eſſet cui. H. cõferret. ſic
ſup. de præben. inter cætera[*Et infra*] hic deciditur ſup-
plicatio pro cõfirmatione illius gratiæ, quæ aliàs erat
friuola, & ex qua non putabat ſe ſecurum, ſecundum
2 Hoſt. & Pet.[*Non praſumas*] contra, poteſtas† de eligen-
do te integra reuocatur à contrario, ſupra de elec. in
cauſis. Solu. hic loquitur in donatione, quæ fit gratia
donatarii, ut patet ibi. Poteſtatem &c. quoniam cum
ſit perfecta, reuocari non licet. iura alleg. glo. & ſæpe
pro magno dono prælati hanc poteſtatem dant, & il
li pro magna recipiunt gratia, quòd licet de uacatu-
ris reprobetur, de uacantibus tamen fieri poteſt. con-
trarium loquitur de poteſtate data compromiſſario
in fauorem eccleſiæ, quæ potius ſpectat ad onus, quã
ad gratiam. & ideò reuocatur ut ibi, ſecundum Inno-
cen. Sed Hoſtien. dicit, ꝙ dictum hoc indiſtinctè non
placet, nec ratio dicti: quia ſi ſubtiliter aduertatur, nõ
eſt onus compromiſſariorum, ſed honor & utilitas,
ſi prouident de digno. & hoc apperũt: quia per id hoc
ſ. item conſequuntur, ꝙ non habent ingratũ, ſed cõj-
ter gratum. hĩc ex poteſtate cõferendi beneficiũ etiã
uacans dicit Hoſtien. fieri gratiam non ſpecialem, ſed
ſpiritualem, & ideò minus idoneè, uel carnali affectu
conferre non debet, de præben. graue, & c. ſuper, re-
mittit autem ad contrarium, quicquid dicat Hoſt. be
ne dicit Inno. ut patet ex his, quæ in contrario notaui
a ſuper[a] gloſſ. ergo ſi res[*In fraudem*] cum enim prælati
3 non† poſſent promittere non uacantem. ſup. c. 2. da-
tam

rent poteſtatẽ cõferendi alicui amico illius in fraudẽ
canonis, & hoc intendit, Goffred. & facit de offi. leg.
c.pen. 1.rñ.lib.6.[*Perſonalem*] quia ante iſtã conſtitutio
nẽ nõ repiebatur talis conceſſio expreſsè prohibita.
Dixerũt. T & Vin. talẽ cõceſsionẽ naluiſſe, ſi hic pro-
hibita non fuiſſet, Goff.cõtra, cũ olim, ſicut hodie in
fraudẽ cõſtitutionis fieri videret, alle.ff.ad Maced.fi-
liusfa.§.i.in fi.facit, qđ poſt Inno.dixi, de elec. cãm, ſu
per, j.gl.de off.deleg.ex par.j.in prin.[*Concedatur*].i.non
cõcedimus, ꝙ fiant tales conceſſiones. Inno.not.ſɱ
Ho.gratias nõ trahendas ad conſequentiã. Itẽ ꝙ nõ li
cet facere fraudẽ legi nec quò ad mentẽ, nec quo ad
verba. Itẽ ꝙ odia reſtringunt, & fauores ampliantur.
4 ¶ Prima † gl. ſoluit 3. quęſtiones ſolutas iure nou.vlt.
adhuc quęrit, & ſoluit. ¶ Scđa gl.j.alleg.cõcor.rõnem
reddit.dubiũ ſoluit, & arguit. Secundo q̃rit, ſoluit, &
5 cõtra ſolutionẽ allegat. ¶ *In † gl. 1. ibi, ſi cui*] vide in proę.
ſuper vlt. gl.[*& ibi, quamquam*] vide de verb. ſig. Abbate,
in gl.pe. [*& ibi. §.pen.*] vide de cauſa poſ cũ olim, ſuper
gl.2. ¶ *In gl. 2. ibi l. ult.*] ibi, irritã facere perfectam dona
tionẽ nemini licet [*& ibi, cum ancillam*] ibi ſunt verba gl.
[*& ibi l.6.*] cuius caſum habes in ꝑall.c.ult. ¶ *In gl. ulti.
ibi, ſcire*] hanc & tres ſequentes uide in ꝑalle.c.tuæ, ſup
gl. pen. [*& ibi l.4.§. is autem*] uide in c. quanto, infra all.
in ulti.gl. [*& ibi, oratio*] uide de elect. in cauſis, ſuper 6.
6 glo. ¶ *In † glo. 1. ibi, ita quia*] de his omnibus dic, ut infra
de elect. ſi compromiſſarius. lib.6 [*& ibi, ſi clauſula*] Idẽ
Hoſt. ſed cũ ſine clauſula, ſufficeret inhibitio executo
ris dati etiam ad cõpellendũ, j.c. ſi ſoli, lib.6. fortius er-
b go ſufficere debet inhibitio papæ[b] ſine clauſula [*& in
fine*] Idẽ Hoſt. cõtrariũ puto: q̃a ad epm nõ ſpectabat
collatio, ſed ad illũ. H. ex donatione epi, & cõfirmatio
ne papæ. ſed in decre. dilectus, is qui habebat cõferre,
contulit, licet ꝯ mandatũ papæ, non dico cõtra inhibi
tionẽ, de qua proxi. dixi. ¶ *In glo. 2. ibi, ex frequentibus*] &
de offi. uica. c. ulti. lib.6. & de præben. ſtatuiũ. in fi. eo.
7 lib. per quæ iura, & per hanc gl. dictauit † cuidam meo
ſcholari nobili requiſito per patrem, cui pareri dece-
bat, ꝙ daret uicario ſuo poteſtatẽ cõferendi primum
beneficium, quod uacaret: hac forma, ꝙ dabat uica-
rio generalem poteſtatẽ conferendi beneficia ad ip-
ſius collationẽ ſpectantia, q̃n illa uacare cõtingeret:
tñ per aliã literã inhibuit, ꝙ ex quo unũ beneficiũ cõ
tuliſſet, ſecundũ cõferre nõ poſſet, niſi prius notifica-
to ſibi, cui perſonæ dictum beneficiũ cõtuliſſet, & re
ſpõſo ab ipſo recepto per ipſius literas, quòd collatio
nem illam gratam haberet [*& in fine*] dic ut ibi in glo.
penul. Item non ſequitur, ſi licet maiori, ergo & mi-
nori, ut not. de electio. cum in cunctis.

ANNOTATIONES.

a ¶ Notaui ſuper. Et ibi uide Io. And. quomodo cognoſcatur, quan-
do fit coram mandatario, uel non, & pro opi. Inn. uide eum in c.
ſi eius, de præben. lib. 6.

b ¶ Inhibitio papæ. Pro hoc, quod no. in c. Raynaldus, de teſt. de ꝓ-
hibitione alienationis, & per Bart. in l. is cui bonis, & in l. ſi quis
ita promiſerit, §. ea l. ff. de uerb. obliga.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Lateran. de beneficijs ultra ſex menſes uacantibus non
extenditur ad epiſcopatus, & num. 2.*
2 *Extraneus in epiſcopum non eligendus.*
2 *Eligere unus etiam dicitur.*
Ex deuolutione iuris an ſuperior habeat eligere, uel conferre.
*Epiſcopatus in quibus non comprehendatur, niſi fiat mentio ſpe-
cialis, eius nomine non continentur archiepiſcopatus.*
*Sub generali ſermone non intelligitur comprehenſa dignitas inter
alias excellens.*
3 *Interpretatio legis longa non mutanda.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 5.*
Voluntas, & poteſtas non ſibi debent aduerſari, ut res ualeat.

CAPVT XII.

1 Dilectus. Caſus. Laterañ. concilium † de
beneficiis ultra ſex menſes ua
cantibus ad epiſcopatus non extenditur.
& dirigitur decre. c. Gerũdinen. cui etiam
nunc præeſt alter Guil. uir commẽdabilis honeſtate,
& moribus olim ſcholaris meus. præceſſit autem de-
cre. iſta decr. ne pro defectu, quod patet: quia iſta fuit
in 5. compil. illa in 4. & in prima parte petitio. in ſecũ-
da eius repulſio, ibi, nos igitur [*Canonicus*] nec enim de
extraneo hoc caſu prouidere poſſit ſecundum Hoſt.
de hoc de electio. ne pro defectu [*Archiepiſcopus*] me-
tropol. loci [*Deuoluta*] per decre. ſecundam; ſupra eo.
2 titu. [*Elegit*] ſic ergo † unus dicitur eligere, & infra eo.
c. quod eſt contra Ioan. & Goffre. in his, quæ no. ſup.
de poſtula. gratum. ſed poteſt exponi elegit, ideſt pro-
mouit ſecundum Hoſt. Item per hoc uidetur, ꝙ ſupe
rior ex iure deuoluto habeat eligere, non cõferre. de
hoc in prælega. decre. ne pro defectu, ad fi. [*Vel epi-
ſcopatum*] no. ex hoc, & his, quæ ſequuntur, quod licet
ius aliquod ſuper eccleſiis, miniſtris, dignitatibus, uel
perſonatibus eccleſiæ promulgetur, non tamen extẽ
ditur ad epiſcopatus, niſi de his expꝛſſa & ſpecialis mẽ-
tio habeatur. unde, & ſi diſpenſatur cum patiente de-
fectum natalium, uel alium, quòd poſſit ad honores,
uel dignitates eccleſiaſticas promoueri, non poterit
promoueri ad epiſcopatum. Iſtæ enim diſpẽſationes
ſunt reſtringendæ, de conſanguinita. & affinita. quod
dilectio, de transla. c. fi. Sed & ſi expreſſe diſpenſatum
ſit quò ad epiſcopatum, non tamen quo ad archiepi-
ſcopatum. 12. diſtin. nos conſue. ad hoc, de elect. ſcri-
ptum. §. pen. Item ſi diſpenſatum ſit, quòd ad omnia
ſpiritualia licitè aſſumatur, adhuc non poterit epiſco
pari: quia in generali ſermone &c. de offi. uica. cap. fi.
libro ſexto, de regulis iuris, in generali. eo. lib. cum er-
go epiſcopalis dignitas prærogatiua gaudeat, & inter
alias ſit excellens, ſub generali ſermone nunquam cõ
prehenſa intelligatur, ſecundum Innoc. & Hoſtien. &
Abb. ad hoc de ſenten. excommunicatio. quia peri-
culoſum, libro ſexto, & de his in Specu. titu. 2. §. fina.
uer. quid ſi diſpenſatum eſt, cum duobus ſequẽ. Item
faciunt hæc pro his, quæ ſunt hodie terminata. de ele
ctio. quamquam, libro ſexto [*Non ſolet*] non dicit, non
3 debet. q. d. canon ille ſic fuit hactenus † intellectus &
obſeruatus. unde longa eius interpretatio mutari nõ
debuit. ff. de legi minime. conſuetudo enim interpre
tatur, ſupra de conſue. cum dilectus, de uerbo. ſignifi.
Abbate, ſecundum Ioan. Tan. & Goff. [*Iuſtitia*] ſic, ſu-
4 pra de electio. innotuit, uer. habito. ¶ Prima † glo. po-
nit quomodo Lateraň. concil. in deuolutione con-
cordat concil. generali, ſed diſcordat in tempore. ¶ *In
5 † glo. 1. ibi, auctoritate illius*] dato ergo, quòd poſt conci-
lium, ne pro defectu, emanaſſet hæc conſtitutio, non
ualuiſſet prouiſio, etiam ſi aliàs ualere potuiſſet pro-
pter ignorantiam archiepiſcopi & ideò, quia intende
bat prouidere auctoritate iuris, quod non iuuabat, ut
patet ex no. ſupra eo. ex parte, ſecundum Hoſt. ſecun-
dum quem eo caſu uoluntas, & poteſtas ſibi aduerſan-
tur, de of. dele. cum ſuper [*& in fine*] & prælaturis aliis,
per quas uacet eccleſia regularis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij uacaturi promiſſio non tenet, & nu. 3. etiam iurata, nu. 5.*
2 *Probationibus locus non eſt ante litem conteſtatam, niſi in ca-
ſibus.*

Monacorum nomine etiam Abbas hic comprehenditur.
3 *Beneficij promiſſio, cum ſe facultas offeret, ualet, uide nu. 4.*
Eius dandi facultas contingere etiam ſine uacatione poteſt, & quibus caſibus.
4 *Conferre pro præſentare accipitur in perſona patronorum,*
Menti ſtandum, cum de ea conſtat.
Verba intelligenda ex conditione perſonarum.
5 *Iurata promiſſio uacaturi beneficij non ualet.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 7.*
Per iuramentum à parte delatum non retractatur.
8 *Additio gloſſarum,*
Scriptura aliquid operatur, ſed hic minimè.
Dubitandi ratio quæ fuit hic.

C A P V T XIII.

1 EX tenore. Caſus. Non† tenet promiſſio bñficij uacaturi. in prima conſultatio delegatorũ, in 2. reſponſio ibi, Nos igitur. Cõſultatio uerò recitat cõmiſsionem cauſæ primo. ſecũdo probationẽ actoris ibi, dictas [*Clericum*] agentem [*Abbatem*] defendentem: nec fuerat hic neceſſe mentionem fieri de cõuentu,
2 de reſcrip. edoceri. H. [*Poſt litem*] nec prius† locus erat receptioni probationũ, niſi in caſibus. ſup. ut lit. non conte. quoniam [*Monacorum*] i. Abbatis, & conuentus: aliàs non ualuiſſet promiſsio alia ratione: quia facta à ſolis monacis. & hoc, ſi cõmuniter ad eos ſpectabat, quod dic, ut j. ne ſe. ua. c. uno, de regul. c. ulti. lib. 6. [*Ec-*
3 *cleſiam*] quia hoc† ſonabat, ꝙ facerent illũ prælatũ primæ eccleſiæ, quæ illis uacaret, ubi nõ poterat ſe offerre facultas niſi per vacationem. nam, ſi aliter poſſet ſe facultas offerre, ſecus j. c. prox. ſm Inn. Sed Hoſt. dicit, ꝙ ideò ſuccubuit, qa promiſſa fuerat expreſsè eccleſia primò uacans: ſecus, ſi ꝓmiſſum fuiſſet, cum ſe facultas offerret. j. c. proxi. quod dic ut ibi. nec concedit Hoſt. ꝙ non poſsit ſe facultas offerre niſi per uacationem. poſſet enim per donationẽ eccleſiæ uacãtis, uel iuris patronatus ipſius, uel per ædificationem. 10. q. 2. c. 1. infra de eccle. ædifi. ad audientiam [*Ad donationem*]
4 quid† ſi hæc promiſsio facta fuiſſet per uerbum, quã cito ſe facultas &c. uacat eccleſia, in qua monaci habent patronatum, nunquid illam conferre tenentur? non uidetur, quia nec poſſunt, inf. de iure pa. c. fi. Dic contra, ꝙ hæc eſt mens, & ſic debet intelligi, conferemus. i. præſentabimus. inf. c. ſi. Mẽti autem ſtandũ eſt, ex quo de ipſa conſtat, de uer. ſi. in his, de reſcrip. eam te. ſm Hoſt. ſed hodie hæc non habent locum per decre. ſecundã, eo. tit. lib. 6. Item nec locum hæc habent in impetrationibus, de præben. cum in illis, §. cum au-
5 tem, lib. 6. [*Non tenet*] quid ſi iuraſſet? vr̃ ꝙ ualeat: quia iuramentum ſine periculo animæ ſeruari poteſt, de iureiu. ſi uero. puto contrarium, ſicut & ſtipulatio pœnalis facta de futura hæreditate inutilis eſt, quia ꝯ bo-
a nos mores, ff. de uerb. obli. l. ſtipulatio[a], ſm Io. ad hoc. C. de legi. nõ dubiũ, ſ. de fo. cõp. ſi diligenti, Goff. expeditũ eſt hodie, j. eo. c. 2. lib. 6. [*Super hoc*] quod petebat. & eſt hoc, quia inepte petiit, & ius ſibi non compete-
6 bat. ¶ Secunda† gl. reſpondet obiiciendo, ꝙ turpitudinem ſuã allegans &c. ſoluit ponẽs 4. caſus, quibus au-
7 ditur, ſignat etiã ꝯriũ, remittit, & ſoluit. ¶ [*In† glo. 2. ibi. l. 1. & 2.*] cauſa deciſa per iuramẽtũ à parte delatum nõ
8 retractatur propter periuriũ. ¶ [*In† glo. 2. ibi, relatum*] nec per illas decre. eſt iſta ſuperflua ſm Hoſt. quia in illis nil dicebatur de ſcriptura, quæ forſan crederetur aliquid operari, ar. C. ſi mi. ſe malo. di. l. ſi alterius, & de re. credi. generaliter, & optime inſtitu. de inuti. ſtipu. §. ſi ſcriptum. & ideo hic tollitur illa ambiguitas, ar. ff. de uen. inſpi. l. 1. §. quamuis, licet hoc ſatis tollatur. C. de fid. inſtrumen. in exercendis.

A N N O T A T I O N E S.

illud. Eidem, cum uer. priori, quod eſt in fi. & ſic po-
ſuit Phi. caſum præiudicant antẽ hoc poſteriora prio-
3 ribus: quia ſolenniora ſecundum Goſ. ¶ Prima † glo.
ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ Tertia glo. ponit argu-
mentum, quod reprobat. ¶ Vltima glo. obijcit, & ſol-
4 uit. ¶ *In* † *glo. 3. ibi, quemadmodum*] uide de præſcrip. ſi di-
5 ligenti, ſuper glo. pe. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, ſolutio*] Idem Inn.
& Hoſtiẽ. uel ſecundum eos hoc loquitur de modica
decima. 12. q. 2. terrulas aliàs neceſſaria eſſet ſuperio-
ris auctoritas. 17. q. 4. in uẽditionibus [*& ibi. ſubſcriptio*]
concor. 100. di. optatum, & quod ibi no. [*& in fi.*] & ad
hoc, infra de re. ec. non alie. dudum. li. 6. ¶ [*In gl. ar. quòd,
ibi. ſolo prælato*] quod dic ut no. inf. de iure pa. cura [*&
in fi.*] Idem Inn. qui ad tertium ſubaudit maxime. Ho-
ſti. contradicens donationem temporaliter factam. ſ.
pro beneficio aſsignatam ratificari conuentu diu ſtã-
te & non contradicente, ar. infra de ſpon. ad id quod.
unde contemptus ratificat etiam tacite, infra c. prox.
ex ore. quod intellige, ſi per ſex mẽſes ſtetit à tempo-
re ſcientiæ numerandos, ſupra de conceſ. præbẽ. quia
diuerſitatem, ut lit. non conteſta. quoniam. §. ſi verò.
Hodie non puto tantum tempus dari contẽpto: imò
poſt confirmationem non audietur, ex quo propoſi-
tum fuit edictum ſecundũ formam decre. ult. de elec.
lib. 6. ſaluo quod dicit decre. cum in tua. qui matri. ac-
cu. poſ. ut ſcripſi poſt Inno. de elec. cum dilecti, in glo.
no. ꝙ. & c. nihil eſt, in gl. dicebat, & de cauſa poſ. cum
olim, in magna glo. in collationibus vero, ubi non ſit
neceſſarium edictum, ut ibi no. poſſet dictum Hoſti. lo-
cum habere. & uide, quod dicam, infra e. ea noſcitur,
ſuper 3. gloſſ. ſemper ſaluo, quod habes de ap. concer-
tationi, libro ſexto, uide etiam quod dixi de elec. ꝙ
ſicut, in ulti. gloſſ. poſt prin.

ANNOTATIONES.

a ¶Quoties. Ibi uide per docto. & quid in ficta traditione facta pri-
mo, & in uera ſecundo, uide S. A. in ſpec. de emptione, & uẽdi. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio eccleſiaſticarum rerum ab epiſcopo facta quando uidea-
tur rata à capitulo haberi. & quando conſenſus, & quando con-
ſilium capituli ſufficiat, nu. 4.*
2 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum, nu. 3. 4.*
*Ratificare poteſt capitulum quod epiſcopus geſſit, non tutor quod
pupillus, & ratio. §. 1.*
Maleficium quo caſu poſſit ratificari.
5 *Mandati actio quibus caſibus oriatur.*
Ratihabitio quorum ſequi debeat in negocio alieno nomine geſto.
Papa de nullo facit ualidum, circa fin.
6 *Hoc capitulum in quibus rebus habeat locum.*

CAPVT III.

CVm nos. Breue eſt. & ultra litera, cũ
nos iam pri. tit. per noſtras
literas, &c. [*Reclamantem*] uel ignorantem.
ſupra cap. proxi. Hoſtien. [*Ratam*] expreſſe
1 † ſi erat perpetua: uel tacita, ſi erat temporalis. Hoſtiẽ.
ſupra c. proxi. quod hic no. Egi. de ſeruo manumiſſo
per

per prælatum ſine conſenſu capituli. dicā infra de ver
2 bo. ſig. forus. ad fi. ſuper glo. quia ſeruus. ¶ Prima † gl.
ponit quatuor caſus communicandos capitulo. ¶ Se
cunda glo. alle. tres concor. & duas. ll. in contrarium.
Item arguit conualeſcere, quod ab initio non ualet,
3 alle. 6. iura. & 6. alle. in contrarium & ſoluit. ¶ *In* † *gl. 2. ibi. §. tutor autem*] hunc & ſe. uide de reſcriptis, edoceri,
in 1. gl. [*& ibi. Si quis in ſenatorio*] Si ſenator habens liber-
tinam uxorem, deſinat eſſe ſenator. illa tunc incipiat
eſſe uxor [*& ibi, Quod in initio*] uide de excep. cū uene.
ſuper gl. pen. [*& ibi §. falſus*] uide de re iudi. c. 1. in gl. 2.
[*& ibi, licet*] vide de reſcriptis, nonnulli, ſuper glo. pen.
4 ¶ *In* † *glo. 1. ibi, conſenſus*] in aliquibus ex notatis, inf. ſuf-
ficit conſilium [*& in fi.*] & in omnibus communiter
ipſos tangentibus, de præſcrip. accedentes, ſecundum
Goffr. ¶ *In glo. 2. ibi, ratihabitione*] ad hoc. 1. q. 1. eos, in fi.
ubi de hoc [*& ibi, circa finem*] Dicit Hoſt. aliud in tuto-
re, niſi paulo poſt. ff. de acqui. hære. ſi quis mihi. §. iuſ-
ſum. Aliud in capitulo, quod non auctorizat, ſed cō-
ſentit, nec ratificat niſi quo ad eius contemptum per-
tinet, de elec. quòd ſicut. §. ſi autem [*& ibi, quòd ſi.*] Pri-
uatas. adde quod quod no. infra de eo, qui du. in ma.
cap. 2. in ulti. gloſſ [*& ibi, quandoque*] ſ. cum maleficium
factum fuerat nomine eius, qui ratū habuit, in ſen. ex.
cum quis. li 6. & de hoc ſupra de pactis, c. 2. [*& ibi, man-*
5 *dare*] Dicit † Hoſti. ꝙ cum quis liber homo gerit alie-
num negocium cum mandato & non reuocato, ori-
tur actio mandati, inſti. de ob. ex. quaſi contrac. §. 1. ſi
uerò mandatum non ſuſcepit, uel reuocatum eſt an-
te, quàm ſuſciperet, & nihilominus geſsit, adhuc ori-
tur actio mandati. ff. de reg. iur. ſemper, qui non pro-
hibet ſi nullum mandatum ſuſcepit, & ratificatur, da-
tur actio nego. geſtorum. C. de nego. geſto. ſi. pecu-
niam. hoc ubi paterfamil. & liber gerit. Si uero ſeruus
negocium domini, uel filius patris domino, uel patre
ignorante, & poſtea ratificante, datur actio de in rem
uerſo, uel quod iuſſu. ff. quod iuſſu. l. prima. §. ſi ratum
ub uero liber homo geſsit negociū ſerui, uel filij pe-
culiare ipſius contemplatione tantum, ratihabitio pa
tris, vel domini nil operatur. ff. de nego. geſto. ſi pupil-
li. §. ſed ſi ego. Et dicit Hoſti. ꝙ non placet ſibi, ꝙ hæc
ſit ratio: quia non poſſum habere ratum &c. Dicit. n.
id falſum & in cōtrac. C. ad Mace. l. fi. & in maleficiis.
ff. de ui & ui ar. l. 1. §. quoties, de reſti. ſpo. cum ad ſe-
a dem, in fi. Sed male dicit Hoſt.[a] cum illa ſit vera ratio,
vt patet, infra de reg. iur. ratum quis, li. 6. & proſeque-
re, vt ibi dixi. per quæ alia hic per ipſum no. decido [*&
ibi, ut ibi*] & infra de re iudi. cap. ult. li. 6. [*& ibi. nulla ſunt*]
excipit auctoritatem papæ, qui de nullo facit ualidū,
de tranſac. cap. 1. Hoſti. [*& in fi.*] de hoc. 9. q. 3. cap. 1. &
infra de reg. iur. non firmatur, libro ſexto, ibi. uideas.
Sed † nonne talis alienatio erat nulla, ut ſupra c. 1. 12.
q. 2. ſine? unde hoc ca. locū habet in modicis rebus ſe-
cundum Inno. & quando per ratihabitionem utilitas
procuratur eccleſiæ, arg. op. C. qui admit. ad bonorū
poſſ. l. bonorum quidem, ſecundum Hoſt. uel de tem-
porali alienatione loquit. Dicit enim cōceſsionē &c.
In perpetua nō uidetur poſſe ſtare propter neceſsita-
tem præcedentis tractatus, de re. ec. non alie. capitulo
b primo,[b] & facit quod ibi no. libro ſexto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Hoſtiē. Poteſt defendi dictum Hoſti. intelligendo, prout no. Bar. in. §. ſed ſi ego, præallegato. & addēdo ad. l. ſi fundus. §. 1. ff. de pig. ubi uide, & in l. fi C. ad Mace. & ſic uidetur ſenſiſſe Hoſtien. quem Io. An. hic non complet, & uide Bar. in l. 1. §. ſed & cum quis, ff. de ui & ui ar.

b ¶ Capitulo. 1. Vbi uide, & per Io. An. in ſpec. de loca. §. ſequitur, in prin. & in cap. is qui tenet, in 1. q. de reg. iur. libro ſexto, & pro hoc ſupra capitulo primo, ibi iuramento, licet ibi in prin. no. cō- tra. & uide Bal. C. de bo. ma. l. quecunque.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus ſine conſilio capituli quæ agere non poſſit, & num. 2. 3. & 6 & 8.*
Verbi reſolutio ibi, noſſe debet.
Canonici cathedralis eccleſiæ dicuntur fratres epiſcopi.
Prælatus principalis eſt pars eccleſiæ.
2 *Secreta ſua quibus non reuelanda.*
Carnem ſuam nemo odio habet.
Scire melius, & conſulere qui præſumantur.
3 *Capituli conſilium quando conſenſus ſufficiat in actibus prælati.*
Poſſeſſiones eccleſiæ quæ eſſe dicantur.
Epiſcopus, & capitulum conficiunt unum corpus.
Eccleſiæ acquiſita ſemper eſt ei reſeruanda, & cur.
4 *Alienatio epiſcopi facta capitulo, & econuerſo an teneat, & quando.*
Alienari propriè non dicitur, quod in dominio eccleſiæ retinetur.
5 *An facta loco religioſo egenti teneat.*
6 *Verbi reſolutio.*
Inſtituere pro inſtituendo decernere.
7 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 8.*
De rato quando tutor. & quando actor caueat.
Epiſcopus an habeat liberam.

CAPVT IIII.

1 NOuit. Caſus. Prælatus † ſine conſilio capituli inſtituere, uel deſtitue-
re, uel alia negocia eccleſiæ ſuæ tractare
nō debet. hoc dicit, & ſe. & ſunt tres partes.
Prima ponit rationis exordium ad dicenda. Secunda
factum reprobabile narrat. Tertia concludendo pro
hibet, & caſſat. & dic. i. noſſe debet. [*Fratres tui*] i. cano-
nici cathedralis eccleſiæ. aliter ſumitur, infra de exceſ.
præla. capitulo primo [*Caput*] ergo eſt prælatus princi-
palis pars eccleſiæ, ar. ff. de reli. & ſump. fu. cum in di-
uerſis. ff. de eden. argentarius. 7. q. 1. ſcire [*Omiſſis*] quia
reuelatur &c. 95. diſt. eſto. & imperator etiā in legibus
condendis interdū requirit vxoris conſilium, in auct.
ut iudi. ſine quoquo ſuf. §. hæc omnia apud nos cogi-
2 tantes, col. 2. Hoſti. [*Aliorum*] niſi † ex cauſa: ſecreta e-
nim ſua contra conſanguineos canonicorum nō re-
uelabit eis. Nemo enim, maxime clericus, niſi perra-
ro carnē ſuam odio habuit: imò excecat hoc etiā ſu-
periores de præben. graue. alias ſi cauſa non ſubſit. ip-
ſi præſumuntur melius ſcire, & fidelius conſulere, de
teſta. cum in officij. ad hoc de electio. in cauſis, ſecun-
dum Hoſti. huic ſi. quod poſt cum dicam, infra c. ulti.
[*Id*] ſ. conſilium fratrum omittere, & ad extraneos re-
currere [*Honeſtati*] uidetur ergo cōſuetudo contraria
non ualere quaſi irrationabilis, de ui. & ho. cle. cum
decorem. dic ut dicam, infra eo. ea noſcitur [*Conſilio*]
3 dicunt quidam, ꝙ ſufficit † conſilium ſine conſenſu
in caſibus, de quibus hic loquit. arg. de arbi. cū olim,
de elec. cū in ueteri. & idem in omnibus alijs, niſi for-
te ſint talia, in quibus neceſsitate iuris ſcripti conſen-
ſus exigitur, ut in alienatione rerum epiſcopalium, in
qua & ſubſcriptio neceſſaria eſt. 12. q. 2. ſine exceptio-
ne, & legitur & no. ſupra eo. cap. 1. Si quæras rationē,
quare in alienatione rerum epiſcopalium requiritur
conſenſus canonicorum, hoc poteſt reddi: quia inte-
reſt cuiuſlibet canonici, ꝙ poſſeſsiones eccleſiæ, ſiue
capituli non alienent: & bene dicuntur poſſeſsiones
eccleſiæ, illæ, quę pertinent ad epiſcopatum, ſicut illę,
quæ pertinent ad canonicos, ſiue ad capitulum, arg.
infra de teſta. requiſiſti, infra de uerbo. ſig. cum cleri.
& idem forte dicendū eſt. ſ. cōſenſum canonicorū re-
quirendum eſſe, vbicunque eorum intereſt, ar. in eo,
quod legitur & no. ſupra de ma. & obe. cap. fi. ubi ue-
rò in alienatione alterius rei debet epiſcopus auctori
tatem ſuam interponere, tunc ſufficit canonicorum
conſi-

conſillum nec eſt neceſſaria ſubſcriptio & couſenſus
ſecundum Inn. Tu dicas, ꝙ illa eſt ratio, quare in alie-
natione rei epiſcopatus conſenſus canonicorũ requi-
ritur: quia epiſcopus, & capitulum unum corpus cō-
ſtituunt, ut ſupra e. cap. 1. reſpon. & quia ſi eccleſia ac-
quirat de facili, ut patet. C. de ſacroſ. ec. in fi. non tā de
facili alienat: imo ſemel acquiſitum ei ſemper eſt re-
ſeruandum, ita, ꝙ nunquam allenatur niſi ex magna
cauſa, & hac ſolennnitate, & qualibet alia iure ſcripta
ſeruata: & hoc ideò, ut pauperibus alimenta non de-
ſint, nt patet. C. de ſacroſanc. ec. priuilegia, & l. genera
li, & l. iubemus, & ſeqnen. qnod dic ut plene no. extra
de re. eccle. non alie. dudum. lib. 6. unde, ſi de his ratio
nem quæras, non poteſt reddi melior, quàm fauor ec
cleſiaſticæ libertatis, cui ſancti patres fauere uolnerũt
in tantum, ut unicuique data ſit poteſtas male aliena-
ta ad ius eccleſiæ reuocandi, qnod dic ut le. & no. inf.
de re. ec. non alie. ſi quis preſbyterorum. §. fin. ¶ Quid
5 † ergo, ſi epiſcopus abundans de pertinētibns ad mē-
ſam ſuā, canonicis ſuis egenribus prouideat, nel ecō-
uerſo, nunqnid tenet talis alienario, & ſi nullus alius
auctoritatem ſuā interponat? Videtur quòd ſic, ſpe-
ctat enim ad officium epiſcopi omnibus clericis indi
gentibus prouidere. 12. q. 1. præcipimus, & c. ſe. 10. q. 1.
regendam, & c. ſe. 93. diſt. diaconi. multo fortius ergo
tenetur fratribus, & filijs ſuis canonicis alimenta præ-
bere. Videmus enim cetera animalia iſtius peritia eē-
ſeri, inſti. de iure naturali, circa principium. unde dicit
Apoſtolus. i. ad Ti. 5. b. Si quis antem ſuorum & maxi
mè domeſticorũ curam nō habet, fidē negauit, & eſt
hoc expreſſum, ſupra de præbē. expoſuiſti. Nec ob. ꝙ
prohibita eſt donatlo inter ſponſum, & ſponſam car-
nalem, ne ſe mutuo amore inuicem ſpolient. ff. de do
na. inter vi. & vxo. l. 1. quia de illo amore timēdum nō
eſt iu hoc caſu. ntinam enim nũquam regnaret liuor,
uel odium inter hos. Nec etiā ſimile eſt, imò magna
differentia in hoc caſu: quia in matrimonio carnali
poſſet præiudicari agnatis, & cognatis, qui debēt ſuc-
cedere. hic autem nulli præiudicatur, cum ſemper in
dominio eccleſiæ retineatut, ut infra no. Sed nec ob.
ꝙ epiſcopus iurat nihil alienare ſine ſuperioris licen-
tia, infra de re. ecc. non alie. ut ſuper. non enim dicitur
propriè alienari id, quod in dominio eccleſiæ retine-
tnr, arg. ff. de leg. 2. unum ex familia, & l. imperator. §.
fina. & l. ſeq. Tutius tamen eſt, ꝙ auctoritate ſuperio-
ris id fiat, ar. inſti. de auct. tu. §. fina. Et addit quod no.
inſra de priuil. antiqua, reſpon. i. uer. ita quod. ¶ Quid
6 ſi epiſcopus det eccleſiam alicui loco religioſo egen-
ti ad ſuſtētationem miniſtrorum? Videtur, ꝙ hoc fa-
cere poſsit ſine cōſenſu canonicorum, infra de don.
conſultationibus. nā in hoc caſu. l. prouiden o egen-
tibus officiũ ſuũ exercet, & facit quod debet, vt ſupra
probatum eſt. unde nec cōtradictioni locus eſt, vt pa-
ret in eo, quod le. & no. ſ. de præbē. extirpandæ, reſpō.
i. & §. 1. & 2. Idem uidetur, ſi ex cauſa aliquam eccleſiā
in religionem erigat, infra de reli. do. inter quatuor,
& ꝑpter hoc ipſam dotet, & magnificet ſine magna
epiſcopatus leſione. 12. q. 2. bonæ rei, & ar. infra eo. cū
apoſtolica. §. auctoritates. In omnibus tamen his tu-
tius eſt licentiā papæ requirere, infra de ec. ædi. ad au-
dientiam. 2. & cōſilium canonicorum, ut patet in eo,
quod le. & no. infra eo. paſtoralis. §. ſi. quod dic, ut no.
infra c. ſequen. & in ſumma eo. ti. §. 1. 2. & 3. & infra e.
ca noſcitur. §. ſi. [*Inſtituis*] i. inſtituēdos † decernis. nam
corporalis inſtitutio fit etiā per archidiaconum ſiue
capitulo, de offi. archidiaco. ad hoc, ſecundum Inno.
qui dicit ſe credere, ꝙ in minoribus eccleſijs poſſunt
fieri inſtitutiones ſine conſenſu capituli, ar. 12. q. 2. ter
rulas. & idem Ab. & prout ipſe dicit, uidemus hic ſer-
nari, all. Hoſt. contrarium de exceſ. præla. c. 1. & ibi re-

mit. [*Tales*] factas ſine conſilio fratrum, & de medijs
beneficijs, & quæ ſint media, ſiue duplicia, Hoſtiē. re-
7 mittit, ſupra de præben. ſuper. ¶ Prima † glo. quærit. &
ſoluit. ¶ Vltima glo. quærit, & ſoluit. ¶ *In ulti glo. ibi non
dubium*] uide de foro compe. ſi. diligenti, ſuper ulti. gl.
8 ¶ *In † glo. 1. ibi, in ſi.*] & per antiquos hic dicebat Hoſtiē.
inſra ca. prox. quod bene audiretur, ar. ff. quod cuiuſ.
uniuer. l. fi. quia nec tutor cauet de rato, niſi cum du-
bitatur, an ſit tutor, ff. de admi. tuto. l. vulgo. nec actor
niſi dubitetur, an ſit actor. ff. quod cuiuſ. uniuer. inter
eorum. §. actor. ſed tranſigere non poteſt ſine capitu-
lo, de tranſac. coutingit. & per hoc uidetur, ꝙ non ha-
beat liberam. contra de elec. cum nobis, in fin. ubi de
hoc. ¶ *In glo. 2. in ſi.*] per quę iura probatur, ꝙ nec hoc
decet, nec licet, nec expedit. ſi. de noio, magnæ. ¶ *In gl.
ulti. ibi, concedi*] Idem Gof. & placet Archi. de elec. c. ult.
lib. 6. ubi uide ſuper uer. irritas, in fi. 10. di. uides. Hoſti.
contradicens, ꝙ per ſententiam, infra eo. ca noſcitur.

SVMMARIVM.

1 *Capituli conſilium quando, & conſenſus quando debeat epiſcopus habere, uide uſque in fin. nu.*
Totius ne, an ſanioris partis, requiratur.
Rationabilis cauſa ſemper & ab omni mandato excipitur.
2 *Statuta antiqua reformare, & noua condere poteſt epiſcopus.*
Correctio fit duobus modis, & quibus.
3 *Nominari conſueuit ab aliquibus eccleſiis decanum, uel præpoſitum, licet abſentes, in actibus capituli, & qualiter poſſit tolerari.*
4 *Nomina præſentium in capitulo oportet inſcribi.*
Monumenta duobus accipiuntur modis.
5 *Partis mendacio uitiatur totum in ſcripturis.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
Inſtrumenta quæ non ualeant.
Subſcriptio teſtamenti ualet, licet ignorentur, quæ in eo ſint ſcripta, teſtes excipitur nu. 8.
8 *Additio gloſſarum.*

CAPVT V.

QVanto. Summaui, ſupra ca. proxi. Et
primò præcipit. Secūdo pro-
hibet ibi, abſentium [*Negocijs*] magnis. In-
1 no. [*Conſilio*] ſine † hoc nihil autem modi-
cum gerere debet epiſcopus. aliud eſt conſenſus, cum
non requiritur niſi in alienationibus, & alijs maiori-
a bus, de quibus plenius in ſumma. eo. ti. §. 1. & 2. Hoſt.
[*Vel ſanioris*] ergo non ſufficit conſenſus paucorum. &
eſt contra ea, quæ ſuper glo. 2. dixi ſecundum Hoſt. de
conceſ. præben. c. pe.[b] Reſpondet ipſe hoc poſſe intel-
ligi, quando uocem habet epiſcopus ut canonicus,
& quantum ad illa, quæ ſpectāt ſolum ad capitulum
ab eo diuiſum. uel dic, ꝙ cogitur habere cōſilium to-
tius capituli, vel ſanioris partis, vt hic. Dicit tamen, nō
cogitur illud ſequi, ut prædixi, uel melius ſecundum
eum, ideò dicit, Sanioris: quia ex quo habet aliquos
ſecū, iā dicit ſanior pars illa reſpectu numeri maioris,
niſi pars reliqua aliquid rationabile oſtendat, infra de
his, quæ fi. à ma. pa. c. 1. & tunc non procedet, ſed ab-
ſtinebit, quod probat uerbū, quod ſequitur, Peragas,
& pertractes. q. di. ꝙ etiā in tractatu debet vti ſano cō-
ſilio, & ſemper & ab omni mandato rationabilis cau
ſa excipitur, de reſcriptis, ſi quando, de offi. deleg. ex
parte, 2. & de hoc ſupra c. proxi. [*Statuet*] reformando
2 † in melius antiqua ſtatuta, uel de nouo ſtatuendo, in
fra de loca, ueſtra, de conſti. cum omnes, de conſue.
cum conſuetudo, Hoſti. [*Corrigere*] inquirendo, uel ex
officio procedendo [*Euellenda*] peccata. ſ. & malas cō-
ſuetudines [*Et euellas*] ualet tamen contraria conſue-
tudo, ꝙ ſine eis hoc poſsit, infra de conſue. ca. 3. lib. 6.
dixit

dixit Tan.& Vin.ſupra eo. proxi.quòd generalis con-
ſuetudo habet,quòd in matrimonialibus & ciuilibus
pecuniariis ſufficit ſententia ſolius epiſcopi[*Inſcribi*]
3 Et eſt tamen † quarundam eccleſiarum conſuetudo
ſecundum Hoſti. ꝙ in conſtitutione procuratoris ca-
pituli neceſſe eſt nominari decanum , vel præpoſitū :
& quamuis ille ſit abſens, nihilominus dicitur in illis,
Decanus.& capitulum conſtituerunt & c.quam con-
ſue.eccleſia Romana approbat , & dimittit talia pro-
curatoria.quę conſuetudo ſecundum eum poſſet to-
lerati poſitis duobus punctis. uel non expreſſis nomi
nibus propriis . argu.de offi.deleg.quoniam.ſi autem
dicatur,Petrus decanus,& capitulum .falſi crimen cō
mittitur , nec excuſat conſuetudo in delictis, ut paret
de conſue.c.ſi.remit.autem Hoſt. ſupra de fide inſtru:
4 cap. ſecundo [*Non † facias*] à contrario nomina præ-
ſentium inſcribi faciet:per quod no. Pe.ꝙ non ſufficit
dicere totum capitulum conſenſit , vel ſimile.ſed eſt
neceſſe canonicos nominari, & nominatim inſcribi,
ad hoc de procur.capitulo primo ; & ulti. ubi de hoc
dedi remiſ.ad ſpeculum ſuper ultima glo. [*Munimenta*]
aliàs monumenta.i.inſtrumenta. aliter ſumitur.C.de
reli. & ſump. fu.l.monumentorum [*Irrita*] in ſcriptu-
5 ris † enim eſt ea conditio,ut partis mendacio uitietur
totum.25.q. 2.& ſi legibus.9.diſt.ſi ad ſacras, Lau.Vin.
[*Exinde*] ſ.ſi hoc fieri feceris,uel cōſenſeris, arg.de ſen.
excom.quāſe,de elec.cum in cunctis,ad finem. ¶ Se-
6 cunda † gloſſ.reſpondet per quæſtionem , an ſubſcri-
7 bens neceſſe habeat ſcire &c. ¶ *In* † *glo.2.ibi , qui uelut*]
uide de teſtibus,tam literis,ſuper ulti.glo. [*& ibi, inbe-
mus*] ſi teſtator nec ſcribere ſciebat , nec articulatè lo-
qui, falſum eſt teſtamentum [*& ibi.§.2.*] datur forma
inſtrumentis condendis : qua omiſſa non ualent [*&
ibi, Caius*] uide hanc & ſe.l ſtorum.e.literis,infra alleg.
ſuper glo.2. [*& ibi,hac conſultiſſima*] dummodo teſtator
ſuum alterat teſtamentum, & coram teſtibus etiā tūc
ſubſcribentibus ſubſcribat, ualet, licet teſtes ignorēt,
8 quæ in eo ſunt ſcripta. ¶ *In* † *glo.2.ibi,oportet*] hoc uerū,
niſi in inſtrumento, uel ſubſcriptione contineatur,ꝙ
uidit tenorē.uel audiuit is,qui ſigillum apponit, tunc
enim oportet,ꝙ uiderit.C.plus ualere, quod agit.l.ſi.
C.dona.non ignorās: aliàs falſum iudicabit, ſi cōſtat,
quod nec uidit,nec audiuit: aliàs ſi hoc ſolum conti-
netur, quod ſigillari iuſſit ad preces illius, qui confe-
cerat. uel confici fecerat,locus eſt gloſſ. [*& ibi,ex lite-
ris*] ubi de hoc, & infra titu.3.ſiquis.

ANNOTATIONES.

a ¶Eodem ritu.Et uide Io.Andream, ſupra cap.proximo, in glo.di-
cunt quidam .

b ¶Capitulo pen,Quam Hoſti.reprobat Io.An.de appel.c.pe.11.6.
per multas allegationes .

c ¶Conſuetudine. Vide Io.An.ſupra c.nouit,in ſua glo.magna,ubi
uidetur idem uelle,etiam ſi non ſit conſuetudo,nec.quia ſi epiſco
pus, & contradicit ei , quod infra dicit .

SVMMARIVM.

1 *Prælatus ſine conſenſu capituli præſentare in alia eccleſia non po-
teſt , niſi in caſibus , & quibus , & nu.2. & nu.7.ad fin.*

*Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in his , quæ in prouincia ge-
neraliter committuntur.*

2 *Abbas in his quæ pertinent ad collegiū,quā ſolus agere poteſt, &
quando, & nu 7.circa fin.*

3 *Conſenſus non interueniſſe quomodo probetur, & nu.7.§.in gl.3.
& quo tempore probari debeat , nu.7.*

An poſſit præſcribi.

Vacuare pro uacuas nuntiare .

Conſuetudo quæ ualeat, & an extendatur .

4 *Patronus non confert , ſed præſentat .*

*Collationem eccleſiarū an ſolus de cōſuetudine prælatus facere poſ-
ſit , & quando .*

Ea maior præſentatione .

5 *Conſilium capituli epiſcopus , & contra epiſcopi capitulum præ-
ſcribere numquid poſſit. & nu.7.in fin.*

6 *Epilogus , & additio gloſſarum , nu.7.*

Inſtitutio tenet nullo contradicente facta.

CAPVT VI.

EA noſcitur. Pars de ſen.ex.ea no-
ſcitur,Hoſt.& hoc di
1 cit. Si † eccleſia collegiata in alia eccleſia
habet præſentare, præſentabit prælatus de
cōſenſu capituli, uel maioris partis, niſi de conſuetu-
dine vel priuilegio hoc competat ſibi ſoli.prima pars
factum narrat.ſecunda reſpondet ibi , Reſpondemus
[*Prouincia*] at.Hoſti.quòd archiepiſcopus iuriſdictio-
nem habet in his, quæ in prouincia generaliter com-
mittuntur.ſimi.de inſti.ca.3.in auct.de ſancti ſ. epiſco-
pis.§.ut autē omnis.coll.9.[*Abbates*] quamuis † enim
ad collegium ſpectet præſentatio. abbas tamen ut ca-
put collegij repræſentat , & actionē communē exer-
cet.ff.quod cuiuſque uniuer.l.ſi.& hoc uerū,ubi ſunt
omnia communia: alias ſi diſtincta eſſent bona.& p̄-
ſentatio alicuius eccleſiæ perueniſſet ad partem colle
gij.tunc non abbas,ſed conuentus per ſyndicum pr-
ſentaret.ff.quod cuiuſq; uniuer.l.1. de reſcrip. edoce-
ri,ſecundum Inn.& Hoſti. [*Prælatorum*] cum collegijs
habentium communia , Hoſtien. [*Conſtiterit*] conſtat
2 † hoc ipſo,ꝙ non probatur ipſe conſenſus, qui negat
interueniſſe ſecundum Eg.[*Conuentus*] ratione contem
ptus,niſi ratificetur, ſupra c.3.de elec ꝙ ſicut.§ ſi autē
[*Vacuari*] i.uacuas nunciari ad inſtar inſtitutionū.ſup.
co.nouit,in fi.Gof.Hoſt.contradicens illam exponen
dam per iſtam . ſic de elect.qualiter [*Approbata*] quaſi
non interrupta,uel probata per binum actum, Hoſti.
de quo uide ſupra de conſue. ſuper rubrica [*Aliqui*] ſi
autem aliqui habeant priuilegium.non poſſunt non
habētes hoc iure uti, de priuile.ſane.Cautè autem di-
xit,aliqui.quia ſi omnes in his partibus vterentur hac
conſuetudine præter unum. ad illum tunc extēdere-
tur conſuetudo hic.ff.de offi. archidi.c.fin.de elec.cū
eccleſia.ad fi.Hoſtiē.[*Collationibus*] & repræſentationi-
bus , de quibus præmiſit.patronus enim † non habet
conferre,de iure pa.cap.fin.uel ſi abbas ſpectantes ad
collationē collegij confert,fortius in his quæ ad præ-
ſentationem pertinent.pręſentabit,cum id ſit minus,
de deci.ex parte.2.ſecundum Hoſti.qui quærit hic,an
prælatus collationem eccleſiarum ſolus de cōſuetu.
facere poſſit? & reſpōdet , quod collationes perſona-
rum,quæ fiunt in beneficium, ſic: collationes uero,
quæ fiunt in proprietatem, cū per illas fiat alienatio,
nō,infra de dona.paſtoralis,ad fi.& ibi dicam de hoc.
eſſet ergo onerosa hæc conſuetudo . quod ſolus præ-
latus alienaret, & ſic tollenda , de conſue.cap.2.alleg.
cōtra hoc.c.& inſ. de don.cōſultationibus.12.q.2.bo-
nę rei,& c.aurū.So.ſi quęratur de alienatione facta in
laicos, nunq̄ ualet, niſi cōſenſus collegi habeat.ſ.c.1.
12.q.2.ſine. de rebus ec.non alie.nulli,& c.ſi quis.nec
quantū ad hoc valeret cōſuetudo ꝯria,vt eſt dictū.Idē
dici pōt de uoluntaria cōceſſione ſine cauſa facta ec-
cleſijs, quæ congruā habēt ſubſtentationē, arg.1.q.2.
paſtor. Si uero quęritur de alienatione facta eccleſijs
ad ædificationem,hic dici poteſt.ꝙ prælatus talē col-
lationē facere poteſt ſine conſenſu collegij,ſi hoc ha-
bet de præſcripta cōſuetudine,ut hic, & in contrarijs:
ita tamen conſilium præſcribi non poſſint ſ̄m eū. Eſt
autē multiplex ratio ,quare aliud in alienatione facta
in laicū, q̄ in eccleſiā.nā primo caſu omnino alienat
res ab eccleſia. In ſecūdo remanet ſub dominio eccle
ſiæ,licet alterius,ad hoc infra c.proxi. Secunda , quia
ſemel

ſemel deo dicatū ad humanos vſus transferri non de-
bet, de rerum permu. capitulo ſecundo, & 3. & tertia,
quia laici clericis ſunt infeſti. 2. q. 7. laici. Sed & ſumma
eſt ratio. quæ pro religione facit. ff. de reli. & ſump. fu.
ſunt perſonæ. non ob. infra c. tua, & c. paſtoralis, in fi.
Illa enim & ſimilia intellige de iure cōmuni quò ad il
los prælatos, ſ. qui ex indulgentia, uel conſue. ſibi hoc
ius neque unt uendicare. nam de quocūque iſtorum
duorum fiat fides, ratus erit proceſſus epiſcopi de cō-
ſue. cum olim. de ec. ædi. ad audientiam. 2. de priuile.
accedentibus [*Conſenſum*] ſi. de conſuetu. cap. 3. li. ſexto,
per quam reprobantur hic no. per Hoſt. qui dixit, epi-
5 ſcopum præſcribere † non poſſe, quin teneatur requi-
rere conſilium capituli in caſibus, in quibus debet de
iure requiri. fatebatur tamen, ꝙ capitulum cōtra prę-
latum bene poterat hoc præſcribere. huius ratio ſecū
dum eum: quia prælatus, qui ſolus eſt, indiget conſi-
ſilio, & ſic præponet fratres. In capitulo uero, cū plu-
res ſint, non ſubeſt illa neceſſitas. 22. diſt. de quibus, de
6 offi. dele. prudentiā. ¶ Prima † gl. quærit & ſol. ¶ Quar-
ta glo. obijcit, & ſoluit. ¶ Vlti. glo. arguit, & remittit.
7 ¶ [*In* † *glo.* 1. *ibi*, *c*. 2. *&* 3.] ſupra tit. 2. poſt electionem, ſi-
a cut & procur. conſtitui [a]. ff. de procura. l. 1. ¶ [*In glo.* 2. *in
ſi.*] Hoſt. remittit ad ea, quæ ibi notauit, & dicit. ꝙ cō-
tradicere poſſunt infra ſex menſes poſt notitiam. ¶ [*In
glo.* 2. *ibi*, *probationem recipit*] poterit ergo probari maio-
rem partē in tractatu reclamaſſe, ſupra de proba. ter-
tio. ſed nec de hoc inquiret, niſi conuentus reclamet.
& dicunt quidā conſtare de conſenſu conuentus hoc
ipſo, quod non probatur contrarium. ſic infra de cē-
ſi. præterea, de elec. ꝙ ſicut. §. ſi autem, de coning. ſer-
uo. c. fi. ſupra quod me. cauſa. c. 1. ad fi. Dicebat Inn. &
idem Eg. ꝙ oportet, ꝙ abbas probet conſenſum con-
uentus ante, ꝗ̄ præſentatus inſtituatur. Idē in procur.
conſtituto ab eo, cui obijcitur, ꝙ in eius cōſtitutione
conuentus nō conſenſit. Oportet. n. probari conſen-
ſum ſaltem ante ſnīam. facit, qđ no. de procura. in no-
ſtra, in gl. q̄n dicatur: aliàs, ſi nil obijciatur, præſumen-
tur hæc facta de conſenſu collegij. Iuſtè ergo tunc in-
ſtituet eṗs præſentatū ab abbate, & eo nil probāte reū
abſoluet. Ita ꝙ prætextu conſenſus non habiti nec in-
ſtitutus remouebit, nec ſnīa retractabitur ẜm quoſ-
dam. Opponit Hoſti. de hoc tex. ubi iam facta inſtitu-
tio uacuatur. rn̄det hoc uerum, q̄n poſt præſentatio-
nem, & ante inſtitutionē fuit contradictum, & cōtra-
dictio non admiſſa: aliàs ſi poſt inſtitutionē tm̄ ueni-
ret contradictor, tarde ueniret, ar. de iure patro. con-
ſultationibus, & c. ex literis. Adhuc opponit. ſi nō ha-
buit abbas cō ſenſum capituli, facta eſt inſtitutio per
obreptionē, de qua omni tp̄e quæri poteſt ēt contra
inſtitutū per papā, de re iudi. cū olim. Reſpōderi pōt,
ꝙ iuris præſumptio. de qua hic loquitur, ſurreptionē
excuſat. Adhuc opponitur, ꝙ ẜm hoc abbas ſic præ-
ſentādo per. 40. annos poſtea dicet ſe præſcripſiſſe, ne
teneatur requirere cōuentū. rn̄det hoc nō eſſe abſur-
dum, qđ ius approbat. & ẜm hoc imputabit collegio
negligēti, qđ tm̄ ſiluit, de elec. Cumana, de cauſa poſ.
cū eccleſia, & c. cum olim. Tenet etiā ipſe Hoſt. ꝙ & ſi
hoc caſu præſcribat conſenſum, non tamen conſiliū,
ut ſupra dixi [*& ibi*, *ad id quod*] & ca. is qui, ubi de hoc.
¶ [*In glo. ſed nonne*, *ibi*, *eccleſia*. 2.] ubi ſatis de hoc. ¶ [*In glo.
ulti*, *ibi*, *expreſſum*] Hoſti. qui tenet contrarium, dicit ꝙ
narratur factum, nō ius, & ſi de iure etiam intelligas,
loquitur, cum ſunt omnia communia.

ANNOTATIONES.

a ¶ Conſtitu. Intellige, quòd perſonaliter fiat pręſentatio quò ad p-
ſonam præſentati: ut ſentit gl. in clem. dudum. §. ſtatuimus, de ſe-
pulturis, ubi Lapus ſic limitat iſtam glo.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum donatio à laico facta eccleſiæ, quas ab alia eccleſia
habuit in feudum ab antiquo, & quando, & nu.* 2.
Diuiſio capituli.
2 *Decimæ cuius eccleſiæ de iure communi ſint, & nu.* 3.
Eas habere quando liceat laico, & nu. 7:
3 *A contrario argumentum firmiſſimum, & nu.* 13.
Ratio differentiæ qualiter reddi debet,
5 *Ad eccleſiaſticum uſum ſi dicatur quid reuocandum, qualiter in-
telligatur.*
5 *Vaſallis eccleſiæ laicis an præiudicent priuilegia poſtea impetrata
ſuper decimis non ſoluendis, remiſſ.*
*Decimæ feudales concedi ne poſſint an alij eccleſiæ, quàm dominæ,
& quæ & de conſenſu quorum, & nu.* 6. 7. *&* 9.
*Laico an liceat habere decimas, oblationes, & alia eccleſiaſtica
in feudum, & nu.* 8. 9.
8 *Perpetuum quomodo hic ſumatur.*
9 *Concilium Lateranen. quo anno fiat, & quo pontifice celebratum*
Alexander Papa. III. Senenſis fuit.
Alexandria Italiæ quando condita, à quibus, & cur ſic dicta.
Memoria ſi non non eſt, quòd alius poſſederit decimas, quid iuris.
10 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.* 11.
Tutor ſi idonea prædia non emerit, quando teneatur.
Alienatio non uidetur facta, ſi fiat intra familiam.
Tranſlatio non uidetur fieri, ſi fiat ad ſimilem locum.
Demandare non poteſt non proficiſcens.
12 *Additio gloſſarum.*
Recuperatio perditæ rei facilius conceditur, quàm.
Alienatio habita.
In habitis non eſt idem ius, quod in habendis.
Propter dubium quid licet, quod aliâs non liceret, in fin.
Solus an intelligatur non poſſe, ſi appellatio ſolius non adijciatur.

CAPVT VII.

1 CVm apoſtolica. C. Tenet † do-
natio, quam
de ſolius diœceſani cōſenſu facit laicus ec-
cleſiæ de decimis, quas ab alia eccleſia ha-
buit in feudū ab antiquo. & in prima parte conſulta-
tio. in ſecūda rn̄ſio ibi, taliter rn̄demus. Prima facit. 4.
Primò ponit partiū cōpromiſſum. Scđò unius partis
allegationē ibi, dicti monaci. Tertiò ibi, ecōtrario, al-
legationē alterius partis. Quartò ibi, qa uerò, conſul-
tationē arbitrorū. Scđa principalis facit alia. 4. Primò
rn̄det cōſultationi. ſcđò ſoluit, & cōcor. ꝫria. 3. rn̄ſio-
nē corroborat 4. illā determinat. ẜa ibi, anctoritates.
tertia ibi, nā, & quarta ibi, hoc ãi [*Decima*] ſita. ĩ. limites
2 † parochiæ ſācti Stephani. & ſic faciebat ꝓ illa ius cōe,
qđ dic ut. ĩ. de decimis, cū cōtingat [*Compromiſiſſent*] tā-
quā in arbitratores: alias ꝫ, de tranſac. contingit. & no.
de prębē. niſi eſſēt. Ho. neſcio, quare hoc dixerit [*Eius*]
ſ. milius, uel [*eius*] ſ. decimæ, quod eſt melius [*Male*] i. ꝫ
ius eccleſiæ: quia tn̄ habēt ea ex diſpēſatione, ſine pec-
cato eſt, Inn. uel dic, ut. ĩ. dicā in glo. mag. circa mediū
[*Epiſcopo loci*] ꝑ ꝑ hoc inducitur cap. fin, & vide qđ dicā,
ĩ. de deci. qm̄, in glo. Dicit Hoſt. ubi no. quid ſi ſolū re-
nunciat illā in manibus epiſcopi, uel eam donat epi-
ſcopo [*Omnia*] ſic cōceſſa [*Aduerſa*] ſancti Stephani [*Si-
ne cleri.*] cathedralis eccleſiæ, Inno. [*Minus*] i. non. Pe. ſa
cit de reſcrip. ex parte. 3. ad fi. & quod dicam, infra de
a ſimo. licet, ſuper glo. ſic. ſ̄. [*Tenetur*] in anti. poſſidetur [a]
hæc erat glo. [*Quod monendus eſt*] quid ſi hæc forma ſer-
uata non fuerit? uidetur, ꝙ poſſit irritari. ſ̄. de reſcrip.
cū dilecta, de elec. quia ꝓpter. §. ſi uerò vnde ſequit,
3 ſi ad hoc induci nequiuerit. ergo † à cōtrario, ſi indu-
ci poterit, nuquam erit firma donatio, quantuncun-
que diœceſanus conſentiat, quod fortiſſimum [b] eſt,
ut. ĩ. in fi. Ho. [*Spectat*] ſ. in cuius eſt parochia, uel à qua
illam habet in feudum [*Cum aliud*] non ſufficit ergo di-
cere: aliud hic, aliud ibi, niſi & ſufficiens reddatur ra-
4 tio diuerſitatis, ut hic [*Eccleſiaſticum*] ideſt generalis † ec-
cleſię, quod eſt nota ſecundum Inno. & Hoſtien. qua

reuoca-

reuocari intelligitur, ad quancunque eccleſiam reuo
cetur, & ſi non ad illam, ad quam pertinet [*In alienatio-
ne*] rei habitæ & poſſeſſa, Gof. [*Clericorum*] etiam eccle-
ſiæ poſsidentis rem, nedum capituli diœceſani. j. de re-
bus eccle. non alie. cap. 1. Hoſti. [*In reuocatione*] rei apud
laicum conſtitutæ, Goffre. [*Vtrunque*] ſ. alienationem
prohibitam. & reuocationem cõceſſam [*Eccleſia*] ge-
5 neralis, ut dixi [*Laicis*] an his † laicis uaſallis præiudicẽt
priuilegia poſtea impetrata ſuper decimis non ſoluẽ-
dis, plene dicã, infra de deci. nuper, in glo. ſup. [*Feudum*]
obijcitur, aut iſtæ decimæ conceſſæ in feudum erant
eccleſiæ ſancti Stephani cõceſſæ tanquam ſuæ ab epi-
ſcopo, qui poſtea donationem confirmauit, & tunc
male dicit, ꝙ monendus ſit ille, qui tenet, ut reſtituat
decimas eccleſiæ, ad quam ſpectant, cũ non ad eccle-
ſiam ſancti Stephani, ſed ad epiſcopũ pertineant. Aut
decimæ iſtæ erant cõceſſæ in feudum ab eccleſia ſan-
cti Stephani, & tũc conſtat, ꝙ ſi miles feudatarius eas
alij dederit ſine cõſenſu dominæ. ſ. eccleſiæ ſancti Ste-
phani, cadat à iure feudi, & ipſo iure utile dominium
redit ad eccleſiam ſancti Stephani, in libro feudorũ,
& de feu. non alie. ſine cõſenſu do. imperialẽ. Ad hoc
reſpondent quidam, ꝙ hoc debet intelligi de decimis
eccleſiæ ſancti Stephani, quarum fructus epiſcopus à
principio ex cauſa potuit concedere in feudum, dire-
cto tamen dominio penes eccleſiã ſancti Stephani re
manente. Sed & nunc licet eidem epiſcopo eaſdẽ de-
cimas concedere alij eccleſię, ſeu conceſſas confirma
re, cũ modicũ damnum eccleſiæ fiat, à qua tenetur in
feudum, & magnũ lucrũ illi, cui conferuntur: & quæ-
cunq; eccleſia fructus percipiat, ſemper eccleſia perci
pit: quia vna eſt eccleſia, ut no. ſ. §. proxi. probatur. 24.
q. 1. loquitur. uel dic, ꝙ ſi iſtæ decimæ alij eccleſiæ cõ-
ferantur de conſenſu epiſcopi, ſemper eps intelligitur
hoc concedere ſine præiudicio alterius, & ideò miles
nihilominus remanet uaſallus eccleſię ſancti Stepha-
ni ut prius: & plaius monaſterij erit vaſallus militis,
uel eccleſiæ, ad quã ſpectat directũ dñium. & hoc te-
net Abb. abſurdum. n. eſſet, ꝙ ſine culpa priuaret ſuo
6 feudatario. 56. di. ſatis peruerſum. Quod aũt † dicit de-
cre. ſ. eo. §. ecõtrario, Sine cleri conſenſu, intelligendũ
vr non ſolũ de conſenſu capituli eccleſię cathedralis,
ſed & de cõſenſu alterius, ad quam ſpectat directũ do
miniũ decimarũ, ſm Inn. Eſt aũt ratio: quare iuſtè ha
bitas per antiquũ feudũ poſsiut cõcedere, licet iniuſtè
occupatas nõ poſsint: quia ſi tales decimas præciſè &
inuiti cogerentur feudatarij reſtituere eccleſię dñæ, à
qua habẽt, ex quo ſibi in feudũ perpetuò cõceſſę fue-
runt, ſcandalũ immineret, ad qd uitãdũ ſufficit. ꝙ cui-
cunq; eccleſiæ dentur, ar. ſ. de præſcrip. c. 2. cũ ſuis cõ-
7 cor. Sed tamen † dũ tenẽt laici, non ſunt ſine peccato.
Alij dicũt, ꝙ iuris pmiſsione poſſunt laici habere fru-
ctus decimarũ in feudũ: quia directũ dñium remanet
penes eccleſiam, quãuis utile tranſeat ad uaſallũ quã-
tũ ad perceptionẽ fructuũ, quos etiã eccleſia dña per-
cipere intelligitur, cũ à vaſallo ſuo eius nomine perci
piantur, ut. ſ. de reſti. ſpo. cũ ueniſſet, & c. olim. 1. §. fi. &
de præſcrip. ad audientiam, uer. fi. imo idem uidetur
dicendũ de oblationibus, & alijs eccleſiaſticis in feu-
dum conceſsis: quia generaliter loquitur illud. ca. 16.
q. 1. c. fi. quò ad fructus decimarũ. uide quod ibi no. &
1. q. 2. peruenit. Sed & idem vr ꝯdicere, cum ibi dicat,
quod male eſt detẽta: ex quo uidetur, ꝙ talia ſine pec-
cato concedi non poſſunt. ad quod poteſt reſponde-
ri, ꝙ ideo dicunt male detenta: quia laici ſpãlia laicis
non miniſtrent, & ideo male ab eis detinent, cũ deci-
mæ illis, qui miniſtrant ſpiritualia, ſint reddenda, vt. j.
de decimis, tua nobis. §. 1. Detinentur ergo male, &
ſi ne exhibitione adiũcti obſequij. Sed tamẽ ſine pec-
cato: quia quãuis ipſi non exhibeant ſpiritualia, tamẽ
ipſi exhibent donũ clericis, à quibus cauſam habent.
& quorũ eſt dominiũ principale. Dicũt ẽt quidam, &
male, ut inf. de deci. ad hoc. ꝙ hodie epi, & alij prælati
de conſenſu eporum poſſunt infeudare fructus deci-
marũ. nec ob. j. de locato. neſtra: quia loquit de illis, q
non habẽt conſenſum epi, & ideo nõ poſſunt infeu-
dare fructus decimarũ. licet poſsint locare ad tempus
aliud. n. eſt de illis, qui uolunt infeudare ppetuo: quia
nec unq̃ licuit nec hodie licet abbatib' & minoribus
prælatis infeudare ſine eporũ licẽtia. 17. q. 4. in uendi-
tionibus. Sed nec ob. de feu. c. 2. quia loquitur de illis,
q iurauerũt nõ infeudare. Magis tñ placet Inn. ꝙ hæc
decr. intelligatur de decimis tm̃, quæ non ab eccleſia,
ſed ab epo tenent in feudũ. Nec mireris: quia monen
dus eſt feudatarius, ut decimas iſtas reddat parochiali
eccleſię, ut dixi, ſupra c. quia vero. eſt. n. ſubintelligen-
dum, ſi eps. à quo tenent, in hoc cõſenſerit. neq. enim
ſibi inuito ſuum feudũ aufertur. Sed nec mireris, ſi di
cit, ꝙ prius reſtituatur eccleſię parochiali, q̃ alij: quia
intelligendũ eſt. ꝙ quãdo eps conceſsit decimas iſtas
in feudum, accepit eas ab eccleſia parochiali pro ali-
qua utilitate epiſcopatus, quod licuit, inf. ut beneficia
ec. c. unico. §. fi. ſm Inn. ſed dicit Hoſt. illud uerũ ad tẽ-
pus tm̃. vt ibi. alleg. ẽt de reb. ec. non alie. dudũ, li. 6. Cõ
cludebat autẽ Inn. ꝙ ideò iuſtius & æquius eſt, ꝙ pri-
mò reſtituat ei, q̃ alij, arg. de teſta. cũ in officijs, & quia
de facili redit res ad naturam ſuã, ut no. j. c. ſuper uer.
conceſſę. unde ſi epiſcopus in hoc conſentire nollet,
recurrendũ eſſet ad ſuperiorem, inf. de iure pa. nullus
non ergo intelligitur hic de decimis, quę ab eccleſia
ſancti Stephani tenerentur in feudũ. illas enim nõ de-
beret eccleſia pdere etiã de conſenſu capituli. niſi ma
gna cauſa ſubeſſet, ar. j. de re ec. non alie. c. 1. ſm Inno.
Dicit Hoſti. non licere epiſcopo decimas parochialis
eccleſię dare laico. j. de deci. quãuis, & c. prohibemus,
licet ipſam etiam eccleſiã ex cã nõ laico, ſed collegio
in totũ conferre poſſet, inf. de dona. cõſultationibus.
uel etiam in ipſa cenſum aſsignare de nouo, uel anti-
quum augmentare, ut patet in eo, quod le. & no. infra
de cenſi. prohibemus. ſ. de præbẽ. extirpãdæ. §. fi. & j.
e. paſtoralis, De cõſenſu tamen capituli, vt ibi le. & no.
& in cle. de re. eccle. non alie. ſi una [*Perpetuò*] Si ergo
8 † ad tempus, uel ſub conditione adimẽre nõ habebit
hic locum. ad hoc, infra de dona. inter vi. & uxo. nup.
nec placet quod no. Archi. de deci. c. 2. lib. 6. ꝙ intelli-
gatur perpetuum ad uitam. ff. pro ſocio. l. 1. all. glo. 10.
16. q. 7. c. 1. quam dicit placuiſſe. G. Na. & Rai. ſed cum
nil certius morte. ff. de condi. & demon. l. 1. certum er-
go eſſet illas ad eccleſiam reuerſuras, & ſic donationi
nõ eſſet locus [*Conceſſa*] & ante † Laterã. cõciliũ, quod
9 fuit annis domini. 1179. factũ ab Alex. III. qui fuit Se-
nẽſis. & refert chroni. Mar. ꝙ tũc Mediolan. Cremon.
& Placentini contra Papiam conſtruxerunt Alexan-
driam, quam ab ipſo Alex. ſic uocarũt. & quod prius
dixi, patet infra de deci. c. 2. §. illas autem, li. 6. Dicebat
Hoſt. ante tempus Vrbani ſecũdi, hoc dicebat per ca-
pitulũ primũ in li. uſus feudorũ. titu. epiſcopũ, abbatẽ,
uel abbatiſſam feudũ dare nõ poſſe, in prin. li. Et quę-
rit, quid ſi non apparet, an prius, uel poſt habuerit il-
las in feudũ, tamen non eſt memoria, ꝙ alius poſſede
rit, uel perceperit? ar. pro vaſallo, infra de uer. ſig. ſup
quibuſdã, & quod ibi no. Item quia nõ eſt uerisimile,
ꝙ tm̃ ſiluiſſet eccleſia, ſi petere potuiſſet, ar. de re. ec-
cle. nõ alie. ſi quis. de no. ope. nun. ca. 2. uer. ſuper. Ipſe
Hoſt. reſpondet ad hanc rationem, ꝙ operante pecca
to tã crudeles ſunt hodie laici, ꝙ eccleſia mutire non
audet, ar. de iurciur. nimis. quare ipſe Ho. tenet ipſum
præciſe cogendum ad decimam reddẽdam eccleſię,
niſi probet prius conceſſum, vel poſt auctoritate pa-
pę his rationibus: quia eccleſia fundat intẽtionẽ ſuã

do

de iure cõmuni: obtinebit ergo, niſi alius probet titu
lum, de præſcr. c. 1. li. 6. Secũda ratio, quia uertitur pe-
riculum animæ; & ideò ſequendũ eſt, quod eſt tutius,
de ſpon. iuuenis. cũ ſuis concor. Tertia, quia poſſeſſio
talis eſt odioſa, cum regulariter non cadat in laicũ, de
præſcr. cauſam. Quarta, quia de facili reuertitur res ad
id, quod ius, & natura ſibi ab initio cõceſſit, ff. de pac.
ſi unus. §. pactus, uet. ꝙ ſi. j. de cen. cũ venerabilis, poſt
medium. Quinta, quia ſumma eſt ratio, quæ pro reli-
gione facit. ff. de reli. ſunt perſonę. & hanc etiam. q. po
ſuerat Hoſ. infra, de deci. quãuis, & idẽ tenuit Io. Mo.
d & Arch.[d] in præ. decr. ſecunda de deci. lib. 6. Satis uide
tur contrarium tenendũ per prędictam decre. primã;
de præſcri. lib. 6. per quã reſpondetur ad primã ratio-
nem. Ad alias dic, ꝙ illę procederẽt, ubi non poſſediſ-
ſet ut uaſallus, & hoc intelligo, quando cõmunis opi
nio fundatur ſuper antiquitate feudi: quã cõmunem
opinionẽ in tali præſcriptione probari neceſſe eſt, ut
10 ibi no. in fi. ¶ Gl † & etiam) ponit lecturam La. quã re
probat. ¶ Gl. ideò) reſpõdet per ob. ¶ Pe. gl. ſignat cõ
11 trarium. ¶ *In gl. quantum, ibi, tutor qui. §. 2.*] Si tutor emit
non idonea prædia. ſi per ſordem, gratiã, vel negligen
tiam latam, tenetur: alias non. ¶ *In gl. ideò, ibi, uoluntas*] di
cit, ꝙ gl. ſequẽtes dicũt prohibitũ alienare extra fami-
liã in extraneum etiã per inſtitutionẽ, vel fideicõmiſ-
ſum id non poſſe [*& ibi, eiuſdem*] idem, ſi ad aliã ciuita-
tem corruentium parietũ marmora, uel colũnas de-
fert de ꝓpriis domibus in domos ꝓprias, & hoc vult
lex illa, ꝙ ornatus ciuitatis non transferantur ad rura.
¶ *In gl. antepe. ibi. l. 1.*] lex Iul. de vi, permittit proficiſcẽtẽ
demãdare: ergo nõ proficiſcẽs non demandat. ¶ *In gl.
pe. ibi, cum ita*] vide de præſump. nõne, ſuper ulti. gl. ¶ In
12 † gl. quantũ ad, ibi, eueniat) de hoc, & quid iuris, ſi nõ
ſit eccleſia locupletata, nec dãnificata, no. 12. q. 2. ſine
exceptione, in gl. pe. ¶ *In gl. de facto, ibi, c. 1.*] ubi de hoc,
& 14. q. 1. §. 1. & infra, de deci. quãuis. ¶ *In gl. ideo non, ibi,
ad eccleſiam*] & ſic recuperatur, & ſi nõ ab eadem eccle
ſia, tamẽ ab alia. & ſic facilius permittitur perditæ rei
recuperatio quã habitæ alienatio. unde in rebus non
habitis, ſed habẽdis poteſt fieri per ſeruũ deterior con
ditio, & ſi debitor alienat in fraudem creditoris res,
quas habet, reuocatur. ff. de his, quæ in frau. cre. l. 1. Se-
cus in his, quæ nõ habet, ut ſi in fraudẽ creditoris nõ
adiret hæreditatem. ff. eo. ti. l. qui aũt. nec poteſt liber-
tus aliqd alienare in fraudẽ patroni: quin reuocetꝰ p
Fauianã, quæ lex ceſſat, cũ omittit adire hęreditatem,
uel ea, quæ non poſſidet. ff. ne quid in frau. pa. l. 1. §.
utrum, Vin & Gof. facit. ff. de uet. ſi. alienationes. §. 1:
[*& ibi, poſſet redire*] ponderauit canon, ꝙ poterat etiam
non redire, ad hoc inſt. de auc. tu. §. neq. ad hoc bene.
ff. de cond. inde. l. ſufficit. ff. de le. 1. cum res. in fi. & cõ-
ſtat licere propter dubiũ, quod alias nõ liceret. j. de ſe-
pul. ſacris, ubi de hoc, de uſur. c. ult. ¶ *In gl. a contrario*
13 † *ibi, fortiſſimum*] quod intelligatur, ut dixi de elec. pu-
blicato, ſuper gl. ſi. [*& ibi, qualis*] j. de regula. cum uirũ,
& 15. q. 3. ex eo. vbi de hoc. ¶ *In gl. pe. ibi, requiſiſti*] ibi etiã
in uer. ſi uero relinquatur, probatur contrarium, ſcili
cet ꝙ idem ſit dicere, epiſcopo, & ſoli epiſcopo, quare
dicas ex circũſtantiis hæc diſcerni, an hæc ſint eadem,
an diuerſa. facit, quod not. de donat. apoſtolicæ, in 3.
gloſſ. & quod dicam ſuper ea

ANNOTATIONES.

a ¶ Poſſidetur. Patet ergo, quòd laici etiam habentes decimas ab an
tiquo in feudum, illas non poſſideant, & licet hic gl. ſuper uerbo
tenet, contra oo. gl. infra, de decimis, quãuis.
b ¶ Fortiſſimum. Pro hoc facit c. Piſanis, & quod ibi no. de reſt. ſpo.
& c. prouida, de elec. lib. 6. & in l. cum hi. §. prætor. ff. de tranſac.
c ¶ Lib. 6. ¶ Vbi uide Io. And. ſuper glo. ſecus, & licet quo ad mate-
riam illam perpetuum, non intelligatur ad uitam conceſſum, quò
ad prohibitionem tamen alienationis bonorum eccleſiæ, conceſ-
ſum ad uitam dicitur alienari, ut in cle. 1. de rebus eccleſiæ non
alienan. ubi uide.
d ¶ Archi. Et Ioan. de Ligna. & plerique alij docto. & mihi uidetur pro-
babilior iſta opinio, & c. 1. de præſcri. quod allegat Io. And. ſecun
dum iſtos magis facere contra, quàm pro.

SVMMARIVM.

1 *Sine capituli conſenſu concedere non poteſt epiſcopus eccleſias alijs
etiam patronis eccleſiis, uide nu. 4. & 6. in prin.*
Electus epiſcopus alienare prohibetur.
Eccleſia maior intelligitur cathedralis.
2 *Archidiaconus multis modis aſſumitur, & quibus.*
Vnde eligi debeat, & an cum canonia.
Eccleſia non uacans concedi poteſt loco religioſo.
3 *Tractatus in alienationibus ſufficit unicus, & qualis, & nume. 6
& 7. inf.*
*Reſtitutio non datur aduerſus alienationem irritam, ſecus ſi te-
neat, & quo caſu non datur minori, nu. 6. in fi.*
4 *Subſcriptio quibus in caſibus requiratur.*
Epiſcopus qua poſſit alienare, & num. 6. in prin.
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 6. & 7.*
*Ad eccleſiam aliam tranſire uolens relicta priori, uel dignitate,
an ſit admittendus.*

CAPVT VIII.

r TVa nuper. Caſus. Non põt † epiſco-
pus ſine cõſenſu capitu-
li cõcedere eccleſias, etiam quę ius patro-
natus habent in illis, ſecunda ibi, alterius
[*Verum*] liceat, quod eſt infra [*Electo*] confirmato: alias
non eſſet quęſtio, de elec. noſti. & c. qualiter [*Conſen-
ſum*] ſup. canonicorum [*Maioris*] id eſt cathedralis de in
ſti. ad decorem [*Ab ipſa*] Hoſt. habebat [*in ipſa*] dicens,
ꝙ ſic fieri debebat, de elec. ꝙ ſicut. & c. cum terra, vel
exponendum ſecundum eum, id eſt ad ipſam regen-
dam. 10. q. 1. regẽda. prima litera plana [*Aſſumatur*] hoc
a dixit quia † interdum aſſumitur per electionẽ. 93. diſ.
legimus, circa medium, ibi, diaconi autem ex ſe & c.
Quandoque per ſuperioris inſtitutionem, ut 74. diſt.
epiſcoporum. & 60. diſt. c. 1. ubi de hoc, Gof. & 21. diſ.
cleros. in glo. ubi epiſcopus [*De ipſa*] no. per hoc Inno.
ꝙ non licet epiſcopo eligere archidiaconum, niſi de
eccleſia cathedrali: quod uerum intelligit, ubi archi-
diaconus eſt de capitulo, & debet eſſe canonicus: &
epiſcopus, quãuis poſſit dare archidiaconatum, non
tamen canoniam. nam, ſi ad eum ſpectaret etiam col
latio canoniæ, tunc etiam extraneo dare poſſet ſimul
utrũque, ſecundum Innoc. id uerum ſecundum Ho-
ſtien. ſi utrũque uacat. Quid ergo ſi numerus canoni-
corum ſit plenus, hoc caſu nõ liceret etiam legato cõ
ferre præbendam non uacantem, ſupra. de præben. di
lectus. j. Dicit Hoſt. ꝙ hoc caſu poteſt archidiacona-
tum vacantem conferre etiam extraneo, niſi ſit con-
traria conſuetudo, qualis hic erat, ad idem de conſue.
cum dilectus [*Vacantes*] unde. 2. & non uacans conce-
di poteſt loco religioſo. ſup. de reſti. ſpo. cũ ueniſſent,
Goff. & in cle. de re. eccl. non alie. ſi una [*Baptiſmales*]
Idem de aliis, ut patet in generali reſponſione, Hoſ. &
3 infra c. prox. [*Tractatu*] licet † vtile ſit iterare tractatum,
puto tamen, ꝙ unus ſufficiat per decre. dudum, de re.
eccle. non alie. lib. 6. debet tamen eſſe ſolennis, & dili-
gens. ut ibi, & per illud ſingulare hoc probo, de hoc,
& ipſius formam uide in Spe. de loca. §. ſequitur, uer.
& ſcias [*Irritu*] ipſo iure, ſupra c. 1. dic ut ibi. Dicit enim
Goff. & Hoſtien. ꝙ quando fit alienatio in caſu non
cõceſſo non datur reſtitutio: quia ipſo iure irrita eſt,
etiam ſi omnes conſentiant, C. ſi aduer. don. l. 2. C. de
ſac. ſanc. eccle. iubemus nulli. Quando verò tenet, ſed
læſa eſt eccleſia, datur reſtitutio, de reſtit. in integ. c. 1.

de re.ecc.nõ alie.ad noſtrã,aliter no.Io.12.q.2.in ſum.
4 in fi.[*Subſcriptione*]hoc requiritur † ſm Hoſti.in aliena
tione, ut hic in conſtitutione ſyndici , quod dic ut de
ꝓcu.c.1.in decreto elec.quod dic.vt de elec.innotuit,
Hoſt.[*Perpetuas*] ideſt in proprios uſus cõceſſas.Inno.
& per hoc,quod dicit ꝑpetuas,no.Rodo.Egi.& Guil.
ꝙ tẽporalẽ donationẽ de fructibꝰ facere poſſit epiſco
pus,cum ſolum perpetuæ ad alienationẽ pertineant,
vt hic.Idem Io.12.q.1.poſſesſiones.ad c.12.q.1.epiſco
pus. rñdent, illud locũ habere, cum lædebat vel frau-
dabat eccleſiã.ad.c.ſup.co ea noſcitur, reſpondent, ꝙ
illud in conceſſione ſpũalium.ubi maior dẽt eſſe exa
5 minatio: hoc in conceſſione tẽporaliũ. ¶ Prima † gl.
6 ponit caſum. ¶ Antepe.gl.quærit,& ſoluit. ¶ *In 5.† gl.
ibi,lex quæ,in fi.*] loquitur de ueſtibus attritis,uel corru
ptis,& animalibus ſuperuacuis,quę tutor alienat ſine
decreto.¶ *In gl.antepe.ibi.l.ult.lib.2.*] cõueniunt curiales
honorati, & poſſeſſores ciuitatis , cuiꝰ res diſtrahitur,
& ꝓpoſitis ſacroſanctis ſcripturis q̃libet ſigillatim di-
cet, qđ putat utile ciuitati.& l.ſequẽs loqtur de obli-
gato reipublicæ.nã iudex diligẽter inquiret, ad quos,
& qua de cauſa tranſierunt eius bona, ut ſinguli habi
ta rõne eius,quod poſſidẽt, cõueniãtur [*& ibi.Diuus*]
uide ut lite pen.eccleſia.1.in fi.pe.gl.¶ *In gl.pe.ibi.ſi locu
pleti*]Si minor adiuit hęreditatẽ locupletem,quæ exi-
naniuit,nõ reſtituitur,quod enim facto accidit,cuiq;
diligentisſimo accidere poſſet [*& ibi.Sed an ultro*] vide
de eo,qui mit. c.3.in gl.pe. ¶ *In gl.ult ibi,annua*] uide de
7 offi.dele. quoniam.ſuper.3.gl. ¶ *In † gl. 1.iſtius,in fi.*] &
erat qõ.an habens dignitatem.vel parochialem eccle
ſiam, quã relinquere intendit, ad aliam eccleſiam va
cantem à vero patrono præſentatus ſit admittendus,
& ſatis ſoluitur.ſ.de elc.non re.quia nonnuli,& c.ſeq.
Hoſt.¶ *In gl.ſed qualiter,ibi uidetur*] ſup.ſicut fit,cum alie
nari debet res ciuitatis ,& tũc bene cõmuuatur , quod
ſequitur Et dicit Hoſt.ꝙ ſicut ibi iurãt maiores ciuita
tis.ſic hic iurabunt maiores eccleſiarũ.10.q.2 hoc ius
[*& in fi.*] adde quod not.ĩ.de re.eccl.non alie.dudum,
li.6.in gl.ſed quod , ubi uerò hoc no.per Hoſt.¶ *In gl.
ſequenti ibi , iudicio*] idem Inno.

SVMMARIVM.

*1 Sine capituli conſenſu non poteſt epiſcopus eccleſias parochiales,
uel earum obuentiones monaſterio conferre.
Quaſtiones,ſiue dubitationes conſulentis quæ fuerint,& quot.
Laboranti obuentiones dandæ,nor. In dic. & nu.2.
2 Quatenus, quid ſibi uelit hic.
Parochialis eccleſia in ſpiritualibus reditibus parochiæ fundat in
tentionem ſuam de iure communi.
Reditus, uel prouentus eccleſiarum quo modo expendendi.
3 Non alienare iuramento tenetur epiſcopus,et nu. 5.ubi excipitur.
Singularis pro plurali num.ponitur hic.
4 Breuitas laudatur.
Epiſcopo quando quinquageſimam, & quando centeſimam, & de
quibus reditibus dare liceat, & nu. 9.
Abbatis iuriſconſulti magiſter quis.
Conſilium contra ſe non tenetur epiſcopo dare capitulum.
Ad repugnantia duo quis admittitur interdum.
6 Epilogus ſuffragium, & additio gloſſarum, nu.7.& 8.
Prouinciæ,& diæceſes quando diuiſæ.
Decipi quis non debet iuris auctoritate, & quo caſu hic.*

CAPVT IX.

1 PAſtoralis. Caſus. Epiſcopus † paro-
chiales eccleſias, uel ob-
uentiones ipſarum etiã de conſenſu patro
ni ſine cõſenſu capituli ſui monaſterio cõ
ferre non poteſt, & in prima duplex qõ. in ſecũda cõ-
munis reſponſio ibi, ad quod [*Præterea quæſiuiſti*] pri-
ma quæſtio fuit , an epiſcopus poſſit cõcedere vni ec
cleſiæ obuentiones alterius, retenta honeſta ſuſtenta
tione vicarij.q. deſeruiet eccleſiæ, cuius obuentiones
confert.Secunda,an liceat epiſcopo conferre totã ec
cleſiam.vel partẽ ipſius,& ut ſit litera conſona,ſup.in
proprios uſus.& ſic bene inducit decretalẽ, ex qua ar
gumentur ibi, & cũ Lateran. conci.ſtatuta &c.& hęc
qõ ferè eadem eſt cum illa.ſ.c.proxi. uel melius dicit,
ꝙ ſecunda qõ eadẽ eſt cũ prima,ſed in hoc eſt differẽ-
tia.quia primò quæritur de eccleſia,cuius collatio ad
epiſcopum, ſecundò de eccleſia, quæ habet patronũ.
Tu dic. ꝙ fuit dubitatio , quia Dionyſius limitauerat
parochiales ſtatuens,ꝙ obuentiones ſpirituales intra
eas prouenientes pertineant ad illas,vt decimæ,primi
tiæ,oblationes.mortuaria,& his ſimilia.vnde nõ vide
bãtur hæc poſſe conferri nec in totũ,nec in partẽ alte
ri eccleſiæ: quia ſic cõfunderentur termini parochia-
rum, & fieret cõtra diuiſionẽ Dionyſij eccleſia paro-
chiali manente:quod patet, quia ibi remaneret uica-
rius:quia iura parochialia miniſtraret parochianis,&
alius ꝗ qui nõ laboraret, obuẽtiones reciperet contra
decretũ Dionyſij. & cõtra id, quod legitur de ſepul.c.
1. & hæc fuit dubitatio primę qõnis. Dubitatio uerò
ſecũdæ fuit ꝙ cũ Lateran.cõc. prohibeat de nouo im
poni,uel augeri ueterẽ pẽſionẽ , fortius uidebatur ꝓ-
hibendũ,ne tota eccleſia alteri daretur,ſm Inno.Sed
Hoſt. dicit,ꝙ planus eſt intellectus capituli.nã primò
quæritur . an eccleſia dari poſſit religioſo loco ꝑ epi-
ſcopũ.ſine cõſenſu capituli,& licentia papę.ſecundò,
an conſenſus patroni quò ad hæc efficaciter operet,
& reſpõdet,neutrũ poſſe fieri ſalua cõſtitutione quin
2 quageſimæ [*Quatenus*] ideſt ad † hoc , & per hoc not.
ſecũdum Hoſt.ꝙ quo ad ſpirituales reditus parochiæ
parochialis eccleſia fundat intẽtionem ſuam de iure
cõmuni, de parochiis, ut dominicis,de deci. quoniã,
a & c.cũ in tua,& c.dudum [a][*Neceſſarios*] hoc ſecundũ
Hoſ.eſt cõtra illos qui tales prouentus dant hiſtrioni-
bus,uel aliàs prodigè expẽdunt.86.diſt.donare[*Stipen
dia*] ne ligetur os bouis triturantis,de præben. extirpã
dæ[*Miniſtrorum*] ſim. quod de monacis dicitur de ſta.
3 mona. c.1.in fin.[*Liceat*] cum † ſacramento teneatur
non alienare.Hoſt.de eccle.ędi.c.fin. ubi de hoc[*Ad
quod*]melius dixiſſet[*ad quę*] Sed dicit hoc pro tanto:
quia idem iuris in utroq;,de reſcri.poſtulaſti,de ſacra.
4 nõ iterã.c.1.§.fi.Hoſ.[*Breuiter*]no.pro † breuitate,qua
gaudent moderni,de ſacra.nõ iterã.c. 1. & 2.ff.de offi.
pręfec.pręt.l.vna,in prin.Hoſ.[*Quinquageſima*]monaſte
rio de nouo fundãdo,uel cẽteſima pro magnificãdis
ſepulturis.ĩ.de don. apoſtolicæ.hanc autem quinqua
geſimam de rebus eccleſiæ cathedralis, non de rebus
eccleſiarũ ſibi ſubiectarũ dare põt epiſcopus , ſm In-
noc.licet Pet. hic contradicens, ꝙ ad hoc ut congrua
b ſit hic exceptio papæ, oportet intelligi,[b] ꝙ etiã de bo-
nis ſubiectarũ eccleſiarũ poſſit epiſcopus dare quin-
quageſimã , & ſic prorogatur hic canon bonæ rei. &
Abb.refert,ꝙ ſic etiã conſuluit ipſe Pe.magiſter ſuus,
in q. quæ fuit Auinionę inter ꝑdicatores,& parochia
les eccleſias.ſed Egi. dicit, ꝙ hoc ualde ſibi vr̃ extran.
5 [*Roman.pon.*] cui iurauerat † non alienare,& ſup.& ſine
capituli ſui uoluntate, niſi expreſſè contrarium man
daret in litera papali, ut de re.ecc. nõ alie. ut ſup.in fi.
Hoſt.]*Voluntatem*] ſi epſ agens ꝯ capitulũ ſi ꝑ aliqua re
petit cõſiliũ capituli,vr̃,ꝙ teneat dare, arg.23.q.1. qd
culpatur. nã quãdoq; quis admittit ad duo repugnã-
tia,ff.de inoffi.teſta. Papinianus,§.ſed nec impuberis,
& l.filius.In contrarium, quia quilibet officio ſuo ſit
contentus.C.de aduo.di.iudi.l.2.C.de aſſeſſ.nemo,ne
promiſcuis actibus &c.C. de teſta.conſulta. dic ꝙ nõ
c tenetur [c]:quia graue eſt, ꝙ quis procuret ſuum incõ-
modũ.ſ.de proba.c.1.ꝙ iſti facerẽt,ſi attenuarent cõ-
ſilio,

ſilio, quod allegationibus grauare nitunt. ſm Io. Phi.
6 & Vin ¶ Gl. † pe. rñdet per qõnem, alle. pro, & cõtra,
ponit opi. Hug. & Tan. quã dicit tutiorem: ſed contra
7 riam ap. ¶ *In † gl. pe. ibi. §. ult.*] uide de magiſ. c. fi. ſuper
8 gl. penul. ¶ *In † gl. 1. in fi.*] prouinciæ uero, & diœceſes
prius diuiſę fuerunt. 8. diſt. c. 1. & 99. diſtin. prouinciæ.
Vinc. utrobique de hoc. ¶ *In gl. pe. ibi, Hug.*] & Tan. &
Vin. [*& ibi, idem dicit*] quod Hug. & Tan. [*& in fi.*] con
cor. Goſ. hic in ſum. huius ti. §. pe. & j. de dona apoſto
licæ, ne iuris auctoritate donatarij decipiantur, C. de
9 his, qui ve. æta. l. 1. Hoſt. hic † dicit, ꝙ ſi vult concedere
de ſuis reditibus ſeparatis, vel communibus ſibi, & ca
pitulo, hoc poteſt ſine conſenſu capituli. Si autem de
reditibus capituli ſeparatis, requiritur tunc ipſius ca-
pituli conſenſus, ar. ff. pro ſocio. l. merito. Pe. & Ab. di-
xerũt, ꝙ eccleſiam monaſticis regulis informare, vel
monaſteriũ de nouo conſtruere non poteſt ſine con
ſenſu capituli, per c. 12. q. 2. ſi epiſcopus. Informatæ au
tem, uel conſtructæ, poteſt ſine conſenſu capituli da-
re quinquageſimam, uel centeſimam per hanç decr.
cum ad dotandum ſint obligari, de conſe. ecc. uel al-
ta. cum ſicut, & dicunt ſic opiniones ad concordiam
poſſe reduci, & hoc placet.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Dudum. Optimè probatur in c. 2. de reſti. ſpo.
b ¶ Oportet intelligi. Pro quo facit quod notat Io. And. poſt Hoſt. infra, ſuper gl. penul.
c ¶ Non tenetur. De quo facit c. petitio, & quod ibi not. in gl. fi. ſupra. de iureiu. & quod notat Bar. ff. de ſena. l. 1. & Cy. in l. inquiſitio, C. de ſolu.

S V M M A R I V M.

1 *Ad concilia prouincialia qui uocari, & admitti debeant, & nu. 2. 3. & 4. §. in gl. ult. & ad quę, ibid.*
2 *Per procuratores capitula negocia ſua expediunt.*
Ex uocatione, & inuitatione ius acquiritur.
Vocatus ſiue citatus ad electionem debet admitti, & fortius expectari, excepto caſu, & quo.
3 *Abbates an uocentur ad concilium epiſcopale, & prouinciale.*
Nuncij capitulorum etiam non inuitati admittendi in concilio prouinciali, de quorum conſilio quæ peragenda.
In ſynodo quæ fiunt, facienda de conſilio canonicorum.
4 *Additio gloſſarum.*
Laici etiam admittuntur in concilio prouinciali, & ad quæ. §. in gloſſ. ultima.

C A P V T X.

1 IT ſi membra. Caſus. Ad † conci-
lia prouincialia vo-
cari debẽt, & admitti cathedralium eccle-
ſiarũ capitula, & prima pars ponit quere-
lam. ſecunda prouidet ibi, uiſum fuit [*Prouincia*] con-
ſtrue, capitula Cathedralium eccleſiarum prouinciç
Senon. ad nos &c. & no. ꝙ dicit, Cathedralium: quia
aliæ, licet collegiatæ, non uocãtur, illę enim diſponũ-
tur per epiſcopum, & ſuum capitulũ, ſup. ti. 1. nouit,
a ſm Egi.[a] [*Quod archiepiſcopus*] deberet dicere, ꝙ vos, per
quod uidetur ſuperſcriptio falſa, ſm Boa. & bene eſt
2 ſic in an. [*Procuratores*] quia capitula † commodè non
poſſunt ire. ſup. de maio. & obe. c. nl. Hoſ. [*Conuocatos*]
ar. quod ex inuitatione eius acquiritur, unde turpius
eijcitur, &c. de iureiur. quẽadmodum, & ar. ꝙ citatus
ad electionem debet admitti. & ſic fortius expectari.
de hoc, ſup. de elec. cũ inter uniuerſas, niſi de nouo re
ducãt ad memoriã illos nõ habere vocẽ. ſup. de exce.
paſtoralis, ſm Vin. [*Eorum*] archiepiſcopi, & ſuffraga-
neorũ [*Et infra*] hic quęrebatur, an deberẽt inuitari, &
3 admitti, & ad hoc rñdet ſm Hoſt. [*Inuitari*] de † abba-
tibus quo ad ẽpale cõciliũ dic, vt ſup. de maio. & obe.

quod ſuper. De prouinciali uerò ibi dixi ſm Goff. &
uide quod dixi de pręb. graue] [*Nuntij*] etiã nõ inuitati,
cum eos tangit p illa, quæ ꝓmulgant. vnde, ſicut talia
in ſynodo facienda ſunt de conſilio canonicorũ. ſup.
eo. nouit, & c. ſeq. ſic in prouinciali cõcilio de cõſilio
nũciorum capitulorũ prouinciæ, de maio. & obe. hu
milis, hoc aũt intelligit Hoſ. niſi prælati aliqua ſecreta
de mãdato ſuperioris haberẽt tractare, q̃ ſine tranſgreſ-
ſione inobediẽtiæ, uel iuramẽti nõ poſſent reuelare,
de iureiu. ego. N. uel alia iuſta cã ſubeſſet, quare quod
inter eos agit, non deberent aliis publicare. Sicut no.
ſi. ſup. eo. nouit, poſt prin. [*Maxime*] ideſt tantũ uel de-
bẽt admitti ad omnia gñalia, maxime ad cõtingẽtia,
uel interſint oĩb9, ut ſi iuri ſuo detrahi uiderint, appel
4 lare poſſint, de offi. dele. ſup eo, Vin. ¶ *In † gl. 2. ibi, nam itatiuus*] & uide de iud. exhibita. ſuper 1. gl. [*& ibi. §. cau
ſa*] uide de off. iud. c. 2. in gl. 2. & idẽ dicit. l. ſeq. & auc. vt
ſpon. lar. j. alle. [*& ibi, diuus*] In dando iure anulorum
aureorũ libertis uocãdi ſunt patroni [*ibi, in concedendo*]
uide de præſcri. accedẽtes, ſup 1. gl. ¶ *In gl. ult. ibi, compro
bari debet*] de reg. iu. quod oẽs. lib. 6. in fi. [*ibi, tangant*] &
tũc interſint, ut audiant, non ut iudicẽt, uel doceãt.
62. di. docẽdus. Sed nec ad illa neceſſe ẽ eos vocari, cũ
poſſint poſtea in prædicationibus publicari, quę fieri
poſſunt illis etiã excõicatis, de ſen. excõ. rñſo. Poſſunt
etiã laici illuc uenire pro petẽda, uel defendẽda iuſti-
cia. ſup. de iud. nouit. In eccleſiaſticis autẽ negocijs &
clericorũ correctionib9 ſũt excludẽdi, ar. de elec. Maſ-
ſana, & expreſſius in extraua. Boniſ. de off. ord. debẽt.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Secundum Egi. Vide Io. And. ſupra, de præben. graue, in princ. gl. mag. & de accuſa. ſicut, in gl. per hoc, & de maio. & obedientia, quod ſuper his, ſuper fi. glo. primæ.

S V M M A R I V M.

1 *Oeconomia, uel diſpoſitio tituli.*
2 *A capituli maiori parte quæ fiant, de his ubi alibi tradatur.*

De his, quæ fiunt à maioritate parte capituli. Rub.

1 ¶ Vidimus † de his, quæ communiter à prælato, & ca
pitulo, uel à ſolo prælato fieri debent. Sed quia ſunt
quædam, quæ ad ſolum capitulum pertinent. ſ. de re-
ſcrip. edoceri. in quibus expediendis vota fratrum di-
ſcordant interdum, quid iuris tunc ſit, eſt uidendum,
2 & c. ad † materiam facit. 19. diſt. in canonicis. 20. diſt. c.
ult. 63. diſtin. extra conſcientiam. 10. q. 2. hoc ius, ner.
quod ſi. & cõueniunt. ſupra. de elec. licet. 2. c. coram,
quia propter, eccleſia, in geneſi, & c. eccleſia. 2. de re-
nun. cum inter. P. de temp. ordi. nec epiſcopi. Item de
elec. ſi cui, & c. quorundam. §. fi. & c. cum expediat, &
c. indemnitatibus, §. ſi qua vero, lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Maioris partis capituli ordinatio non impeditur, niſi in caſu, & quibus modis, & ubi num. 2. & quando ibid. & à quibus, num. 4. & ibid.*
Quidam, pronomen non eſt uniuerſale.
Voluntas propria, & ſingularis non ſequenda.
Socius dicitur prauus, qui commune opus impedit.
Ordinatio pro his, quæ ordinanda ſunt.
Inferior hic dicitur conſilio.
Rationabile non eſſe ſufficit, niſi ſit, & ſufficiens.
2 *Appellatio extra iudicium facta quid facias, & num. 4. & 5.*
4 *Capitulum quæ facit, quis poſſit his. & quando contradicere, & qualiter, & an & quando ſit opus appellatione, uel contradictione, aliâue ratione.*

Cõſentire qs inuitus nõ cogitur in eccleſiaſticis;ſecus in ſecularib.
5 *Contradictiones, & exceptiones partis quis priuatus non tenetur admittere, & nume. 12.*
Semper, licet ſtatutum ſit quid obſeruari, non tamen id omnino ſeruatur, ut hic ad dict. ſemper.
6 *A maiori parte capituli quod fit, quòd non ualeat, poſſit aliquo curſu temporis firmari, niſi totum conſentiat.*
Contra canones quibus caſibus pręſcribatur.
Conſuetudo contra quæ iura poſſit induci.
7 *Contra iuratam conſuetudinem, uel ſtatuta an uenire capitulum, uel alij poſſint ſua, & quando, & num. 8.*
Perpetuandi ſtatuta modus qui.
8 *Veritatem deponere debent iurati ad faciendum utilitatẽ domus.*
Præſumptio denotat ſcientiam, & uoluntatem
9 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 10.*
Maiori parti ſtatur, & quibus caſibus hic, & nu. 11. & 13.
11 *Additio gloſſarum.*
13 *Conſtitutio an ualeat, niſi duæ partes adſint.*

C A P V T I.

1 CVm in cunctis. C. Ordinatio † maio
ris partis capituli per cõtradictionẽ,
& appellationẽ minoris nil rationa-
bile opponentis impediri nõ debet,
& ponit primò reprehenſibile factũ.
ſecũdo prouidet per ſtatutũ ibi, quo
circa [*Per quaſdam*] quaſi non per omnes, nec ſemper.
ff. de offi. procon. ſolent, ante fi. & exponit Inn. in qui
buſdã eccleſiis [*Propria*] ſcilicet capitanea, & ideò non
ſequenda. de hoc de conſtitu. c. 1. & c. ne inuitaris. Ari
ſto. 8. ethi prauus eſt ſocius, qui cõmune opus impe-
dit [*Voluntate*] ſi. de præben. graue, & j. ti. 1. c. uno. Iuter
rogati enim tales, quare cõtradicebant, dicebãt. quia
placet, ſm Abb. [*Ordinationẽ*] ideſt quæ ordinãda ſunt
in eccleſiis neceſſario, uel utiliter [*Non permittunt*] for-
te nobilitate, uel potentia, uel ſtatura ſimpliciores, &
ſpirituales contemnunt [*Paucioribus*] numero [*Inferioribus*] conſilio [*Rationabiliter*] & ſufficienter, ſ. de reſcri.
2 ſi quando. V in. Gof. [*Obiectum*] in † capitulo. ſed non
eſt uis huius dec. in obiectione facta in capitulo: quia
ſi non fuerit hoc obiectũ, tamen poſtea obiiciens au
dietur. de app. conſtituris 2. de elec. cum in ueteri, & c.
congregato. ſed ius nouum huius conſtitutionis eſt,
ꝙ non reuocetur factum per talem cõtradictionem,
& appellationẽ, niſi corã ſuperiore oſtendatur cauſã,
quare debeat reuocari, & datur ſecuritas maiori par-
ti, ꝙ ad actum procedat, non ob. contradictione pau
3 corum, hoc tamẽ facit † appellatio hæc extra iudiciũ
facta: quia id, ſuper quo appellatur, reuocat ad cogni
tionem iudicis, ad quem: ita, ꝙ ſi fuerit ad papã iuſta
cauſa interiecta, inferior iudex nõ cognoſcet de illa,
ualebũt literæ impetratæ ab altera parte nõ facta mẽ-
tione de illa appellatione ad papã, uel alium interie-
cta. ſ. de reſcri. ex parte. S. ſm Innoc. & uide quod di-
4 xi de appel. oblatæ, ſuper ult. gl. poteſt autẽ † quilibet
contradicere his, quæ facit capitulum in lęſionẽ iuris
capituli, vel contradicentium, uel aliorum iniuſtè, &
extra ius capitulo competens: alias ſi præcipit capitu
lum, quod ad officiũ ſuũ ſpectat, illud tenetur adim-
plere: alias puniet contumacẽ, licet enim vnicuique
iuriſdictionem ſuam defendere, de offi. ord. irrefraga
bili. §. exceſſus. ff. ſi quis ius di. l. vna. Dicunt tamẽ qui-
dam, ꝙ ad hoc ualet appellatio, ut ſi contra ius quis
grauetur, caſſetur factum cõtra appelationem: ſecus,
ſi non fuiſſet appellatum. Inn. & Hoſt. dicunt idem, &
ſi appellatum non eſſet, fatentur tamen, ꝙ ſunt caſus,
a in quibus neceſſe eſt appellare,ᵃ alias grauatᵘˢ videtur
conſentire, ut ſi quis vocetur ad tutelam, uel ſyndi-
catum, uel aliquod publicum officium auctoritate,
& utilitate, C. de app. l. 3. & 4. & l. qui ad ciuilia: ſecus. ſi
ſit publicũ auctoritate, non utilitate, qualia ſunt, quæ
habes. 87. diſ. c. fi. 88. diſt. c. 1. quia tunc non eſt neceſſe
appellare: ſed ſufficit excuſationes proponere, & hoc
eſt, ꝙ diſtinguitur, ff. quando appel. ſit. l. 1. §. ſi quis tu-
tor. unde dicendum eſt, ꝙ ſi quis de capitulo eligitur
ad aliquam dignitatem, niſi appellauerit, uidetur taci
tè conſentire, ubi uero non eſt de capitulo, ſed extra-
neus, neceſſarius eſt cõſenſus expreſſus, de elec. cum
inter can. Alij dicunt, ꝙ & ſi uerum ſit hoc in honori
bus, & muneribᵘˢ ſecularibus, in quibus cogitur quis
inuitus conſentire, ut probant iura ciuilia alle. & 2. q.
6. biduum, poſt princ. ubi de hoc in gl. not. ꝙ ſecus ta-
men in eccleſiaſticis, ubi quis præciſe conſentire non
cogitur, ut patet de ætate, & quali. quęris, ubi uero in
iudicio, uel in forma iudicij aliquid pręcipitur per ca
pitulum iuriſdictionem habẽs, eſt neceſſe appellare,
uel præcepto obedire. ſ. de re iudi. ꝙ ad conſultatio-
nem. Quando autem extra iudicium aliquid manda-
tur, tunc omne ius, & omnis exceptio ſalua manet. e-
tiam ſi non fuerit appellatum, & uide quod dixi poſt
ipſos Inn. & Hoſt. de temp. ord. ad aures, ſuper gl. 2. in
fi. & ibi inuenies remiſ. ad ſummam, & de hoc etiam.
ſupra, de cauſa poſ. cum olim. in mag. gl. circa fi. uerſ.
ſed dices. Aliquibus videtur, ꝙ quandocũque capitu
lum procedit in aliquo, per quod quis læditur, uel a-
lias iniuſtè, uel cum peccato, qui de capitulo præſens
eſt, tenetur contradicere: alias tacitè conſentit etiam
peccato, & pœna cum alijs, qui conſentiunt expreſſè,
ſe inuoluit. Inno. dicit, ꝙ ſi quis per capitulum graua-
tur, & ſi alius contradicere poſſit, non tamen appella
re, & contradictionem in iudicio proſequi, quia nec
ſua intereſt. 2. q. 6. non ſolent: in modum tamen denũ
ciationis admitteretur ratione peccati. 2. q. 7. quapro
pter, & c. ſeq. alle. Hoſ. de iureiur. quemadmodum, &
5 remitit de iudi. nouit [*Oſtenſum*] hoc generale † in ap-
pellationibus factis extra iudicum, ut non impediant
proceſſũ, niſi interponatur ex iuſta cauſa, de qua po-
ſtea fiat fides. non ob. de app. bonæ, vt ibi dixi in gl. un
de petatur in iudicio, quandoque ſecus, de app. inter-
poſita. Diuerſitatis ratio ſecundũ Inn. quia iudex con
tradictiones, & exceptiones partis tenetur admitte-
re, ad quod priuata perſona non tenetur, & de hoc di
xi ſatis de elec. cum inter can. in gl. quid ſi. eſſet enim
perquam iniquum, ꝙ quàm cito appellaretur, & fal-
ſa cauſa aſſignata, ceſſaret à faciendo is, à quo appella
tur ſm Inn. j. eod. ex ore. de uiribus autem extra iudi
cium appellationis, uide ſupra. de maio. & obe. dile-
cti. in gl. ſed quid prodeſt, cum remiſ. quas ibi dedi in
fi. gl. [*Semper*] fallit, ſupra. de elec. & j. de cleri. ægro. pa-
ſtoralis. §. ſi uero, lib. 6. [*Conſuetudinem*] puta, ꝙ recipiat
beneficium eccleſiæ ſine ſeruitio, & not. hic Guil. ꝙ
no. hic Dama. in qõ. prima huius ti. quia quærebat, an
6 † aliquo temporis curſu firmari poſſit hęc conſuetu-
do, quod non ualeat factum à maiori parte capituli,
niſi totum capitulũ conſentiret, allegabat, ꝙ non per
hanc decr. Item cum peccent utentes tali conſue. cur
ſu temporis firmari non poterit, not. de ſimo. non ſa-
tis, inducentes etiam illam habuerunt malam fidem.
eſt ergo imprę́ſcriptibilis, de præſcri. c. ulti. In contra-
rium adducit, quod contra canones præſcribitur, de
elec. cum eccleſia Vulterana, & c. Cumana, de cauſa
poſ. cum eccleſia Sutrina, de iud. nouit. ſupra ti. prox.
ea noſcitur, in fi. Soluendo diſtinguebat triplicem cõ
ſuetudinem, ſcilicet contra ius naturale, vt contra prę
cepta legis, & euangelij, & hoc nullo curſu temporis
confirmatur, de cõſu. c. fi. de ſimo. non ſatis, de his lo
quaſ. auct. ut nulli iud. §. qa uerò: qa malæ inuetæ cõ
ſuetudines nullo tẽpore cõfirmanſ. Secũda ẽ ius po-
ſitiuum

ſtiuū inductū tantum in fauorē utentiū, & hoc pſcri
bitur, cum poſſint illi ſuo renūciare fauori, de reg. ad
apoſtolicā, & §. ſtatuimus, Tertia, qñ tale ius introdu-
ctū eſt in fauorē eccleſiarū, & ꝯ illud nō preſcribetur
cōſuetudo niſi p papā, uel ius aliud approbet, & hoc
propter malam fidem, & peccatū cōnexū, de præſcri.
7 c. fi. [*Iuramento*] per hanc † decre. ſimpliciter no. Io. 11.
diſ. in his, ꝙ canonici cōi conſenſu poſſunt venire cō
tra conſuetudinem etiam iuratam, ſi cauſa ſubeſt, &
idem no. ſup. de conſti. cum omnes, ibi tamen non di
ſtinxit, an cā ſubeſt. & dixit, ꝙ poterat immutari con-
ſuetudo iurata per ſaniorem partē capituli. Archi. in
decre. unica. de cleri. non reſi. li. 6. notat tolerabilē cō
ſuetu. iuratā non poſſe per capitulum in melius refor
mari auctoritate ppria. all. de iureiur. ſi vero, de elec.
uenerabilis, & quod ibi not. Inn. Hoſt. & Compo. Di-
cit tamen, ꝙ forte ſecus, ubi cauſa ſubeſſet, all. præ. gl.
Io. Cōmuniter tenetur, ꝙ iuramentum, quo ſingula-
res de collegio, uel corpore iurarunt ſeruare conſtõ-
nes, uel ſtatuta, non impedit, quominus illa collegia-
liter per eos, ad quos pertinet, tolli poſſint, arctat enī
iuramentum ſingulares ad illa ſeruanda, quādiu ſunt
ſtatuta, & ſic ſeruat totus orbis: alias ferè oēs ſtuden-
tes eſſent periuri, cum ſingulariter iurent ſeruare ſta-
tuta uniuerſitatis. quæ ipſi cōſtituunt; quæ p eos poſt
modū correcta, vel ſublata non ſeruant, idē in rectori
bus, & officialibus locorum, uel corporū, & minimè
ſunt mutanda &c. ff. de legi. l. minime, ſicut ergo iura-
mentum de obediendo prælato non obligat iurantē
illo remoto, ad hoc de elec. uenerabilem, in ult. gl. ſic
nec iuramentū de obediēdo ſtatuto obligat illo ſub-
lato. aliqui tamen ſtatuendo de hoc faciunt ſpāle ſta-
tutū, & cautè ſcilicet, ꝙ iuramētum ſuper ſtatutis præ
ſtandū non impedit illa tolli, uel mutari etiā nuda uo
luntate, & ſine cauſa, hi uerò, qui uolunt fortius iura-
mento ligari, non iurant generaliter ſtatuta, uel ſpāle
ſtatutū, ſed iurant etiā expreſſim id, quod continetur
in ſtatuto, puta ꝙ non recipient aliquē apoſtatam, vel
ſimilia, & hæc duo ſæpe ſic fieri cōſului, & in eo caſu
procederēt notata per Inn. & alios in decre. uenerabi
lē, quā allegat Arch. & decre. ſi uerò, cū ſ. ſcilicet quā
do aliquid principaliter iuratur. Quibuſdā uidetur, ꝙ
ſit alius modus perpetuandi ſtatutu, ſ. quādo vniuerſi
tas, ut corpus per ſyndicū ad id ſpāliter cōſtitutū iu-
rat illud nō immutare, ſed hoc non placet per ea, quæ
b dixi de iureiu. ueritatis,[a] ſuper gl. & j. de ſen. exco. Ro-
mana, li. 6. ſuper gl. fi. & adde, quod dixi in Spec. de iu-
reiu. circa fi. [*Dicat*] no cōtra ſimplices nimis: imò mi-
8 nus † religioſos, qui iurari dicere ueritatē deierant, di
cētes ſe prius cōſtrictos iuramēto ad faciendū utilita-
tē domus, Hoſt. [*Aſtrictum*] puta iurauerūt ſinguli ca-
nonici nil facere, niſi totū capitulum cōcordet, ſicut
Lugdunenſes, qui fuerūt cā huius conſtitutionis ſm
Inn. [*Præſumpſerit*] ſcientiā, & voluntatē denotat [*Pœni
tentiam*] ſic, ſup. de cler. coniug. c. 1. in fi. [*Sit*] ideſt fiat.
30. di. per totum, Egi. tu legas proprie [*Alienus*] ſup. de
9 elec. Oſius. ¶ Tertia † gl. arguit nō ſemper, &c. all. 5. iu
10 ra. all. duo in ꝯrium. & ſoluit. ¶ *In † gl. 3. ibi, per fundum*]
uide de ſen. exc. officij, ſuper 1. gl. [*& ibi, maiorem*] uide
de reſcr. ſedes, ſuper. 2. gl. [*& ibi. §. ſed ſi ex teſtamento*] ſta-
tur maiori parti tutorū in eligendo illo ex tutoribus,
q gerere debebat. ¶ *In gl. pe. ibi, multi*] nomine ciuitatis,
uel curię nō experit, niſi eui ordo cōmiſit, cum duæ
ptes adeſſent, uel amplius q̃ duæ [*& ibi, plane*] hāc, & ſe.
11 uide de elec. licet, ſup gl. pe. ¶ *In gl. 2. in fi.*] & interdum
alijs cōminādo. ¶ *In gl. in. quod. ibi, eccleſia ueſtra. 2.*] ubi ſa
tis de hoc. & ſup. ti. 1. ea noſcit. in 4. gl. [*& ibi, parti*] &
in omni diſpoſitione vniuerſitatis, in auctoritatibus
ſanctorū, in datione tutorū, in remiſſione facienda à
creditoribus, in ſentētijs, ſtatutis, & ſimilibus, ſed ma-
ior, &c. T. Gof. Phi. ¶ *In gl. ergo non, in fi.*] uel coram arbi
tris cōmuniter electis, ſup. de appe. ſecundo requiris,
12 ſm Ala. Vincen. Goſ. Phi. idem Hoſ. qui, & dicit, ꝙ † ſi
capitulū illum requirat, ꝙ corā eo probet. nō tenebit
ad hoc, quaſi habeat capitulū ſuſpectū, de appe. cum
ſpeciali de offi. deleg. ſuſpitionis, & adde ſm eū, quod
no. de elec. cum inter can. ibi dixi in gl. quid ſi. ¶ *In gl.*
13 *& ita. in fi.*] Vin. Goſ. Phi. & Hoſt. dixerunt, ꝙ non † ua
let cōſtitutio, niſi duæ partes ſint præſentes p eadē iu
ra. Ala. & Gui. Na. cōtra dicētes. ꝙ ſufficit maior pars,
& reſpondent ad leges hic alleg. ꝙ loquuntur in decu
rionibus, de quibus nō eſt facienda cōparatio ad cle
ricos. illi enim poſſunt eſſe ſpurij. qui nō poſſunt eſſe
clerici ff. de decurio. l. ſpurij. ꝯ de filiis presby. c. 1. Con
cor. Io. de Deo, quod dicitur de duabus partibus pla-
cet: ſed intelligo uocandorū, facit quod not. de maio.
& obediē. c. fi. in fi. 3. gl. ad hoc. 10. q. 2. hoc ius. 64. diſt.
obeuntibus, ibi, canonici de ſede epiſcopali, & C. de
legatis. l. quoties. li. 10 ibi, precipimus omnes curiales,
qui in vrbe cōſiſtūt, in locū curię cōuenire. de hoc in
Spec. de ſynd. in prin. ¶ *In gl. ultima ibi, in genere*] puta in
canonico nouiter recepto. & rectorib⁹, cōſulibus, &
his ſimilib⁹ [*& ibi, ad noſtrā*] & ē expreſſū, eo. ti. c. 1. li. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶Neceſſe eſt appellare. Intra decem dies, & ſcias, quòd tempus talis appellationis proſequendæ non durat niſi duobus menſibus, tex. eſt notabilis in l. 1. C. de temp. appel. ubi uide doc. & Bal.

b ¶Veritatis. Quia ſinguli obligantur iuramento, quod eſt perſonale, non uniuerſitas, & ſucceſſores non ligantur.

SVMMARIVM.

1 *Interdicere eccleſiam qui poſſint, & num. 6.*
Pœna non alium quàm delinquentem tenere debet, & nu. 5.
Interdictum quando ſoleat excipere papa, cum ſcribit.
Extrauagans Bonifacij citatur, à Io. And.
2 *In interdicta eccleſia cathedrali non ob epiſcopi delictum an ipſe poſſit celebrare.*
Cap. quod nonnullis, de priuil. loquitur de interdicto generali, non ſpeciali.
3 *Interdictum à non ſuo latum iudice ne obſeruent ſubditi, compellere debet eos epiſcopus.*
4 *Epilogus, & ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 5.*
Epiſcopale ius, pro cura animarum, quod & canonicus habere poteſt cum præbenda.
6 *Iuriſdictionem interdicendi quibus poſſit dare conſuetudo.*
Capitulum eſt dominus ſingulorum de capitulo, non ſinguli omniū.
7 *Capitulo iuriſdictio quando detur.*

CAPVT. II.

1 QVæſiuit. Caſus. Canonicus † non interdicit eccleſiā: ſed hoc facere debet epiſcopus cum capitulo ſuo, & ſunt duę partes. ſecūda ibi, fraternitati [*Minimus*] ideſt modicæ ſciētiæ, uel inferioris gradus, Inn. uel reſpicit ætatē [*Debita*] quā forte recipiebat canonicus pro prębēda [*Et infra*] quæris, an tale interdictū ſeruādū ſit [*Aliqua*] Dicit Hoſt. ꝙ plenius reſpōdet, q̃ fuerit queſitū, cū quæreretur de cathedrali, Reſpōdet ēt de alijs. Eſſet aūt ſm eū irrationabilis cōſuetudo, quæ daret priuato ptātem hāc pœnā imponēdi, & pp periculū imminēs, & qa p eā unus punit p alio. vñ & qñ papa ꝯ dominū, uel cōmune ſcribit, ſolet excipere interdictū. facit, extrauagans Boniſa. Prouide attēdētes, de qua dicā de uerb. ſigni. cū in patribus, in fi. remittit aūt in hoc ad no. de exceſ. pręla. c. 1. [*Non debes*] quęrit
2 † Hoſ. an eccleſia cathedrali interdicta p iudicē cōpetētē, nō pp delictū epī. poſſit ibi epſ celebrare? arg. ꝙ ſic, de off. ord. irrefragabili. §. exterū. vt ſpūalis ſpōſus

penſum debitum reddat ſponſæ ſuæ.j.de cele. miſ.c.1.
nulla exceptione obſtãte,de cõiu.le qm̃. Dicit ipſe,ꝙ
epiſcopus hoc facere poterit ſm tenorem indulti ſui,
& nõ aliter. quod habet de priuil. ꝙ nõnullis ſalua pa
ce Hoſt.illud priuilegiũ nõ loqtur de ſpãli interdicto
eccleſiæ. ſed de interdicto gñali.de quo etiã intelligo
a decr.ult.de ſen.exc.li.6.ut ibi no.in §.adijcimus,[a] in t.
gl.unde in decre. ꝙ nõnulli,dicit tex. cũ cõmune ter-
3 ræ &c.[*Suſtinere*] no. epiſcopũ † ex officio debere cõ-
pellere ſubditos, vt nõ ſeruẽt interdictũ à nõ ſuo iudi
ce latũ,Inn.[*In his*] in debita pẽſione eccleſiis non red
denda,& ſi. Goſ. vel ſolus eccleſiã interdicẽdo,primũ
4 melius.¶ Vlt.† gl.all.6.concor.& all.duo ɔ̃ria,& dupli
5 citer ſol.¶ *In* † *gl.1.ibi.§.oportet.2.*] ibi dicit tex.ꝙ nõ de-
linquũt res,ſed hi,qui res poſſidẽt.¶ *In gl.2. ibi.l.1.*] ul-
de de pœn.& re.quod aũt, ſuper gl.2. ¶ *In gl. ult.ibi,ſanci
mus*]propinqui,noti, & familiares nõ puniunt,ſi ſocij
nõ fuerunt[*& ibi,ob maritorum*]ſequit,culpã uxores in
6 quietari uetãt leges.¶ *In* † *gl.1.ibi,epiſcopale*] Phi. hic ſu-
mit ius epiſcopale pro cura animarum,quod habere
põt canonicus ſimul cũ præbẽda in eccleſia.s.de præ-
ben.extirpandæ §.qui uerò,& tũc interdicere poterit
b eccleſiã,cũ hoc ſit de cura, de elec. dudũ.2.[b] nã,& de-
canus interdicit.de app.dilectus.Dicebat Inn.q̃uis cõ
ſuetudo poteſt dare canonico, & capitulo iuriſdictio
nẽ,rõne cuius poterit interdicere eccleſias, & pſona-
tus,ad hoc de off.dele.ex literis, ſimplici canonico iu
riſdõnẽ nõ habẽti nõ põt dare auctoritatẽ interdicẽ-
di eccleſiã.in prælato ſecus,de app. dilectis,de off. de-
leg.ſanc,uel ſm cũ cõſuetudo põt dare canonico iu-
riſdictionẽ ſuper aliquos, in quos habeat iuriſdictio-
nẽ,puta habitantes in præbẽda,& tũc ſm conſue. po-
terit non ſolũ interdicere homines,uel excõicare,ſed
etiã terrã,uide quod dixi de reſt.ſpo.olim.3.in gl.pete
bat,uer.põt & illud. ſed hoc nõ poſſet cõſuetudine in
troduci.ꝙ pro factis cõmunibus eccleſiæ canonicus
interdicat, uel excõmunicet hoĩes eccleſiæ,quomo-
do enim ligabit illos,q ſubditi ſui nõ ſunt? ſinguli enĩ
de capitulo nõ sũt domini hominũ,uel rerũ capituli,
ſed capitulũ.12.q.2.q manumittit, & ſic põt iſtud in-
telligi,& de cathedrali, & de alijs.Hoſt. dicit,ꝙ de ceſ-
ſatione loquitur,ut dixi in tex. & talis erat cõſuetudo
Claremonten.eccleſiæ[*& ibi,interdicto*] cõcor.Hoſ.al-
le.de fo.cõpe.cũ cõtingat. Dixit La.hic, vt fit in Hiſpa
7 nia,& in Italia.Dixit Vin. ꝙ † non dat iuriſdictionem
aliquam capitulo niſi uel uacante eccleſia, de hæreti.
ad abolendam,vel de loci conſuetu. de offi.or.irrefra
gabili. ¶ *In gl. ult.in fi.*] & de hoc plene,1.q.4. in ſum.
& 24.q.3. in ſumma.

ANNOTATIONES.

a ¶.§.Adijcimus.Vide plenius Ioan. And. in c.præſenti,de ſen. ex-
com.lib.6.in nouella,& Io. Calde. in tractatu de eccle.interdic.
b ¶Dudum.2.Vide Ioan.And.de offi.ord.c.1.& Ioan.Calde.tracta-
tu de cleri.inter.in fine.3. membri.

SVMMARIVM.

1 *Communis ordinatio eccleſię per contradictionem unius,cuius non
interest impediri non debet.*
2 *Concilij Lateran. tempus à principe reſtringitur, non ab alio.*
Tempus computandum à receptione literarum.
*Reſeruatio electionis tollit ex toto ius eligendi , & à ſolo princi-
pe fit.*
3 *Ex electione , & ex inueſtitura jus acquiritur canonicatus , &
quando.*
*Conſenſus conferentis,& recipientis,eligentium,& electi ſufficit
ad iuris acquiſitionem.*
*Dominium quando tranſeat ſine traditione, quando non,& nume.
10. §.fin.*
4 *Poſſeſſio non acquiritur, niſi corporaliter apprendatur.*
Auditus certus eſſe debet.
5 *Electi epiſcopi beneficia quando conferri poſſint etiam de eius
conſenſu.*
Renũtiatio beneficij quę teneat ,& quãdo renũtiaſſe quis dicatur.
6 *Aduocati officium in argumentando gradatim à lenioribus,& ni-
hil omittendo,quod pro eo faciat, & ratio.*
In ſuperiorem quibus modis quis recognoſcit alium.
*Renuntiaſſe etiam quibus rationibus dicatur iuri ſuo.publico uerò
non poſſunt. & nu.7.& nu.9. §.1.*
8 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.*
*In poſſeſſionem mitti iuſſus , non admiſſus agit in factum , & ad
quid, & quando.*
Conſenſiſſe quibus caſibus quibus, ſi præſens non contradixit. §.1.
10 *Additio gloſſarum, & num. 11.*
In fraudem quod fit,debet reuocari .
*Per traditionem alicuius rei inanimatæ quando tranſeat domi-
nium §.fi. uide ſupra nu.3.*
11 *Mandare eſt rogare ,licet interdum per ipſum uerbum præcipiatur.*

CAPVT III.

1 EXore. Caſus.Cõis † ordinatio eccleſię
pɔ̃dictionẽ unius,cuius nõ in-
tereſt,impediri nõ dẽt,& ſunt duæ ptes. in
prima deciſa facti narratio. in ſecũda cau-
ſæ deciſio.ſ.1 ibi,q a uerò. Prima duo facit. ponit ptiũ
cõ pitionẽ. ſa allegationẽ Bernardi. q̃ quatuor conti-
net, lrarũ apl'carũ formã,anuli miſsionẽ, executorũ
dationẽ,capituli rebellionẽ. Scđa ẽt duo facit. primò
ex triplici motiuo cõcludit ɔ̃ Ber. ſcđò confirmat ele
ctionẽ Prępoſiti,exprimẽs,quare,& Bernardo ſilẽtiũ
imponit[*Et infra*]in throno pcedit,&c.vt j.de priuile.
2 ex ore[*Menſis*]reſtringit † tẽpus Lateran.conci.à prin
cipe,ſed nõ ab alio.ff.de re iudi.l.4 §. ſi qs cõdẽnatus,
Hoſ.& dic cõputandũ à receptione lrarũ.de app.ſu p
eo.2.[*Eligerent*] reſeruata electione tollit in totũ eligẽ-
di libertatẽ,& hoc põt princeps,quod non poſſet cõ-
ſuetudo,vt dixi ſup. de elec.cũ terra[*Inueſtituræ*] facien
dæ,nõ factę,Goſ.Dicebat Inn.licet ſic diceret,nõ pro
3 babat:alias ſicut † ex electione acqrit ius canonicatus
uide ꝙ dixi de cõce.præb.pposuit,in prin.ſic dicẽdũ,
ꝙ ex inueſtitura vacãtis beneficij ius acquirit,dũmo-
do fiat ab illo,qui ptãtẽ hẽt conferendi,apparet enĩ p
hoc cõſenſus cõferẽtis bñficiũ, & recipiẽtis,qui ſolus
ſufficit ad ius acquirẽdũ:ſic cõ ſenſus eligẽtium,& ele
cti,de elec cũ inter can. alias aũt in tpalibus, & alijs ɔ̃-
ctibus p inueſtiturã nõ tranſit dñiũ ſine traditione,C.
de pac.traditionib',& de rei uẽdi.quoties,niſi in caſu,
C.de ſa.ſan.eccl.l.fi.ſup. de cõſue.c.2.vbi de hoc,C.de
dona.quæ ſub modo.l.1.C.de pac.inter emp.& uen.l.
cõmiſſoriæ,ff.de acqui. poſ.l.1.§.p eũ.ff.de acq.re.do.
liber homo.ff.de don.inter uirũ, & uxo. ſi uxor filio,
4 ſed nec † poſſeſſio acquirit,niſi corpaliter apphẽdat.
ut hic,& ff.de acq.poſ.poſſideri.l.1.rũ. uel dic ſm eũ,ꝙ
non fuit inueſtitus,nec erat in curia·ſed mãdabat exe
cutoribus, ꝙ facta collatione illũ cum anulo inueſti-
rent [*Executoribus*] datis ad compellẽdũ,uel nõ ualue-
runt literę,quia ſurreptitiæ [*Audiuiſſent*] pro certo,for
te à uenientibus à curia,Inn.[*Quondam*] q.d.de cætero
nil habens cõmune cum prima eccleſia [*Confirmatus*]
5 & † conſecratus.vel decurſum erat tẽpus de conſecrã
dis,de elec.cum in cunctis,Inn. potuiſſet etiã hoc fie-
ri eo renunciante in manibus prælati ſui,de renun.ad
monet , vel papa ſcienter præpoſituram conferente,
non obſ. quod tempus lapſum non eſſet , de conceſ.
præb. propoſuit.Quid ſi electus ante finẽ temporis di
cat capitulo, ꝙ placet ſibi, ꝙ aliũ eligãt in Præpoſitũ,
& capitulũ eligit.Dicit Hoſ. ꝙ non ualet electio,quia
nõ eſt facta de ppoſitura uacãte, cũ iſte uõ ſit modus
renũciãdi , & nulla eſſet ẽt expreſſa renũciatio in ma-

nibus

nibus non ſui iudicis, de renun. c. pe. & ult. Secus di
ci t in beneficio, quod teneret p collationem prælati.
Si enim id diceret prælato, & prælatus p hoc confer-
ret, ualeret collatio, quaſi p hoc uideatur electus taci
tè renũciaſſe. & prælatus cõſenſiſſe, & ſic intelligo de-
cre. de reg. bñficiũ. li. 6. ut loquatur ĩ collatore. nõ in
a electore, quod probat litera ibi, conferendũ.[a] Dic ta
mẽ tutius, ꝙ electus expreſsè renũciet, & prælatus ex-
preſsè recipiat ceſſionẽ. ar. de conceſ. preben. c. 1. & re
mittit in hoc ad no. de elec. cum in cunctis. §. cũ verò,
& uide primã Mer. quã poſui ſuper regula, is q tacet,
de reg. iur. li. 6. [*Literas*] cõtinentes, ꝙ dictum B. eligerẽt
in præpoſitũ [*Recepiſſent*] q. d. eos nõ potuiſſe ignoran
tiã allegare [*In contemptu*] ſicut allegabat. B. [*Aſſignato*]
& ſic cõtra, ut lit. pẽ. c. t. & p totũ, de app. ſignificãte,
ſed literæ, ut dictũ eſt, nullæ fuerũt, & ideò non tenuit
termini aſſignatio, nec proceſſus. Hoſt. [*Termino*] non
inhibuerunt. ſ. de conceſ. præb. ſi ſoli. vel dic ut ſ. [*Qua
6 nec*] uide † quomodo argumentatur gradatim, ꝙ de-
bet facere cautus aduocatus, in fi. reſeruãdo fortius.
ſi. de teſta. Raynurius. §. tutore. nec aliquid omittere,
quod pro ipſo faciat, quia quæ non proſunt, &c. ſ. de
teſti. præterea [*Reuerentiam*] recipiendo forte uicariam
ab eo, uel poſtulando pro eo in illo caſu, ſm Vin. de
tranſac. ex literis [*Exhibuit*] recognoſcit quis alium ſu-
periorem reuerentiã exhibendo, vt hic. Itẽ ſententiæ
alicuius parendo. ſup. de reſti. ſpo. olim procurationẽ
præſtando. 42. diſt. quieſcamus, munus cõſecrationis
recipiẽdo. 3. q. 6. hoc quippe. 24. di. presbyteri, aliquid
ad exercenda pontificalia admittendo. 7. q. 1. pontifi-
ces. Goff. [*Debetur*] dãdo illi pacẽ admiſſam prius, ꝙ a-
lijs, ut in an. & ei in omnibus obediendo, & reuerẽtiã
7 exhibẽdo [*Iuri † ſuo*] de priuato iure loqtur, cõcor. de
b re iud. c. pe.[b] ſecus enim in prælato de iure publico id
eſt correctione peccati contẽdente, cum cõſtat de ui
tioſo ingreſſu, & ſic ſoluitur de prębẽ. dilecto, & pro-
batur hęc ſo. de inſti. cũ veniſſent, ad fi. ſm Hoſt. [*Eccle
ſia*] de præpoſito faciẽdam [*Maiori*] propter hoc poni-
tur in T. Pe. [*Numero*] ſic, ſup. de elec. dudum. t. [*Impo-
nentes*] ſic, ſup. de conceſ. præb. poſt electionẽ. §. fi. Ho.
8 ¶ Quarta † gl. not. alle. tria iura, & in contrariũ alle. 8.
Item arguit. & remittit. ¶ Pe. gl. arguit de tacito cõſen
ſu, inducẽs. 13. iura. alle. duo in ꝯrium, tertiò fortificat
primũ dictum, quartò quærit, & ſoluit, quintò elicit
9 duo argumẽta. ¶ [*In 2. † gl. ibi, ut inter diuinum*] uide hãc,
& ſeq. in prædicto. c. ex literis, ſuper 3. gl. [*& ibi, quãuis*]
uide in c. contingit, in 4. gl. [*& ibi. § ult.*] iuſſus mitti in
poſ. ex edicto de dãno infec. nõ admiſſus agit in factũ
ad præſtãdum, quãtũ præſtari oportet, ſi cautũ fuiſſet.
¶ [*In gl. pe. ibi. §. Lucius*] ſi creditore uno præſente maior
pars creditorũ apud prætorẽ decerni facit, vt certam
portionẽ ab hęredibus recipiãt, ille conſenſiſſe uidet
[*& ibi l. 1.*] pater pręſens, qui non cõtradixit, cũ filius
nominabatur ad decurionatum, conſenſiſſe videtur
[*& ibi. ſi proponas. §. 1.*] ſi exhæredati ab inſtituto hære-
ditatẽ emerunt, uel res ſingulas ſcienter cõduxerunt,
uel ſimile fecerunt, defuncti iudicium agnoſcunt [*&
ibi, nihil*] agnoſcit teſtamẽtum exhæredatus recipiens
legatum factũ ſibi, filio, uel ſeruo [*& ibi l. ult.*] uide de
tranſac. ex literis, ſuper. 1. gl. [*& ibi, ſi ego. §. 1.*] uide de
cauſa poſ. cũ eccleſia. ſuper gl. antepen. [*& ibi, ſi filius*]
uide de teſti. cũ ueniſſet, ſup gl. 2. [*& ibi. l. 2.*] vide de cõ
ſti. cũ acceſſiſſent, ſuper glo. pen. [*& ibi. Herennius*] uide
in c. dilecto, ſuper 3. gl. [*& ibi, ſi quis ſtipulatus. 10. in melle*]
ſtipulatus per te mihi, aut Titio. 10. dari, prohibui ex
preſsè, ne des Titio, nõ valet prohibitio: quia per me
naturã obligationis mutare nõ poſſum, ut in §. ult. ſi
uero petẽdo prædicta. 10. litẽ fuero conteſtatus, taci-
tè prohibui, ne Titio dares, valet prohibitio: quia litẽ
cõteſtãdo, factus ſum dominus litis [*& ibi, arcam*] uide
de ſimo. ex inſinuatione, ſup gl. ult. ¶ [*In gl. ult. ibi l. ult.*]
10 uide de app. qua frõte, ſuper gl. quia propter. ¶ [*In † gl.
1. in fi.*] ſed etiam ante inueſtiturã, quod fit in fraudẽ
donationis apoſtolicæ deberet reuocari, ut in prædi-
cta decr. cũ olim. Sed ibi alia fuit cauſa reuocationis,
ſcilicet ſurreptio ſecundum Goff. ¶ [*In glo. 2. in fi.*] alias
carũt ſcilicet literarũ. ¶ [*In gl. 3. in fi.*] Io. & Tan. integrã
nõ aduertentes dicebant ſe credere vtriuſq; electionẽ
fuiſſe caſſatam. ¶ [*In gl. ſic patet, ibi, quam fecit*] quã nõ fe-
cit, ſed mãdauit fieri, vnde nõ procedit ar. G. ſm Inn.
& Hoſt. [*& ibi. clauibus*] quia res ſub cuſtodia clauiũ cõ
tinẽtur, traditis clauibus, ſub quarũ cuſtodia ſunt res
ipſæ, res traditæ intelligũtur. Sed anulus, baculus, uel
liber nil habẽt cõmune cũ rebus beneficij, & ideo p
illa nõ intelligitur trãſlata poſſeſſio. & eſt ſi. quod no.
de inſtrumẽto legato. ſup. de offi. dele. corã. in ñ. 1. gl.
11 [*& in fi.*] Idem ipſe Io. no. aliud eſſe, cum papa † man-
dat: aliud cum præcipit. nam mãdare eſt rogare. ff. de
leg. 2. cum pater. §. cum mando. C. cõia de leg l. om-
nem. ff. mãd. l. t. 23. q. 4. Guiliſarius, in prin. licet inter-
dũ præcipiatur per uerbũ, Mando. C. de actio. & obli.
l. ſi quidem. ¶ [*In gl. quia erat, ibi, in integra*] Idem Hoſt. &
facit hęc gl. ad ea, quæ dixi, de elec. dudũ. t. dicit Inno.
quidã dicunt, ꝙ caſſata fuit, & propter defectũ ætatis
¶ [*In gl. no. hic, ibi l. 2.*] & Stephanus cõſenſit dicẽdo, ple-
gatur. 96. diſt. bene quidẽ [*& ibi. dilecto*] ibi ſoluitur in
gl. per hoc, uel dic, ut dixi in textu ſuper uer. iuri ſuo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Conferendum. Hæc uera in electo confirmato, non confirma-
tus autem ex ſolo conſenſu poteſt electoribus dare licentiam eli
gendi, per no. de electio. ſi electio, li. 6. Item hoc verum, quòd col
lator poteſt conferre iſto conſentiente, ſcilicet ordinarius colla-
tor, non autem executor deputatus ad conferendum, etiam ſi co
ram illo fiat iſte conſenſus, ita notat Lapos in præall. c. beneficiũ.
b ¶ De re iud. c. pe. De iure acquiren. ſecus in iure quæſito. per c. ad
monet, de renun. & ſic intellige gl. penul. infra, verſi. papa.

SVMMARIVM.

1 *Ad fabricæ neceſſariam reparationem, quòd quilibet canonicus
conferre teneatur, ſtatuere prælatus poteſt cum capituli parte
maiori, & quomodo id intelligatur, num. 1.
Maioris partis iudicio quibus caſibus ſtetur, remiſſ.*
2 *Additio gloſſarum.*

CAPVT IIII.

1 EX parte. Caſus. Prælatus † cũ maiori
parte capituli contradicẽte
minore, ſtatuere poteſt, ꝙ ad neceſſariã re
parationẽ fabricæ quilibet canonicus con
ferre teneatur, & ſunt duæ partes, quod per ſe patet, ſe
cũda ibi. ſtatuimus [*Et infra*] intellige, ꝙ quidã canoni
ci hoc facere noluerunt [*Statuimus*] not. quod de iure
eſt, nõ de gratia [*Maioris*] ſic, ſup. c. 1. hic no. Phi. 9. ca-
ſus, quibus nõ ſtatur iudicio maioris partis, quos col-
lige ex not. & additis, de reſcriptis, paſtoralis, in tertia
2 glo. ¶ [*In † glo. 1. ibi, ſi monachus*] dic ut ibi [*& in fine*] dic
ut ibi, & eod. tit. de his. ¶ [*In gl. ult. in fi.*] Dixit Vincen.
hoc eſſe, quia papa hoc approbat: alias nullus com-
pelleretur dare de proprio, niſi uellet: quia tenentur
ut ſinguli, unde potior eſt cauſa prohibentis, & quia
ſi tenentur, ut collegium, communis menſa habet
hoc ſuſtinere, non priuata ſtipendia. Dicit Inno. hoc
uerum, ſi non eſſent res eccleſiæ, ſed propriæ canoni-
corũ, de rebus verò eccleſię, licet ſingulariter, & ſpe-
cialiter ad ſingulos canonicos pertinentibus, poterit
epiſcopus cum maiori parte capituli pro utilitate ec-
cleſiæ talia ſtatuere, Idem Innocen. & Ab. uide quod
dixi ſupra, de conſt. cum omnes, ſuper prima glo.

Vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur. Rubrica.

¶ Dictum eſt ſupra de beneficijs conferendis, quæ quia cum integritate, & ſine diminutione conferenda ſunt, ideo &c. Goff. facit. 1. q. 3. c. ult. in fi. & ſup. de preben. uacante, & c. extirpandæ, in fi.

SVMMARIVM.

1 *Collatio occulta beneficij, licet ſit ſuſpecta, ualet, & quando, & nume. 6.*
Diuiſio decretalis.
2 *Iudicium de uultu dei quando prodire dicatur, & directum quo ordine fiat.*
Index à quibus cauere debeat.
3 *Fortunam ſuam quis negligere non debet.*
Quomodolibet, aduerbij ſignificatio.
Papæ iudicium ſequendum.
Ratio ſemper conſideranda.
4 *Scribere multa non eſt reprenſibile, licet in uniuerſum omnibus non ſint neceſſaria.*
Gloſſa debet eſſe communis ſicut, & lex.
Exploratum pro claro, & manifeſto.
Reus quando abſoluendus actore non probante, & numero 19 & 22.
5 *Contra iura faciens aut malicioſus eſt, aut indiſcretus.*
6 *Clandeſtina collatio, uel electio quibus caſibus non teneat.*
Ob non reſidentiam priuatur nullus, niſi præcedente monitione.
7 *Dei uicem in terris Papa tenet, & primus homo tenuit, & alibi dicitur epiſcopus.*
Papa duplici modo procedit.
Ex officio quilibet ordinarius inquirere poteſt.
8 *Inter poſſe, & debere quæ differentia.*
Inquiſitio contra prælatum non tam pro remotione, & quando, quàm pro agenda pœnitentia etiam ſine fama fieri poteſt.
9 *Vacillare, uel uariare quem in reſponſis turpe.*
Sacerdotis uerbum aut ſacrum, aut ſacrilegium.
Diſpenſare hic qualiter accipiatur.
Hoſtienſis interpretatio confutatur hic, ut alibi etiam.
Pactio ad propriam perſonam refertur.
Conuentio ad mediatorem.
10 *Officium nudum ſine prouentu conferre etiã in hærede reprobatur.*
11 *Epiſcopus de prouentibus eccleſiarum an, & quando, & quomodo diſponere poſſit, & nu. 13. & 14. & 16. & 17. & 24.*
Cuſtodia eccleſiarum uacantium ad quos pertineat etiam cathedralis, & num. 12.
13 *Fructus, uel prouentus beneficiorum quibus de cauſis retineri poſſint, & nu. 17. & 24.*
Ad epiſcopos pertinent eccleſiæ cum dotibus earum, & de quibus hoc intelligatur, uide num. 16.
14 *Epiſcopus concedere poteſt alicui in proprios uſus eccleſiam, & quomodo id intelligatur, & nu. 16. non tamen in ſuos, ibid.*
Inter dantem, & recipientem debet eſſe differentia.
15 *Alienatio rerum dignitatis, uel eccleſiæ ab epiſcopo male facta quibus modis retractanda, & quando non ualeat nu. 16.*
16 *De uacantis dignitatis, uel prebendæ, uel eccleſiæ parochialis iuribus nihil ſine cauſa debet diminui, licet in totum tolli poſſit, & in proprias alicuius uſus transferri.*
Mediator an teſtificari poſſit de contractu, in quo fuit mediator.
17 *Palliare quaſi pallio cooperire.*
Collatori fructus beneficij percipere quando non liceat.
18 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Contra occultè agentes præſumitur. §. in gl. no. quod, & num. 23.
Confeſſioni primæ non ſemper ſtatur, & quando. §. in gl. cum pri.
Modus quando æquipolleat conditioni. §. fi.
20 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*
21 *Sine accuſatione quibus caſibus contra quem procedatur.*
24 *Ratio ſi obſtat, licet non uerba conſtitutionis, idem iuris eſt.*

CAPVT I.

VT noſtrum. Recipe rubrũ ꝑ ſumma, qđ quomodo intelligatur, uidebis in fin. Sed
1 Abb. ſummabat, ꝙ † occulta collatio
beneficij, licet ſit ſuſpecta, bene valet,
dũmodò alias legitimè facta probeť,
fatetur tamen, ꝙ in hoc non facit ad
ti. & dicam de hoc. j. ſuper ver. potuiſſemus, & ſm Hoſtien. ſunt. 4. partes. in prima ponitur reſpõſionis aſſignatio. in ſecũda ibi, cum enim, proceſſus papalis excuſatio, & obiectionum factarum reprobatio. in tertia archiepiſcopi incõuincibilis reprehẽſio ibi: omnibus. in 4. ibi, vnde credimus, cautæ, & neceſſarię diſtinctionis inſtructio. Vel dic, ꝙ tres ſunt partes: prima ponit duas oppoſitiones archiepiſcopi, interſerẽs excuſationis ſuæ motiuũ ibi: quia uerò. ſecunda ibi: porrò reſpõdet oppoſitionibus. tertia ibi, omnib⁹, de tribus notat archiepiſcopũ, & tertiũ diſtinguẽdo deter-
2 minat ibi, vnde credimus [*Vultu dei*] pſal. 16. hoc † tũc
eſt, quãdo iudex ſemper deum habet in mente, ar. C. de iud. rem non nouam. reddendo ius ſine perſonarũ delectu. ſ. de iudi. nouit, & caueat à corruptione, & à pœna decre. cum æterni, de re iudi. lib. 6. ſm Hoſt. ſm quem adde, quod habes de vita, & hone. cler. cum ab omni. [*Proponebat*] per nũciũ, uel proc. Gof. [*Damnari*] Io. 8. B. ibi, Ieſus, mulier ubi ſunt, qui te accuſant? at illa nemo. ait Ieſus, & ego te non condemnabo. uade &c. Hoſt. [*Negocium*] ſcilicet inquiſitionis, quam fecit, an uacaret cancellaria [*Iudici*] directi, ſed inquiſitionis: quia nec petitio data fuit, nec lis conteſtata, nec à partibus præſtitũ aliquod iuramentum [*Tibi*] ſcilicet archiepiſcopo, alias ſibi, ſcilicet cõſanguineo tuo [*Pre iudicium*] ſup. vt lit. nõ cõte. per totũ [*Perſonam*] noluit
3 † negligere famã ſuã. 12. q. 1. nolo, & potius voluit cõ
fundi archiepiſcopũ, q̃ ſuã ſedẽ lædi, de uſu p al. niſi [*Inquiſitionis*] hoc ſolue primũ, & ſm, quod opponebať ꝫ proceſſum. ſ. vt lit. nõ cõte. quoniã. §. ſunt & alij, Hoſ. [*Quomodolibet*] ideſt aliquo modo [*Proceſſerimus*] maxime, q̃a prout ipſe iudicat, alij iudicare tenenť, ff. de re iud. in cauſis, Gof. [*Ratio*] ſemper cõſiderãda, de præb. ratio [*Poſteris*] ſtudẽtibus. ſ. & iura ſcire quęrẽtibus, ſed Pe. intellexit, ꝙ ꝓfutura ſit p̃latis, q̃ ſibi caueбũr deinceps à talibus collationibus [*Profutura*] no. Hoſ. excuſa-
4 biles † multa ſcribẽtes, quæ licet prouectis nõ ſint neceſſaria, nouis & poſteris pñt eſſe profutura, all. de pęni. deus qui. inſti. de iuſti. & iur. §. igitur, & de leg. §. ſed ne in primis. eo, melius eſt doctos onerare ſcitis, q̃ iuuenes fraudare dicẽdis, cui bene cõcor. 13. q. 2. non æſtimemus. Caſſiodorus in ꝓlogo epiſtolarũ, Plerũque peritiæ genus eſt uitare, quod placeat doctis, ſub debat Hoſt. parcãt, & rudes quò ad alta, & ſubtilia. nã gl. ſicut, & lex debet eſſe cõmunis. 4. diſ. erit, ad hoc de præb. dilecto. de ſæ. une. c. vno, ubi de hoc [*Cum enim*] ponit rõnẽ archiepiſcopi contra ſe. cui poſtea rñdet, Inn. [*Explorati*] ideſt clari. & manifeſti [*Præteriteris*] ſe redimẽdo, uel probãdo, uel utcũq; ſe excuſando [*Poterat*] prima facie. uel nõ recte inſpiciẽtibus: ſic. j. de ſen. exco. per tuas. & ſup. de elec. cũ nobis olim, Gof. [*Conueniebaris*] & ſic aſſerebas te reus, ſed nõ eras: quia procedebamus in modum inquiſitionis, Inno. [*Malicioſe*] quia ſcimus iura [*Indiſcretè*] ſi iura ignoraremus, per
5 quod † no. ſecundum Hoſt. ꝙ faciens contra iura, aut
eſt malicioſus, aut indiſcretus. ſi. de temp. or. uel non
a eſt [a] [*Præmiſſis*] in deciſa [*Perſonæ*] primus articulus
[*Modo*] ſecundus [*Tempore*] tertius [*Suſpitione*] per quod releuaremur à probatione, etiam ſi in figura iudicij ordinarij ageremus, ut in princ. 5. glo. [*Anno*] & ſic elapſum erat tempus archiepi. & cap. de conceſ. præ-

6 præben.c.2[*Potuiſſemus*]facienda † eſt ergo publicatio
etiam in præbendis:tamen licet nõ fiat,dummodo fa-
cta fuerit electio intra debitũ tempus,valet 1.& non 2.
b Inno.ſm quem hoc ſatis hic innuitur. Archi. tamen
in decre. ſi tibi abſenti,de præb.lib 6.dicit Inno.hic te-
nuiſſe, occultam collationẽ præbendæ nõ ualere:ſed
mihi uidetur. ꝙ teneat contrariũ; quod patet ẽt ex eo,
quod ſubdit ipſe Inno.dicens, ꝙ qa hoc eſſe non po-
tuit ſine graui negligẽtia cancellarii,qui ſe celauit, po
teſt ſibi auferri cancellaria,& alii dare. Hoc ultimum
non placet Hoſt. qui dicit hanc pœnam non eſſe iure
ſcriptam, & ſic nec per glo. imponenda. ff.de relig.&
ſump.fu.& ſi quis.§.generaliter.ff.de ſepul.uiola.l.a.§.
nam perpetuæ. poſſet tamen ſm eum ſuperior termi-
num aſsignare, intra quem ius habens, illud produ-
cat, poſt quẽ priuabitur, uel non audietur,arg.ex no.
de conuer.coniug.ex publico,qui ma.acc.poſ.ca.fi.&
adde quod uo. de ſup. negligen.præla.c. pe.& ulti.nec
ob.ſi dicas,ſi ſe celauit,ergo non reſedit, nec deſerui-
uit.nam propter non reſidentiam nullus priuatur, ni-
ſi præcedat monitio,de cleri. non reſiden.per totum.
ſed electionis prælatorum, qui præſunt eccleſiis colle
giatis,cathedralibus,uel abbatiis,nõ debent eſſe clan-
deſtinæ, de elect. quia propter, Hoſti. & ſi ideò aliud
in ſimplicibus beneficiis:quia per collationem acqui
ritur in eis plenum ius, de præben.c.pe.quam tamẽ ſæ
pe facit epiſcopus in camera:nec eſt aliquo iure ſtatu-
tum,ꝙ debeat publicari collatio, uel ꝙ ſcriptura in ea
fieri debeat,licet ſecus ſit in donatio.quæ ſm l.debent
in ſcriptis inſinuari.& ſic non ob. C.de donatio.l. do-
natio.§.in aſcribendis, & le.ſi quis argentum.nec ob.
quod hic dicitur. hoc enim intendit, ꝙ ſi nullo appa-
rente ſuperior,qui credit poteſtatem ad ſe deuolutam
confert,non poteſt illud aſcribi malitiæ, ne culpæ: nõ
tamẽ ꝑ hoc innuit, ꝙ collatio ſuperioris teneat,imò
potius innuit contrarium, inquantum probationem
recipi noluit.uel dixit hoc allegando non diffiniẽdo;
7 concor.Archi.in præ.decreta.ſi tibi[*In † terris*]ſic ſupra
de tranſla.inter corporalia. alibi, primus homo dicit
tenuiſſe uicem dei in terris.33.q.5.hæc imago,lo.alibi
dicitur de epiſcopo,ea.q.mulier,Gof.[*Probandi*]quod
intra tempus competẽs,& perſonæ idoneæ,per quod
ſatisfacit primo,& tertio articulo[*Qui*]aliàs ꝙ, & poni
tur pro quia[*Officium*]nudum[*Suſpicari*]de ſimo. ut in-
fra ſequitur[*Plenitudine*]forſan in aſſertione ſua dice-
bat archiepiſcopus,ꝙ licet papa de poteſtatis plenitu-
dine iuſtè potuerit hoc facere: tamẽ propter ſuperius
narrata non fecerat hoc ſm iuris tramitem:ſed ipſe re
ſpondet, ꝙ non ex plenitudine, ſed ex debito officii,
quo quilibet, etiam ordinarius teneretur ad talia ex
plano & mero officio, de accuſationibus, qualiter 2.
8 de iudi.nouit[*Poſſumus † & debemus*]eadem uerba de iu
di.nouit,uerſi.non enim: de differentia inter hæc duo
uerba no.ff.de off.præſi.l.ſæpe[*Maxime*]q.d.etiam ſi ip-
ſe cauſam non præberet,ex quo ad aures ſuas probabi
liter perueniſſet,& per hoc no. Hoſti. ꝙ ſi non debeat
fieri inquiſitio contra prælatũ quò ad ipſum remouẽ
dum, niſi tanta ſit fama, ꝙ ſcandalũ generet, infra de
accu.qualiter.2.§.1. quod poſſet hic ſignari pro cõtra
rio:tamen quò ad id,quod emendet id,ſuper quo pec
cauerit, & agat pœnitentiam, etiam ſine fama aliqua
procedi poteſt,& ſic poteſt intelligi ſm eum de collu.
dete.c.2.[*Cauſam, & occa.*]de his.de ma.& obe.ſolitæ. in
princi.[*Inquiſitionem*]& per hoc primæ oppoſitioni re-
ſpõdet[*Omnibus ergo*]præmiſſa ergo excuſatione ſua ex-
9 primit culpam archiepiſcopi[*Reſponſi*]turpe eſt aliquẽ
vacillare,uel variare in ſuis reſponſis,infra de pœ.ſuper
his;& de temp.ordi.dilectus, Goff.[*Nobis*] uide quod
no.de pœ.diſt.1.ſerpens[*Reſpondere*]no.ſacerdotis uer-
bum aut ſacrum,aut ſacrilegum,Hoſti.[*Diſpenſare*]no.

Hoſti.hic expreſſum,ꝙ epi poſſunt in ſimplicibus be-
neficiis diſpenſare,remittens.ſupra de præb.de multa.
ad fi.ſed certè, diſpenſare. ponitur hic pro diſponere,
uel diſtribuere.44.diſt.diſpenſatio.26.q.7.alligant[*Cir-
ca honeſtatem*]hic ponit tertium,ubi fuit culpabilis[*Pa-
ctione*]in propria perſona[*Conuentione*]per mediatorem
1.q.2.quam pio,Vin.mide. ff.de pac.l.1.& C.de legi.nõ
10 dubium[*Nudum*]hoc reprobatur etiam in hærede.C.
de inoffi.dona.l.3.Hoſti.[*In canone*]no. pro generali al-
legatione.ſic infra de ſen.excõ.cum illorum.circa me
diũ.non eſt contra.ff.ad l. Cor.de fal.l.ulti.quæ loquitur
cum qs allegat pro lege,quod non eſt lex, Goffr.[*Qui
dat*]ſicut hic archiepiſcopus, ſm Innoc.[*Sed alius*]cui
cõfert, uel alius percipiebat, qui mortuus eſt.ad hoc.§.
de inſti.cum ueniſſet,in fi.Hoſti.[*Donatione*]per pactio
ctionem in ea appoſitam,Vin.[*Prauitatem*]hoc uult di
11 cere litera, ꝙ ſi alius † eã cuſtodiæ,uel ex alia cã poſſi-
deret prouentus alicuius dignitatis uacantis.non põt
eps de illis prouentibus aliquid diſponere.ſed ſi eps di
ſponeret fructus de iure dignitatis uacantis,ut ſi digni
tas prouiſionem,& beneficiũ habet de menſa epi,põt
ſtatuere,ꝙ ad tẽpus teneantur fructus eius,ut hic: nec
tunc erit aliquis in dignitate.uel dic melius, ꝙ aliquis
c erit in dignitate,ſed prouentus non percipiet.vel põt in
telligi non ſolũ cum dignitas de menſa epiſcopi redi-
tus percipit,ſed ẽt aliunde:tamen eps de iure,vel conſue
tudine ad cuſtodiam tñ percipit fructus ſeruãdos fu-
turo ſucceſſori,quod ſemper fieri dẽt.12.q.2. hoc hu-
ius placiti,& c.charitatem, niſi in hoc caſu ſm Innoc.
Hoſt.uerò dicit hoc intelligendũ de quocunq; benefi
cio,cuius collatio ſpectet ad epm. hoc ſaluo, ꝙ ſi Ar-
chidiaconus,vel alius hẽt cuſtodiã quãdiu vacat,ab il
lo non erit auferenda:de cuſtodia tamen tali remi. ad
no.de inſti.cum ueniſſet, de app.bonæ. utrobiq; uide
ſuper uerſ.cuſtodia. ſed ex quo contulerit eps benefi-
cium,conſtat illud non uacare, & ſic ceſſat cuſtodia,
uel intereſſe habentis illam.& facit ad id,quod dicam
de reg.iur.quod ob gratiã.li.6.& ſic ſine alicuius iniu-
ria eps percipiet fructus, quos ſibi reſeruauit ante do-
nationẽ uſq; ad tempus ordinatũ,detractis tamen ex-
penſis neceſſariis;quod dic, vt de off.ord.præſenti.lib.
6.Alij ſm eum & Inno. intelligunt de quolibet bene-
ficio ciuitatis,uel diœce.ẽt ſi non eps, ſed alius habeat
illud conferre.ſ.quod per ſtatutum, non per donatio-
nẽ poſſit eps habere prouentus. & ſm Ho.hunc intel-
lectũ,quãuis hæc uerba non approbent:põt tamen to
lerari de mente, dũmodo id fiat de conſenſu collato-
ris,ar.de off.archi.ad hæc. §.fi.& j.de dona.paſtoralis,
ſm Hoſt.quod ergo ſequitur de illo,qui prius percipiebat
prouentus,põt intelligi, cum eps creauerat dignitatem
qua uacante poſſidebat illam, & habebat cuſtodiã ip
ſe eps patronus,& ei eſt de tẽporalibus reſpondendũ,
de ap.bonæ.16.q.2.c.1,& idem in alia eccleſia alterius
patrona.ſ.quia dẽt illius uacantis habere cuſtodiam,
& ſibi de temporalibus reſponderi per iura prædicta,
& infra de priuile.c.3. §.in eccleſiis.de præben.in Lat-
ran. ſed ſecus, ubi laicus eſt patronus: tunc enim non
patronus,ſed diœceſanus per ſe, uel alium res uacãtis
beneficii gubernabit.10.q.2.c.fi.ſupra de offi.ordi.cũ
uos,infra de ſuc.ab inteſt.c.fi.niſi forte ad archidiaco
num,uel alium ſpectet ex priuilegio, uel conſuetudi-
ne ſpeciali 63.di.ſi in plebibus.ſupra de inſtitu cum ve
niſſet.Inno.infra de exceſ.præla.c. 2.& accedentibus,
in fi.de cõſue. nempe talia ad prælatum ſpectare poſ-
ſunt ſm quoſdã. Nec ob.12.q.2.c. fin.nec quod legitur
& no.ſupra de offi.ordi.cũ uos:quia intelligenda ſunt
de illis,qui talem conſue. non habent, uel priuilegiũ,
argu.in eo,quod le.& no.infra de Iudæis, multorum
Hoſti.& hæc uera ſunt, niſi eccleſiæ uacantes collegi i
habeant: tunc enim mortuo prælato cuſtodiã habet

colle-

collegium, ar. 12. q. 2. non licet. In contrarium facit, in
12 fra de ſta. re. ea quæ. §. quod ſi, ubi dicam. Mortuo † aūt
epiſcopo dicūt quidam, ꝙ res ipſius debent eſſe in po-
teſtate œconomi. 75. di. quoniā quidam. Tu uerò dic
& melius, ꝙ nō ſolum in poteſtate œconomi, ſed cle-
ri, & capituli eccleſiæ. 12. q. 2. iſtud ſtatuēdum, & c. cha
ritatem. & ſi non ſit ibi œconomus, clerici tantum cu
d ſtodiam habent. & ſi non ſint clerici,[d] de iure, uel etiā
ſi ſunt ibi, de ſpeciali conſue. cuſtodiā habebit archie-
piſcopus. & ſic intellige. 12. q. 2. nō licet, & c. non liceat
alicui metropolitano,[3] & q. 5. ſicubi. Sed & ubi ad cle-
rum cuſtodia pertinet, poterit ipſam, ſi vult, cōmitte-
re archiepiſcopo. 9. q. 3. conqueſtus. hoc aūt intelligas
ſic eſſe ſeruanda, niſi papa uiſitatorem dederit. extunc
enim ſolus uiſitator res eccleſiæ gubernabit. 61. diſti.
obitum, & c. ſe. ſm Inno. & idem eſt, ſi aliquem procu
ratorem faciat; quod dic ut le. & no. ſupra de ele. cum
nobis olim. §. fi. nullus autem alius excepto papa ſine
cauſæ cognitione, & non uocatis his, quorum interē,
cuſtodiam, vel viſitatorē in alterius præiudicium dare
poſſet. ſm Inno. & Hoſti. quod dic, ut infra de ſup. ne-
gli. præla. eccleſiæ, lib. 6. & de cuſtodiis, & fructibus ec
cleſiarum uacantium dic, ut de elec. generali, libr. 6. &
uide, ſupra de elec. ut prætéritæ, in glo. contra [*Percepit*
13 *ipſe*] collator [*Ad tempus*] puta † quinquenniū, uel trien
nium. non enim ad longum tēpus hoc fieri poſſet, cū
per id uideretur ius habere in beneficio. ff. de ſuperfi.
l. 1. §. quia ait. ff. ſi ager vec. l. 1. & ult. ſm Hoſt. [*Pro cau-
ſa*] poſſet hoc eſſe guerra, litigium, magna emptio. lō-
ga peregrinatio, & quælibet paupertas, ar. infra de do
na. ad apoſtolicæ. infra de reli. do. c. 2. 16. q. 1. & tempo-
ris, de cenſi. cum apoſtolus, ubi de hoc ſm Hoſti. vnde
urgens debitum eſſet iuſta cauſa hoc ſtatuendi cū ſuo
capitulo. nam & poſſet ei certum onus imponere, de
præb. ſignificatum. Item propter utilitatē uacantis ec
e cleſiæ bona ipſius alienare pōt epiſcopus. 10. q. 2. c. fi.[e]
quinimò ēt & non uacantis ex iuſta cā. infra de dona.
ex conſultationibus, & c. per tuas, & c. paſtoralis, 16. q.
1. ſtatuimus, ſupra de præb. auariciæ, & c. expoſuiſti. nā
& eccleſiæ cū dotibus ſuis ad epiſcopos ptinēt. 10. q. 1.
c. 2. & 3. & per totū. vnde & pro ipſis agere poſſunt, in-
fra de ſucceſ. ab inteſt. c. fi. & ipſas pōt unire, & diuide-
re, infra de eccl. ædi. ad audientiā. 1. infra de exceſ. præl.
ſicut unire & dignitatem uacantē ex toto tollere. ſ. de
conſti. cum acceſsiſſent. dignitas aūt inſtituta irrequi-
ſito illo, qui inſtitutus eſt, ſine cauſæ cognitione dimi
nui non dēt, ar. j. de eccl. ædi. ad audientiā. 1. C. de emā-
cipationibus, nec auus. C. de omni agro deſer. quicun
que, li. 11. infra de do. cōſultationibus: & hæc forte tm̄
obtinēt in eccleſiis, in qbus epī hn̄t ius patr. ex funda-
tione, cū tunc ſit eis de tēporalibus irīdendum. 16. q. 2.
c. 2. Res aūt iſtarum eccleſiarū alienare non poterunt.
Ad prædicta uide cle. de re eccl. non alie. ſi una. 1. reſp.
ſecus, ubi laici habent ius patro. tunc enim ex iuſta cā
epī alienare poterūt res ipſarū, ar. 10. q. 1. c. 2. ſed patro-
ni poterunt contradicere. 16. q. 7. c. filius, quorū aſſen-
ſus de honeſtate reqrendus eſt. 10. q. 2. præcariç, licet q
dam illa capitula intelligat de rebus à principibus ec-
cleſiis collatis: ſed hic modica vr̄ differentia, q̄ uacet,
ſiue nō, cū epiſcopus de rebus eccleſiæ poſsit ſem p or
dinare, quod iuſtū eſt, ſed facilius, cū uacat. j. de dona.
14 conſultationibus. ¶ Et no. ꝙ † quamuis epiſcopus poſ
ſit concedere alicui, ꝙ eccleſiā conuertat in uſus pro-
prios, ut ibi. nō tamen debet res ipſius uendere, uel diſ
ſipare. 10. q. 2. nulli, niſi quod de iure, uel cōſue. ſibi de-
betur. 10. q. 3. per totū. nec poteſt in ſuam utilitatem,
uel uſus proprios eccleſiam ipſam, ſiue res ipſius con
uertere, cū hæc fieri non poſsint ſine ſummaria cogni
tione, ar. 10. q. 2. c. 1. & auct. hoc ius porrectum. 12. q. 2.
ſine exceptione, & quia ſibi ipſi dare non poteſt. debet
enim eſſe differentia inter dantem, & recipientem &
conferentem, & auctoritatem præſtantē. C. de aucto.
tuto. l. 1. ff. ad Trebel. ille, à quo. §. tempeſtiuum. & pa-
tet in eo, quod legit & no. ſupra de inſti. c. fi. hoc autē
tenendū eſt, ꝙ auctoritate capituli ſui poteſt ſtatuere,
ut ad tempus, uel ēt in perpetuum fructus alicuius di-
gnitatis poſsit tenere, & eccleſiā in proprios uſus con-
uertere, ar. hic, & ſupra de præb. expoſuiſti, de conſti.
cū acceſsiſſent, & de conceſsio. præb. cum noſtris. §. fi.
ꝯtrium dic hodie per clemen. de rebus eccl. non alie. ſi
una 2. reſpon. & repetam ſup ulti. glo. ſed alii intelligūt
illam decre. cū noſtris, qn̄ auctoritate ſuperioris tenet
dignitatem: hanc aūt decre. intelligunt, quādo pro uti
litate dignitatis vacantis, & nō p utilitate propria vult
fructus retinere, vel quando de menſa ſua prouidebat
dignitati: aliàs. n. certū eſt, ꝙ oēs fructus ſucceſſori in-
tegraliter ſunt ſeruandi, ut expreſſe legitur & no. 12. q.
2. de reditibus, & ſupra de offic. ordi. cum uos, ubi de
hoc, & infra de teſta. relatum. 2. §. nomine, ubi de hoc.
15 Hoc † aūt ſcias, ꝙ ſi aliqs eps in caſibus prædictis res
dignitatis, uel eccleſiæ male alienauit, debet ſuperior,
uel per beneficiū reſtitutionis in integrum, uel ex offi
cio ſubuenire, ſm Inno. cuius eſt quaſi hæc tota gl. &
hoc probatur expreſſe, ſupra de inſt. cum veniſſent. §.
16 fi. Quicquid † aūt ſupra notatum ſit dicas, ꝙ uacante di
gnitate, uel præbenda, uel parochiali eccleſia, ſine cau
ſa nihil debet de iuribus ipſius diminui, quamuis in to
tum[3] poſſet tolli dignitas, uel eccleſia, & in proprios
uſus alicuius transferri. Item ꝙ quæcunq; iuſta cā ſub
ſit, ppter quā epiſcopus bona immobilia, uel iura va-
cātis eccleſiæ ppetuo alienet, nunq̄ ualet alienatio, ni
ſi eccleſia prius hēat defenſorē legitime cōſtitutū, ar.
C. ſi propter pu. func. l. fi. C. de admini. tu. l. lex quæ tu-
tores, & niſi fiat præmiſſo tractatu,[3] & cū cauſæ cogni
tione. 12. q. 2. ſine exceptione; & ſm hoc intellige. ſ. de
his, quæ fi. à præ. tua, & c. paſtoralis. In temporali autē
alienatione non eſt tanta ſolennitas reqrenda, ut hic
ſm Inno. & infra de præb. c. 1. & 2. & iunge quæ no. ſu-
pra de his, quæ fi. à præla. c. 1. & patet de rebus eccl. nō
f alie. f c. 1. lib. 6. [*Mediatore*] an iſte de hoc teſtificari poſ-
ſit, dic ut infra de teſti. c. 1. lib. 6. [*Primum*] quod dicitur
ſupra uerſi. ſi uerò [*Secundum*] quod dicitur, ſupra uerſi.
17 an conueniat [*Palliare*] i. quaſi † pallio cooperire, de vſu
pall. niſi. & iſta litera quo ad primum membrum cla-
ra eſt: quò ad ſm hæc eſt mens. aut collator à tempo-
re, quo contulit percipiebat fructus beneficii de iure,
& tali, per quod ēt poſt inſtitutionē illos pcipere debe
bat forſan ad tēpus; & tunc nullū uitiū: aut eo tempo-
re percipiebat illos de facto tm̄; uel de iure tamen ſo-
lum, dū uacabat; & tunc eſt uitiū, ſi conuenit &c. ut in
18 tex. ¶ Prima † glo. ponit caſum. ¶ Tertia gl. ponit. 9. ca-
ſus exceptos à regula, ꝙ ſine accuſatore &c. ¶ Quinta
glo. ponit. 13. caſus exceptos à regula, ꝙ actore nō pro
19 bante &c. ¶ [*Glo. in hoc*] ponit opi. l. 2. ¶ [*In 3. † glo. ibi, iube-
mus*] hæc l. dicit producentem ut falſarium detineri.
¶ [*In 5. glo. ibi, Quintus Mutius*] uide de pecu. cleri. c. 1. ſuper
vlti. glo. [*& ibi, ſiue poſſidetis*] ſi apparet eum, cuius ſum
hæres, fuiſſe dominum, reus habet probare ſe domi-
num [*& ibi, circa*] uide de teſti. ex tenore, ſuper ulti. glo.
[*& ibi, in tribus*] uide in præ. c. ex literis, in glo. 2. [*& ibi,
fallaciter, in fi.*] in illis criminibus non minus iudex accu
ſatorem ad docenda, quæ detulit, quàm reum ad pur-
ganda, quæ negat, debet urgere [*& ibi. §. ſi quis*] aliàs eſt
lex, negans emancipationem ritè factam. id probabit
[*& ibi, ſi filius*] filius negās ſe in poteſtate patris eſſe, ha-
beat probare. ¶ [*In glo. no. quòd ibi, ita fidei*] occultum fidei
commiſſum factum non capaci deuoluitur in fiſcum
[*& ibi, non æſtimo*] refert, an tutor utens pecunia pupilli,
palam ſe debitorem faciat pupillo, an ſub adminiſtra-
tione tutelæ latenter ex illa pecunia ſua commoda iu-
uet

nei[*& ibi.l.1.*]occultum fideicommiſſum factum ca-
paci non defertur in fiſcum. ¶[*In glo.ſicut,ibi ſi fideiuſſor*]
uide de pur.ca.conſtitutus, ſuper gl.2.[*& ibi.ſi putator*]
uide de homici.c.ſi. ſuper ulti.glo. ¶[*In glo.imò, ibi .ſine*]
uide ſupra ſuper 5.glo.¶[*In glo.cum prima,ibi.l.ulti.*]erro-
nea confeſſio aduocati reuocatur, infra triduum [*&*
ibi.§.tormenta]uide hanc.& ſequentem, de cauſa poſſe.
cum eccleſia.ſuper glo.hoc ſolum.¶[*In glo.quoniam,ibi,*
cum precum]uide de proba.licet.ſup 6.gl. ¶[*In gl.no.quòd,*
ibi.l.1.]in legatis, & fideicommiſsis modus aſcriptus
pro cõditione ſeruatur[*& ibi,cum in teſtamento*]Titium
Stichum lego, ut cum manumittat,cauens de manu-
mittendo ſtatim illum petit: idem in legato ad monu
mentum,ut in l.ſequē.[*& ibi.qui hæredi.§.ulti.*] incipit.
20 Plautius;uide de iureiur.petitio,ſuper ult.glo.¶[*In†glo.*
1.ibi,reſpondet]Innoc. dicit.ꝙ archiepiſcopus hoc prius
uiua uoce dixerat papæ[*& ibi,oſtenſa*]facit ad quæſtio-
nem,quam diſputaui, de qua de uerb.ſig.c.2.2. reſpõ.
libr.6.[*& ibi,ille.H.*]Hoſti.contra,ut iam dicam[*& ibi.*
quibuſdam]ideò,quia ille.H. non fuerat in iudicio, nec
eius procurator ſm Hoſtiē. uel dic ſi uis tenere, ꝙ ille
fuerit procurator illius. H. ꝙ ipſe procurator confeſ-
ſus eſt,ꝙ poſt primum mandatum,& papa mandat in
quiri de ſecundo,uel ille.H.qui ibi erat pro ſe.non cõ-
fitebatur,licet id confiteretur procurator archiepiſco
pi.¶[*In glo.2.in fi.*]Lau:& poſuit hanc gl.ſuper parte de-
ciſa ibi, & oculi noſtri uideant æquitatem. ¶[*In glo.3.*
ibi,ſi publico]& ibi,no.iſti caſus: rationem huius quære
de ordi.cogni.c.2.in fin.pen.glo.[*& ibi,de manifeſta*]ibi
21 hoc glo.[*& in fi.*]Hoſti.addit†caſus, ſupra de teſti. tam
literis,& de proba.tertio.Item cũ quis appellationem
ſuam non proſequitur, uel iudicum literas abradit.ſ.
de reſcriptis olim. Item in ſurreptitiè impetrante, uel
abutente reſcripto apoſtolico, ſupra de reſcriptis,c.ſi.
Item cum qs ſibi eſt reus,actor,teſtis,& iudex.ut cum
ſe obligauit ad certam pœnam,de ele.cum dilecti, ad
ſi.Item cum quis ſuccumbit in cã appellationis.ſupra
de app.ut debitus.Item cum quis probationes aduer-
ſario ſubtrahit,ſupra de teſti.conſtitutis.2.Item in pro
ponente exceptionem,& ſuccumbēte in probatione,
niſi aliquid probabile excuſet.ſ.de do. & con. finem:
Item in quolibet,qui illudit iudici, uel aliquam mali-
ciam committit,de ali.mu.iu.cauſa fac.c.1.de poſtula.
bonæ.2.uer.nec nocebat.Idē in uindicta iniuriæ ſacer
dotibus irrogatæ. C.de epiſ.& cleri.l. ſi quis in hoc ge-
nus:alios caſus uide in ſpe.de inquiſitio.§.quando au-
22 tem,in princ.¶[*In †glo.ſi.ui.ibi,actor*]& ibi hæc glo.& fa-
cit,quod no.2.q.5.§.1. & de hoc ſatis in ſpe. de proba.
§.2.uer.nunc ad propoſitum[*& ibi,Quintus Mutius diui-*
debat] Hoſti. hic in alium caſum.ſ.propter uitationem
ſuſpitionis turpis quæſtus addit caſum fauoris eccle-
ſiæ, ut cum petit bona, quæ rector poſſedit tempore
mortis,& remittit de pec.cleri.c.1.[*& ibi,iure communi*]
uel ſpeciali per legem,ſiue,quæ ſequitur:ſed illud non
competit,cum excipiat caſus, quibus actore non ap-
probãte &c.[*& ibi,republica*]ſ. fiſci. uel ciuitatis Roma-
næ,non aliarum ciuitatum.ff.co.l.4.& no.Acc.C.eo.l.
una[*& ibi,ipſius*]ſ.à quo repetitur indebitum[*& in fi.*]
per hæc iura addebat Hoſti. caſum, ſ. cum natura ne-
gationem impugnat:ut cum dico quem nõ eſſe ſanæ
mētis,ſed ſatis includitur ſub proximo.Itē propter cõ
tumaciam non iurantis,de iura.cal.c.ſi. Item propter
contumaciam non uenientis,infra annum,ut lit.non
conte.quoniam.§.in aliis. ¶[*In glo.no.quòd ibi,Anaſtaſius*]
23 ibi de† occulte recõciliante damnũ[*& ibi, pernicioſam*]
ibi de mulierculis ſub ſpecie religionis in priuatis re-
ceptaculis habitantibus. Idem de occultè prædicanti-
bus,de hereti.cum ex iniuncto, conuenticulas facien
tibus. C.de epiſ.& cleri.conuenticulam: occultè mu-
lieribus cohabitantibus, de præſum.3. ſm Hoſti.& in
ſi.contractus uerò bene ualent, licet fiāt de nocte.C.
de tranſac.non minorem.quia in eis dies incipit à me-
g dia nocte. ff.de fer.l.more.ff.de offic. dele.conſuluit[b].
Goff.¶In glo.ſicut.in ſi.dic ut dixi de ſeruis non ordi.
c.1.ſuper ulti glo. ¶[*In glo.cum prima, ibi, ab excommunica-*
to]adde quod no.de diuor.ex literis,in glo.2.¶[*In glo.in*
hoc,ibi,Lau.]& Vinc.[*& ibi.ſi quis neque*]ubi idem no.[*&*
ibi,ſunt nonnulli] de hoc, ſupra de æta. & qualita. tuam.
¶[*In glo.no.quòd.in fi.*]de hoc, infra de con. app.uerum.
¶[*In ſequen.in fi.*]& no.de præben auaritiæ,& c.extirpan
dæ, in fin.Hoſtien.¶[*In glo.ulti.ibi,debitis*]glo. Io.hucuſ-
que,idem Hoſtien de offic.archipreſby.ca. fin.& uide
quod hic dixi in tex.poſt Inno. & cum[*& in fi.*] quod
24 †etiam facit contra, cum ibi hoc fuerit à papa per pri
uilegium impetratum: de hoc uide, quod nota.infra
de reſcriptis,ſi propter, libro ſexto,in glo. an legatus,
& quod ibi dicam ſuper uerſiculo,eccleſiæ tuæ fabri-
cæ: contra epiſcopum facit ratio decreta.clementi.de
reb.eccle. non alie.ſi una,licet illud capitulum in per
petuis loquatur, tamen ratio in temporalibus etiam
obſtat: aliàs etiam fraus fieri poſſet, ſcilicet ſingulis
quinquenniis renouando.

ANNOTATIONES.

a ¶Vel non eſt. Vide bonum tex.ff.de iuris,& fac.ignorantia.l.regu la.§.penulti.& uide gl.in.l.liberorum.§.notatur,ff.de his, qui no. infa.& inſti. de ſuſpec.tuto.§. ſuſpectus, & Bart.ff.depoſi.l. quod Nerua.

b ¶Monuitur.Pro hoc,quia c.quia propter, de ele. in inferioribus be neficiis non habet locum,uide glo.primam,& Ioan. And.ſuper il- la in ſupra allega.c.quia propter,& eo.ti.c.1.ſuper uerbo,in for- ma.lib.6.

c ¶Non percipiet.Vide de præben.c. ſi tibi conceſſo,lib 6.& intel- lige iſtum non percipere fructus, cum limitatione tamen. §.1. in c. præſenti.de offi.ordi.lib.6.& ibi no.

d ¶Si non ſint clerici.uide Io. And.de tranſac. ſtatuimus, in ſua pri- ma glo.& ſupra de his, quæ fiunt à præla. in glo.ſoa fi.

e ¶Capitulo ſi.Vide glo.ſuper uerbo, ſede, & ſuper illa Ioan. Andr. & c.1.ſupra ne ſede uac.& in Spec.eo.ti.ſuper illa.

f ¶Non alie. Vbi uide glo.& Ioan.& per modec.in cle.ſi una, de re- bus eccle non alienan.

g ¶Conſuluit. Ad materiam uide Bar.in l.non intelligitur.§.tacite, ff.de iu.fi.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
Spiritualia ſine temporalibus diu eſſe non poſſunt.
Rubrica hæc ponit commune ius, & orationem perfectam, & quæ alia ſint huiuſmodi.
2 *De alienatione rerum eccleſiæ, ubi alibi, quàm hic agatur.*

De rebus eccle.non alienan. Rub.

1 ¶ Dicto † de rebus ſpiritualibus clericorum, ſcilicet
de beneficiis.& præbendis, de temporalibus ſine qui-
bus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt.1.q.3.ſi quis,eſt vi
dendum: quas quia interdum quærunt clerici aliena-
re, ideò de ipſis alienandis, uel non, ponitur hæc ru-
brica ſecundum Goffre.& per hoc patet, quòd Goffr.
habuit hic rubricam de rebus eccle.ali. uel non: ſed
Hoſtien.habuit,de rebus eccle.non alie. & ſecundum
ipſum rubrica ponit ius commune,& orationem per
fectam, ut ſupra titulo proximo, & ne ſede uacan. &
ut lit.non conteſta. cum multis ſimilibus. In antiquis
compila. habetur iuxta primum modum hæc rubri-
brica;ſed breuitatis cauſa communius allegatur iuxta
2 ſecundum.habetur† materia 10 quæſtio. 1.& 12.q.2.
per totum: facit.17.q.4. nullus. cum duobus capitulis
ſequenti. Reperitur rubri. in 6. & in clemen. cui con-
uenit, de conſtitutio.eccleſia.de electio. quod ſicut,
in ſi.& c.nihil eſt, de reſtitu. in integ.;c.1.de do.& con-
tum.

tum.ueritatis,in fi.de eccle.ædifi.c.fi.de accuſa.c.fi.de ſciſma.c.1.3.reſpon.& li.6.de electio.is cui. & c indem nitatibus.§.ſi uerò, de cleri.ægro.c.uno,ad fi.de religi.do.c.uno.§.1.de excel.prælа.c.uno.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei eccleſiæ etiam abbati uetita ſine conſenſu epiſcopi.*
Abbas minor eſt epiſcopo.
Ad eum quod dicitur tota ſolicitudo, & poteſtas monaſterij pertinere, in quibus habeat locum.
2 *Epiſcopi poteſtas ad quæ data.*
Permutatio rei eccleſiæ nec clericis abſq; epiſcopo licet, nec cõtra.
Eſt contractus bonæ fidei, & cum quo ſit celebranda.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu.4.*
Eccleſiæ nouæ dare poteſt epiſcopus iura matricis.
Eccleſiæ iura quæ dicantur.

CAPVT I.

NOn licet. Breue eſt[*Abbati*]vide quod dixi in clementi.eo.titu.c.1.in glo.de epiſcopo, & ſupra de tranſac. ſtatuimus. & no.
1 q † ſi non licet epiſcopo, multo minus abbati, cum epiſcopus maior ſit 10.q.1.regenda.93.diſt.à ſubdiacono. & quod dicitur tota ſolicitudo, & poteſtas monaſterii ad Abbatem pertinere.18.q.2.nullam,illud uerum quò ad regulam,& ad ipſa pertinentia: ſed alienationem ſine conſenſu epiſcopi non faciet. 12. quæſtio. 2. Abbatibus.17.q.4.in uenditionibus, ut hic,& de his, quæ fi.à præ.ca.2.& c.ea noſcitur[*Ad aliam*] eccleſiam [*Ambæ*]ſcilicet eccleſiæ,& cui tollit,& cui dat [*Poteſtate*]ad † tegendum, & defendendum data eſt poteſtas
2 non ad ſpoliandum,ſupra de reſtit.ſpolia.conquerente [*Commutare*]dicit hic Inno.quod clerici ſine auctoritate epiſcopi non poſſunt commutare domos, quia fraus timetur ff.de tranſact. cum hi. §. ſi uni: nec epiſcopus ſine eis etiam uacante eccleſia. 10. q. 2. ſi quis epiſcopus[*Conſenſu*]permutatio enim, quæ eſt contractus bonæ fidei, celebrari debet cum domino, uel cum eo, qui habebitur loco domini, de exceptio. cum ue-
3 nerabilis.¶ Prima † glo.reſpondet per quæſtionem, an ex cauſa & c.ſoluit, quod ſic: alleg 4.iura, ponit opinio.
4 contrariam, & remittit. ¶ *In* † *glo.1.ibi, poſſet*]idem Innocen.& Hoſtien. qui dicunt per iura, infra allega. q ſi iuſta de cauſa ædificaret epiſcopus nouam eccleſiã, illi eccleſiæ dare põt iura matricis, puta decimas, oblationes, mortuaria,& ſimilia [*& in fine*] & 16.q.1.eccleſiæ; de hoc infra eodem titulo, capitulo primo, libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Laici res eccleſiæ donare non poſſunt, & qui ab eis receperunt, excommunicantur, & quæ amittant.*
Vxor à principe non eſt petenda.
Egentibus ſubueniendum, non adimendum.
2 *Eccleſia quod una perdit, & generalis eccleſia amittit, & è contrario.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.4.*
Imperator cui donauit, etiam rem alienam, tutus eſt.
5 *Additio gloſſarum.*

CAPVT II.

1 QVi res. Caſus.Laici † res eccleſiæ donare non poſſunt. & qui ab eis receperunt, excommunicantur[*Petũs*] ſic nec uxor à principe eſt petenda; de hoc infra, qui cleri. uel uo.inſinuante, in prima glo. [*Horrendæ*]iuri canonico,& ciuili, & homini rationabili, licet laici hoc non abhorreant, infra c.fin. Hoſti.[*Egentium*]& ſic potius illis ſubueniendum eſſet, infra de cẽſi.licet[*Obtinent*]ſcilicet donationes à regibus factę, per quas obtinent bona eccleſiarum, Innocen. Sed Boa. & Guili. dicunt quoſdam hoc intelligere non ſolum de his, quæ ſic obtinent à regibus,ſed etiam quę prius iuſto titulo obtinebant ab eccleſia, & hoc eis placet
2 [*Eccleſia*]generalis, quia † una perdente omnes uidentur perdere: ſic e conuerſo, ſupra de his quæ fiunt à prælatis,cum apoſtolica[*Excludantur*]quod quærit hic Vincen.uide ad literam in Specu.de empti. & uenditio.§.
3 nunc dicendum.1.in fi. ¶ Tertia † glo.alleg.duas con-
4 cor.ſignat contrarium de.l.& ſol. ¶ *In* † *glo.3.ibi, à Zenone*]ibi dicitur, quòd tutus eſt ille, cui imperator dona-
5 uit etiam rem alienam ¶ *In* † *glo.3. ibi, quicunque*] ubi de hoc[*& in fi.*] adde quod no. 16.q.3. placuit.1.& Hoſti. remittit ad ea, quæ no.de ſolu.c.fina.

SVMMARIVM.

1 *Seruum eccleſiæ manumittere poteſt rector eccleſiæ, ſi dat eccleſiæ rem duplæ æſtimationis.*
Seruus manumiſſus, eiuſque poſteri erunt ſub eccleſiæ patrocinio.
Familiæ appellatione ſerui hic accipiuntur.
2 *Peculium homo liber an habere dicatur.*
De peculio quid, quod habebat manumiſſionis tempore?
Clerici quæ leuare poſſint.
Ad quod poteſt quis tenetur non ultra.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.4.*
Ingenuum naſcitur ex muliere liberta.
Ingrati liberti, & eorum filij rediguntur in ſeruitutem.
5 *Additio gloſſarum.*
Duplum quare detur pro ſeruis manumittendis, non pro rebus alijs.

CAPVT III.

1 COnſenſus. Caſus.Rector † eccleſiæ ſi dat eccleſiæ rem duplæ æſtimationis, ſeruum eccleſiæ manumittere poteſt: ipſe tamen, & poſteri eius erunt ſuo eccleſiæ patrocinio: ponit dictum cum quadam determinatione ibi, ut ita [*Capituli*] ideſt concilii [*Relinquunt*] inter uiuos, uel cauſa mortis [*Familias*]ſeruorum[*Acquiſierit*]etiam de bonis eccleſiæ ipſius ſecũdum Inno. & hoc poſſet ſaluari per modum, de quo ſecundum eum dixi, infra de pecu.cleri.c.fi. ſed ſecundum Goffre. & Hoſtien. dic ex induſtria & ob tempturn perſonæ. ne ſit contra, infra de teſta.requiſiſti[*Peculio*]
2 an liber † homo dicatur habere peculium, & quid de peculio, quod tempore manumiſsionis habebat ſeruos,no.87.diſt.c.pen.& 12.q.2.cum redemptor[*Iuiunctas*]argu.quòd clerici poſſunt leuare collectas, caualcatas, albergarias,& alia conſueta & antiqua ab hominibus ſuis, infra de Iudæis, multorum.§.1.uer.de hoc Hoſtien.[*Poterunt*]ultra poſſe nemo tenetur.22.q.2.fa-
3 cit homo,& ſupra de reſcrip. ſciſcitatus.¶ Prima † glo. reſpondet per ob.¶ Tertia etiam reſpondet per ob. & duplicem ſo. & ſubdit tertiam, quam non approbat,
4 ¶ *In* † *glo.3.ibi.l. antepen.*]quòd ex liberta muliere naſcitur, ingenuum eſt[*& ibi.l.ulti.*]ibi dicitur, quòd liberti, & ipſorum filij ingrati rediguntur in ſeruitutem. ¶ In
5 † glo.1.ibi, & hoc non ſolum proximum dictum glo. ſed etiam quod dicit textus ſecundum Innocẽ.& Hoſtien. unde & olim erat glo. Ala.per ſe ſuper uerſi.manumittere, & ſic ponunt prædicti. ¶ *In glo. 2.ibi, mancipium*]& ibi.no.quare non ſit neceſſe dare duplum pro aliis rebus, ſicut pro ſeruis.¶ *In glo.3.ibi, liberti.2.*]ubi de hoc,& plenius in cap.de libertis,ca.q.[*& ibi, quidam*]ut ibi nota. in fine glo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Serui manumiſſio non tenet a prælato, & quando.*
Prælatus alienans in caſu non permiſſo deponendus eſt omni caſu.
Dare debet, qui uult ab alio quid auferre.
2 *Ius quomodo hic ſumatur.*
Alienati nomen hic large ſumitur, etiam occupatum & inuaſum, uerſi. Quid ergo, licet alibi ſtricte capiatur, & quomodo alias ſumatur.
Reſcripta in odium inuaſorum, & in fauorem eccleſiæ largiſſimè ſunt interpretanda, aliàs anguſtè.
Senſus & intentio ſignificandi præualent, circa fin.
Reuocari ſi quid mandetur ſecundum formulas hic poſitas, non ſolum petitorio, ſed poſſeſſorio poteſt agi, ibid.
3 *Quomodo procedere poſſit in his iudex.*
Cauſæ cognitionem habet, ſi in modum, & in figuram iudicij proceditur, non ex officio, & in modum inquiſitionis.
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 5.*
Benemeritus quis dicatur.

CAPVT IIII.

1 EPiſcopi. Caſus. Si prælatus † nihil de ſuo dans eccleſiæ, ſeruum eccleſiæ manumittit, non tenet manumiſſio; & ponitur prohibitio, ipſius ratio, & reuocatio ſecundum Hoſti. ſecunda ibi, impium. tertia ibi, Tales [*Liberos*] i. libertos [*Famulis*] i. ſeruis [*Condemnationem*] quia per hoc æternaliter, & à ſuis iudicibus condemnantur, Inno. & not. per hoc Bonagui. prælatum alie-
a nantem in caſu non permiſſo omni caſu deponendū[a] alleg. 12. q. 2. monemus, & cap. diaconi [*Impium*] alludit hoc uulgari, quo dicimus, nil mihi des, dummodò nil auferas, ſecundum Hoſtiē. [*Attulerit*] diſpergunt tales prælati, quod non colligunt 12. q. 2. quiſquis, in fi. [*Succeſſor*] & ipſe idem Io. & idem Inno. qui dicit, quod ipſe coram delegato poterit reuocare, alleg. C. de agri. & cen. quemadmodum, & no. ſupra de elec. noſti [*ad ius eccle-*
2 *ſiæ*] ſumitur † hoc ius pro poteſtate, ac ſi dicat, facias, quod ad eccleſiæ redeant poteſtatem, ſicut ſumitur ius, inſti. de his, qui ſui. uel alie. iu. ſunt. 22. ſignificationes huius uocabuli dicam, infra de reg. iur. lib. 6. ſuper gl. rubricæ. Quid ergo ſi mandatur ad ius, & proprietatem eccleſię reuocari, quæ de bonis ipſius alienata fuerūt, & aliqua inueniuntur alienata, uel occupata quo ad poſſeſsionem, non quò ad proprietatem, nunquid talia per has literas poterunt reuocari? ad quam formā concor. 12. q. 2. c. 2. & uide quod dixi poſt Compo. de elec. noſti. Dicunt quidam, quòd non: quia non dici-
b tur alienatum ab eccleſia, uel diſtractum[b] id, quod in dominio eius remanſit. ff. de uerbo. ſig. alienatum. C. de diſtra. pi. l. 1. & 2. & per totum: ſed nec dicitur alienatum, niſi ab aliquo alienatum fuerit, uel diſtractum: ſed conſtat, quod ſi quis poſſeſsionem eccleſiæ occupauerit, non poteſt dici ab aliquo alienata, ſed potius uiolenter inuaſa, ſeu furtiua, uel ui poſſeſſa. C. unde vi. l. penul. inſtitu. de uſuca. §. quòd autem. & §. aliter. unde patet, quòd uerba reſcripti non patiuntur, quòd de occupatis agatur, uel de poſſeſsione, ſed de alienatis tātum, & de proprietate, à quorum ſignificatione recedendum non eſt. ff. de leg. 3. non aliter. ff. de exerci. act. l. 1. §. parum autem refert, uer. in re igitur dubia, & argu. ſupra de reſti. ſpol. Piſanis, ubi de poſſeſsione expreſſa fit mentio. Alii uerò dicunt, & forte melius, quod per has literas talia reuocari poſſunt, ex quo dicit, ad ius eccleſiæ, argu. hic ſecundum quod no. in prin. huius glo. & quia duplex eſt ius, ſcilicet non ſolum proprietatis, ſed & poſſeſsionis, ut ſupra de elc. querelam, ſupra de cauſa poſſeſ. c. 2. & c. paſtoralis, & c. cum dilectus: ſed & quod dicit litera, Alienata, largo modo ſu-
c mitur[c], ut intelligatur non ſolum de proprietatis, ſed & de poſſeſsionis alienatione, ſicut & ſumitur hoc largo modo. ff. de ali. iudi. mu. cauſa fac. ſi res. §. Pedius, aliàs eſt lex. & incipit non ſolum, & l. ex hoc edicto. §. alienare, & l. fi. ad fi. ff. quod metus cauſa, ſi mulier. §. qui poſſeſsionem, infra eo. ca. 1. §. alienationis. cū ſuis concor. & arg. ſupra c. 1. & 2. cum ſuis concor. nam & ibi eccleſia proprietatem non amiſerat, ſed poſſeſsionem tantum; & tamen eſt illud alienatum ad ius eccleſiæ reuocandum. & argu. ſupra de reſcriptis, ſuper literis. §. inter alios. nec ob. contraria: quia in illis ſumitur alienatio in ſtricta ſignificatione. ſed nec uerum eſt, quod dictum eſt, quod res occupata non dicatur alienata: quia propriè dicitur de prædio, quod amiſit eccleſia per occupationem alterius, quod alienatum eſt ab eccleſia, ideſt alienum factum: & ſic ſumitur, quando dicitur, quòd aliquis eſt alienatus à mente. 15. q. 1. §. 1. in prin. infra de ſuc. ab inte. c. fi. & in pſal. Alienati peccatores à uulua, ideſt alieni ſunt à ueritate facti à ſua origine. Ad idem ad Colloſ. 1. c. Et uos cum eſſetis aliquando alienati & inimici, & ad Ephe. 4. c. Alienati à uita Dei per ignorantiam. Ex his apparet, quòd alienatum dicitur, & ſi à nemine ſit alienatum, ſed inuaſum. Nec ob. quod propriæ ſignificationi verborum ſtandum eſt: quia ſenſus & intentio ſignificandi præualēt, infra de uerb. ſig. intelligentia, & c. in his. C. de hære. inſti. l. fi. C. de liberis præteritis. l. pe. & ſatis conſtat, quod ex quo per verba voluntariè alienata ſunt reuocāda, benè ſequitur ſecundum mentem, quòd violenter occupata reuocentur, arg. ſupra de reſcriptis, ſuper literis, & infra qui fi. ſint legi. per uenerabilem, reſpon. 1. ff. de ſtatulib. l. ſtatuliber à cæteris, ad fi. ſed & talia reſcripta largiſsimè ſunt interpretanda. ff. de iudi. ſolemus, & l. in ambiguis, & legitur & no. ſupra de cauſa poſſ. cum eccleſia. §. fi. maximè in odium inuaſorum, & eccleſię fauorem. argu. infra de ſen. exco. contingit 2. ad fi. Et idē dicendum eſt de illa forma, Quicquid poſt iter arreptum inueneris attentatum, ſupra de cleri. pere. c. unico: uel quicquid poſt litem cœptam inueneris innouatum, in ſtatum priſtinum ſtudeas legitimè reuocare, ſupra de conſtitu. cum. M. Ferrarien. ad fi. In omnibus enim iſtis formis non ſolum petitorio, ſed & poſſeſſorio agi poteſt. maximè cum nec vnum ſit à reliquo diuidendum, ſupra de ſeque. poſſeſ. c. 1. §. 1. & ſic ſententiauit papa in cauſa ſanctæ Mariæ Eboracenſ.
3 ¶ Sed nunquid † in formis huiuſmodi poteſt & debet iudex procedere ex officio, & in modum inquiſitionis? reſpondeo non, niſi hoc in litera ſignanter & ſpecialiter exprimantur ſed in modum & in figuram iudicii: quia talis forma cauſæ cognitionem habet, & hoc ſatis colligitur, infra eo. ad audientiam. §. 1. & de preca. c. 2. ad fi. & de dona. fraternitatem, in fi. ubi dicit legitime reuocare, ſecundum Innocē. cuius eſt quaſi hæc tota glo. & argu. op. in eo, quod le. & no. ſupra de iudi. exhibita. §. 1. & 2. de hoc, infra eo. ſi quis presbyterorum, ſecundum Hoſtien. [*Reuocabit*] ſequitur in canon. quia eos non acquiras, ſed improbitas abſoluit.
4 ¶ Tertia † glo. ſignat contrarium, & dupliciter ſoluit.
5 ¶ [*In* † *glo. 1. in fi.*] & hic adde, quod ibi no. ¶ [*In glo. 2. ibi, benemerito*] & ibi no. quis dicatur benemeritus [*& in fi.*] uel ibi manumiſit retento iure patronatus; hic non.

ANNOTATIONES.

a ¶Deponendum. Vide de offi. dele. uenerabili, in glo. 3. & ſuper illa Io. And. & infra de ſimo. in c. licet, in gl. ultra illa per Io. And.
b ¶Diſtractum. Pro quo facit, quod no. Bart. in l. manumiſſiones ff. de iuſti. & iu. & quod no. in l. codicillis. §. inſtituuntur, ff. de leg. 2. & clemen. 1. hoc tit. & no. infra c. proximo.
c Sumitur. Facit, quod dicitur de prohibiti. alie. in l. fi. C. de rebus alie. non alienandis uide doc. & Cy. etiam in additio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiarum res alienari non debent, & quando, & nu. 2. & 3.*
Ruſticum pro ſeruo operi ruſtico deputato.
Seruus inter immobilia computatur.
Hypotheca etiam ſpecialis rei eccleſiaſticæ quando permittatur.
2 *Sub conditione alienari quando dicatur.*
Alienari res eccleſiæ quando dicantur, & prohibeantur, & nu. 1. 3. 5. 6. 7. & ſub quibus pœnis, eo. nu. 3. qua ſolennitate, nu. 5.
3 *Perpetui nomen ut capiatur, remiſſ.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Alienatione prohibita, quæ alienari non poſſint, & quæ hoc nomine comprehendantur, & nu. 1. 2. 3. 5. 6. 7.
Oeconomo priuato adminiſtratione, qui & quibus pœnis teneantur, §. fin.
5 *Additio gloſſa. & nu. 6. & 7.*
Solennitates quæ adhibendæ in alienationibus eccleſiaſticis, & an tolli poſſint.
Pignus an ab hypoteca differat, & quo.
Maxime, pro tantum ponitur in §. propriè pignus, hic alleg.
Legis approbatio facta à papa dicetur eam commemorando.

CAPVT V.

1 NVlli. Caſus. Res † eccleſiarum alienari
non debent. & dicit Hoſti. alienationis prohibitio: quid ſit alienatio, & pœnæ impoſitio. ſecunda ibi, Alienationis, tertia ibi, unde oẽs. & expone [*Nulli*] clerico maiori, minori, uel medio, multo minus laico, ſupra ca. 2. [*Ruſticum*] i. ſeruum ruſtico operi deputatũ. nã & tale inter immobilia computatur, in auctẽn. co. ti. §. 2. collatio. 2. ſm Hoſt. Egi. alle. ff. de diuer. & tempo. præſ. l. 3. [*ſpecialis*] dicit Egi. ꝙ uidetur pmitti generalis: & dicit hoc corrigi in auct. de ali. & emphy. §. hoc ẽt. ſubdit, ꝙ ſm ean. pro utilitate eccleſię ſpecialis hypotheca fieri põt infra eo. ad noſtrã: generalis fieri põt ſine auctoritate epĩ. C. de his, qui ue. æta. impe. l. pe. [*Conditionem*] f. quan-
2 do tranſfertur ſub conditione, ut ſi nauis ex Aſia uenerit: uel dic. ꝙ contractus conditionis dr̃, ubi prædiũ conſtituitur tributariũ. quia tale prædiũ vulgariter dicitur conditionale. i. cadit ſub conditione, ſi nõ ſoluerit tributũ. Alia litera conductionem: ſed falſata eſt à nõ intelligentibus, cum conducere non ſit alienare ſm Inno. niſi intelligas, perpetuo, vel ad magnũ tempus. j. eo. ad audientiam; & ſic intellige, quod dicam. j. eo. ad aures, in fi. & ſic non ob. de loca. c. 2 pro dicto Inno. facit. ff. de leg. a. l. pen. §. inſtituto, & uide quod no. in cle. eo. ti. c. 1. in glo antepe. [*Perpetuum*] contra, infra eo. ad aures. So. hic de fertili, ibi de ſterili, Hoſti. & ipſe cum
3 Goff. ad expoſitionem huius uerbi, Perpetuũ poſuerunt quaſi ad literam glo. quam habes 10. q. 2 hoc ius, uer. perpetua, in 1. gl. & de ſtoc. C. de ſacro. ſan. ec. auct. ſi quas [*Huiuſmodi*] perpetua. f. & in detrimentum eccleſiæ, uel facta non ſeruata ſolennitate, Hoſti. [*Pœnas*] depoſitionis. & ſatisfactionis de rebus propriis, ad quod ẽt tenentur hæredes, Hoſti. [*Comminatur*] non ſolum autem punitur male alienans, ſed etiam ſubſcribens; & ſic continuari poteſt ſequens capitulum, Hoſtien.
4 ¶ Pe. † glo. ponit de alienatione, quomodo large, & ſtrictè ſumitur. ¶ *In glo. 1. ibi lex quæ, in fin.*] uide de his, quæ ſi. a pr. x. tuam, ſuper 5. glo. [*& ibi. l. ulti.*] ſine interpoſitione decreti tutores, & curatores uẽdunt ueſtes attritas, & ſuperuacua animalia. ¶ *In glo. 3. ibi. §. inter pignus*] unde etiam infra in ſupplctionibus. ¶ *In glo. pe. ibi, fancimus*] alienatione prohibita per legem, teſtatorem, uel pactum, non ſolum impeditur tranſlatio dominii uel manumiſsio ſerui, ſed etiam datio uſufructus, hypotheca, pignus, emphytheuſis [*& ibi, § nos igitur*] ubi quaſi ad literam ſunt uerba huius capituli [*& ibi. l. 1.*] dicit ibi, finis, Eſt autem alienationis actus, per quem dominium transfertur [*& ibi, alienationis*] ſequitur, uerbum etiam uſucapionem continet, uidetur enim alienare, qui patitur uſucapi [*& ibi, ex hoc. §. ſecundo*] alienare intelligitur etiam, q'ui rem alienam uendidit [*& ibi, l. prima*] ibi dicitur in principio, ꝙ emphyteuſis nec eſt conditio, nec alienatio. ¶ *In glo. ulti. ibi. § œconomus*] priuãs œconomum adminiſtratione, tenetur eccleſiam ſeruare indemnem, & eius hæres. & tabellio mittitur in exiliũ, iudex priuatur dignitate, & bonis omnibus.
5 ¶ *In † glo. 1. ibi. q. 2. ibi, in fine.*] not. alii caſus alienationis fiendæ, quos & hic no. Hoſti. & Pe. infra c. pe. [*& in fi.*] uel quia ſolennitates illæ non ubiq; ſeruantur, dicam ſufficere ſolennitatem ſm loci conſue. approbatam, Goff. hoc uidetur placere Ala. ad quod infra c. proxi. in an. quam ibi ponã, & facit, quod no. C. quæ ſit lon. conſue. ſuper rubrica, & ff. de leg. l. diuturna. Inno. uerò dicit ſufficere ſolennitatem, quę in illa eccleſia pro conſue. introducta eſt, & ſi ſit præter ius, dummodo non ſit aliàs grauis, ne ſit contra. s̃. de re iudi. cum cauſa. Hoſt. autem huic dicto contradicit, & dicit illud a pſtè reprobari, infra eo. c. 1. li. 6. per quod capitur, & per decre. cum cauſam, & decre. primã, de cõſue. nõ credo ſolennitatem iuris ſic ſine exceptione in rerum eccleſiaſticarũ alienationibus tolli poſſe, & facit quod dicã, infra de don. paſtoralis. in fi. In ſolennitatibus auct. hoc ius porrectum, poſſet intelligi prima opi. de qua no. in præ. decre. 1. infra eo. ti. lib. 6. puto tamen, ꝙ conſuetudo poſſet augere, uel addere ſolennitatem; ad qđ facit, quod dicam, infra de conſan. & affi. quod ſuper his, ſuper glo. 2. & quod dixi de cleri. coniu. Ioannes,
6 in 3. q. ¶ *In glo. 2. ibi, non † poſſunt*] & quæ magis expedit uendi, quàm retineri, ut animalia ſuperuacua, & ueſtes attritas, Goff. & hoc intelligas ſaluo eo, quod habes de dona. cæterum. ¶ *In glo. 3. in fi.*] Item dicitur pignus, cum rei obligatæ traditur poſſeſsio creditori: hypotheca, cum non traditur, ff. de pign. ac. ſi rem. §. propriè pignus. Abb. tamen no. 80. di. c. 1. quod inter iſta differentia eſt tantum in nomine, & illud quò ad hypo. actionem, ſecundum Phi. dicit Hoſt. quòd in §. inter pignus, Maxime, ponitur pro tantum, allega. ff. de uerbo. ſig. plebs. §. pignus, ultima charta. ¶ *In glo. pe. ibi,*
7 *largiſsimè*] dicit Egi. uerbum † alienationis ſic largè poni in tribus caſibus tantum, ſcilicet quando lex, teſta-
a tor, uel pactio prohibet alienari, per l. ſtatim [a] allega. ¶ *In glo. ulti ibi, iubemus*] quæ pœnam minatur etiam tabellionibus, ut ſupra, & dicit Hoſti. quòd illa lex, quæ localis erat, per Iuſtinianum prorogata eſt ad omnes eccleſias, & omnia loca pia, in auctẽn. eo. ti. §. quia ueru Leonis; & de illa facit papa mentionem, ut ſciatur illam approbaſſe: nec placet ſibi dicere, quòd hic loquatur de canone Leonis 12. quæſtione 2. monemus, tamen nec illud dicere eſt peccatum.

ANNOTATIONES.

a ¶ Statim. Vide plenius per glo. Cy. Bar. Bal. & d. Bar. de Sali. in l. ſi. C. de re. alie. non alie. & ibi ipſi, nam tunc pignorans indubitanter quis alienat, quando rẽ tanto pignorat, quod non ſit ſpes luitionis.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum eccleſiæ facta non tenet.*
Alienantes cui pœnæ ſubyciantur, & nu. 3.
Alienationi qui poſſint contradicere, & nu. 4. 9.
Anathemate eccleſiæ quando Deus animas percutiat.
Iudæi an ſubſint conſtitutioni papæ.
2 *Anathema quid, & quo appellatione alia nuncupet, & eius effectus.*
3 *Eccleſiæ res recipiens, & alienans quæ pœna plectantur, & nu. 9.*
Vacuari, id eſt uacantium nunciari, & factum reſpicit.
Verbi reſolutio.
3 *Eccleſiæ optio reſeruatur an uelit precium, ſiue rem alienatam.*

Pro

5 *Pro eccleſiæ utilitate agens non ſatisdat, ſed ſententia contra ipſum lata præiudicabit eccleſiæ, & quo caſu.*
Quomodo libellum concipiet.
Qua actione aget.
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 8.*
Subſcriptio quos, & quibus caſibus obliget.
Minori optio datur uel perſequi tutores, uel reſtitutionem petere. §. in glo. ulti.
Plures ſi dolo fecerunt, qui teneantur, ibid.
8 *Additio gloſſarum, & nu. ſequen.*
In mora eſſe quis uideatur, & qualiter purgari poſſit.
9 *Liberatio quando contingat alteri, uno ex obligatis condemnatu, & in quo caſu hic. §. in glo. ulti.*
Ceſſionem facere an teneatur eccleſia ſoluenti rem eccleſiæ contra alium, & ſi fecerit, quando teneat, ibid.
10 *Emptor rei eccleſiæ ipſa euicta quam actionem habeat contra prælatum alienantem, & quæ exceptio prælato competat aduerſus eum, & de replicatione emptoris, nu. 11.*
11 *Doli exceptio ſi primò proponatur, licet replicare dolum agenti, & quando dicatur quis incipere excipere.*
Cauſam exprimere in actione reali quando teneatur quis, circa fi.
Actio naturam actionis, cui ſuccedit, ſapere debet.
De euictione qui teneantur in caſu huius decretalis, & quibus, & num. 10.

CAPVT VI.

1 SI quis. *Presbyterorū*] Caſus. Alienatio † de rebus eccleſiæ facta nō tenet, & alienātes, niſi rem reſtituant, excōicantur: & quilibet clericus de eccleſia pōt contradicere, & rem cum fructibus repetere. ſecunda ibi, ꝙ ſi. tertia ibi, ſed & dicit Hoſti. delicti, & remedij propoſitio: pœnæ impoſitio, publica actio [*Animas*] dum eccleſia iuſtè ligat: aliàs ſecus, infra de ſen. excom. à nobis, Goffr. 2. & ex hoc patet, quare Iudæi non ſubſunt conſtitutioni papæ, licet ſubſint conſtitutioni prin. de hoc de diuor. gaudemus. ſecundū Ho-
2 ſti. [*Anathemate*] i. excommunicatione † lata ſolenniter 11. quæſtio. 3. debent. quæ etiam dicitur mucro epiſcopalis. 16. q. 2. c. 1. per quod non ſolum fit corporalis ſeparatio à communione eccleſię, ſiue fratrum. 3. q. 4. Engeltrudam, ſed etiam Deus ſeparat animas à cuſtodia, & gratia ſua ſecundum Inno. uel hoc dicit pro tāto ſecundum Ho. ꝙ hac ſententia propriè ligatur anima, ſuper quo remit. de offi. ordi. ad reprimendam, & ca. paſtoralis, & ideo non fertur in uniuerſitatem, de ſen. excom. Romana. §. in uniuerſitatem. libr. 6. [*Feriatur*] idem tex. 12. q. 2. indignè. ſubaudit Hoſti. & aliena-
3 tor † deponatur, & recipiens puniatur, ſecundum. l. C. de ſa. ſan. eccle. iubemus, niſi forte &c. ut ſequitur [*Proſpexerit*] contra. C. ne fiſcus rem, quam uen. euin. l. 1. & 2. libr. 11. ff. de ali. mu. iudi. cauſa fac. l. ex hac. §. ſi quis alienauerit. ſolu. in eo, quod no. ſupra de elec. noſti, Inno. [*Minore*] quam expediret [*Remedium*] ſcilicet de re reſtituenda [*Aſcriptam*] contra alienantes, conſentientes,
4 & ſubſcribentes, Inno. [*Vacuetur*] i. per ſententiam † publicè uacuum nuncietur, Inno. & ſic factum reſpicit ſecundum Hoſtie. & in an. erat hic Offeretur. Dicebat Tan. ad incidendum. 12. q. 2. apoſtolicos [*Alienatu*] uel precium rei uenditæ, ſi magis expedit eccleſiæ. 12. q. 2. ſi qua de rebus, Gof. [*Repoſcere*] dicebat Alanus, & Vincen. hoc uerum eccleſia tacente, uel non contradicente. Si enim eccleſia prohiberet, non audiretur. ff. de procur. Pomponius, §. ſi. uide quod dixi de conceſſio. pre-
5 ben. ex parte, ſuper 1. glo. dicit Innoc. quòd iſte † non ſatiſdabit pro eccleſia, quaſi ſit hoc populare iudiciū, ſecundum. H. fatetur tamen, quòd ſententia contra ipſum lata præiudicabit eccleſiæ ſciēti cauſam ſuam agi, argum. ff. de accuſa. ſi cui. §. 1. & 2. ff. de admini. tutor. vulgo. C. de admini. tu. l. fi. §. defenſionem. de re iudic. c. penul. & quomodo concipiat libellum, remittit Inno. ad no. de reſt. cum olim [*Fulciri*] i. auctoritate huius canonis fulcitur; & ſic competit in hoc caſu cōdictio ex iſto canone, ff. de condi. ex le. l. 1. Hoſti. ſequebatur hic in an. Huius noſtræ conſtitutionis legem, in apoſtolica uolumus ſede ſeruari in uniuerſis eccleſiis per prouincias, quem propoſito religionis conuenire rectores earū uiderint, more reſeruato: hoc poſuit pro-
6 pter id, quod dixi, ſupra c. prox. ¶ Secunda † glo. arguit alleg. 4. iura, alleg. in contrarium unam. l. & ſoluit illā; demum diſtinguit. ¶ Tertia glo. ſoluit contrarium, ¶ Quarta glo. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ Quinta glo. reſpondet per quæſtionem, ſolu. & remit. ¶ Sexta reſpondet per contrarium, & ſoluit. ¶ Septima arguit & remit. ¶ Antepe. glo. no. alle. 3. iura, ſignat contrarium. remit. ¶ Vlti. glo. facit 4. primo no. optionem eccleſiæ dari &c. ſecundò quærit, an cedere teneatur, & ſoluit ꝙ non. tertiò obiicit ad id, quod hic dicitur, alienatorem repetere. ultimo ponit opin. & remittit. ¶ *In*
7 † *glo. 2. ibi l. pe.*] ibi ſubſcriptio tutoris obligat pupillum [*& ibi. l. 1. §. ſed ſi*] ſequitur, ſerui chirographo ſubſcripſerit dominus, tenetur, quod iuſſu [*& ibi, Caius*] uide de tranſac. ex literis, ſuper glo. 1. [*& ibi. l. ulti.*] ſi præpoſitus menſæ meæ nūmulariæ ſcripſit menſam tibi debere. c. ex epiſtola, non tenetur ipſe præpoſitus [*& ibi, ſi Titius*] Titius procurator Seij, & ab eo mortuo inſtitutus hæres hoc ignorans ſubſcripſit ſeruo hæreditario vendenti fundum, ex ſubſcriptione non obligatur [*& ibi, ſi fideiuſſor. §. 1.*] uide in præal. decre. ex literis, de tranſac. ſuper glo. 2. [*& ibi. l. ulti.*] procurator meus, cui mandaueram, ꝙ domum locaret, inſtrumento, quod erat uēditionis, quaſi locationis eſſet, fecit me ſubſcribere, & ibi nec erit emptio, nec locatio, alterutrius in qualibet deficiente conſenſu [*& ibi, nec ignorans*] ſi ignorans fundum illum expreſſum, cuius donationi ſubſcripſi, cū de alio ageretur, ueritate cognita nō nocet ſubſcriptio. ¶ *In glo. ſcilicet, ibi. §. accutomus*] uide ſupra ca. proxi. ſuper glo. fi. ¶ *In glo. ulti ibi. l. 3. & ulti.*] lex. 3. & ult. in tit. ſi tutor, uel cu. interuenerit dicunt, quod habent optionem minores læſi uel perſequi tutores, & curatores, uel reſtitutionem petere, nec ex electione fit præiudicium [*& ibi. § ſi plures*] ſi plures dolo fecerunt, quominus iudicio ſiſteres, omnes tenentur: ſed uno ſoluente, cæteri liberantur [*& ibi, ſi apud duos*] ibi exemplum de duobus depoſitariis [*& ibi. l. ulti.*] uide ſupra ca. glo. [*& ibi, cum plures tutelam*] aliàs ſi plures: ibi dicitur, ſi plures tutores erunt, nec geſſerunt, alter ſolus conuentus inſolidum, non petit à pupillo, ut contra alterum pro parte actiones cedat, cum conueniatur ex ſua contumacia [*& ibi, quemadmodum*] uide de elec. con. diuerſis, ſuper glo. penul. [*& ibi ſi mancipium*] uendicans mancipium, ui uel furto ſublatum, & diſtra-
8 ctum non habet neceſſe reſtituere precium. ¶ *In* † *glo. 2. ibi, alieno*] quod dic, ut ſupra de re iud. cum inter [*& in fi.*] adde, quod no. de tranſac. ex literis, in 1. & 2. glo. & ſupra titu. 3. quanto. ¶ [*In glo. 1. ibi. non iraſcitur*] nec per membra diſtinguitur; de his uide in Hiero. 5. c. B. [*& in fi.*] ſic 24. q. 1. odi. uel dic, Deus, id eſt vicarius Dei, ſupra titu. proxi. c. uno. ¶ [*In glo ſic, infra in fi.*] idem Innoc. & Hoſtien. dixit Goffre. celerem intelligo poſt interpellationem eccleſiæ, poſſeſſor enim, qui facultatem
a habet reſtituendæ rei, ſi interpellatus congruo loco, & tempore, rem nō reſtituat, uidet in mora. ff. de vſuris. mora: ſic alienator poſt interpellationem componere debet cum poſſeſſore rem recuperando, & eccleſiæ reſtituere, uel ſaltem petat à poſſeſſore ſtatim, cū
b interpellatus eſt, quod poteſt, ſi toleratur [b], ut in glo.
9 ſequē. ¶ *In* † *glo. 1, clericis, ibi, parochianos*] etiam laicis, non enim accuſant, ſed alienata repoſcunt, Lau Fhi. dicit

quod

bet capellam beati Hilarij iuxta eccleſiam. S. Genoue
fæ[*Habet*] deputatam ſcilicet ad menſam ſuam, vel cu
ius poſſeſſiones etiam ſuæ ſunt. 16. q. 2. viſis: alias non
2 liceret, de re eccl. non alie. c. 1, vel dic, q † permutatio
fieri poteſt de eccleſiis nõ ſolum ad menſam pertinẽ-
tibus, ſed etiam de alijs, in quibus quãtuncũq; ius ha-
bet, cum non prohibeatur permutationẽ iuſtum ſpi-
ritualium fieri inter ſe, ut hic. Inn. unde ſufficit ſecun-
dum Hoſ. q res permutata ſit ſubdita permutanti, pu
ta ut capella, de præſcr. ex trãſmiſſa, de offi. ord. cõque
rente, & c. graue. de offi. iud. c. 1. nã & tunc interueniẽ
te cõſenſu, quorũ intereſt, de tranſa. prætcrea, & aucto
ritate diœceſani, quod me. cauſa, c. pe. de don. inter di
lectos, poterit permutari [*Illis*] cõuẽtualibus eccleſiis
[*Aduci*] ab alia eccleſia, cuius ſubdita non ſit abundat
3 [*Dubitatum*] propter duo, quia † pecunia interueniẽte
nõ videtur eſſe pmutatio, ſed uẽditio. & quia illa non
debet in ſpiritualibus interuenire, [*Ab eccleſiis*] & cum
ipſis tranſibũt alia ſpiritualia, ut ſunt decimæ, & mor-
tuaria [*Per ſe*] alias expreſſẽ [*Permutationis*] hic ſoluitur
quæſtio, quale ſit nomen contractus, quando ex una
parte datur res: ex altera res, & preciũ. Alij dicũt inſpi-
ciendũ, an preciũ ſit maior pars æſtimationis, & tunc
eſt empt. an minor, & tũc eſt permutatio, ar. ff. de pac.
maiorẽ, de conſe. eccl. quod in dubijs, facit. 4. q. 3. her-
maphroditus, &. ff. de ſta, ho. quæritur, cum concor. 1.
gl. Alii, q aut preciũ datur, ut preciũ: aut ut ſpecies;
ut in a. caſu ſit permutatio, ar. ff. depoſiti. l. 1. §. ſi pecu-
niã in ſacculo, ſm Hoſt. Tu dic primo inſpiciendum,
quid agatur [*Miſceantur*] ideſt, ſeparatim fiat cõtractus
eccl'iarũ à cõtractu poſſeſsionũ. vel vult dicere, q ca
ueãt pmutãtes, ne occaſione ſpiritualiũ iuriũ, de qui-
bus plus habet una eccleſia, quã alia. plus vel minus
4 pecuniæ, uel alterius rei tribuatur. Inn. ¶ Secũda † gl.
tria dicit. & primũ determinat, de. 2. & 3. rõnẽ reddit.
¶ Vlt. gl. reſpondet per quæſtionẽ, an permutata vil-
5 la. &c. ¶ [*In* † *gl. 2. ibi, qui iuſſu*] ſequitur, prætoris precio
dato pactus eſt non notatur [*& ibi. emptorem*] communi
ter incipit, deinde aiũt edictum ædiliũ datur emptori.
In pmutatione daſ utriq;, quia uterq; quaſi emptor,
¶ [*In 3. gl. ibi. §. 1.*] edictũ de proc. prohibitoriũ. ¶ In ult.
glo. ibi. C. co. ti. l. 2. nil facit. l. 2. de fun. do. quæ dicit, q
maritus, qui fundũ cõmunẽ cũ alio inæſtimatũ acce-
pit, nõ prouocat ad iudiciũ cõmuni diuidũdo, ſed be
ne prouocaſ. ſecũda. l. de rerũ permu. dicit. q permu-
6 tatio habet uim emptionis. ¶ In † gl. 1. ibi, tẽporaliũ,
eſt enĩ neceſſe q utraq; habeat tẽporalia, quorũ poſ-
ſit fieri hæc ſeparatio [¶ *In gl. 2. ibi, nemini*] per quod. c. di
cũt quidã. q eccleſia põt permutari cũ decima. ergo
& cũ calice, quorũ neutrũ placet Vinc. quia mobilia
tẽporaliter æſtimari poſſunt ſaltẽ per conflationẽ. 12.
q. 2. aurũ [*& ibi auctoritate ſuperioris*] quæ purgat viciũ.
quod alias ineſſet, ſm Goſ. cũ in ſpiritualibus, quæ ſũt
gratis cõferẽda. 1. q. 1. gratia, nõ poſſet interueniẽte p
mutatione, quæ eſt nõ gratuitus cõtus, ſed Hoſt. dicit
illũ habere poſſe locũ in perſonali permutatione: uel
cũ permutaſ ſpirituale cũ temporali. nã ubi permutã
tur ſpiritualia adinuicẽ, dicit cõtũ gratuitũ, nec inter-
uenit tunc tẽporis auctoritas ſuperioris ad purgandũ
uitiũ, quod nullũ ineſt ſed ſolũ ad auctoritatẽ aliena-
tioni præſtãdam ſm eũ [*& ibi, tanquã beneficium*] hæc er
go permutabũtur eccleſiæ iure proprietatis, nõ bene
ficii, & ſic nõ ob. iura prox. ſ. alle. & . j. ad idẽ de eo, qui
mit. in poſ. cũ qui, ll. 6. ut lit. nõ cõte. c. 2. de verb. ſig. di-
lecto, de do. & cõtu. c. 2. uel ſm Hoſt. ubi agiſ de pmu
tatione perſonarũ, perſonæ illã facere nõ pñt: quia ne
mo eſt dñs mẽbrorũ ſuorũ, ff. ad. l. Aquil. liber homo,
l. hic uero agitur de permutatione rerũ quæ à domi-
nis fieri põt, uel quaſi dominis, ff. eo. l. 1. ¶ [*In gl. 3. in fi.*]
& 2. q. 5. conſuluiſti. ¶ [*In gl. ult. ibi, uniuerſitate*] etiã hinc-
7 inde † refuſa pecunia ſm Hoſt. fuit qõ Veneti. viti. ubi
quæritur de mona. quod uẽdidit caſtrũ, in quo habe-
bat eccleſiã, & dicit Th. Tan. reſpondiſſe, q nõ trãſit,
cũ eccleſia ſit precioſior caſtro. ſibi uideſ contrariũ
per iura. quæ alle. gl. Sed Inn. in decre. ex literis, j. alleg.
ubi uide, dicit merè ſpiritualia, ut eccleſias, uel deci-
mas non tranſire cũ uniuerſitate tẽporali: in patrona
tu ſecus: quia partim tẽporale, vel nõ merẽ ſpũale. no.
hoc. G. Na. alle. 16. q. 1. ſi quis laicus, ſed Hoſ. dicit id ve
rũ, cũ uniuerſitas trãsferſ in laicũ: ſecus ſi in eccleſiã.

S V M M A R I V M.

1 *Permutantes beneficia ſuo auctoritate propria, perdunt ea.*
Mitius agitur cũ ſponte confeſſo, quã cum negante, ad dicti. ſponte.
Conſtare de aliquo multis modis poteſt, & quibus, in fin.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
In confeſſum nullæ partes iudicis, & nu. 4.
Permutatio non contrahitur à tradente rem alienam, & quando recte procederet, num. 4.
4 *Additio gloſſarum.*

C A P V T VII.

CVm olim. Caſus. Pars de of. dele. cũ
olim. 2. & hoc dicit bene-
1 ficia † ſua perdũt, qui ea propria auctorita
te permutant, & in prima proceſſum nar-
rat. in 2. diffinit ibi, cũ ergo [*Commutaſſent*] ideſt de pmu
tatione tractaſſent, uel ꝓprie: quia. B. dedit præpoſitu-
rã. S. & ab eo recepit archidiaconatũ. ſicut permutatu
ri fuiſſent libros, uel equos [*Sponte*] & ideo mitius cũ
eo agendũ. ſ. de elec. innotuit, uer. multa. Hoſ. [*Inficia-
batur*] permutationẽ, quæ tamẽ fuit alio modo proba
ta, ut ſequiſ. Inn. [*Proponens*] & mentiẽs, ut per proba-
tiones apparuit, Ion. [*Conſtaret*] per teſtes, uel alio mo
do legitimo, uel per acta iu. ſ. ũ ſup. de off. dele. cum
2 olim. 2. [*Errorem*] ſcilicet factæ pmutationis. ¶ Vlt. † gl.
no. & ſol. cõtrariũ, ponit rõnem, quare beneficia nõ
3 pmutanſ ¶ [*In* † *gl. ult. ibi, proinde*] 2. in fi. ibi dicit, q nul-
læ ſunt partes iudicis in cõfeſſum [*& ibi. l. ult.*] ſi dedi ti
bi pecuniã, ut mihi Stichũ dares, & dediſti alienũ, pe-
4 cuniã repeto. quia illũ accipientis non feciſti. ¶ [*In* † *gl.
ult. ibi, pronunciando*] 2. q. 1. nos in quẽquã. procedit autẽ
hoc arg. ſolũ ex perſona alterius, cõ quem pronuncia-
tur, ſcilicet illius. B. cõfeſſi [*& ibi, comparentur*] de hoc. j.
de pec. cleri. c. ult. & in fi. Itẽ uterq; uideſ ſe elegiſſe, &
obtuliſſe, quod eſſe nõ debet, ſup. de fil. preſ. qm̃, & j.
de iure pa. per noſtras, Vin. Tunc ergo rectè procedit
permutatio, quando nititur nõ ex pacto pactũ, ſed ex
auctoritate ſuperioris, qui ex arbitrio ſuo de rebus p
mutatis diſponit, & per id omne vitium aboleſ, ff. de
his, qui no. infa. l. furti. §. qui iuſſu, & ſup. de præb. niſi
ſm Goff. adde, quod dixi, ſupra eo. quæſitum.

S V M M A R I V M.

1 *Hæc decretalis continet gratiam.*
2 *Deceptis non decipientibus iura ſubueniunt, licet interdum non multum differant, & nu. 4.*
Permutatio beneficiorum licet auctoritate epiſcopi, & nu. 5.
Reſignatio beneficij ſimoniaca non tenet.
Collatio quoque eius facta ſimoniaco non tenet.
3 *Poſſeſſio amittitur corpore, licet animo retineatur.*
Dolus cum dat cauſam contractui ex officio iudicis reſcinditur.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Mulieris infirmitati, non calliditati ſubuenit Velleianum, eius calliditas in quo fuit hic.
In ciuitatibus ſtatuto ſolemnitas inſtrumentorum, in agris non habet locum.

Simpli-

Simplicitas hominum in agris eſt.
Hominibus quibus lapſis ſubuenitur.
Res ubi data eſt certa.l.cui non paretur, agitur præſcrip.uerb.
Additio gloſſarum.
Permutationis beneficiorum tractatus inter partes poteſt interue-nire, non contractus.
5 *Beneficia permutationis cauſa reſignata non poſſunt alijs, niſi per-mutantibus conferri, in fin.*

C A P V T VIII.

CVm uniuerſorum. Non ſummo, qa ſe
1 cundũ † rei ueritatẽ cõtinet gratiã, poſſet
tamẽ ſummati, ꝙ clerici per ſe ſua benefi-
cia non permutant, & in prima facti narratio. in 2. gra
tioſa prouiſio. ſecunda ibi, cum igitur [*Canonico*] olim,
ſed modo non: ſed pro tanto dicit eũ canonicũ: quia
cũ deceptus fuerit, ſtatim eum reſtituit [*Conſanguineo*]
illicitæ permutationis cõſcio, & fautori ſm Inno ſm
quem ſic conuenerat, ꝙ. G. præbendã ſuam daret cui
dam conſanguineo ipſius. L. & ipſe. L. præbendam
2 ſuam daret illi. G. [*Deceptis*] interdum † non multum
differunt decipere, & decipi. 16. q. 1. ſi cupis: quod in-
tellige, ut ibi no. [*Per ſe*] pro tanto dicit: quia auctori-
tate epiſcopi poterãt, de hoc, ſup. eo. quæſitũ [*Amoto*]
reſignauerat enim ex cauſa, quæ non fuerat ſecuta: ta
men iuſtius videt. ꝙ. L. qui fuerat deceptor, priuaret:
ſed etiam hoc iuſtũ erat, licet enim. G. eſſet puniẽdus
ex eo, ꝙ ſimoniacè reſignauerat, reſignatio tamẽ nõ
tenuit, quia ſimoniaca, idẽ not. Ber. ſ. de tenun. ſuper
hoc, in glo. quæ pro expenſis, ſicut nec tenet collatio
beneficij facta ſimoniaco, ar. ſ. c. 1. & 1. q. 1. ordinatio-
a nes, ſm Inn.[a] [*Reſtitui*] amiſit † ergo poſſeſſionem, li-
3 cet in animo haberet, ꝙ non amitteret, niſi pmutatio
fieret, ar. ff. de acqui. poſ. quod meo nomine. §. 2. Vin.
[*Eidem*] ſcilicet. G. & no. ſm Abb. ꝙ cũ dolus dat cãm
4 ꝯtui, ex officio iudicis reſcindit. ¶ Pe. † gl. alle. 7. con-
cor. & obiectionẽ ſoluit. ¶ [*In 4. gl. ibi. §. uerba*] ibi habe-
tur ad literam [*& ibi l. ſi ſine*] ſi mulier paſſa eſt uitũ res
ſuas obligare quaſi proprias, non iuuatur Velleiano,
quod infirmitati, nõ calliditati mulierũ ſuccurrit [*&
ibi, ſi is*] uide de cõſue. ex parte, ſuper. 3. gl. ¶ [*In gl. pe. ibi,
hæc autem omnia*] ſolẽnitas inſtrumentorũ ibi ſtatuta in
ciuitatibus locũ habeat, nõ in agris, ubi multa eſt ho-
minũ ſimplicitas [*& ibi. l. 2.*] uide hanc, & §. doli. ĩ. alle.
de app. ad audientiã, ſuper gl. 2. [*& ibi. §. ult.*] ſubuenit
his, qui ob ętatem, ruſticitatẽ, uel ſexum lapſi nõ edi-
derunt [*& ibi, quemadmodum*] uide de cler. coniu. diuer-
ſis, ſuper gl. pe. [*& ibi, rebus*] agitur præſcriptis uerbis,
5 ubi res data eſt certa. l. cui non paretur. ¶ [*In † gl. 1. in fi.*]
dixit Goff. ꝙ tractatus de permutando inter eos pote
rat interuenire, ſed ꝯtus per eos fieri non poterat: cũ
b totum à ſuperiore dependeat per decr. quæſitum,[b] &
hoc vult litera. ĩ. licet ipſi per ſe, &c. ¶ [*In gl. pe. ibi, tantũ ne
quiciæ*] ubi de hoc [*& ibi, Tan.*] & Io. Vin. & erat hæc de
cre. in 3. compil. Tan. de præben. [*& in fi.*] idem Inno.
Hoſtien. Pe. & Abb huic gratiæ cauſam dedit, ne alter
ex ſuo dolo commodum portaret: ſed hodie per con
ſtit. clemen. ſi beneficia permutationis cauſa reſigna-
ta conferantur alijs, quàm permutare uolentibus, nõ
tenet collatio, ut eodem ti. nc conceſſione.

ANNOTATIONES.

a ¶ Secundum Inn. Vide ad materiam huius c. quod no. per gl. in c. inter cætera, de præben. & ibi Io. And. in gl. ſcilicet collatio, & Feder. de Senis in tractatu permutationis, ar. 3. & pluribus ſeq. & in profanis uide. l. ſi pecuniam, ubi Bar. ff. de cond. ob cauſam.

b ¶ Quæſitum. Ibi uidetur Io. And. ſentire contrarium, uide ipſum in Spe. eo. ti. in rubrica, & eo. tit. c. 1. lib. 6. & ex ibi not. patet hoc uerius, dummodò pacto non concludatur.

S V M M A R I V M.

1 *Spirituale cum temporali permutari non poteſt, & nu. 6.*
Vexationem ſuam poteſt quis pecunia redimere.
Ius quem habere non conſtat, lite pendente.
Compromiſſum de re ſpirituali ut in arbitros non ualet, & quomodo ualeat, & num. 6.
2 *Reſcriptũ directa habitanti extra domicilium ſuum ſcribenda ibi commoranti in illo loco.*
Iudex poteſt eſſe arbiter.
Sententia ſub conditione licet ferri non debeat, lata tamen tenet.
Monetæ genus quoddam hic memoratur.
3 *Petitio pro iure.*
Arbitrium pro compromiſſo.
Iudicis auctoritas ipſo iure reprobata non excuſat.
Per uotũ ſi promittã facere tibi, quod pure non poſſum, non ualet.
4 *Epilogus ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 5. & 6.*
7 *Permutatio quibus modis accipiatur, & quomodo contrahatur, & quæ ex ea naſcantur actiones, & dentur quando.*
8 *Pro decimis aliquid dari ſi paciſcãtur partes ad tempus, an teneat.*
Hæc decretalis integra quæ continebat.

C A P V T IX.

1 EXhibita. Caſus. Spirituale † cum tẽ-
porali permutari non põt.
in prima facti narratio. in ſecunda diffini-
tionis cõmiſſio. ſecunda ibi, quocirca [*De
cimationibus*] ideſt iure decimarum, ꝙ prępoſitus quaſi
poſſidebat, & abbas & conuentus ab illo petebãt. un-
de, ſi præpoſitus non habebat ius, fiebat permutatio
de ſpirituali ad tẽporale, & ſic merito reprobat. ſi ha-
bebat ius, potuit uexationẽ ſuã redimere, de uſur. c. 1.
de ſimo. dilectus, pti. ubi de hoc. & ſic potuiſſet da-
re pecuniã, uel dari procurare: ſed monaci non licitè
recepiſſent, ſm Goff. ſed Hoſt. dicit, ꝙ nõ cõſtabat an
haberet ius: quia lis pẽdebat. ff. de peculio, quod debe
tur. dicit aũt, ꝙ nõ ualuit hoc cõpromiſſum: quia fuit
factũ ut in ueros arbitros, quod fieri nõ potuit, de tră
ſac. ſuper eo. ualuiſſet aũt, ſi factũ fuiſſet ut in amica-
biles cõpoſitores, & arbitratores ſ. de arb. cum olim,
& c. contingit, & c. pe. & no. de præb. niſi eſſent, ſecun-
a dum Hoſt. [*Commorantes*] not. pro † literis apoſtolicis,
quę impetrantur ad ſcholares hic morantes, & aduer
tendum ꝙ hęc decr. emanauit poſt decr. nonnulli. de
reſcri. fuit enim Greg. [*Arbitros*] & ſic iudex poteſt eſſe
arbiter. de hoc de arb. cum tempore, & hoc per Goff.
ut ibi dixi ſuper 1. glo. quod ſi fuit ergo ſententia ſub
conditione lata, quod licet fieri non debeat, tenuiſſe
tamẽ, ſi aliud nõ obſtitiſſet. 2. q. 1. biduũ, Plu. [*Salinas*]
genus monetæ, ſic ſup. de conſe. c. a. vel ſm Inno. eſt
certa menſura ſalis. & declinatur hoc ſale huius ſalis,
unde ueritas eſt, ꝙ ibi in quibuſdã montibus foditur
ſal, & fiunt inde fruſta, ſicut hic de cæmento gypſi [*A
rege*] à quo forſan præpoſitus habebat cautam, Hoſt.
uel familiaris erit regis, & volebat ſoluere de burſa a-
liena, Vin. & Pe. [*Ipſi*] abbas & conuentus [*Decimarum
3 † petitionẽ*] ideſt iure decimarũ, & ſic rectè cõmutabi
tur ſpirituale cum temporali [*Arbitrium*] ideſt cõpro-
miſſum ſm Hoſt. vel propriè, & no. Abb. ꝙ auctori-
tas iudicis ipſo iure reprobata nõ excuſat [*Vel ob id*] cõ
cor. de elec. qualiter [*Irritum*] quid ſi abbas, & conuen
tus per ſe ſic ſe obligarent Deo per votũ, uel iuramen
tum, ꝙ ſi ſalinas habere poſſent à rege, remitterẽt de-
cimas, nunquid obligarentur, vel poſſet præpoſitus
agere poſt habitas ſalinas, ſup. ut remitterent, ut uoue
runt, dicit Vinc. quòd non niſi illas non iure tenerẽt,
an uero agi poſſit pro uotis ſoluẽdis, dixi infra. de uo
4 to, ſcripturæ. ¶ Vlt. † gl. no. ſignat cõtrarium, & remit
5 tit, ultimò quæſtionẽ ſoluit. ¶ [*In † gl. ult. ibi, non dubium*]
6 uide in præ. c. ſi diligenti, ſuper ult. gl. ¶ [*In † gl. prima in*]

in arbitros] ut arbitratores ſm Hoſt. ut dixi in textu. ¶ *In*
gl. ergo ſpiritualia, ibi, non poſſunt] contra. ſup. de pac. cum
pridem. ſed ibi abſoluta fuit renũciatio. Item contra.
j. de reli. domi. conſtitutis ſed ibi non dimiſit epiſco-
pus ſpiritualia pro illis 8. deñ. Item contra. j. de ſimo.
tua ſed ibi purè fit receptio, & pure patrimonii obla-
tio ſm Vin. qui etiã de materia permutationis hic no
7 tabat. ꝙ † permutatio quandoq; largè accipitur pro
quolibet innominato cõtractu, ubi eſt alicuius rei ꝑ
alteram præſtatio. quandoq; propriè & ſpecialiter, ubi
certa ſpecies datur pro certa, ut Stichus pro Pamphi-
lo, vinea pro agro, C. de rerum permut. quoniã. Si ve-
ro datur certa res pro incerta, uel incerta pro certa ut
bos in genere pro aſino in genere nõ eſt permutatio,
ſed contractus innominatus, ſcilicet do ut des, & de
hoc, C. eo. l. 1. in ult. gl. & in Spe. eo. ti. § 1. in fi. Item nõ
contrahitur permutatio conſenſu niſi res tradatur. ff.
de rerum permu. l. 1. & oriũtur ex permutatione duæ
actiones. ſcilicet actio præſcriptis verbis ad intereſſe,
ſi nõ detur ab altera parte quod dari debuit. C. eo. in
rebus & datur condictio ob cauſam, quæ naſcitur ex
pacto permutationis re ab alterutra parte ſecuta. an-
te enim, quàm res ſequatur, nulla naſcitur actio, &
cũ res ſecuta eſt. non ex re, ſed ipſo pacto dicitur eſſe
nata, C. eo. l. ex placito. ff. de pac. iur. gentium. §. ſed ſi
in alium. in fi. Vinc. [*& in fine*] de hoc de deci. quãuis.
¶ *In glo. ultima ibi, ex hac decre.*] & ex c. 16. q. 7. omnes de-
8 cima. & de hoc per Bar. Brix in q. cum quædam † ec
cleſia. & eſt dominicalis. 49. ubi tenet Bart. ꝙ tale pa-
ctum factũ ad decennium eccleſia ſeruare tenetur, e-
tiam ſi res pro decimis permutata chaſmate pereat,
[*& inf.*] erat in prima compilatione. & ut quod com
pilator omiſit gloſſa ſuppleat ſic iacebat ibi tex. Intel
leximus ex literis tuis. ꝙ R. diu. ſcilicet. 6. annis deci-
mam capellæ tuæ ſibi detinuit, aſſerens, ꝙ in commu
tatione ipſius decimæ prædeceſſori ſuo reditus quo-
rundam dederit villanorum quos & tibi vult aſſigna
re: quia uero decimę cum temporalibus non ſunt cõ
mutandæ, auctoritate tibi præſentium inhibemus ne
præſcriptos reditus in cõmutationem ipſius decimæ
præſumas recipere. ſed prædictum R. ad reſtituendas
tibi ſubtractas decimas, & ad eas ſoluendas in poſte-
rum eccleſiaſtica diſtric. compellas. dirigebatur au-
tem cuidam epiſcopo.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio tituli.*
De feudis loca tradentia extra hunc titulum oſtendit.

De feudis. Rub.

1 ¶ Viſo † de quibuſdam modis, & contractibus. qui
bus res eccleſiæ alienantur. de feudis uideamus, uel
alias ut. s. 3. rũ. De materia 22. q. 5. de forma cõueniũt
rubricæ. de conſti. quæ in eccleſiarum de pac. pleriq;,
de iud. cæterum. & c. nouit, de fo. compe. ex tranſmiſ-
ſa. & c. ſeq. & c. ex parte. de iureiur. ueritatis. & c. nimis
de præſcri. ad audientiam de his. quæ fi. à præla. cum
apoſtolica. de re. ecc. non alie. ad noſtram. & c. fi. de lo
ca. c. 2. de dona per tuas de deci. tua 1. de ſta. mona. re-
colentes. de iure pa. cum ſecundum, de dona. inter ui
rum. & uxo. nuper. de pœnis ad aures. & c. in quibuſ-
dam. de ſen. exc. grauem in fi. ubi priuãtur uaſalli feu-
dis. ad idem de elec. ubi periculũ, uer. ipſos inſuper. &
c. fundamenta. § quod ſi. de pœni. felicis §. ſi qua ue-
ro, & clemen. eod. tit. ſi quis ſuadente. Item facit ad ru
bricam, lib. 6. de decimis. c. 2. §. ſanè, de ſta. mona. c.
uno. §. uerum cum. §. ſequentibus, & clem. de re iud.
paſtoralis, uerſ. denique.

S V M M A R I V M.

1 *Si feudum recipit eccleſia in pignus à uaſallo, abſtinendo ab eius*
ſeruitio, non tenetur computare fructus in ſortem.
Declaratio principis indicat ius commune.
Gageria quid, & num. 6.
In ſortem fructus quare hic non computentur, cum ſit aliàs con-
tra. & quando id locum habeat, & in quibus perſonis, & nu. 2.
Laici hic quo caſu præponantur clericis, uer. Dicit tamen.
Feudum quid. uer. Dicit ergo.
Feudum recipiens, ut obligetur domino, & è contrario, ibid. & nu.
2. 3. & 4.
2 *Quando reuertatur ad dominum.*
3 *De emphyteuta obligante domino, de uſufructuario obligante pro-*
prietario, quid iuris.
4 *Dominus feudi quando malæ fidei dicatur, & dominio priuari dẽt.*
Vaſallus quando proditor, & periurus.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum num. 6.*
Inter Gageriam, & Gagium differentia quæ.
Vaſalli ſeruitium ſi amittit eccleſia, uidetur huic iuri renuntiare,
niſi in caſu, & quo, in fin.

C A P V T I.

1 INſinuatione. Caſus Si † ec-
cleſia à ſuo va
ſallo recipit feudũ in pignus abſtinẽ-
do ab eius ſeruitio. nõ tenet̃ cõputa-
re fructus in ſortẽ [*Declaramus*] ꝑ hoc
probat Hoſti. ꝙ non continet c. priui
legium, uel gratiam, ſed ius commu
a ne. [*Gageriam*] forte gualteriã. eſt idem, qđ ſullonica,
de qua. ff. de uſuf. l. æquiſſimũ. §. ult. ſm Phi [*Computan
dos*] ſpeciale in feudis eccleſiæ ꝑꝑ eorũ odiũ j. de vſu-
ris. c. 1. cum res eccleſiæ alienari niſi in neceſsitate nõ
debeant & feuda de gratia cõcedunt̃. facilis ſit eorũ
reuocatio arg de his. quæ fiunt à prę̃la. cũ apoſtolica.
uel intellige hic uaſallos ruſticos, q tenẽt aliquas poſ-
ſeſsiones ratione quarũ debẽt aliqua ſeruitia exhibe-
re & cũ fruct⁹ nõ multũ excedunt ualorẽ ſeruitii: aliàs
eſſet cõtra mãdatũ domini; nec fit diſpẽſatio in uſuris
b infra de uſur. ſuper eo. & ſic legendo locũ habet etiã
in laico ſm Abb. Phi dixit hoc in laico locũ habere,
qñ uaſallus interim uult a ſeruitio abſtinere. uel dic
hanc decre. & ſimiles loqui, cu feudũ in caſu illicito
erat datũ & ſine ſcandalo nõ poterat reuocari inf. de
uſur. c. 1. Innoc & hoc ultimũ tenet hic Goff. Sed hæc
nõ placent Hoſt. q etiã ex facti notitia negat illa uera,
quia id eſt diuinare. recitat etiã hoc poſſe intelligi, cũ
ſic cõuenit inter dñm, & obligantẽ. Aliud, ſi ſic non
cõueniſſent. Dicit tñ de facto hoc nõ ſeruari. Itẽ reci-
tat Rai. dixiſſe in ſumma de caſibus, ſub ti. de decimis,
§. itẽ quid ſi miles ꝙ hoc priuilegiũ in colonis nõ in-
uenitur expreſſum ac ſi dicat ꝙ hoc ſit priuilegiũ ec-
cleſiæ, nec extendẽdũ de priuile. ſanè, quod ipſe uerũ
nõ putat. nã ſi hoc eẽt uſura, cũ ſit reprobata ꝑ utrũq;
teſtamentũ de uſuris. ſuper eo. non poſſet in hoc etiã
ipſe papa dare priuilegiũ ut patet ex no. de cõceſ. præ
ben. ꝑpoſuit & certe minus eſſet hoc priuilegiũ dan-
dũ clericis, q̃ laicis. arg. 88. di. fornicari. & infra de cen-
ſi ex parte. Dicit ergo, ꝙ ubi quęrit̃, an fructus ſint cõ
putãdi in ſortẽ, pot papa declarare, ꝙ non, niſi in caſi
bus & ex cauſa ut hic, & infra de uſur. ſalubriter, ubi
de hoc. natura uero rei feudalis ad hoc papã mouit,
cu feudũ ſit alicuius rei collatio inueſtitura interue-
niente ſic conceſſæ, uel datæ gratis alteri ꝙ dñium pe
nes cõcedẽtẽ remaneat: cuius rei occaſione recipiẽs,
& eius hæres, qñ in ipſum tranſit, concedẽti dño ad id,
de quo & quouſq; cõuenit, & feudi natura requirit,
iuxta pacta & diuerſarũ regionũ conſuetudines obli-
gatur, & ipſis deficientibus iure ſcripto, ut hic colligi
tur

tur in lib.feu.c.1.ff.de pact.iuriſgentiũ, §. ait prætor, ĩ.
2 eo.c.2.& ſup.de pac. Antigonus.No.ergo† ꝙ feudum
naturaliter obligat uaſallũ ad antidora. ff. de peti. hæ-
redi.ſed & ſi lege.§.conſuluit,de teſta.cũ in officiis, &
quando uaſallus feudũ obligat domino,patet rem re
uerti ad primã naturam , ex qbus motus eſt papa ad
declarandum fructus in ſortem non computandos,
arg.ff.de pact.ſi unus § pactus,& infra de cenſi. cũ ue
nera.ibi nec intelligatur,& in auctẽn.de non.eli.ſecũ-
do nub. §. & nõ ſolũ, ad fi. 1.col. ibi, hæc autẽ aliquid
adeſſe peregrinum &c.quæ ratio fortius in ſeculari,q̃
3 in eccleſiaſtico feudo locũ hẽt. Quid† de emphyteu-
ta,qui obligat domino, uel uſufructuario , q obligat
proprietario? Dicit Hoſt.principẽ conſulendũ; remit.
autẽ ad no.in ſum.eod.titu.de uſur.§. an aliquo caſu,
uer.1.& ſequenti[*Tenetur*] ex conuentione,uel ex fide
litatis onere ſm Hoſt. qui ponit hic ea, ad quæ uaſal-
lus domino eſt obligatus,quæ habẽtur.22.q.5.de for-
ma.quia ibi tex.exponit,hic decido. Itẽ prout dicitur
ibi in fin.ad illa tenetur dñs uaſallo uicẽ reddere: aliàs
cenſebitur malefidus, ſicut uaſallus contra illa agens
4 cenſetur perfidus,& periurus. Dicitur† autẽ dominus
malefidus,ideſt malæfidei:quia nec fidẽ,quam tacitè
uaſallo promiſiſſe intelligitur, ſeruat. Vnde,& domi-
nio feudi priuari debet:proditor tamen.uel periurus
dici non poteſt,cum vaſallo nec fidelitatem faciat,ne-
que iuret:ſed uaſallus dicitur perfidus, ideſt proditor,
& periurus:quia fidelitatem expreſſam & iuratã uio-
lat, vnde & meritò priuandus eſt feudo.hæc proban-
tur in lib.feudo.qualiter feu. amittatur,per totum.&
ſi de feu.contr. fu. capitulo domino committente,&
qualiter dominus ꝓprietate priuetur ex facto: aliàs
eſt ſub rubrica de capitulis Cor. regis,& eſt.§. ¶ Gl.2.
5 † reddit rationem, & dat ſimile.demum quærit,& ſol
6 uit.¶ *In* † *gl.1.in fi.*]gl.fuit.T. qui habuit in textu Gage
riam: ſed Gageria eſt vulgare Gallicorum ſecundum
Goſ.Dicit Hoſt. ꝙ eſt vulgare Maurinen.uallis,cuius
epiſcopo ſcribit,cui Goff. de Meolano obligauit hoc
modo caſtrum de Argẽtina prope aquam bellam: &
dicit ſe habere factum notum . dicit etiam , ꝙ eſt vul-
gare prouinciȩ regni Arelatẽ.vbi verò res mobilis ob
ligatur,uocant id uadium, uel gagium.ĩ.ti.1.c.1.& ſic
inter gagium, & gageriam fit differentia, qualis inter
pignus, & hypothecam,de hoc,ſupra de rebus eccle.
non alie.nulli. ¶[*In gl.2.ibi,conqueſtus*] ubi de hoc[*& in fi.*] quid ſi eccleſia amiſit ſeruitium? uidetur huic iuri
renũciare , niſi alias ex cõuentione fuerit proteſtata ,
C.de iure do. in l.2. de hoc de conſti.cum.M.Hoſt.

ANNOTATIONES.

a ¶ Sed ius commune. Et reſpicit præterita,uide Io.And.de uerbo.
ſignifi.c.fi.ſuper gl.2.li.6.& de regula.conſtitutionem,eod.lib.6
b ¶ Super eo. Intellige ſane , quomodo in pignore ipſius fructus
computentur in ſortem,prout no.Cy.Bar.Bal.& d.Bar.de Sali.in
l.1.C.de pign.ac.& Bar.ff.ſol.matr.l.diuortio.§.ob donationem.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum poteſt epiſcopus in tribus caſibus nouo uaſallo*
concedere,non obſtante iuramento de non infeudando, & quare
nu.4. & quando ibid.
Quibus caſibus redeat ad dominum.
2 *De non infeudando denuò quando iuratum eſt, dare quando licen-*
tiam poſſit legatus,quando non.
Conſors pro pari ſocio,aut cohærede.
3 *Vaſallus alienans an ipſo iure cadat à feudo.*
In potentionem ius ſuum poteſt eccleſia ſpeciali iure transferre,
cum aliàs probibeatur , nec clericis licet duobus caſibus hic.
5 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum. num.6.*
Patronum qui deliquit in ius libertus uocat ſine uenia,nõ filium
Patris delict:um non nocet filijs. ſed priuilegium prodeſt.
7 *Additio,ſiue ſuppletio gloſſarum.*
Feudum quod alienari poſſit , an ſi partem uendat , amittatur to-
tum,num.8.
Libellus contractus ſpecies quæ ſit.§.1.
8 *In parte ſi delinquatur,non afficit totum.*
Reficere diſtat à facere .
Feudum ex delicto patris, an & quando filius amittat.
9 *Feudorum uſus liber , an præter conſtitutiones imperiales conti-*
neat ius commune,in utrãque partem diſputationes adducit,&
non eligit .
Ius ciuile generale qui conſtituant.
Non eſſe dicitur , quod non apparet.
Totius ſubſtantia ex forma partium concluditur.
Bononia legum urbs regia.§. in contrarium.
Allegatio doctorum effectus in citando quid, ibid.
Negotia quibus iuribus decidantur,ibid.
Ius commune quid eſſe quibus probetur argumentis, ibid. & qui-
bus ſi unius ciuitatis tantum,in prin.
A Gratiano editum uolumen decretorum an habeatur pro appro
bato, in fine.

CAPVT II.

1 EX parte. Ponit tres † caſus , quibus ,
non ob.iuramento de non
inſeudãdo, poteſt epiſcopus antiquũ feu-
dum nouo uaſallo cõcedere. Communis
diuiſio.ſecunda ibi.in primo [*Redire*] quia non exten-
debatur in filios,ut in libro feudorũ,quibus mo. feu.
acqui. circa principium, vel non ſupererat maſculus,
nec fœmina ſuccedere poteſt, in lib. feu. de gradibus
ſucceſ.in feu.c.1.[*De nouo*] per hoc iuramentum impe
a ditur terram non feudalem de nouo cõſtituere [a] feu-
dalem,ſecundum Inn. & ut dicit Hoſt.hoc cauere de
bet quilibet rector,in lib. feu. de cleri.qui inue.ſa.c.1.
ad finem [*Romano*] no. Guil.in Spe.ri. de lega.§.conſe-
2 quenter,uer.cæterum.ꝙ † quando ſic iuratum eſt,le-
gatus licentiam dare non poteſt,& facit, quod no.de
præb.pro illorum,in fi.antepe.gl.in duobus uerò uer-
ſiculis ibi ſequen. tractat,an poſſit legatus dare licen-
tiã inferiori prælato,qui ſic iurauit epiſcopo, & quid
ſi ille epiſcopus non eſt de ſua legatione? & tenet , ꝙ
primo caſu poteſt:ſecundo nõ poteſt [*Conſortem*] ideſt
parem ſocium, aut cohæredem [*Recuperare*] de facto:
3 quia † de iure ipſo facto cadit a feudo , uel iure feudi
Innoc. per hæc verba dicit Abb. ꝙ Inno. determinat,
quod quȩritur , an uaſallus alienans ipſo iure , au per
ſententiam cadat a iure feudi , ſcilicet ꝙ cadit ipſo iu-
re [*Recognoſcat*] illud ſcilicet ſic ſui potentia recupera-
tum,& putat Hoſt.idem de feudo nõ alienato.ſed ſub
uerſo,puta is,qui tenet,non vult pro epiſcopo facere
ad ualorem unius feſtucæ, & ſic hoc ſpeciale in eccle
ſia,ut hoc caſu,ne ſcilicet exhæredet ab antiquo feu-
do,poſſit ius ſuum transferre in potentiorẽ,quod ta-
men alias eſt prohibitum,ff.de ali.mu.iud.cau.fac.l.1.
2.& 3. nec clericis quo ad patrimonialia, vel perſona
lia illud licet,ſup. de ali. mu. iu. cau. fa. c.1. & 2.quod
dic ut ibi, & in ſumma ipſius ti.ſub rubrica de ceſſio.
4 actionum ſm Hoſt.[*Concedas*]in nullo † prȩdictorum
trium caſuum intelliguntur poſſeſſiones eſſe de men
ſa,& ideò non ob.iuramentũ.quod præſtatur de poſ-
ſeſſionibus ad menſam pertinentibus,de re.ec.non a-
lie.ut ſup.ſm Inn. [*In tertio*] tres caſus hic habes,quar-
5 tum quȩre,ĩ.de dona.per tuas.Tan.Goſ.¶ Pe.gl.† ape
rit.quod fuerit dubium.¶ Vlt.gl.rñdet per qõnem.&
arguit pro & contra,ſecundo ponit tres caſus,quibus
vaſallus feudum perdit,& reuertitur ad dominum.&
quartum,in quo perdit, ſed ad dominum non reuer-
6 titur.¶ [*In gl.pe.ibi,opus nouum*]uide de no.oper.nun.c.2.
in

in 3.gl. ¶ *In gl. ult. ibi adoptiuum, in fi.*] patronum.qui deli
quit,libertus uocat in ius ſine uenia, ſed filium inno-
centem nō[*& ibi, nulla*]ſequitur,patris delictum inno
centi filio pœna eſt,unde ab ordine decurionum,uel
honoribus propter id nō prohibetur[*& ibi. 1 reſponſo.*
§ ſi plures]parente dānato caſu,quo bona dānātur,ha
betur ratio liberorum, ne alieno commiſſo innocen
tes pœnam luant.unde quandoq; dimidiam,quando
que totum habebunt[*& ibi, quæritur*] uide de procur.
tuæ, ſuper gl.po. [*& ibi, dixo*] quorum partes non tor-
quentur.nec filii uſque ad pronepotes.ſi tamen nulla
macula abſtergit proprioris gradus liberos, in hoc ꝓ
& contra[*& ibi iura liberi patroni*] dānari perduellionis,
vel alia cauſa iura libertorum retinent[*& ibi, ff. eo.*]ſci-
licet de iure pa.qui contra legem,ſequitur,e liſcentiā
ad iurādum libertum coegit. nil iuris habet nec ipſe,
7 nec ipſius liberi.¶ *In* † *gl. 1 in fi.*]de temporali feudo lo
quitur.vndo dicit Hoſ. ſecus de perpetuo,& paterno,
quod etiam poteſt relinqui pro mortuario,& remit-
tit ad ea,quæ no.de re ec.non alic.c.fi.& ſatis in cle.de
b immu.ec.§ inquantū,uer. ſed nec illa.[b] ¶ *In gl. 2. ibi, li-*
bello]eſt vulgare Mediolan. ſm Pe. & Abb. de quorū
cōſuetudinibus factus fuit ille liber, & forte ſumitur
pro ſcriptura: quia ſępe cum ſcriptura fit ille contra-
ctus.& ſecundum Pe.eſt emphiteuſis,vel ſm Azo.eſt
libellus locatio uſque ad 30.annos tunc denuo reno-
uanda,quod no.in ſumma,C.loca. & conduc.& qui-
dam de hoc habent additionem in auc.ingreſſi,C de
8 ſac.ſan.ec.[*& ibi, feudum*] hoc uidetur † correctū:quia
& ſi pauca uendat ſine conſenſu domini.feudū amit-
tit,in lib.feu.de prohibita feu.alie. per Fed.imperialē.
• §.habito,ſecundum Hoſ ſed gl ibi,&[a] cōmuniter do
mini legum contra, ꝙ ſi partem uēdidit, illam ſolam
perdat.¶ *In gl. uidebatur, in fi.*] & 34.q. 2.non ſatis,ubi de
hoc.& ff. de iti.actuq; pri. l. 3. §.reficere,ibi dicitur.ꝙ
c aliud[c] eſt reficere, aliud facere, Goff. ¶ *In gl. ult. in fi.*]
ubi de hoc[*& ibi, qui contra legem*]ſed circa hoc recurrē
dum eſſet ad conſue.& conſtitutiones feudorū,Goff,
Hoſt.autem remittit ad ſummam,eo.ti.§.quibus mo
dis.uel cauſis feudum amittatur.ante fi.ſed plenius ui
de in Spe eo.ti.§.ult.in prin. Dy.de reg.iur.non debet
aliquis,li.6.dicit, ꝙ ſi feudum eſt paternum,priuatur:
ſi à rerum natura, uel genere ulteriori, non priuatur,
d per.l.3. ff.de inter.& rele.[d] propter id, quod dixi.ſ.ea.
9 gl & ſuper gl.2. uideamus † an liber uſus feudorū præ
ter conſtitutiones imperiales contineat ius commu-
ne? Arguitur ꝙ nō:qa ius ciuile generale hi quatuor
cōſtituere poſſunt. Princeps ſenatus,populus Roma
nus,& præfectus prætorio,ff.de conſt.prin.l.1.C.de le
gi.l.fi.ff.eo.non ambigitur,C.de off.præſ.præto.l.for
mam. ſed non repetitur per illorum aliquem librum
editū fuiſſe, ergo non ponit ius cōmune, & quod nō
appareat, dicitur non eſſe, de con. di. ſolennitates.ff.
de contrahen.emp.in lege.Secundo ſic,aut liber alle-
gatur in loco,ubi eſt conſuetudo, & tunc non recipi
tur ut ius ſcriptum.inſti. de iure na. §. ex non ſcripto.
ſi non eſt ibi conſuetudo,non debet illis nocere con-
ſuetudo Mediolanēſiū,uel aliorum.C.res inter ali.ac.
per totum.ꝛ.de re iudi.c.pe.ff.de iureiur.quia & eſt ex
preſſum. 12.diſ i ſud. Tertio inducitur ꝙ partes huius
libri non habent formam in legibus requiſitam.ff.de
legi.l.humanum,C. de emen.iuſti. Co.in fi. ex forma
uero partium concluditur eſſe totius. ff.de acqui. rer.
do.l.adeo.§. cum quis.de dona. inter vi & uxo.ſi mu-
lier.ergo &c.Quarto dicunt quidam librum illum au
ctoritate Federici,cōpoſitum,qui.dānatus fuit in con
cil.Lugd.p Inn.IIII.de re iud.ad apoſtolicæ,li 6.ſed in
hoc non ſiſto. ¶ In contrarium,lex eſt omne, quod
ratione conſiſtit.1.diſt,conſuetudo.9.di.ſana quippe.
ff.de bonis dam.quæ liberis,in princi. inſti.de iure na.
§.quod uerò. ſed naturalis rātio dictat id, quod eſt in
ipſis vſibus diffinitū.ergo &c.Secundo liber iſte gloſ-
ſatus, & lectus per doctores ſolenniſſimos, & potiſſi-
mè in ſtudio Bon.quæ ciuitas eſt legum vrbs regia, vt
not.in proœmio ff.orum.§ hæc autem tria,& hoc per
tanta tempora, quorum principii non eſt memoria.
Item gloſſatores utriuſq; iuris hunc librum allegant,
ergo haberi debet pro ſolenniter facto ſecūdum for-
mam prædictæ.legis,humanum.facit.j.de uerb.ſig. ſu
per quibuſdam, de præſcr.c.1.lib.6.& ff. de aqua quot.
& æſti.hoc iure.§.ductus aquæ. Tertio ſic.ſi liber fuit
editus ab habente poteſtatem, habeo quod intendo:
ſi à non habent,principes ſequentes poſtea non reuo
cando uidentur confirmaſſe & ſic feciſſe.ff.de iuriſd.
om.iud.& quia,& prædicta.l.formam.C de offic.præ-
fec.præt.Et hanc partem tenent multi,cum etiam ca-
pitulis huius libri conueniat legis diffinitio.de qua.ff.
de legi.l. 1. & hoc tenet Iac. de Bel. in ipſo libro.c.1.in
fine.inducit autem,ꝙ ipſę conſuetudines ſunt inſertę
inter conſtitutiones imperiales, & uериſimile per hoc
eſt quod de principis conſciētia, ergo ſunt ſeruandæ,
C.de emen.iuſti. Co.§.1.ff. de legi. nam, ut ait,tenens
contrarium diceret contra,ſcilicet conſtitutiones in-
ſertas inter conſuetudines, ut per ſe patet.inducit etiā
communem opinionem, de qua dixi.ſ.uerſ.2.liber iſte:
alleg l.Barbarius,& C.de teſta.l.1.Inducit tertio nego
cia decidi legibus Romanorum, iure Lōbardiæ, uel
iure conſuetudinario, ut in lib. feudo.de feudis cog.
c.1.& inſti.de offi.iud.in principio. ſed cum in Roma
nis legibus, & Lombarda parum de feudis tractetur,
ſequitur, ꝙ ſecūdum ius conſuetudinarium debet de
cidi,argumentum.ff. de his.qui ſunt ſui, uel alie.iur.l.
patre. Alias autem conſuetudines, quam illas non ha
bemus, ergo illas ut generales recipi oportet. ff.de le-
gibus.l.de quibus. Item cum feudum datur,uidetur
dari ſecūdum naturam feudi, quæ alibi non habetur,
ergo tacitè uidetur conuentum,quod eſt illo iure di-
ſpoſitum,argu.ff.ſi certum peta.cum quid,de hęre.in
ſti.l.alie. Inducit ultimò quod iura Romana ſumpſe-
runt originem à iure non ſcripto,quo vna ciuitas vte
batur.inſti.de iure na. gen. §.& non ineleganter,non
mirum ergo.ſi generale ius feudorū potuit ab unius,
uel plurium ciuitatum cōſuetudine ortum habuiſſe,
& bene facit de clan. deſpon. c. ultimo, de iudæis, in
nonnullis. ubi de conſuetudinibus ſpecialibus fit ius
cōmune.Pro iſta opinione facit, quod dixi poſt Hoſ.
de ſumma trini. firmiter,ſuper uerbo diſpoſitionem,
circa finem gloſſ. ubi inter libros iuris ciuilis enume-
rat conſtitutiones feudorum. Sed contrarium nota-
uit in ſum. de immuni. eccle.§.inquantum,ver.ſi ue-
rò paternum, ubi dicit, ꝙ intra uſus feudorum non a-
ſtringūt aliquos,niſi ſint imperiales leges,& dico Ho-
ſtien.ſibi non contrarium,cum enumerauit conſtitu
tiones feudorum inter ius ciuile,ſi intellexit de impe
rialibus, dominus antē meus in legibus multum ac-
cedebat ab opinionem hanc, quod non ligent, & vi-
de quod poſt eum dicam, qui filii ſint legitimi,lator,
ſuper prima gl.ad caſum facit, quod dictimus de uolu
mine decretorum per Gratianum edito,qui auctori-
tatem ius cōdendi non habuit,& tamen habetur pro
approbato,In contrarium:quia ipſius verbis, vel diffi
nitionibus,non ſtamus,ſuper quo uide, quod ſcripſi,
de reſcrip.c.2.ſuper glo.pe,

ANNOTATIONES.

a ¶Conſtituere. Et impeditur perſæpe utilitas eccleſiarum, uide.
Io.And. in c.fi.de ec. ædifi.
b ¶Nec illa.Et uide gl.& Io.And.in c.quæ in eccleſiarum, de conſt.
& in c.fi.de re.eccl.non alie. per Io.And.in glo.bene.

aa · Aliud

a ¶Aliud eſt reficere. Et uide Bart. in l. 1. §. ſi quis ædificarum, ff. de no. ope. nun. & facit ad hoc, c. conſuluit, de Iudæis.

b ¶De inter. & rele. Ibi uide plenius per Barto. & per doct. & d. Bar. de Salyc. in l. 1. C. de liber. & eor. libe. & uide bo. gloſſ. in l. diui fra. ff. de iure patrona.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio tituli.*
De pignoribus & cautionibus alijs ubi nam dicatur præterquam in hoc titulo.

De pignoribus, & aliis cautionibus, Rub.

1 ¶Poſt†prædictas alienationis ſpecies,de pignorib[a]
uideamus,Goſ.uel aliter,ut ſ.ult.dec.no. facit ad ſecū
dam partem rubricæ;de hoc. 10.q.2.hoc ius,poſt prin
cipium,& in fi.uer.creditor,ſub auct.qui uerò. Rubri
cæ congruit, ut lite penden. eccleſia.2. in fi. de iureiu..
ad noſtram. t. & c.ex literis,de re iudi.cum aliquibus,
de deci.c.ſi.de uſuris.c.1.& 2.& c.cōqueſtus, & c.ſalu-
briter.Item facit cle. de decimis,ſi beneficiorū, in fi.

S V M M A R I V M.

1 *Presbyteri nomine etiam inferiores clerici includuntur.*
Eccleſiæ res diſtrahi,pignorari, uel occupari per decimarum collectores prohibentur,& num. 3. excipe,ut num. 4.
Vadium, pro pignore.
2 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum. nu. 5.*
Monumentum religioſum obligari non poteſt.
Pignori accipi non poteſt, quod in commercio non eſt.
4 *Additio gloſſarum.*
Quæ benedicuntur,quæ miniſterio ſacerdotum adhibentur.
Conſecratio rerum eccleſiæ fit dupliciter.

C A P V T I.

1 NVllus. Breue eſt[*Presbyter*]etiā†in
ſeriores clericos includit.
ad hoc de cohabi. cleri. & muli.ca.2.
Hoſt.[*Præſumat*] in uadiū dare, qđ eſt
infra[*Eccleſiaſticum*]iſta oīa prohibuit
concil.Vien. [*Diſtrahi*] pignorari, uel
occupari ꝑ decimarū collectores, de
deci.ſi bñficiorū[*Vadium*] 1.pignus.& ſic facit ad ti.de
hoc dixi.ſ.n.ꝓxi.c.1.[*Vrgente*]aliàs interuenientē.¶Pri-
2 ma†gl.rñdet per ob.cui dupliciter rñdet. ¶Gl.2. q̄rit,
3 & ſoluit,ſignat ꝯriū, & rñdet.¶*In glo. 2.ibi,l.3.*]Monu-
mentū religioſum obligari non pōt[*& ibi. §.eam rem*]
ſequitur,quā quis emere non pōt, q̄a cōmerciū eius
non eſt,iure pignoris accipere nō poteſt[*& ibi.§.quod
emptionem*] ſequiſ,uēditionē,q̄a recipit pignorationē,
4 recipere pōt.¶*In†gl.1.ibi,libri*]uerū dicit de aliis libris,
ſed miſſale bñdiciſ,& habet ſuas orōnes in pontifica
li[*& ibi,calix*] calix,patena,& ueſtimenta ſacerdotalia
bñ habēt certā benedictionē , uel cōſecrationem; ad
hoc de ſacra unctio.c.uno, circa fi. ſm Hoſt. ego pu-
to congruè diſtingui inter cōſecrationē, quæ fit cum
certis unctionibus in calice, & patena,ut ibi, & cōſe-
crationē, q̄ ſine unctionibus fit.¶*In gl.2.in fi.*]ſm Tan.
idē Goff.& Inn.ſed hæc ſolutio non placet Hoſt.cum
etiam ſm legem ex prædictis cauſis uendi poſſint, ut
in dicta auct.& prę.c.aurum. & facit quod no.infra c.
proxi.Item uerisſimile eſt Chriſtum uelle precium re-
rum ſuarum fundi ꝓ redemptione animarum, cum
pro illis ſuderit ſanguinem proprium; & ſic obliga-
tio uolente domino fit.ualeat ergo: aliàs non valeret,
ff.de pig. act.ſi alienam.uide quod no. 10.q.2. hoc ius,
in gloſſ.quia ad profanos.

S V M M A R I V M.

1 *Homo liber,ut pro debito poſſit teneri, an renunciari poſſit id inhibenti legi,niſi in caſibus,& quibus num 2.& 5.*
Vendi poteſt,& quando,num. 5.
Ceſsionis beneficio an per pactum renuncietur.
2 *Capi quibus caſibus poſſit, & in uinculis teneri,& quo obſeruato.*
Soluens, pro inuito an repetat, in fin.
Etſi, pro quamuis.
3 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
Redemptus ab hoſtibus per quinquennium ſeruire cogitur, & quo caſu.
5 *Additio gloſſarum.*
Fame nihil grauius.
Venditus pro neceſſitate famis refuſo pretio emptori redit ad ingenuitatem primam,& an iterum ſit ſeruus.

C A P V T II.

1 LAtor. Breue eſt[*Lex habet*]an huic† le-
gi renūciari poſſit, uide in Spe.
de renū. & cō.§.1.B.uer. Itē eſt beneficiū,
ubi inuenies ualere talia pacta ſacta ꝑ ſcri
ptores.hoc eſt tractare , an ꝑ pactū renuncieſ benefi-
cio ceſsionis,de quo plene per Cyn.C. qui bo.te. poſ.
a l.1.in ulti. q.[a] ubi ponit uerba Ia. de Aret. [*Teneatur*]in
2 †uinculis,Pe.ꝯ.88.diſt.non ſatis,in prin. ubi q̄s pro de-
bito excruciaſ.ſactū reſpicit,uel legem antiquam , ut
ibi not. uel intelligaſ in debitore ex maleficio publi-
co,uel priuato,de quo uide.ſ.de dolo. & contu.finē,
in ult.glo.& de homi.ſicut dignū,§.cos. & uide quod
dicā de ſolu.Odoardus, ſuper ult.glo. fallit etiā,quod
hic dicitur,in debitore ex cōtractu, qui eſt in ſuga. q̄
cum iudicis auctoritate,uel ſine, ſi haberi nō pōt, ca-
pi pōt,ff.de his,quæ in frau.cre.ait prætor.§.ſi debito-
b rem[b].& uide quod dixi de iudi.cū nō ab homine, ſu-
per 1.gl.Itē cū debitor, etiā cuius dies nō uenit, ſuſpe-
ctus eſt de fuga,capi poteſt, ut creditor ſecurū faciat
de ſuſpitione tamē ante oīa debet ſummariè cogno-
ſci,ff.ſi cui pluſquam,per l.Fal.hæc autē ſatisſactio. in
prin.& qui ſatiſ.co.l.ſi fideiuſſor,§.fi.fallit etiā in debi
tore publicarū ſunctionū, C. de exac. tri.l.2.lib.10. &
ibi no.facit in auct.de man.prin.§. nec homicidas, &
§.ſe.col.3.de illo,qui ꝓ tali inuito ſolueret,an repetat,
dicā de ſo.cōpe.c.ult.lib.6.[*Etſi.*] pro quāuis.¶Glo.1.
3 all.cōcor.& excipit tres caſus.¶*In†glo. 1.ibi,ob æs*] hanc
4 & ſeq.& §.q̄a uero,uide in c.ex reſcripto,in 1.gl. & ſu
per eā [*& ibi.ff.eo.*]non inuenies, nec de pigno. nec in
duabus rub.proximè all.& inſ.ſtatim uide[*& ibi,detineatur*]q̄ redēptus ꝑ quinquennium ſeruire cogiſ, aut
precium ſoluere,niſi preciū ei legeſ.ff.de lega.1. ſena-
tus,§.ult.ſm Ho.qui dicit,ꝙ dictā.l.quidā aliter indu-
5 xerunt.¶*In†glo.1.ibi,neceſſitatem*]famis.ſ. quod non eſt
ad caſum aliū extendendū,ut ibi no. & idē Vin. inſra
de infan.lan.c.uno.dicit Hiero.ſuꝑ Amos,ꝙ nil ſame
grauius;qđ ibi uide ī fi. imo & tūc reſuſo p̄cio empto
ri ab ipſo,uel filio,uel ab alio quolibet,uel mancipio
redit ad primā ingenuitatē,ut ibi.An uero interim ſit
ſeruus,ibi no.[*& ibi,ex reſcripto*] Hoſ. addit alios caſus,
ſ.in libero ſuſpecto, & male merito,de depo.c.1.In ua
cillāte.ff.de qō.in libero.in eo,q̄ nō cedit bonis,cū cō
ſtet de debito,ut in l.1.all.& inſ.de ſolu.Odoardus.Itē
in raptore uirginis,ſi fugiat ad eccleſiā,ſeruaſ ei uita:
ſed ſeruire cogitur, niſi ſe redimat. 36.q.1. de raptoribus, & hunc ultimum caſum etiam poſuit Ala.

ANNOTATIONES.

a ¶Vlti. Et ibi plenius per d. Bart. de Saly. & uide Bar. in l. alia. §. eleganter, ff. ſo. ma. & per Bald. pleniſsimè, in d. l. 1.

b ¶Debitorem. Ibi uide no. Bart. & ibi quomodo de iſta ſuſpitione conſtabit, & qualis erit ſuſpitio.

IoAnd. ſuper 3. Decre M S V M-

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ rem ab eius obligatam rectore quando cogitur hæres eius redimere, & eccleſiæ reſtituere.*
Calyx argenteus eſſe debet.
Morte multi præueniuntur, & cur.
Recolligere, pro redimere.
2 *Præſertim, pro maximè.*
Monitio ſemper præcedere debet.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Pupilli res pignorari non poſſunt.
Minori, & eccleſiæ optio datur, à quo res ſuas conſequi uelint.
Hæredes ad quæ teneantur ex facto eorum, quorum ſunt hæredes, & num. 4. §. 1.
4 *Additio gloſſarum.*
Emptor ſi ſciens, an ignorans emat rem eccleſiaſticam, intereſt.

CAPVT III.

1 EX præſentium. Caſus. Si rector †eccleſiæ pro fa
cto proprio rē eccleſiæ obligauit, cogitur
eius hæres rē redimere, & eccleſię reſtitue
re. & primò narrat factū. ſecundò dat iudicē. ſecunda
ibi, unde [*De Affini.*] nomē loci [*Argenteum*] calix enim
debet eſſe, quod dic, ut inſ. de cele. miſ. c. fi. [*Sua neceſſi-
tate*] puta refectione domus proprię, quæ minabatur
ruinā, uel pro uineis patrimonialibus putandis. Si. n.
hoc fecisſet pro ſua ſuſtentatione, obligata fuiſſet ec-
cleſia, ſi ei deſeruiſſet, de præb. cū ſecundū [*Præuentus*]
multi præueniunt, ut quæ malè geſſerunt, emendare
non poſſunt. facit de pœn. di. 5. nullus. G. [*Recollegit*] i.
2 redemit. Pe. & Abb. [*Præſertim*] pro †maximè. licet. n.
de his magis cauendū ſit; idē tamē in aliis, de re. ec. nō
alien. nulli [*Taliter*] ſ. propter patrimoniale onus [*Mo-
neas*] hoc ſp præcedit. de ui. & honeſt. cle. monaſteria,
3 Hoſt. ¶ Glo. 1. †obiicit, & tripliciter ſoluit. ¶ *In 1. gl. ibi,
curator*] Curator, uel tutor rem adulti, uel pupilli non
poteſt pignorare, niſi in rē ipſius pecuniā accipiat [*&
ibi, qui filios*] ibi habetur, quod ſequitur [*& ibi, ſi tu, uel
cu.*] ſup. interuenerit. & quod ſequitur [*ad inſtar minoris*]
ſ. cui datur prædicta optio, & uide de re. eccle. nō alie.
ſi quis. ſuper ult. gl. ¶ *In gl. ult. ibi, ſi parentes*] ſi pater uen-
didit ſeruū, qui euincit ab emptore, adeſt filius hæres
defenſioni cauſæ [*& ibi. l. ult.*] ſi q d de bonis adulti, uel
pupilli peruenit ad hęredes tutorū, uel curatorum, te
nentur reſtituere: tenentur etiā rationem reddere, de
eo, quod adminiſtrare debebāt, & nō adminiſtrarūt.
4 ¶ *In †glo. 1. in fin.*] uel forte creditor ignorauit rem for-
te eccleſiaſticā: ſecus ſi ſciret, arg. ff. de contrah. empt.
l. liberi. cum dua. ll. ſe. Goff. uel dic ꝯctū initū noīe ec-
cleſiæ, & forma ſeruata, ſed nō cōſtabat uerſum in uti
litatē eccleſiæ ſm Inn. ¶ *In glo. ult. in fi.*] quod intelligas
de eo, ad qđ tenebat ſacerdos ex dolo, uel lata culpa,
uel de eo, quod ad eū peruenit, uel ipſius hęredes. De
culpa enim leui tm̄ non tenerentur hæredes, ut ibi, &
ff. de fideiuſſ. & hæredi. tu. l. 1. 4. & ult. ſecundum Inn.

SVMMARIVM.

1 *Si uſurarius emat, ut hic dicitur, iudicatur pignoratitius cōtractus uide num. 3.*
Conſortes ubi uocentur hæredes.
2 *Emptor denunciare debet uenditori rem ſibi non placere, & quo caſu.*
Dare, pro ſoluere, & pro reddere.
Venditio conditionalis quando dicatur, & quando reſolutoria, & num. 5. §. 3.
Et quæ pro eis dentur actiones, num. 5. in prin.
3 *Contra uſurarium ex quibus præſumatur, & iudicetur, nu. 5. §. in gloſſ. ulti, & num. 7.*
Ex præſumptionibus iudicatur.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 5.*
In dubio melius uerbis edicti ſeruire.
Pœna in contractu appoſita quibus caſibus non ualeat. §. in gl. ult.
Ex conſuetudine domini arguitur quis non teneri facere ea, quæ ille non faciebat, uel poſſe, quæ faciebat, ibid. ad dict. uniuerſarum, uſque in finem.
Ad uſuras ocioſa pecuniæ quando quis non teneatur, ibid.
Pignorare poteſt uniuerſorum procurator, & quo caſu, ibid.
6 *Additio gloſſarum.*
Claudicatio contractus quando admittatur.
Fructus tenetur reſtituere uenditor pretium cum uſura. §. 3. & quando.

CAPVT IIII.

1 ILlo vos. Caſus. Sit† uſurarius emit rē
eo pacto, ꝙ poſt tempus eā
reſtituat uēditori recipiendo aliquid ultra
ſortē, fructibus tamē computatis in ea, iu-
dicabitur contractus pignoratitius. Cōis diuiſio. ſecū
da ibi, Verum quid. uel ibi, reſpōdemus [*Ex una parte*]
& agentes pignoratitia, & petentes inſcriptas terras à
patre ſuo pignori obligatas [*Ipſius*] ſ. To. & ſic erāt fra-
tres, & cohæred(ipſi, Go. ergo & hæredum i. cohæ-
redum, Goff. uel dic, ꝙ ille. G. prius hoc propoſuit, dū
uiuebat, & poſt mortem proponebāt hoc eius hęre-
des, Inn. Dicit Hoſt. ꝙ alludit uulgari Prouincialium,
qui conſortes ſuos uocāt hæredes [*Proponitur*] in uim
peremptoriæ poſt litem conte. ſecundum Inno. [*Ab
eis*] filia T. & eius hæredibus [*Puro*] dicebat Goffre. ꝙ
una pars dicebat contractum purum, altera cōditio-
nalem, & inducit ſi. ſupra de fide inſtrumen. cum Io.
Sed Hoſtienſ. contra, dicens, quòd altera dicebat pi-
gnus, & emptionem ſimulatam. altera verò emptio-
nem puram & ueram, ut patet per ſequentia [*Fratre
ſuo*] ſi. de pact. cum pridem [*Ab inde*] ſcilicet à tempo-
2 re, quo †dixiſſet emptor ſibi diſplicere, & venditorem
certificaſſet [*In ipſis*] ſcilicet 26. lib. & tunc expone, da-
re, ideſt ſoluere: alias dicit litera, computatis in ſortē
[*Ipſas*] ſcilicet terras [*Dare*] ideſt reddere ſecūdum Ho-
ſtien. [*Conditionalis*] conditionalis uenditio, uendo ti-
bi. ſi. T. uoluerit: ſi nauis ex Aſia uenerit. hæc in uen-
ditione apponitur conditio: interdum apponitur in
reſolutione; & tunc non eſt uenditio conditionalis,
ut hic. uel plus ad propoſitum ſm Hoſ. eſt pura, cum
dicit, Res ſit tibi empta pro. 10. Si tamē aliquis melio-
rem conditionem afferat, inf. menſem, ſit inempta, &
ſic reſoluitur hac conditione exiſtente. cōditionalis,
quando dicit, res ſit tibi empta precio. 10. ſi infra mē-
ſem alius meliorē conditionem nō afferat: iura, q̄ in-
3 ducit, alle. glo. [*Ex †duobus*] tertium habes in fi. Hoſt. ad
dit alia duo, quia uolunt res probare, & quia faciebat
ꝯctum claudicare. & no. ſm Inn. ꝙ ex p̄ſumptionibus
a iudicat, ſic ſ. de emp. & ven. ad noſtrā. la. de Are. ut re-
fert Cyn. C. plus ua. quod agi. l. 5. tenuit, ꝙ dato, ꝙ cō-
ſtet de his tribus, emptorem uſurarium, non interue-
niſſe iuſtum precium, & eum feciſſe pactū de reuen-
dendo, nō p̄ſumi per hoc pignus. Ad hāc decr. rn̄det,
ꝙ ex aliis duobus hoc iudicatur. ſ. quia fructus cōpu-
tabat in ſortem, quod eſt de natura pignoris, ut in gl.
hoc uidetur, & ꝙ recipiebatur ultra ſortem. So. uero,
quā facit ad decr. ad noſtrā, nō conuenit, & nil ſonat,
& etiam erratum fuit in illa, quod per te uideas. ¶ Gl.
4 3. †reſpondet per quæſtionem. ¶ Gl. hoc ut, obiicit, &
5 ſoluit. ¶ Pen. glo. obiicit, & ſoluit. ¶ *In †glo. 1. ibi, eum qui
Calen.*] uide de dolo c. fi. ſuper gl. 2. ¶ *In glo. 4. ibi, ſi conue
nerit*] cū cōuenit, ut ſi inf. certū tp̄s diſpliceat emptio,
emptori res reddat, ē actio ex empto, uel ī factū. ¶ *In
gl. forma, ibi. ftis, qui nautem*] in re dubia melius eſt uerbis
edicti ſeruire. ¶ *In gl. C. de, ibi, Si p̄diū*] p̄dio empto ea. l. ut
ſi

ſi diſplicuerit, ſit inemptum. reſoluitur id, ut puta ſub
conditione uenditũ [*& ibi. l. 3.*] nõ eſt emptio cõditio
nalis ſic facta. ut ſi diſplicuiſſet. ſit inepta. ſed reſoluitur
ſub conditione [*& ibi. l. 1.*] fundo cõmiſſatio. uel uen-
dito potius ſub cõditione reſolui, q̃ cõtrahi dr [*& ibi.
l. 2.*] ſi fundus in diẽ addicitur, ſi hoc agitur, ut allata
meliori conditione ab emptione diſcedatur, pura eſt
emptio & facit emptor fructus ſuos, & ſibi perit. Erit
autẽ cõditionalis, ſi id agit. ut perficiatur. niſi melior
conditio afferatur. ¶ [*In gl. ult. ibi. Iulianus*] aliàs inter eſt,
§. ibidẽ. ſi conuenit ut ſua die ꝑcio non ſoluto, duplũ
uenditori daretur, in fraudẽ cõſtitutionũ uſ adiectũ,
quod legitimã uſurã excedit [*& ibi, cum alleg. ac*] ſtipula
tio de reſtituendo debito J. diem ſub pęna quadrupli
non ualet ultra legitimũ modũ uſurarũ [*& ibi, uel uni-
iura.calum.literas:quia hic petuntur uſuræ ui intereſ-
ſe. Item principaliter agebatur ex mandato, & acceſ-
ſorium &c.de reg.iur.acceſſorium, li.6.ſecũdũ Hoſti.
& hæc hodie ceſſant, de iura.ca.c.1.in fi.libro 6.[*Quia
difficile*]& onerosũ propter expenſas. ad quas teneť
producens,de reſcrip.ſtatutum.§.pen.lib.ſexto, unde
nec cogit curia partem ibi probare, de teſti. cauſam
quæ,niſi ita conuentum ſit,uel uideatur papæ, quod
malicioſè petatur dilatio. ſic ſo.de priuil.cum olim.1.
ubi de hoc, & de hoc.ff.de teſti,l.3.in auct.e.ti.§.mul-
tæ,col.6.ſecundum Hoſt.[*Suos*] quos habet Bononiæ
4 [*Ducere*] ex hoc collige ſecundum Hoſti.ꝙ in † perſo-
nalibus poteſt quis bona fide diuerſos iudices impe-
trare,de hoc de reſcrip.ca.fi.& c.diſpendia, lib.6.[*Competentem*] arbitrarium conſideratis circunſtantijs:alias
poſſet appellari, de ap.cum ſit, de procur.dilectus,de
dilatio.cap.1.[*Vice tua*] omnino uide, quod ſcripſi in
ſpec.ti.1.§ 2.ſuper uer.antep.[*Exterminent*]alias exami-
nent[*Diligenter*] ut ſupra de teſti.cum cauſam,& ſecũ-
dum interrogatoria partis aduerſæ.eod.ti.capitulo ſe-
cundo, libro ſexto[*Tranſmittentes*] ſup.cum inſtrumẽ-
tis.de quibus ſequitur.& eſt ſimile,ſupra c.prox.¶ Gl.
5 2.† arguit,ſignat contrarium.& diſtinguit. ¶ Antepe.
gl.reſpondet per contrarium quod dupliciter ſoluit,
contra ſecundam ſolutionem allegat, & reſpondet.
6 ¶ *In † glo.2.ibi.fideiuſſor*] tunc fideiuſſor tenetur ad uſu-
ras,quãdo ſe obligauit ad illas[*& ibi.quæro,an fideiuſſor*]
fideiuſſor conductoris, qui pro pẽſione ſe obligauit
in omnem cauſam,debet uſuras[*& ibi.fideiuſſores magi-
ſtratuum §.1.*] ubi qui fideiuſsit pro conductore vecti-
gal. quod annuatim.100.daret in omnẽ cauſam, non
7 tenetur ad uſuras.¶ *In † gl. .ibi.fideiuſſor*]ubi de hoc[*&*
[*& ibi,quæro an fideiuſſor*]& ibi plenè de hoc[*& ibi.ſecun-
dum canones*] & forte ſecundum.l.ſecũdum ea, quæ no.
infra de uſur.cap.3.[*& in fi.*] Hoſti.remit.ad ſum.eo.ti.
§.ad quid fideiuſſor.¶ *In gl.3.in fi.*] quæ capitula de in-
cauto,uel non licito iuramento debent intelligi. ¶ *In
glo.hoc ſi uoluerit.ibi. præſtare debet*] ſecundum Inno.quia
quod ſequitur.fuit additio[*& in fi.*] Hoſtiẽ.dicebat,ꝙ
poterat legi per ſubauditum ad euitandam obiectio-
nem,ut.ſ.recipiatur ſatiſdatio de expenſis,vel ipſo de-
bito, ſi probetur,& poſt uer.accepta ſubaudit, nũcie-
tur cãcellario, ꝙ ad teſtes &c. ſed nimis extorta ẽ hæc
lectura. Dicit Ab.magiſtrum ſuum dixiſſe,ꝙ eſſet co-
gitare caſum, in quo utilis eſſet ſatiſdatio. ualet enim
receptio teſtium facta contra citatum, niſi ille habue
rit ineuitabile impedimentum,de teſti.c.2.ſed ex quo
ſic ſatiſdat, etiam ex impedimento tali nõ uiciatur re-
ceptio. quomodo per hanc decre.prouidebant iudi-
ces contra malicias partium, & quomodo hodie ali-
ter eſt prouiſum, uide quod no.infra de reſcrip.ſtatu-
8 tum.lib.6.in glo.pe.¶ *In glo.pe ibi,dicere † debent*]nec de-
bent hoc ſubdelegari. & idem uidetur in matrimo-
nialibus, infra de conſan. & affi cap.1.talia tamen to-
ta die de conſuetudine ſubdelegamus, ad quod facit
de offi.deleg.ſuper quæſtionum.§.intentionis,Hoſti.
¶ *In glo.ult.in fi.*]ſed ultra hoc etiam facit iudex relatio-
nem de fide inſtr.ſic ſupra de proba. licet, uer.quam-
quam, de teſti.cauſam, in fin.

ANNOTATIONES.

a ¶ Qui impleto. Vbi uide Bar. & ad hoc l.Labeo.ff.de arbi.& ff.de pac.l.e.finali.

SVMMARIVM.

1 *Ex religioſi fideiuſſione, uel mutui acceptione conuentus quando non teneatur, ſed ille non puniatur, & nu. 2.*
Religioſorum locorum, uel ordinum priuilegium hic unum.
Religioſus quis nec obligari, nec eccleſiã obligare poſſit, & nu.2.
2 *Eccleſia ex mutuo quando obligetur, & nu.11.*
3 *Cum procuratore cuiuſpiam ſi quis contrahat, dominum non obliget ultra mandatum, præterquam in caſibus, & quibus, & nu. 4.5.6.& 7.*
4 *Procuratoris conſtituti ad regendum, procurandum, & adminiſtrandum aliquam uillam, uel præbendam cum libera adminiſtratione quæ poteſtas ſit.*
Ex mutuo ciuitas, & eccleſia nunquam obligantur, ſi in earum non uerſum ſit utilitatem. uide nu.11.
5 *Procuratoris negotiationum, uel inſtitoris poteſtas quæ, & quibus modis conſtituatur.*
Inſtitoria directa quando competat, & quando utilis.
Inſtitoris etymodo quod.
6 *Ex dolo procuratoris dominus quando, & quando hæres ex defuncti teneatur.*
7 *Legibus etiam ſunt obnoxij clerici, & quando.*
8 *Diſciplina hic pro pœna regularium.*
9 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.10.*
Curialis quæ contrahere prohibentur.
De peculio actio quando deficiat.
11 *Additio gloſſarum.*
Verſum in utilitatem eccleſiæ quot modis dicatur, & quando creditor teneatur docere uerſum, & pro qua ſumma.

CAPVT IIII.

1 QVod quibuſdam. C. Si ſine † licẽtia ꝓ-
lati, & maioris partis capituli religioſus fi-
deiuſſerit uel mutuum acceperit,conuen
tus non tenetur, & ipſe punietur[*Religioſis*] locis Inn.
& Hoſt.q.d.priuilegium non fauore perſonarũ indul
tum.ſed locorum,uel ordinum[*Extendi*] ſimilis extẽ-
ſio de clan.deſpon. cap.fi.de priuil. ꝙ nonnullis[*Reli-
gioſus*] prælatus.ſ.nam clauſtralis ſimplex nec obligari
poſſet,nec eccleſiam obligare, cũ proprio careat.12.
q.1.uolo,& adminiſtrationem nõ habeat,infra de te-
ſta.requiſiſti,ad fi.uel dic religioſus quicunque,ut in-
nuitur in fi.ſecundum Hoſtien.[*Pro aliquo*] nec in ali-
quo[*Fideiubeat*] ſi facis hic pũctum, planus eſt ſenſus,
ꝙ nullo modo fideiubeat.ſi facis ſuſpẽſiuum, eſt ſen-
ſus,ꝙ non fideiubeat,niſi uſque &c.Hoſtiẽ.[*Summam*]
2 quæ † inſtituitur in aliquibus eccleſijs,ut uſque ad illã
poſsint adminiſtratores contrahere mutuum,& non
ultra, & uſque ad illam quantitatem obligatur eccle-
ſia,forte etiam ſi non probetur uerſa in utilitatem. de
dicam.ſ.hoc idẽ dici poſſet de dona.in eccleſia.in qua
certa quantitas ad hoc ſtatuta eſt.eo.ti.a.cæterũ[*Com-
muni † prouidentia*]no.ꝙ qñ quis dat mutuũ, uel aliter
cõtrahit cum alterius procur.tenorẽ mandati,ſeu ꝓ-

cura-

curatorij attendere debet diligenter, ſupra de reſcrip.
cum dilecta, infra de priuil. porrò : quia ſi illud exce-
dat, non tenetur dominus, niſi inquantum illud pro-
baretur uerſum in vtilitatē domini, ut hic, uel niſi id,
quod facit ultra mandatum, ex neceſsitate conſecu-
tiuum ſit mandato, ut cautio de euic. & ſi. ad quæ be-
ne obligat dominū procur. ff. de act. emp. & uen. l. Iu-
lianus. §. ſi procurator. ff. de pcur. qui proprio. §. qui
alium, & l. procur. qui pro euictione. Sed & caueat p-
curator ad id mandatum non habens, ne pecuniam
mutuo recipiat nomine domini : quia in ea non poſ-
ſet dominū, uel rem ſuā pignori obligare. C. quod cū
4 eo, qui in alie. po. l. fi. ff. quod iuſſu. l. antepe. Si † autem
aliquis prælatus conſtituat procur. aliquem ad regē-
dum, procurandum, & adminiſtrādum aliquam uil-
lam, uel præbēdam, dans ſibi liberam adminiſtratio-
nem in ea, talis procur. poteſt agere nomine conſti-
tuentis cum pro neceſsitatibus, uel utilitatibus uillæ,
uel præbendæ. poteſt etiam nouare, & permutare res
illius uillæ, uel præbendæ. Sed & poteſt exigere, & re-
cipere debita, tranſigere, & paciſci. ff. de pac. reſcriptū.
§. fina. & tribus. ll. ſe. C. quod cum eo, qui in ali. po. ſi
liberam. ff. de rei. uen. ſi quis hac. l. §. ſi ſeruus, & ſupra
de procur. petitio. uidetur etiam aliquibus, quod ta-
lis poteſt mutuum contrahere non obligando tamē
perſonam domini, ſed res tantum uillæ, uel præbēdæ.
quas adminiſtrandas recipit. ſed & ſi habet generalē
& liberam adminiſtrationem omnium bonorū do-
minorum domini, tunc ſorte poſſet dominum obli-
gare, ar. dictarum. ll. ſupra proximè inductarū: & hoc
ex eo maximè probatur: quia procurator poteſt face
re inſtitorem, ex cuius contractu non ſolum procu-
rator, qui inſtor eſt, ſed & dominus obligatur. ff. de
inſtito. act. cuicunq. § fina. & l. fi. ex quo ſequetur eui-
denter, ꝙ talis procurator generalis etiam mutuum
contrahēdo multo fortius, q̄ inſtitor ab ipſo creatus,
perſonam domini obligabit. Excipe ciuitatem, & ec-
cleſiam, quæ nunquàm ex mutuo, niſi in utilitatē ip-
ſarum ſit, obligantur, ff. ſi cer. pet. ciuitas [a]. 10. q. 2. hoc
ius porrectum, uer. is creditor, ubi de hoc, & dicā ſup.
glo. iſtud, licet ſecus ſit de priuato, ut no. Azo in ſum-
ma ſua. C. ſi cer. pe. §. ubi autem accepit mutuum, ſed
eccleſia non obligatur, vt dictum eſt ſecundum Inn.
niſi uſque ad quantitatem cōmuni prouidentia con-
ſtitutam, ut no. in præce. glo. ſecundum Hoſti. Si uerò
procurator non habet ſpeciale mandatum, nec libe-
ram adminiſtrationem, nec nouare poteſt, nec paci-
ſci, nec mutuum, nec ſolutionem recipere, nec alia, q̄
præmiſſa ſunt, expedire, vt. ff. de procurato. ignoran-
tis, & l. mandato generali, & l. procuratorum, ff. de of-
fi. procur. Cęſa. l. 1. §. 1. C. de procur. per procuratorē.
ff. de peculio, qui pecul. 1. uidetur tamen, ꝙ etiam tali
procuratori nec generali, nec libero ſolui poſsint pē-
ſiones, & reditus uillæ, uel præbendæ, & ꝙ non poſ-
ſint etiam alienare, ar. ff. de procur. procurator toto-
rum, in fi. C. de admi. tuto. ſancimus, & l. conſtitutio-
nem. Hæc autem locum habent in procuratoribus
conſtitutis ad aliqua procuranda, ut ſupra de procur.
5 petitio, ubi de hoc, & non † inſtitoribus, uel procur.
negociationum. illi enim, quibus commiſſum eſt, ꝙ
pannos emerent, pro his perficiendis poſſunt mutuū
recipere, & dominum obligare. ff. ad Macedo. Item ſi
filius. §. interdum tamen, & §. pe. ff. de inſti. act. cuicū-
b que, reſponſo. i. & §. non tamen [b] omne, & ſe. nec eſt
uis, utrum de multis rebus mandatum ſit, an de una
re tantum: hoc excepto, quia quandò de pluribus re-
bus mandatum eſt, tunc habet locum directa inſtito-
ria: & hoc eſt, quod loquit in plurali. ff. de inſti. actio
cuicunque. §. 1. ibi, pecunijs fęnerandis, agris colēdis,
mercaturijs faciendis. ubi uero ad unam rem tantum
datur, tunc competit utilis inſtitoria. ff. de Inſtito. in
eum, reſponſo. i. & §. 1. C. de exercito. l. 2. & l. ſi mutuā,
C. ſi certum pe. cum qui. Sed nec eſt uis facienda, utrū
dicat dominus, Præpono talem, uel inſtituo, ſeu præ-
ficio tali negociationi, an dicat, facio talem procura-
torem meum in tali negociatione. nam ex quo ad ne
gociationem conſtituitur, vel ad accipiendam talem
pecuniam, dabitur utilis actio cōtra dominum. ff. de
inſti. l. antepe. & pe. Sed cōtra. ff. de inſti. cuicunque. §.
ſed & cū fullo. So. non loquitur de inſtitore, ſiue pro-
curatore ad negociandum conſtituto, ſed de illo pro
curatore, qui tantum diſcipulos debeat regere, & eis
neceſſaria miniſtrare, & ideò non dabitur ibi inſtito-
ria. ſicut nec daretur ex facto procur. cōſtituti ad agri
culturam faciendā, & colligendos fructus. Hic enim
nulla eſt negociatio quæſtuaria, & ideo nec datur in-
ſtitoria. ff. de inſti. ſi cum uillico, licet quādoque poſ-
ſet competere actio negociorum geſtorū. ff. de neg.
geſtis. liberto. ſed quādoque datur utilis inſtitoria. C.
de exer. l. fi. caueat autem ſibi is, qui tradit mutuū in-
ſtitori: quia ſi præpoſitus alicui rei ut inſtitor, uel exer
citor contrahat mutuum in rem, quæ ei nominatim
& expreſſe permiſſa eſt, tunc ſemper præponēs tenet
inſtitoria, uel exercitoria, & ſi pecunia in rem ipſam
uerſa non ſit. Si autem contrahat in rem, quæ ſibi nō
expreſsè, ſed tacitè eſt commiſſa. & mutuum, quod
accepit, in rem domini ſit conuerſum. idem eſt. Si ve-
ro non ſit conuerſum, tunc dominus non tenetur. in
quo quidem caſu curioſum quidem eſſe oportet cre
ditorem, vt ſciat ſe contrahere in eam cauſam. quæ ei
tacitè eſt commiſſa, & non mutuet plus, quàm ei eſt
c neceſſarium, [c] & ꝙ res etiam ibi poſſit comparari, nec
credat ſoli aſſertioni prępoſiti: quia oportet, ꝙ de cau
ſa certificetur. & elicit hæc diſtinctio de eo, quod le-
gitur. ff. de exerci. act. l. 1. §. non autem ex omni cauſa,
& ſe. & l. fi. ff. ad Mace. item ſi filius, aliàs incipit, Iulia-
nus. §. antepe. ff de in rem uer. l. 3. § pe. Dicitur autem
inſtitor ab inſto Inſtas: quia præſit. uel præficitur ne-
gociationi, uel etiam negocio ſeculari. ff. de inſti. le. 1.
& 2. & l. cuicunque. ibi habes. ꝙ inſularius, qui ſ. con-
ſtitutus eſt ad inſulas faciendas, vel reficiendas, & ille,
qui pręficitur ædificio faciendo, vel frumento emen-
do hoc nomine cōtinetur, & l. antepe. & ſi inſtitor ac-
cipit mutuum pro ædificio, bene obligat dominū. ff.
de inſtitoria, cuicunque. §. non tantum omne: ſecus,
ſi tantum eſſet inſtitutus procurator ad ædificium, &
non inſtitor. talis enim non uidetur. ꝙ poſſit mutuū
cōtrahere pro ædificio. ſed de pecunia ſua, uel domū
ædificare debet. C. quod cum eo, qui in alie. po. l. fina.
ſed contra. ff. de inſti. in eum, C. de exerci. ſi mutuam,
& l. fin. So. leges illæ intelliguntur, quando ſpecialiter
mandatum eſt procuratori, ut mutuum poſsit recipe
re tūc enim obligat dominum. & hoc ipſum dicit lex
præalle. C. quod cum eo, qui in alie. po. l. fina. in prin.
aliàs non poſſet obligare dominum, niſi eſſet procu-
rator, & inſtitor, ut ea. l. & ff. de inſti. cuiuſcunq; §. ſed
6 & cum fullo. Ex dolo † autem extra officiū ſuum cō-
miſſo non tenetur dominus. ſed ſi in officio ſibi com
miſſo delinquat in contractu, tunc dominus obliga-
tur. ff. de tribu. act. ſed & ſi ſeruus, & duabus. l. ſe. niſi ip
ſum dolum, quàm cito ſciuit, dominus purgauerit. C.
de ero. mili anno. l. fi. li. 12. C. de hæreti. quicunque. ſu-
pra ut lite non conteſt. capitulo primo, uer. ſi. ubi de
hoc. ſicut & ex dolo defuncti tenetur hæres, ſi in con-
tractu committatur. ff. depoſiti, ſi hominem. §. datur
7 actio quamuis autem † hæc materia ſit legalis, tamen
utilis & neceſſaria eſt clericis, qui frequenter multos
pręponunt ſuis negocijs exercendis ſecundum Inno.
cuius eſt hic quaſi tota glo. Ex quorum facto & ſi nō
obligentur eccleſiæ, perſonæ tamen præponentium
obli-

obligantur, ar. ſupra de arbi. per tuas, uer. quia iuramẽto. eſt tamen cõtrarium ar. pro cleri. in eo, quod le. & no. infra tit. 1. is qui. infra de teſta. filius, & infra de no. operis nũ. capitulo primo, §. 1. & ſupra de ſo. compe. ꝙ clericis, & de iura. ca. literas. Sed poteſt reſponderi, ꝙ in his obligationibus, ex ꝗbus quis naturaliter obligatur. admittendæ ſunt leges, quæ fraudem clericorum excludunt, & eum ipſis contrahentes ſeruant indemnes, arg. in eo, quod le. & no ſupra de pac. capitulo primo, & 3. & infra de dona. per tuas. § nos igitur. ꝙ etiam ſic ſentiamus, intereſt clericorum, ar. C. de reſcin. uẽ. ratas, C. ad Trebel ſancimus. C. ut actiones ab hæredibus. l. unica, in fi. & maximè quando iudicialis auctoritas appoſita eſt in contractu, ar. in eo, quod le. & no. ff. de mi. ait prætor, reſponſo. 1. uer. quid tamen ſi prætor, ſupra de pac. capitulo primo, & de transla. capitulo primo, & 2. de ſo. compe. ſignificaſti, ſecundum Hoſt. [*Probis*] fideiuſſoribus, uel mutuis [*Aliquatenus*] i. cum effectu, Hoſtiẽ. [*Grauiori* † *diſciplinæ*] i. diſciplinæ, quæ cõſueuit inſligi pro grauioribus culpis, de regu. non ſolum. in fi. li. 6. & huius noticiam bene ha-
9 bent regulares, & de his de regula. c. fin. ¶ Prima † gl. ponit regulam de fideiuſsione clericorum, & monacorum, & tres caſus exceptos, in fine æquiparat curialem. ¶ Secunda gloſſ. primò notat, ſecundo ſoluit
10 quæſtionem, tertio arguit à contrario. ¶ *In* † *gl.* 2 *ibi.* §. *alium autem*] ponit caſum, quando vult eccleſia conducere, uel in emphyteuſim recipere prędiũ ſibi uicinum, tunc clerici fideiubent [*& ibi, curialis*] ſequitur, nec procurator. nec conductor alienatum rerũ, nec fideiuſſor, aut mandator conductorum exiſtat: alias nulla erit actio. ¶ *In gl. penul. ibi. l.* 1.] deficit actio de peculio illo adempto, uel per mortẽ ſerui extincto: ſed
11 agitur tunc de in rem uerſo. ¶ *In* † *glo. illud bene, ibi, is creditor*] ubi de hoc, & de depo. c. 1. ubi uide ſuper. 1. glo. Dicebat. G. Na. illum uer. loqui, quando mutuum recipit non prælatus, uel non conſtitutus ad hoc. ſecus, ſi prælatus, uel alius cum conſenſu conuentus: graue enim eſſet creditori ſequi prælatum ad curiam itinerantem pro negociis eccleſię. & curioſum eſſe in quibus pecunia expendatur [*& ibi, rem uerſo*] ſecundũ Io. [*& ibi, ſi pro parte*] & l. 3. in fi. dicebat Inno. duobus modis conuerti pecuniam in utilitatem eccleſiæ. Primo, quando conuertitur in rem eccleſiæ impoſterum duraturam, vt ſi emitur indę villa, domus, uel his ſimilia, & ſic ſumitur hic, & ff. de impen. in re. do. ſa. l. 1. & pen. & quaſi per totum. Secundo modo conuertitur, & ſi non recipiatur, uel locetur in utilitatem perpetuam, ſed temporalem, ut pro colendis agris, uel ſeruis, uel animalibus nutriendis, uel domibus non neceſſariis, alias tamẽ magnifice & utiliter faciendis: ſed eccleſia ad tantas expenſas non ſufficit, quo conſiderato non eſt hoc uerè utilitas eccleſię. Idem de alimentis monacorum, qui cum poſsint & debeant parcius uiuere, lautius viuunt, quàm oporteat, & contra iura. 25. diſt. eccleſiæ principes. 12. q. 2. gloria. & ipſi paucioribus, licet difficulter, fuiſſent contenti. hoc modo dicitur pecunia conuerti in rem. ff. de peti. hęre. ſi à domino. §. fi. & duabus. ll. ſe. ff de rei uen. in fundo, & l. ſumptus. & l. ſi fundi. quãdo ergo fit prouiſio, ꝙ prælatus poſsit accipere mutuum uſque ad certam ſummam, poterit tunc uſque ad eandem mutuum accipere, & eccleſiam obligare etiã pro temporalibus & nõ perpetuis utilitatibus. vnde eſto, ꝙ poſtea perierit res, tenetur eccleſia. Idem Bar. in uene. 61. & de hoc Cy. in auct. hoc ius, de ſacroſan. eccle. in fi. Si uerò ultra ſummam prætaxatam acceperit licet conuertatur in utilitatem eccleſię pecunia. non tamen tenetur eccleſia, niſi duret conuerſæ, ar. ff. de trãſac. cum hi. §. ſi quis de alimentis. ꝙ ſi accipiat ultra ſummam pro perpetuis utilitatibus. & in eiſdem cõuertatur, tenetur eccleſia, ar. ibidem. & ſic intelligitur, quod hic dicit. Alij uero dicunt, ꝙ ſufficit, ſi etiam in tẽporali utilitate conuertatur pecunia. & ſi non duret conuerſa, argu. ff. de negociis geſtis, ſine hæreditaria. ff. de mino. uerum. §. ſi locupletioris. Alij autem aſſerunt, ꝙ qualitercunque ſit uerſum uſque ad prætaxatam ſummam, dummodò contemplatione eccleſiæ fuerit pecunia numerata, competit actio negociorũ geſ. & ſi non duret uerſum: ſed ſi ultra ſummam, non tenetur eccleſia, niſi duret uerſum: quia mutuum uidetur prohibitum vltra ſummam prætaxatam, ad hoc. C. de neg. geſ. l. fina. nec ob. quod hic dicitur, & ff. ſi cer. pe. ſi & me & Titium, in fi. & aliæ concor. ſignatæ in præce. gloſſ. quia omnia hæc iura, & ſimilia intelligi debent ſecundum prædictam diſtinctionem, & quando durat uerſum. quicquid tamen dicatur, uidetur ex hac litera, ꝙ uſq; ad ſummam prætaxatam omnino eccleſia obligeť, & etiam ultra ſummam, ſi in utilitatem eccleſię pecunia ſit conuerſa, vt hic dicitur, & ar. ff. ſi cer. pe. ciuitas. poteſt & illud dici, ꝙ monacus, & etiã forte clericus ex mutuo contracto contemplatione eccleſiæ ipſam eccleſiam obligat, ſicut & ſeruus dominũ. C. de exercito. l. fi. & l. 1. ſecundum Inno. cuius hæc eſt quaſi tota glo. uide quod dicam de priuile. cum olim. 2. in gl. ideò. ſed Hoſti. placet, ꝙ uſque ad ſummam ſtatutam non teneatur probare uerſum. remit. etiã ad ſum. e. ti. §. & ſi quis, uer. & ſi oportet, & ſe. concor. Accur. in auct. hoc ius porrectum. in ulti. gl. Contrarium no. in auct. de ali. & emphy. con. §. ſi verò prædictum, col. 9.
d Sed quid ſi ex frequẽtibus & ſingulis [d] mutuis uſque ad ſummam prætaxatam cõtractis ſimul collectis eccleſiam grauari contingat? dic ꝙ in eo, in quo grauatur eccleſia, eſt ei ſemper ſubueniendum, ut ſupra de reſti. in integ. c. 1. & de rebus eccle. non alie. ad noſtrã. §. fin. & patet in eo, quod de ſimili materia legitur & notatur. j. de dona. apoſtolicę. §. fina. ſecundum Hoſt.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ciuitas. Ibi uide Bar. & an idẽ ſit in pupillo, uide Bal. in. l. ei qui.
b ¶ Non tamen. Ibi uide Bar. & in l. habebat. ff. de inſti. & in l. 1. C. exerci. per doc.
c ¶ Neceſſarium. Vide Bar. in l. 1. §. nõ autem, ff. de exercitor. & Bal. in auct. hoc ius porrectum.
d ¶ Singulis. Ad materiam facit, quod de inſignuatione dicitur in l. illud, C. de ſacroſan. ec. & ibi Bal. & doc. & in l. ſancimus, C. de dona. & uide gloſſ. quæ incipit, à contrario, & ſuper illa Ioan. An. infra de dona. capitulo primo.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor quibus caſibus agat contra debitorem ante, quàm ſoluat, & nu. 2. 4. & 5.*
Diu, quantum temporis ſignificet, & quantum hic, & num. 5. ad uerſ. arbitrium iudi.
Hugo magiſter Hoſtienſis.
Mutatio qualitatis, uel morum contrahentis poſt contractum attenditur ad dictio. cœperit.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 4.*
Dotem reſtitutam ſine cauſa mulieri conſtante matrimonio uir ea mortua repetit, in fin.
6 *Additio gloſſarum.*
Circunſtantiarum conſideratio facienda.

CAPVT V.

1 CVm, pro quo. Caſus. Ponit tres caſus, in quibus fideiuſſor contra debitorem agit, vt à fideiuſsione liberetur. & Incipe ibi cõſtructũ; Poteris iure conuenire eum, pro quo &c. [*Sed diu*] i. p biẽnium. ff. loca. cum domini horreorum, Pe. & Ab. interdum,

interdum diu.deſignat tempus quadrimeſtre.3.q.2.ſi
epiſcopus. Interdum ultra ſemeſtre.j.de conceſ. præ-
ben capitulo ſecundo. Hoſt.dicit,diu. cũ lapſa eſt dies
ſolutionis, & fideiuſſor à creditore moleſtatur, ſupra
c.conſtitutus.& remit.ad ſummam.eo.ti.§.ſi. Recitat
autem dominum ſuum Hu.dixiſſe, ꝙ ſi fideiuſsio fa-
cta fuerit ſine ſcriptis & extra iudicium, non in cauſa
publica.ꝙ non tenetur fideiuſſor, niſi uſque ad duos
menſes.C.eo.l.pe.unde, quod dicit lex, Prætor dabit
tempus.ff.de dam.inſec.qui bona fide.§.fin.dicit ipſe,
non dabit: quia imperator iam dedit duos menſes,ut
ſupra.ſed alij intelligunt dictam.l.penul. ſicut ſonat in
cautione,ſ.iudicio ſiſti. & de hoc remittit ad ſummã.
eo.ti.§.qualiter fiat fideiuſsio:& fatetur, ꝙ communi
ter illa opinio domini ſui non ſeruatur: imo remanet
obligatus,ſed agitur, ut liberetur,ut hic.Gl.dixit hoc,
diu,arbitrarium.ut uidebis in ea [*Aut*] repete,ſi [*Diſſi-
pare*] concor.de dona.inter uirum, & uxo.per ueſtras
[*Caperit*] poſt fideiuſsionem.ad hoc,ſupra de loca.pro
pter ſterilitatem.2.reſponſo. Eg.[*Seu*] repete, ſi[*Fuiſſe*]
uel ſoluiſti non condemnatus.ff.man. idemque. §.fi-
deiuſſores, Vin. Goffr.Hoſti.& Abb. Sed hic nõ agit,
ut liberetur,cum ſolutione ſit liberatus.idem Eg.Pro
cederet autem dictum primorum in eo, qui depoſuiſ
ſet.& conſignaſſet,ut no.in l.Lucius, ff.man.per.l.qui
2 mutuam.eo.ti.[*Iure poteris*] niſi † peremeris rem, pro
qua fideiuſſeras.ff.de uerborum obli.l.mora.nec pro
deſt fideiuſſori,ſi admonuit creditorem,ut conueni-
ret debitorem,vel pignora diſtraheret,quod ille face-
a re non curauit.ff.e.ſi fideiuſſor creditori, niſi fideiuſ
ſit in id, quod minus cõſequeretur creditor à debito-
re.ff.e.inter creditorem, Vin.[*Liberare*] idem arguit hic
Vinc.de fideiuſſore.qui vult ire ad ſtudium,per leges.
ff.de procur. aut longa.ff.de arbi.licet. hoc etiam not.
Guil.in ſpec.de iudi.§.3.uer.quid ſi fideiuſſor, & uide
quod de ſuperuenienti inimicitia ibi dixi in uer.pręall.
3 ¶ Prima † gloſſ.tres caſus literæ repetit. all.concor.&
addit quartum, dicens, ꝙ alias ante ſolutionem non
agit,& dicit quare.in fin.exponit illud, diu. ¶ *In prima*
4 † *glo.ibi. fideiuſſor pro uenditore*] nõ probat quartũ caſum,
ſed tertium de condemnato, licet nondum ſoluerit
[*& ibi. §. quoties*] ſicut per actionem mandati directã
quandoque cogimur actionem præſtari quàm nacti
ſumus. ſic per actionem mandati cõtrariam petimus
ut liberemur [*& ibi, rem tibi dedi*] ſi pro te rem meam
tua uoluntate pignoraui. mandati erit actio[*& ibi.in-
debitam*] uide.j.ti.1.cap.ſi.ſuper. 1.glo. [*& ibi, Celſus*] ui-
de in præalle.c.ſuper gl.hoc ſumptũ. ¶ *In glo.2.ibi.l.una*]
ſi ſine cauſa conſtante matrimonio uir reſtituit uxo-
ri dotem,non valet:quia donationis inſtar obtinet,&
mortua vxore ab eius heredibus vir dotem repetit cũ
5 fructibus ex die reſtitutæ dotis. ¶ *In* † *glo.prima,ibi, quar-
tus*] addunt quidam quintum caſum, ſ. quando fide-
iuſſor pignoratus eſt, uel aliud damnum incurrit, ar.
C.man.l.a.ſupra eo.conſtitutus.ſed dic,ꝙ in l.non ſo-
lum pignoratus erat, imo & ſoluerat in c.conſtitutus
diu ſteterat in fideiuſsione, & ideo agere poteſt, licet
nondum ſoluerit: alias non agit. quaſi hoc mandatũ
uideatur,ut ſequitur in gl.ſecundum Hoſti. [*& ibi, ar-
bitrium iudicis*] quia hoc arbitrabitur ex temporis cur-
ſu,ex perſonarum affectu,& ex his, quæ inter contra-
hentes acta ſunt,ſi apparere poſſunt,ut in l.Lucius,&
ex alijs diuerſis cõiecturis.ff. de le.1.ſi ſeruus plurium.
§.ſi numerus.ff.de le.2.cum pater.§.ab inſtituto, in fi.
ff.de teſta.hæredes.§.ſi quis poſt, in fi. ¶ *In glo.ult.ibi.l.
ubi*] & ſupra de pigno.ex literis.

ANNOTATIONES.

a ¶Creditori.ibi uide Bar.Et eſt alius caſus,quando quis non nouã-
di animo interceſſit, uel ſine mandato.§.ſi in iudicio,ff.man.& quã
do in iudicio et quis interceſſit,ut ibi, de quo in l.4 .ca.præall.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De ſolutionibus ubi alibi habeatur, quàm hic.
Pro debitis eccleſiarum ſoluendis interdum prælati priuilegiãtur.
Pro debitis liquidis ſoluẽdis clerici nõ poſſunt à ſecularibus cogi

De ſolutionibus, Rub.

1 ¶Quia † ſolutione eius, quod debetur,omnis tollitur
obligatio, inſti.qui.mo.obli.tol. ideò niſo de obliga-
tionibus. de ſolutionibus uideamus, Goſ.ad materiã
trahitur.34.q.6.cap.1.& 2.de pę.di.1 medicina, & di 4.
in quattuor primis capitulis, & congruit de reſti.ſpo.
olim.2.de dolo & cõtu.cum dilecti, uer.præterea Itẽ
propter debita eccleſiarum ſoluenda interdum priui
legiantur prælati de reſcrip.ſi propter,de præben.ſi ti-
bi conceſſo,lib.6. Item licet debita clericorum ſint li-
quida.ſeculares iudices nõ poſſunt eos cogere ad ſol-
uendum,de ſo.compe.capitulo ſecundo libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor pro debitis prædeceſſoris quatenus teneatur prælatus,et
quando.*
Prælatus aſſimilatur filio ſuccedenti patri,& quomodo.
*Verſum in eccleſiæ utilitatem quod creditum eſt, an creditor pro-
bare teneatur.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, num 3.*

CAPVT I.

AD hæc apoſtolicæ. Breue ẽ. [*Ita præla-*
1 *tus*] qualis eſt † hęc ſimi.tudo, cũ filius teneat
de oĩbus,& ꝑlatus non teneaſ.niſi de cõtis
ob neceſsitatẽ eccleſiæ, ut ſeq.dicit Ho.ꝙ ſicut filius
hæres ſuccedit in uniuerſum defuncti. ff. de re.iu. hæ-
reditas:ſic & pręlatus ſuccedit prælato,inf.de teſt.rela
tum.2.§.nomine.& ideò ſicut filius tenetur de omni-
bus,de quibus tenebatur pater, ita & ſucceſſor pręla-
tus tenetur de omnibus, de quibus tenebatur præde-
ceſſor ut prælatus, & ſic cógrua eſt ſimilitudo [*Neceſ-
ſitate*] ſi ſint uerſa in utilitatem eccleſię, Inn. quod eſt
bene no. ſecundum Abb. ſed contrarium ſecundum
Hoſti.uidetur hic argui. ꝙ ſufficiat pro neceſsitate, q̃
imminebat eccleſiæ,debitum fuiſſe contractũ.de hoc
2 ſupra ti.1.quod quibuſdam.¶ Prima † glo.diſtinguit,
an fecerit hęres inuentarium & an obligatio ſit ex de
licto,uel cõtractu. ¶ *In* † *gl.1.in fi.*] alias ſecus C.de do-
na.ſi patri tuo, & l.æris alieni, Hoſt. ¶ *In glo.2.ibi,peruen-
nit*] ex illo delicto [*& ibi,c.ult.*] ubi plene de hoc, & 7.
queſtio.2. epiſcopus,qui filios. ¶ *In glo.pe.in fi.*] 40.diſt.
capitulo primo.Goffr. ¶ *In glo.ult.ibi. debuit*] cum effe-
ctu,& nomine eccleſię ſecundum Ala.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus eccleſiam pro alienis debitis ſi obligat, ſuſpenſus eſt, &
a quibus,& quis.& nu.6.& 9.& eccleſia non tenetur.*
Eccleſia committitur multis modis, & quibus.
2 *Ex quibus modis intelligatur eſſe grauata, ut ſit locus huic decre-
tali, & num.7.*
Eleemoſynam facere de ſuperfluo tenemur.
3 *Sigillum probat, & quando ſigillum appoſitum obliget ipſum,qui
habeat an admittendus ut procurator.*
4 *Ex literis traditis procuratori, qui aliud ſcripſit, quàm mãdatum
fuit,dominus non obligatur, & num.8.*
5 *Ex cedulis traditis ut quid ſcribatur in eis, quãdo tradẽs obligetur.
Falſitas quid.*
6 *Attentatum, ſiue conatus an hic, & quando alids puniatur.*
10 *Suſpenſus incurrit irregularitatẽ immiſcẽdo ſe diuinis, & quãdo
A quo abſoluendus.*

11 *Epilo-*

11 *Epilogus, ſuffragium gloſſarum, nu. 12.*
Iudici non creditur pro proceſſu coram ſe habito.
13 *Additio gloſſarum.*
Ex dilapidatione eccleſiæ an quis remouendus.

CAPVT IIII.

1 SI quorundam. Caſus. Si † prælatus eccleſiã pro
alienis debitis obligar. ſuſpenſus eſt ab ad-
miniſtratione ſpiritualiũ & temporaliũ. &
eccleſia non tenetur. & tria facit: prohibet, decernit, &
pœnam imponit. ſecunda ibi, Decernentes. tertia ibi,
Si quis [*Nequis*] prælatus, ut innuunt ſequentia, Hoſt.
[*Commiſſam*] titulatam, commendatam, uel ad procu-
randum. 70 diſt. cap. 1. 21. q. 1. qui plures, de electio. cũ
nobis. & idẽ in eccleſia occupata, ne ſit melioris con-
ditionis prædo ff. de dona. inter uirum. & vxorem. l. 3.
§. uideamus. Vin. Goff. facit infra de præben. cum qui,
lib 6. Vbi autem eccleſiæ ſubiectæ mon. obligantur ꝓ
debitis alienis non putat Vin. abbatem incurrere hãc
pœnam, ſed prælatos illarum, quorum eſt adminiſtra-
tio: ſecus ergo, ſi illorũ abbatum eſſet adminiſtratio
2 [*Grauare*] ſ † contrahẽdo mutuum, uel alienum onus
in eccleſiam transferendo, Vin. Goſ. uel fideiubendo.
contra id ſupra titu. 1. quod quibuſdam. Quid ſi habet
pecuniam ſuperfluam, nunquid poterit illam mutua
re indigenti, uiique, cum & de ſuperfluo teneantur
eleemoſynam facere. 12. q. 2. aurũ, & c. gloria. 16. q. 1.
capitulo fina. 86. diſt. non ſatis, & c. paſce, & dominus
dicit, Mutuum dantes &c. Non ergo intendit hic tale
mutuum prohibere, cùm nec ex illo grauetur eccle-
ſia, ut patet hic ex mente ſecundum Hoſti. Quid ſi nõ
grauat obligando, ſed remittendo? idem uidetur ſecũ
a dum Vincẽ. quia qui remittit, alienat ff. de condi. ob
cauſam, ſi mulier. ff. de iur. eo. l. licet, ſupra de teſti. ue-
niens. hoc non credo. & dicit etiam, ꝙ ſi in cõtractu,
quem facit prælatus Romæ. uel Bononiæ. facit me ha
bere pecuniam de me non faciendo mentionem, for
te locum habet conſtitutio: quia ſic grauari poſſet ec
cleſia [*Aut literas*] quibus continebatur mandatũ de
mutuo contrahendo. Goſ. [*Sigilla*] quibus ſigillentur
literæ continentes debitum nomine eccleſiæ, Goſ. &
3 argue. ꝙ ſigillum † probat, de quo ſatis dixi de fide in-
ſtru, cap. 2. ſuper, uer. ſigillum [*Quibus*] l. literis ſigillatis
uel ſigillis ad literam traditis forte, vt ſigilletur inſtru-
mentum, ſicut creditor uoluerit dictare, uel tradunt
cedulas non ſcriptas ſigillatas. & ar. ꝙ habens alicuius
ſigillum admittẽdus ſit ut illius procurator, cuius eſt
ſigillum: quia in ſigillo imprimitur imago domini,
de pœni. di. 2. principium: uel ad minus character, &
literæ nominis. ſupra de fide inſtru. inter dilectos. ff. de
teſta. ad teſtium. §. ſi quis ex teſtibus. ſecundum Goff.
quod non admittit Hoſtiẽ. niſi oſtendatur litera ſigil-
b lata, uel caueatur de rato. ff. de procur. ſi procurato-
rem, de offi. ordi. conquerẽte, vel alias fiat fides. C. de
4 ſatiſdan. l. una, & de hoc, de procurato. cap. 1. Quid † ſi
tradidi literas procuratori meo, de quo confidebam,
ut ibi ſcriberet in curia ſecundum conſilium perito-
rum procurationem ſuam. vel aliquid aliud mihi ne-
ceſſarium: ipſe ſcripſit mandatum de mutuo, & rece-
pit pecuniam? Dicit Hoſtiẽ. ꝙ non eſt mihi imputan-
dum. ſi ille talis erat, de quo cõfidere poteram, & de-
bebam, ar. ſupra de pigno. ſignificante, cum ſuis con-
cor. & de officio dele. cum olim abbas. nec poteſt me
taliter obligare, ſupra titu. 1. quod quibuſdam. & quã-
5 uis † prælati multi tales cedulas tradant, conſulit Ho-
ſtienſis in his reſtringi, non laxari habenas: quia in ta-
lium traditione pericula latronum, & his ſimilia im-
minent, & de his cedulis uide de fide inſtrumen. ca. 2.

Dicit etiam. ꝙ tales cedulæ uix trãſeunt ſine uicio fal-
ſitatis. cũ tu ſis in domo. & ſcriptura fiat in curia, all.
de his quæ fi. à præla. quanto, ubi de hoc. ſi tamen ge-
nerali procuratori committitur, & traditur, certa for-
ma dictanda. uel meliorãda in curia, & ponatur dies,
& teſtes. & ſubſcribatur, Actum Bonon. non data Bo
non. dicit ipſe ꝙ multi admittũt: & ipſe idem faceret,
ſi omnem ueritatem exprimeret: aliàs nõ, de reſcrip.
ſuper literis. falſitas enim eſt immutatio ueritatis, in
auct. de inſtru. cau. circa prin. colla 6. ſubdit autem ꝙ
tranſeunt talia procuratoria: quia non opponitur, &
quia non eſt iudicium de occultis, de ſimo. ſicut no-
6 bis cum concor. [*Poſſent*] per hoc † tenet Hoſti. ꝙ hãc
pœnam incurrit prælatus ex talium literarum, uel ſi-
gillorum traditione in caſu prohibito, etiam ſi obli-
gatio ſecuta non ſit, ut quia creditor inuentus nõ eſt.
nam in hoc præſumptuoſus fuit, ut in fi. dicitur. Item
proceſſit ad actum, & per eum nõ ſtetit, arg. de re mi-
li. l. 3. §. is qui, & l. ſi quis non dicam. C. de epi. & cleri.
can. de pę. di. 1. ſi quis non dicam, & op. de fur. ſi pigno
re. §. ſi quis ferramenta, & quia talis pęna in dubio eſt
dilatanda, ut patet ex no. de ſen. excommu. cap. ſi. licet
in contrarium faciat: quia uerba cum effectu &c. de
cleri. non reſi. relatum. cum concor. nec ob. eſt cona-
tus &c. de ſpon. cap. finali ſed, ut dixi in quæſtione de
cogitante & non perficiente delictum, in fine, quam
uide ſuper regula, in pœnis, de reg. iur. lib. 6. interdum
ipſum attentare eſt delictum conſumatum, quod ius
punit. ibi. unde, & facit de homic. pro humani, lib. 6.
cur ergo ibi mandare, ita hic tradere eſt delictũ con-
ſumatum quo ad ſuas pœnas. concor. quod dicam ſi-
7 infra ti. 1. c. ult. in 7. q. [*Obligari*] repete † pro alienis de-
bitis ſecundum Inn. pro ſuis enim, & eccleſiæ ſuæ ne-
gocijs tales literas concedere poteſt, dũmodo nil fiat
in fraudem, Vincẽ. intelligit debita aliena ab eccleſia
æquiparans in hoc propria ipſius prælati, & extranei,
c. alienum. 16 q. 3. inter memoratos. ſed ut dicit Abb.
iſtud amarum eſt. & eſt æquius, ꝙ pro ſuis hoc faciẽs
non incurrat pœnam pro ſuis, ad quæ tenetur eccle-
ſia, ut pro alimentis. credo hoc uerum pro proprijs,
& patrimonialibus non, pro factis uerò eccleſiæ, cer-
tum eſt, quod poteſt: alias, ut dicit Hoſtien. multoties
inexpedita manerẽt eccleſiarum negocia. unde & ip-
ſarum intereſt, ꝙ ſic interpretemur, ar. C. ad Trebell.
8 ſaneimus. C. de reſcin. uen. l. ratas. ¶ Quid † ſi talis pro-
curator habens literas pro eccleſię mutuo contrahẽ-
do, alteri tradit mutuò pecuniam ſic receptã, & quid
ſi pecuniam ſibi traditam pro ſuis expenſis alij mu-
tuet. planum eſt ſecundum Hoſt. ꝙ vtroque caſu infi-
deliter agit. ſed non eſt imputandum prælato, dũmo-
do non ſit in culpa [*Talium*] ſcilicet pro extraneis cõ-
9 tractorũ [*Si quis autem*] prælatus ſcilicet inferior † epi-
ſcopo: aliàs contra. de ſen. ex. quia periculoſum, lib. 6.
& de elec. ſi compromiſſarius. §. huius. eo. lib. deberet
tamen epiſcopus propter hãc cauſam à ſuperiore ſu-
ſpendi ſecundum Hoſtiẽ. [*Decætero*] reſpicit futura, de
conſti. c. fi. & dicit hic Pe. ꝙ clericus requiſitus nolens
fideiubere, poteſt ſe excuſare per hanc decr. [*Spiritua-*
10 *lium*] caueat, ne ſuſpenſus † ante relaxationem immi-
ſceat ſe diuinis: aliàs irregularis erit per ſolum papam
abſoluendus, de re iudi. cap. 1. li. 6. non credo hoc ue-
rum iſto caſu, cum non ſit ſuſpenſus ab officio, uel à
diuinis [*Suſpenſiom*] abſoluet ſuperior ꝓximus, ex quo
papa non reſeruat, de ſen. excommu. nuper, Vin. Goſ.
& Inno. quam tamen non faciet, niſi prius indemni-
tati eccleſiæ conſulatur, ar. infra de uerbo. ſigni. cum
olim. ſecundum Hoſti. dicit Goſ. hanc decre. non eſſe
ſuperfluã per. c. ſine exceptione. 12. q. 2. & 10. q. 2. hoc
ius. illa enim loquuntur in alienationibus, iſta in ob-
11 ligationibus. ¶ Prima † glo. arguit. all. 5. iura, & unam
decre.

decre. in contrarium. ſecundò obijcit quærendo, & ſoluit. ¶ Vlti.glo.exponit,ſuppler, & arguit, & remittit.finis reſpondet per quæſtionem, an per reſtitutionem relaxetur ſuſpenſio.arguit ꝙ ſic,all.tres canones
12 contrarium ſoluit.¶ *In † ulti.glo.ibi,& l.ſe.*] incipit,quia ſatiſdatio nunquã immutat, & ſequitur, ſed craſſandi in re familiari facultatem præſtat[*& ibi,ſuſpectum*]parũ facit.dicit,ꝙ mores, & non paupertas reddunt tutorẽ
13 ſuſpectum. ¶ *In † glo.1.ibi, poſt ceſſionem*] ubi de hoc[*& ibi, quoniam contra*] ſuper proceſſu coram ſe habito nõ creditur iudici,ut ibi. ¶ *In gl.ulti.ibi,remouendus*] hoc nõ cõcedo, licet ſit hoc commiſſum ſuperioris arbitrio, cum nec papa ſibi hoc reſeruet.ſ.de præben. graue.

ANNOTATIONES.

a ¶Alienat. Et quia renunciatio includit tacitum pactum de nõ petendo,ut no.doc.in l.1.C.de pac.& ſic obligat.

b ¶Caueatur.Sentit ergo iſte,quòd ſigillum ſolum apud procuratorem facit præſumi illum procuratorem,ut ſit locus.l.1.C.de procura.& eorum, quæ no.de proba.capitulo primo, cõtrarium no.do. Bar.de Sali.in l.1.prealle.& uide gloſſ.1.& ſuper illa Io. And. in capitulo coram, de offi.dele.

SVMMARIVM.

1 *Debitor non ſoluendo, ſi excommunicatur, abſoluitur cum cautione, & qua, & nu.7.in fin.*
Azardus nomen ludi.
Ludus azardi, & alea multos pauperare conſueuit.
Officialis quis ſit hic.
2 *Dictus pro antiphraſin.*
Per antiphraſin quæ appellentur.
3 *Inopia quomodo probetur.*
In abſolutione quæ ſeruantur, omittuntur hic.
Abſolutio non ſit ab excommunicatione, ſed relaxatio, ſi ligamen non ſit ſecundum deum, in fin.
4 *Contractus diſſolutionem præcedere debet indemnitas.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num.6.*
In ſolidum non damnandi qui, & nu.9.
7 *Additio gloſſarum.*
Cedere bonis qui uult, ante debet recognoſcere debitum.
Paupertatis utilitas.§.in glo.3.
8 *Inops, uel egenus ſi ex contractu, uel ex maleficio conueniatur, quando ſufficiat bonorum ceſſio, & quando pœnæ corporali ſit locus.*
Pœnæ fiſco applicantur, niſi in caſibus exceptis.
Excommunicationis contumacia, uel inobedientia, in fin.
9 *Actio inefficax quando.*

CAPVT III.

1 ODoardus. Caſus. Debitor † qui nõ eſt ſoluẽdo, excommunicatur: quia non ſoluit. abſoluitur cum cautione de ſoluendo,ſi ad pinguiorẽ fortunam deuenerit.& primò querelam impetrantis ponit.ſecundò dat iudices ibi, Mandamus, quatenus.& huic forte conueniebat nomen Azardus, ſecundum Hoſtien. qui ludus, & ludus etiam aleæ multos pauperare conſueuerunt,ut in l.Græca.alearũ ludus[*Archidiaconi*] uel archiepiſcopi[*Idem*] officialis.ſ. qui uicẽ
2 epiſcopi gerit.Hoſti.uerificauit † nomen ſuum,quod deriuatur ab officio officis,quod eſt nocere, ſupra de elec. nihil eſt, in prin.cum tamen per antiphraſim ſumi debeat Græciſmus, Lucus,& officium, bellum, libitinaque,parcæ. Iſta per antiphraſim dicũtur nomina quinque: alias monſque,libitina eſt dea libidinis, & parca furia infernalis[*Eum*]ſ. Odoardum[*Non ualentem*] ut dicebat: ſed de hoc mandat inquiri[*Conſtiterit*]
3 conſtabat † autem per famã.nuditatem,inediam notoriam: quia uere & ſine fraude oſtiatim mẽdicabat: aliàs ſecus.C.de mendi.uali.l.una,li.11.præſumitur tamen inops.ex quo mendicat, niſi creditores probent contrarium.i.ꝙ occultos loculos habet: & ſecũdum hoc intelligitur.ff. de pri. credi. ſi creditores.ff.qui ſa-
a tiſda.cog.ſi uerò.§.qui pro rei qualitate ª.C.de proba. ex perſona,ſupra de depo.ca.1.uel dic. ꝙ probatur eo ipſo,ꝙ bonis cedit,nec debet eius corpus poſtea detineri.C.qui bo.ce.poſ.l.1.& de pigno.c.2.Hoſt.[*Difficultate*]aliàs in abſolutione ſeruanda.ſ.iuramenti,& cautionis de ſtando mandatis eccleſiæ, uel ſolutionis expenſarum,pro tanto dico: quia prius cauet, ut ſequitur[*Relaxetis*]quia non ligauerat ſecundum deũ.non ſeruatu forma abſolutionis. ſed ſit relaxatio ſecundũ Hoſt.qui etiam remit.de ſen.excom ſacro,de teſti.ue-
4 niens.2.in fi.[*Recepta prius*] nota. ꝙ indemnitas præcedere debet diſſolutionem contractus. ff. de ædi. edic. ædiles.§.ult.ff.mã.diligẽter.ſic & uſufructuarius prius cauet,quàm agat.ff.de vſuf.ſi cuius.§.1.ad idem de re-
5 ſti.in integ.ſulcitata,Vin.¶ Tertia † glo.reſpondet per ob.ꝙ ſententia tenere non debuerit, & ſoluit. ¶ Vltima glo.notat,quòd ceſſio non liberat &c.in fi.ſignat
6 contrarium,& ſoluit dupliciter.¶ *In † glo.ulti.ibi.§.ult.*] ibi dicitur, ꝙ inhumanum eſſet fortunis ſuis ſpoliatũ inſolidum damnari[*& ibi,in condemnatione*] ſequitur perſonarum,quę in id,quod facere poſſunt.damnantur, non totum, quod habent, extorquendum eſt, ſed &
7 ipſarum ratio habenda eſt,ne egeant. ¶ *In † gl.2.ibi,non debet*] aliàs ſine, non: & ſic in lege eſt duplex litera, & communior habet, non.& Hoſti. ponit ſine. non.di-
b cit Vin.ꝙ intereſt creditoris recognoſci ᵇ debitum,ut illo negante probet habens teſtes paratos quod poſt tempora probare non poſſet.& idem Philip.& Ab.& fuit dictum Pla. & ſic in litera non procedit, nolente creditore,& ſiue non uolente. ¶ *In gl. 3.ibi, inanis*] paupertas actionem reddit inanem,liberat à periculo, ſecuritatem à latronibus præſtat. unde Iuuenalis.4. Cãtabit &c.Goſ.& propter inopiam reſcinditur iudiciũ. ff.de interro.ac.cui ex parte. Vinc.[*& ibi,ſoluere poſſet*] nec bonis ceſſerat[*& inf.*] facit,quod no.de teſti.eo. cap.2.in fi.glo.¶ *In glo.3.ibi intelligo*] Idem Goff. Vin.& Phi.[*& inf.*] Hoſti.dicit, ꝙ indiſtinctè hoc caſu intelligitur idonea iuratoria: quia ex quo bonis cedit,notum eſt,ꝙ aliam præſtare nõ poteſt. faciat ergo,quod poteſt 22.q.2.faciat. ¶ *In gl.ult.ibi.liberatus eſt*] quod dic, vt no.infra de homici.ſicut dignum.§ eos,in 3.glo.di-
8 cebat † hic Inno.ꝙ ſiue ex contractu, ſiue ex maleficio conuenitur egenus ad intereſſe præſtandum, ſufficit,ꝙ bonis cedat,ut hic.Si uerò agatur non tantum ad intereſſe,ſed ad pœnam.uel pœnitentiam,imponendam,ut patet in furto infra de pœnis,tuæ.tunc,ſi placet actori pœna,uel pœnitentia,in pœnam corporalẽ poterit commutari,ar. 12.q.2.fraternitas.ſicut & quãdo iudex ex officio procedit ad pœnam imponendã, ut patet,infra de male.c.2.uer & ſi nec ad hoc, ſecundum Hoſt.pro puro autem intereſſe dicit Inn.ꝙ non ſubijcit pœnæ corporali, ſed reſeruatur pinguiori fortunæ, ut hic.ubi uero cõuenitur quis actione iniuriarum, quæ ad uindictam tantum proponitur, uel etiã aliàs criminaliter conuenitur de crimine,pro quo eſt pœna pecuniaria imponenda. tunc poteſt fieri commutatio pœnæ etiam inuito actore ff. de pę.l.1. & infra de ſen.excommu.ut famæ. Alij dicunt, ꝙ hæc cõmutatio locum habet tantum,ubi pœnę applicantur fiſco,quod eſt ſemper,niſi in caſibus exceptis. ſed ubi applicantur certis perſonis, nõ ſi commutatio eis inuitis,ſecundum Inn.Iſtud eſt certum, ꝙ qui cedit bonis, non eſt excommunicandus pro debito: quia ibi ceſſat contumacia,uel inobedientia,quæ eſt excommunicationis cauſa. & hoc vult hæc decre.ut dixi ſũ-
9 mando[*& ibi,inefficax*] ſicut † eſt actio de pec.licet nil ſit in peculio.ff.de pecu.l.quæſitu,Vin[*& ibi,ne egeat*]

hoc

hoc uerum,ubi facta eſt ceſſio: ubi uerò facta non eſſet,non habetur hæc conſideratio: imò inſolidum fit executio,& ſic ſolue ſecundum Hoſt decre.peruenit, de fideiuſ. Quid ſi habens hoc priuilegium, pactum facit, ꝙ condemnetur inſolidum? So.ſi competit ratione perſonæ priuilegiatæ, non ualet.ff.ſo.ma.le.alia cauſa.§.eleganter, & l.ſe.& no.infra de dona.inter uitum & uxorem.capitulo primo, in gloſſ.2.ſi uero ratione contractus,ut pro ſocio,tutelę,& ſi.tenet pactũ ff.pro ſocio.l.uerum.§.1.& ſe.ff.de re iudi.ſi conuenerit.& l.pręc.ſecundum Hoſt.qui de cęteris remittit ad ſummam.eo.tit.ſub rubrica de ceſſi.bonorum.communiter non habetur ibi rubrica, ſed eſt hæc materia ſub.§.fi. & de dona.inter ui.& uxo.ſub rubrica de dotibus promittendis.§.quis conſtituat. ad fi.[*& ibi, non ſatis*] ibi de hoc in glo.hic loquitur,& 14.q.6.cap.1.

ANNOTATIONES.

a ¶Pro rei qualitate. Ibi uide glo. & Bar.cui incumbat hæc probatio, & quomodo probetur, & plenius per Bar. in repet.l.ſi conſtante, in prin.in 2.q.ff ſo.ma.

b ¶Recognoſci. Quid ſi primò negat, & poſt confitetur,an habeat, hoc beneficium? uide Bald.in l.1.C.qui.bo.ce.poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ appellatione quæ contineantur.*

Prior tempore creditor quibus caſibus non præferatur.

Non negare præciſè,conſulitur,& negantis damnum quod.

2 *Pecuniam qui ſe recepiſſe dicit ſpe futuræ numerationis, & lapſo biennio conuenit ſuper ea, an aliquo iure ſe tueri poſſit, & concluditur poſſe, & quo.*

Pecuniæ non numeratæ probatio transfertur in excipientē poſt biennium, & quattuor remedia competunt contra nō numerantem, & quæ, uer.nec mireris, & quæ ſint perpetua.

Excipiens quod excipit habet regulariter probare, uer. nec mireris, fallit tamen, & quo caſu.

Deceptis fauet ius naturale, ibid.

Naturali iuri quæ non obſtent, ibid.

Negatiuæ probatione quem grauari eſt contra naturam exceptionum negatiuarum, uer.ab initio.

Dolus præponderat culpæ,nec fit horum compēſatio, uer.ſi igitur.

In dubio debet iudex ſequi ſimplicitatem, æquitatem & ueritatem, ibid.

Quod prohibitum eſt una uia, non debet alia concedi, in quibus ſit uerum, uer.nec quod una circa finem.

Iuramentum non poteſt offerri lapſo biennio, & quo caſu hic, ſed deferri poteſt ex officio iudicis.

3 *Lex, in contractibus, hic citata non aſtringit eccleſiam, neq; perſonas eccleſiaſticas.*

Eccleſiaſticæ perſonæ eodē cum eccleſia priuilegio gaudere debeat.

Leges, quas noluit approbare compilator iuris canonici, non prætermiſit, & quas leges eccleſia reſpuat, in fin. & nu.4.

4 *Inter canones, & leges imperiales, conſuetudines, conſtitutiones, uel ſtatuta aliorum quæ ſit in aſtringendo cunctos differentia.*

5 *Renunciatio exceptionis doli, & non numer. pecuniæ à prælato facta non obſtat niſi ſuæ perſonæ.*

Iuramentum quoque quòd pecuniam non numeratam prælatus ſoluet certo tempore non aſtringit, præterquam eius perſonam habet tacitam conditionem, & quam.

6 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum, nu.7.*

Indebitum quod, & quando poſſit repeti, & num.8.iuncta gloſſ.

8 *Additio gloſſarum, & nu.ſeq.*

9 *Inficiator debiti an poſtea euadat pœnam dupli, ſi confiteatur.*

Fideiuſſori mora, uel inficiatio rei noceat.

CAPVT VI.

IS,qui conqueritur. Se ſummat ponens dictum,& caſum exceptum ibi, Niſi.

1 cius [*Pecuniam*] uel † aliã ſpeciem. C.de cōdi.inde.ſi quis ſeruum.nam appellatione pecuniæ res etiam continentur.ff.de uerbo. ſig.l.pecuniæ, ſecundũ Pet.qui de multiplici ſignificatione huius uer. hic no.quod l.& no.1.quæſtio.3. totum [*Probare*] ſi.ſupra de fi.inſtru. ſi cautio [*Eius aduerſarius*] qui ſcilicet recuperat ſolutionem pecuniæ indebitæ, ſicut nunc dicit ſoluens [*Inficiari*] dicens ſcilicet, quòd ab actore nullam unquam accepit ſolutionem pecuniæ. & dicunt

2 Vincen. & Goffre. quòd iſto † caſu creditor prior tépore aliis non præfertur. C.qui po.in pig. ha.auct. irē ſi poſſeſſor. Alius, quando de pecunia ſecundi comparatum eſt prædiũ. C.qui po. in pig.ha.licet. tertius, quando ſecundus credidit in refectionem rei, eod.titu. interdum [*Exinde*] ſcilicet de ſacta ſibi ſolutione, quam negabat [*Tunc enim*] ſcilicet probata ſolutione per actorem diffitenti ſolutionem factam, ſed poſtea conuicto.conſilium, quod dicit hic Vinc.reo, quòd præciſe non neget, uide in ſpec.de excep.§.uiſo, uer.

3 ſed quid ſi debitor [*Probandi*] de † laico,qui ſpe futuræ numerationis confitetur ſe recepiſſe pecuniam, quã

a ad certum terminum iurat reddere,[a] & lapſo biennio conuenit ſuper illa, quærit Hoſti. an aliquo iure poſſit ſe tueri? uide, quod breuiter ſcripſi poſt Di.de reg. iuris,locupletari,ſuper.1.glo.libro ſexto, & ſuper hac quæſtione legiſtarum, de qua no.C.de non nu.pecu. ſi ex cautione, & le.generaliter, Hoſtiē.ſcripſit hic dimidiam in pęnam dicens, quòd eſt diſſenſio inter doctores. nam quidam dicunt illud certum lapſo biennio non dari exceptionem non numeratæ. C.de non numera. pecu.l.in contractibus, per conſequens nec de dolo, nec in factum, nec alio modo excipi poterit illa de cauſa. aliàs lex illa deriſoria eſſet, & concedet una uia &c.contra id, ſupra de procu.ratæ. hinc eſt, ꝙ inſtrumentum ex hoc confectum non poteſt condici etiam niſi intra biennium. C. de condictione ex lege.l.fina. Item in cōfeſſione & lapſu biennij præſumptio iuris & de iure ꝙ pecunia fuerit numerata. unde non recipit probationem contrariam, ut in præalle.l. in contractibus.§.illo uidelicet,& præce.ad quod no. de ſpon. uel lapſu biennii ui illius legis in cōtractibus habetur pro numeratione,ita, quòd actio, quæ prius ciuilis erat, poſtea eſt etiam naturalis, ſicut interdum ſtipulatio, licet per ſe ſit ciuilis iuris auctoritate, quandoque habet uim naturalis, de hoc inſti.de ob.§.1. & de literarum ob.§.1. Item ſi poſt biennium nulla querela numeratæ pecunię admittitur,vt in pręalle.ergo nec exceptio: quia qui excipit, querelatur: ſed & imputet ſibi, quãdo perpetuauit exceptionem ſuam, ad hoc de reſcrip.ſi autem. de facili enim potuit hoc,ſcilicet conteſtationem intra biennium faciēdo, quod ſi non fecit, ſoluere cogitur, ut præ.l.& eod.titu.ſi intra. & in hac opi. quæ rigori ciuili conuenire uidetur, fuerunt Azo.Bul.& ſe.multi alij.vt Hugolinus, & Accur. quos quaſi omnes moderni ſequuntur, & ſcripſerunt ex æquitate dandam exceptionem doli, ubi ſtipulatio nō intercesſit,uel in factum,ubi intercesſit, ubi tranſfertur tamen onus probandi poſt bienniũ in debitorem.ſ.ꝙ non fuerit numeratum,& ſic intelligitur.l.ſi ex caut. & l.cum ultra, & de fi.inſtru.ſi cautio quàmuis enim creditor ab initio nil dolo fecerit, nūc tamen dolo facit, petens, quod non numerauit.ff.de doli excep.le.ſecunda.§.circa primam, & ſe.uſque ad §.final.& l.Iulianus, & le.dolo facit.cui non ob.iuramentum propter ſubintellactam conditionem, ſi pecunia numeretur. C.de non numera.pecu.leg.finali, ſupra de iureiur.quemadmodum.nec valet,ſi dicis id uerum, infra biennium tantum: quia ſi tempus non eſt modus obligationis tollendę.ff.de acti.& obli.obligationum ferè.§.placet, multo minus inducendæ, cum primũ ſit facilius ſecundo.ff.de ſuperfi.l.1. quod ait.

ait. multo minus ergo obſtabit renunciatio à princi-
pio facta: quia & ſi ſuper dolo præterito paciſci poſ-
ſit, ſuper futuro tamen nulla eſt pactio admittenda,
ff. de pac. ſi unus. §. illud nulla, ff. de pac. do. l. conue-
nire, nec mireris, ſi hoc caſu excipiens habet proba-
re, cum id ſit regulare, & maxime in proponente do-
lum. ff. de probatio. in exceptionibus, & l. quoties.
§. qui dolo. fallit in exceptione non num. pec. quàm-
diu competit, ff. de probatio. l. 1. ex quo autem non
competit, ſed excipitur de dolo, reſtat, ut redeamus
ad regulam, & hoc uidetur uelle l. in contractibus,
& l. aſſeueratio, eod. titu. Ab initio ergo quatuor re-
media competunt, primum exceptio non numeratæ
pecuniç, quæ data eſt de nouo, & gratioſè ab impe-
ratore cum temporis limitatione, ut ſcilicet perda-
b tur lapſu biennij, [b] ſecundum exceptio doli. tertium
exceptio in factum, & hoc nullo iure ſunt limitatæ,
nec aliquo iure ſublatæ, & quod non mutatur, &c.
C. de teſta. ſcimus, nec ab imperatore inductæ, ſed
competunt iure naturali. petens enim, quod non nu
merauit, facit contra præceptum Exo. Non ſurtum
facies, quod includit, omnem illicitam uſurpatio-
nem alieni. 14. quçſtio. 5. pœnale, ad hoc. ff. de offi.
præſi. illicitas. 1. reſponſo, & 1. §. hæc autem opi. fa-
uorabilis: quia ſubuenit deceptis, de rerum permut.
cum uniuerſorum, & concor. iuri naturali. ff. de re-
gu. iur. iure naturç, ff. de condic. inde. nam hoc na-
tura, & eod. tit. locupletari, lib. 6. contra quod non
ualet conſtitutio, conſuetudo, uel iuramentum, ut
patet ex no. de conſue. c. fin. de præſcrip. c. fin. quar-
tum remedium eſt condictio ſine cauſa, C. de non
nume. pecu. ſi quaſi, quæ quia perſonalis, inſtit. de
actio. §. appellamus, ergo duratura ad 30. annos, C.
de conſtitut. pecun. l. 2. multo magis exceptio doli
ex eodem facto proueniens debet eſſe perpetua, C.
de excep. ſi pactum. nam quæ annalia &c. ff. de do-
li exceptio. l. pure. §. fin. & tale indebitum iure natu-
rali, licet debitum ciuili, per errorem ſolutum repe-
titur, de hoc in glo. ſi ergo condici poteſt inſtrumen
tum, uel indebitum repeti, multo fortius audiendus
eſt debitor per viam retentionis, quàm actionis, de re
gu. iur. qui ad agendum, cum concor. ff. de condi. in
de. ſi in area, in fin. & l. ex quibus, nec ob. quod dici-
tur, except. doli, ex quo ſuccedit exceptioni non nu-
meratç pecuniç debere eodem tempore coarctari. ff.
ſi quis cau. ſi eum. §. qui iniuriarum, & ad id, de uo-
to, magnæ, §. cum igitur. nam releuandus fuit cre-
ditor in limitatione temporis: quia quàmdiu ipſa ex-
ceptio competit, oneratur in numeratione proban-
da: ſed in doli exceptione grauatur excipiens in pro-
batione negatiuæ: quod eſt contra naturam exce-
ptionum negatiuarum. ff. de probat. l. 2. quod eſt ma
gnum grauamen, cum de facili non niſi per confeſ-
ſionem creditoris poſſit probari, de confeſ. c. 1. lib. 6.
debuit ergo releuari, ut non coarctaretur biēnio, iux
ta regulam, qui in uno grauatur, in alio &c. ff. de iu-
reiur. eum qui. 1. reſponſo. de hoc de parochijs, c. 1.
& hoc vult. l. aſſeueratio, C. de non nume. pecu. uel
melius, negatur, quòd exceptio doli, uel in factum
ſuccedat exceptioni non numeratç. cum à principio
ſimul concurrant, & quia exceptio non numeratæ
poſterior tempore, & facit, quod dixi, ſupra uerſi. ab
initio. nec obſt. ſi dicatur, quòd non eſt hic ſolum
tempus, quod tollit actio. & excep. immo ſunt hæc,
tempus, inſtrumentum, confeſſio numerationis, &
promiſſio ſolutionis: quaſi hæc omnia ſimul iuncta
cum habeant uinculum naturalis, & ciuilis obliga-
tionis, ergo ope replicationis tollunt condictionem
ſine cauſa, & exceptionem ex illa prouenientem, ſed
non obſt. hoc: quia æquitas eſt præferenda rigori,
C. de iudi. l. placuit, de tranſac. c. fin. hoc non pati-
tur, cum creditor, qui non numerauit, certet de lu-
cro captando, debitor de damno uitando, & non eſt
par &c. C. de codicil. l. fin. Item certum eſt mutuum,
de quo nunc agimus, re contrahi. Si igitur nil eſt nu-
meratum, ergo nec eſt mutuum, ut inſtit. qui. mo.
re contrahitur ob. in princip. ff. ſi cert. petat. l. 2. ex
quo patet creditorem in dolo, qui petit, quod ſcit ſe
non numeraſſe: debitorem uerò, qui biennio tacuit,
in negligentia, dolus autem præponderat culpæ. for-
tius, & negligentiæ. de ele. nihil. de cri. falſi. ad falſario-
rum: nec fit horum compenſatio. ff. ad l. Aquil. ſi ob-
ſtetrix. §. fin. ff. de uerbo. ob. ſi ſeruum. §. ſequitur. nec
ex dolo fieri debet melior conditio doloſi. ff. de fur.
itaque fullo, de dona. inter uirum & vxo. & ſi neceſſe.
inmo creditor, qui ſcit non numeraſſe, propter malā
fidem, quam habet, non præſcribit nedum biennio,
ſed nec tempore longiſſimo. de præſcr. c. fi. hanc opi.
& interpretationem in dubio tenere debet iudex, ar.
ff. de regu. iur. non debet. §. in re obſcura, & l. in ambi-
guis. §. fi. & l. ſi nihil, cum multis ibi ſi. & maxime ec-
cleſiaſticus, qui zelator ſalutis animarum ipſarum pe
riculis debet occurrere, & exploſo rigore uti debet
ſimplicitate, æquitate, & ueritate, vt patet de iudi. dile
cti, de iura. ca. literas, de do. c. 1. cum multis ſi. & hoc
uidetur placere Inn. ſ. de inmu. ecc. quia pleriq;, ut ibi
dixi in gl. no. ſecundum Inno. uer. quid ſi quis obliga-
tus eſt ciuiliter. poſſumus tamen fateri, ꝙ ſecundum,
l. lapſo biennio ſit præſumptio iuris, ꝙ pecunia fuerit
numerata, ſed non de iure. vnde recipiat probationē
in cōtrarium per exceptionem doli. Item fateamur,
ꝙ lapſo biennio actio, quç ciuilis erat præſumptione,
habeat uim naturalis, niſi probetur contrariū: ex qua
præſumptione incumbit replicatio biennij lapſi con-
tra ipſam exceptionem non numeratæ. Aliæ tamē de
fenſiones per id non extinguuntur. Nec ob. quod pri
mò dicebatur, ꝙ data doli exceptione, lex, in cōtracti
bus, erit deriſoria: quia id eſt falſum, cū ex uirtute la-
pſus biēnij transferatur probatio in debitorē, ut eſt di
ctū, nec quod una uia prohibitū &c. q̄a licet in actio-
nibus, & actibus à iure dānatis illud ſit uerū, in ſimpli
cibus exceptionibus nō eſt uerū, ff. de except. nemo,
& de doli excep. l. pure §. fi. & facit regula Arriani, de
proba. ex literis. nec ob. ꝙ non poſſit offerri iuramen
tum lapſo biennio, vt l. in cōtractibus. § illo videlicet:
quia à tempore illius legis delatio iuramenti vim pro
bationis non obtinet, C. de rebus cred. generaliter. §.
ſin autem, ſm Accur. uel licet non poſſit deferri à par
te, uel ea inſtante, pōt tamē deferri ex iudicis officio,
ut patet ex notatis, ſ. de teſti. cum clamor, uel nō pōt
offerri, vbi tantū opponitur exceptio nō numeratæ:
ſed ſi opponitur exceptio doli, quā illa lex non repro
bat, nec de illa loquitur, nec eſſet iuſta lex, quç diceret
non poſſe excipi de futuro dolo, uel nō poſſe uerita-
tē elici, cum per eā nutriretur peccatū: nec mirū ſi ſta
tuit imperator tēpus excep. nō nume. & nō doli. cum
prima ciuilis, ſecunda naturalis fundata ſup illo iure,
quod tibi uis fieri &c. 1. diſ. in prin. & ciuilia q̄dē iura,
&c. inſtit. de iure naturali. §. ſed naturalia. 5. diſtin. in
prin. & inqſitio veritatis de iure naturali eſt, quā nec
dēt cōſtitutio impedire, licet ergo non fiat uolūtaria
oblatio partis, fieri tamē poterit neceſſaria delatio iu-
3 dicis. ¶ Sed quçrit † ipſe Ho. nūquid lex, in cōtractib9,
aſtringat eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas? De ec-
cleſijs primò reſpōdet, ꝙ non, cum ex mutuo, quod
etiam conſtat cōtractum à prælato, nomine eccleſiæ
numeratione ſecuta, non obligatur eccleſia, niſi in ip
ſius utilitatem uerſum fuerit, de hoc, ſupra tit. 1. quod
quibuſdam. conſtat ergo, ꝙ minus obligatur ex con-
feſſione, aliàs ſecurius eſſet creditoribus habere con-

feſsionem prælati cum lapſu biennii, quàm in ueritate numerare ſine curſu biennij. & hoc non eſt ſentiendum, tum quia daretur uia figmentis. de diuor. quanto, ad fi. cum concor. tum quia biennalis præſcriptio temporalis ſic non curret contra eccleſiam, ſed ipſo iure illæſa ſeruabitur, C. in quibus ca. non eſt ne. l. fi. de hoc, ſupra de reſti. in inte. auditis, & idem uidetur dicēdum de eccleſiaſticis perſonis, quæ debent eodem priuilegio cum eccleſijs gaudere, de offi. archidi. c. fi. nec ſecundum leges, ſed ſecundum canones iudicandi ſunt clerici, ad hoc lo. 18. F. ibi, ſecundum legem ueſtram iudicate illum. ad id, ſupra de iudi. clerici. de fo. compe. quod clericis. Ad hoc faciat, quod compilator de hac excluſione excep. nil appoſuit in hoc libro, cum tamen de alijs legalibus materijs poſuerit, quas uoluit approbare, & facit, quod dicam, ne cleri. uel mo. c. fin. §. quia uerò, per quod patet, papam noluiſſe perſonas eccleſiaſticas hac temporis anguſtia coarctare, ad hoc de deci. ad audientiam, cum concor. nam & in hac decr. noluit indebiti repetitionem approbare: & hoc non eſt pro, ſed contra creditores, & fœneratores. qui cum multas committant fraudes, contra ipſos fieri debet interpretatio, ut patet ex not. de empt. & vendi. ad noſtram, de pigno. illo uos. ſicut ergo reſpuit eccleſia iura ciuilia permittentia uſuras, niſi quando ſuccedunt loco intereſſe, de hoc ſupra, tit. 1. c. 2. ſic & alia omnia, quæ eccleſijs, uel clericis ſunt damnoſa, fauorabilibus uero uti poſſunt, hæc
4 † enim eſt differentia inter canones, & leges imperiales, conſuetudines, conſtitutiones, uel ſtatuta aliorum: quia canones ſiue faueant vtilitati temporali eccleſiarum, & clericorum, ſiue non, omnes aſtringunt, de conſti. c. 1. & vlti. Leges principum eccleſijs, uel clericis damnoſæ reprobantur: fauorabiles admittuntur, ſuper quo duæ dantur regulæ. Prima, lex imperialis fauens eccleſiis ſemper eſt recipienda niſi per ſedem apoſtolicam reprobetur. Secunda, lex imperialis eccleſiæ contraria, uel ipſam impugnans nūquàm eſt admittenda, niſi per ſedem apoſtolicam approbetur. Colliguntur hæc ex lectis, & not. 10. diſt. c. 1. & 2. & per totum. 37. diſt. ſi quid, & c. ſequen. de priuile. c. 2. de no. ope. no. nun. c. 1. nam videtur iniquum iure ædificatum poſt denunciationem noui operis debere demoliri, tamen expedit eccleſiæ, quæ plures à laicis uiolentias patitur, quàm inferat, hoc ius approbari, ar. 2. q. 7. laici, de re. ecc. non alie. c. fin. Prædictæ etiam regulæ circa conſue. locum habent, ut patet in eo. quod le. & no. de conſue. c. 1. Statuta uerò, uel leges aliorum laicorum, quàm imperatorum, etiam ſi faueant eccleſiæ, uel perſonis eccleſiaſticis, ipſas non aſtringunt, niſi fuerint approbata per papam. 96. diſt. bene quidem. de conſti. quæ in eccleſiarum, & c. ec-
5 cleſia. ¶ Quid † ſi prælatus renunciauit exceptioni doli. non num pec. & pecuniam, quam ſe recepiſſe confitebatur, ad certum terminum ſoluere iurauit? & certè iuramentum habet tacitam conditionem, ut dixi, ſupra, ea gl. poſt prin. uer. cui non ob. ſed & prælatus licet quò ad perſonam renunciare potuerit, de regu.
d ad apoſtolicam, & perſonam ſuam per iuramentum aſtringere: nullum tamen præiudicium ex eo potuit eccleſiæ generare, ſupra. de arbi. per tuas, de ſo. comp. ſi diligenti, unde ſibi conſulit, ſi dicat expreſsè, quia nec perſonam ſuam, nec res, ſed eccleſiam tantum, cuius nomine cōtrahit, obligare intendit. ut patet ex eo. quod le. & no. de elec. uenerabilem. §. fin. de rebus ecc. non alie. ad audientiam, & adde quod not. de po. c. 1. ſecundum Hoſtien. uide quod de pronunciatione Clementis contra Treuerenſem electū no. in Spe.
6 de reſti. in inte. §. 2. uer. hoc quoq; , in fi. ¶ Prima † gl. diſtinguit quadruplex indebitum iure ciuili tantum, naturali tantum, utrobique, & per exceptionem: & tunc aut temporalis. aut perpetua: aut dubitatur: & ſi perpetua, aut fauorabilis, aut odioſa, aut inducta ad rigorem iuris ſeruandum. in ſoluente diſtinguit igno-
7 rantiam iuris, & facti, & ſcientiam. ¶ *In* † *gl.* 1. *ibi, cum quis*] ſimpliciter dicit, quòd ſoluens indebitum ignorans ius. non competit. ſi factum repetit [*& ibi, error*] tria dicit, quod præcedit. & quod ſequitur, & quòd ſi ſciens ſoluit, nō repetit [*& ibi, cum de indebito, prin. reſponſo*] non dicit expreſsè ad quod inducitur, dicit tamen ſoluentem indebitum debere probare, quòd per dolum. vel aliquam iuſtam ignorantiæ cauſam ſoluerit [*& ibi, indebitam*] ſi indebitam pecuniam errore promiſi, & fideiuſſor ad id per me datus meo nomine ſoluit, fideiuſſor à me, & ego à ſtipulatore repeto [*& ibi, quòd ſi maritus*] qui conſtituit, quod de iure ciuili debebat prætorio non debebat, non tenetur [*& ibi, is quoque*] ſequitur, qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem ſoluit, re obligatur [*& ibi l.* 1.] pecunia indebita per errorem, non ex cauſa iudicati ſoluta repetitur [*& ibi, cuius per errorem*] ſequitur. repetitio dati eſt, eius conſulto dati donatio eſt [*& ibi, nam & ſi maritus*] ſequitur, cum facere nil poſſet, ſoluit, in ea cauſa eſt, ut non repetat [*& ibi, nam ſi cum moriar*] ſequitur, dare promiſero, quod ante ſolui, repetere non poſſum [*& ibi, quamuis*] ſi mulier ignorans ſibi Velleianum competere, ſoluit, repetit, & idem. l. ſe. [*& ibi, ſi is, qui*] ſupra, uide de conſtitu. cum acceſſiſſent. ſuper glo. penult. [*& ibi, index*] ſequitur, ſi male abſoluit, & abſolutus ſua ſponte ſoluit, repetere non poteſt [*& ibi. incertum*] ut ſi promiſiſti nō petere, donec Titius conſul factus fuerit [*& ibi. §. naturalis*] ſequitur, obligatio pecuniæ numeratione tollitur, iuſto pacto, vel iureiurando ipſo iure tollitur: quia uinculum æquitatis, quo ſolo ſuſtinebatur, conuentionis æquitate diſſoluitur. ¶ *In gl. ult. ibi, contra qui propriam*] qui negat pecuniam numeratam. conuictus de mendacio, non poterit dicere ſe ſoluiſſe [*& ibi. §. illud quoque*] 2. negans rem fuiſſe debitoris conuictus de mendacio poſſeſſionem perdit: nec aliter aliquo illius iure uti poterit [*& ibi, ſine*] vide
8 ut eccle. benefi. ut noſtrum. ſuper quinta glo. ¶ *In* † *gl.* 1. *ibi, cum quis*] & ibi hæc glo. [*& ibi, in legibus*] niſi à minore, muliere, uel perſona priuilegiata ſoluatur, ff. de condi. inde. l. interdum, ff. de probatio. cum de indebito [*& ibi, ſoluit*] quocunque errore, Io. Accur. & Hoſtien. [*& ibi, repeti*] Fallit in caſibus not. in l. cum quis, & plenius in ſumma, cod. tit. ſub rubrica de ceſſi. bo. ſub. §. ſi quis autem dicat [*ibi, utroque iure*] vt quia debita per patrem ſoluta iterum ſolui, & eſt iſte modus probandi, errorem. j. de reg. iur. qui in alterius. Idem, ſi auctoritate falſi inſtrumenti, quod putabam uerum, ſolui. ff. de excep. qui agnitis, uel ſi erraui in nomine, C. de teſtam. ſi in nomine, ſupra de reſcrip.
e ſignificante. * Hoſt. [*Non repetit*] fallit in uſuris, quod die, vt no. de iureiu. debitores [*& ibi, temporalis*] vt quia debebam poſt paſcha, & prius ſolui [*& ibi, nam ſi cum moriar*] quid dicat, uide in ſuf. lex ibi præcedēs in fi. ſic dicit, quòd ſub incerta die debetur, die exiſtēte non repetitur, lex verò ſequens ſic iacet, quòd ſi ea conditione debetur, quæ omnino extitura eſt, ſolutū repeti non poteſt, licet ſub alia conditione, quæ an impleatur, incertum eſt, ſi ante ſoluatur, repeti poſsit. per hoc uides, quod gl. tractans de exceptione perpetua & temporali intendit etiam de debito in diem, uel ſub conditione, quòd ante, quàm cedant, eſt indebitum, & uides, quòd in die diſtinguitur, an ſit certa, vel incerta. Secundo caſu an certum ſit, diem incertam exituram, an ſit incertum. Tertio caſu, utrum ſolutum repetitur, ſed poſtquàm dies uenit, non repetitur. primo, & ſecundo caſu repeti non poteſt, etiam ſi dies, uel conditio non-

dum

dum uenit. Diſtingũt tamen legiſtæ inter contractus, & legata, quod uide not. in l. qui ſub conditione, ff. de
f condi. inde. ¶[& ibi, fauorabilis] ut Velleiani [& ibi, uel facti] ſecundum Accur. & Hoſt. hoc caſu reperitur ſolutum per probabilem errorem facti, ff. ad Maced. l. fin. [& ibi, rigorem] ut exceptio rei iudicatę [& ibi, hic ſciens] hic aliquantulum apertius loquitur Io. in pręall. §. notandum [& ibi, tollere non poteſt] quid de illo, qui tutus erat præſcriptione. 30. annorum, uide in Spec. de præſcrip in prin. & ꝙ repetat, no. ff. rem ra. ha. l. ult. in fi. gl. [& ibi, an perpetua] ut ſi promiſi non petere, donec Titius conſul factus fuerit. ¶ In gl. pe. ibi, probationibus] ſecus enim, ſi probet hoc per iuſiurãdum ſibi delatum, ff. de iureiur. cum qui, V in & ibi Accur. ¶ In gl. ult. ibi,
9 in duplum] an poſtea † confitendo euadat pęnam, uide in Spec. de confeſ. §. nunc uidendum, ad fi. uerſi quid ſi egi. quærebat hic Vin. de fideiuſſore dato in tali, uel ſimili caſu. nunquid teneatur ad tale incrementum? & dicebat ꝙ non per. l. vlt. ff. de fideiu. dicebat quoſdã dicere cõtrarium: quia etiam mora rei nocet fideiuſſori. ff. de uerb ob. l. mora. ſed id uerum, quando non defendit reum: alias ſecus, C. de fideiuſ. ſancimus. Primum dictum tenet Accur. ff. qui ſatiſda. co. l. 3. ſecundum Guil. in ſpec. de fideiuſ. §. 1. uer. ſed pone, Egi. [& ibi, inficiatio] qui negat pecuniam numeratam, conuictus de mendatio, non poterit dicere ſe ſoluiſſe, & de his caſibus uide de reg. iur. nullus pluribus, lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶Reddere. An tunc poſſit conueniri ex cautione ſola, uel quomodo, uide per d. Bar. de Sali. ſub tit. in l. ſi ex cautione, C. de non nume. pecu. in l. contraria.
b ¶Lapſu bienij. Accur. contra, & plerique ut no. in l. ſi ex cautione, & de exceptione in factum, quomodo intelligatur, uide per glo. & d. Bar. de Sali. in l. cum ultra, C. de non nume. pecu. & not. etiam in l. ſub ſpecie, C. de poſtulao.
c ¶In probatione. Et quomodo poſſit hoc probari, uide per d. Bar. de Sali. in l. ſi ex cautione, in uer. ſed tunc poteſt dubitari, & uide no. per ipſum in l. aſſeueratio, eo. ti.
d ¶Perſonam. Vide Io. And. de iudi. c. cum ueniſſent, in gl. hoc conſilium, & ſuper gl. obijciebatur.
e ¶Significante. Videamus, in quibus iſto caſu ceſſat repetitio, in l. alle. in fi. ff. de cond. inde. per gl. & ibi. Bar.
f ¶De cond. inde. Et in l. nam ſi eum moriar, & de legato. uide in l. ſi cum hæres, ff. quando di. le. ce.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
De donationibus ubi locorum iuris canonici præterquàm hic, agatur.
2 *Donatio quid, & unde dicatur.*
Obligatio ciuilis inefficax.
Liberalis in neceſſitatibus nemo.
3 *Titulum hunc quare multitudinis numero, & cur non ſpecialem poſuit.*
Donationis ſpecies plures, & quot.

De donationibus. Rub.

1 ¶Viſo † de alienationibus, quę fiunt non gratuito titulo, de his quę fiunt gratuito, uideamus, & ideo &c. Goff. De materia, 86. diſt. donare, & de duobus. c. ſe. & c. non ſatis. 12. q. 2. & c. eccleſiaſticis, ſi epiſcopus, & c. bonæ, & c. religioſam. 16. q. 3. placuit, & q. 6. illud. 1a. q. 4. ſunt qui opes. Congruunt rubricæ de conſuc. c. 2. de fide inſtru. inter, uerſi. cęterum, de re iudi. cum inter, uer. quàmuis, de pecu. cleri. ſi quis, in fi. de iure patro. illud, & c. præterea. 2 de condi. appo. uerum. Item lib. 6. de offi. uica. c. fi. de re iudi. abbate, de iure pa. c. uno, & cle. de iureiuran. Romani. §. porrò, uerſ. caſque, de
2 re. ec. nõ alie. c. 2. de ſepul. c. 2. §. huiuſmodi. Circa † rubricam uidendum eſt. quid ſit donatio, & vnde dicatur. Eſt autem donatio quædam mera liberalitas. quæ nullo iure cogente conceditur, uel ſecundum Hoſti. eſt rei licitæ nullo iure cogente mera liberalitate collatio, ff. eo. l. donari, & ff. de reg. iur. l. donari, rei licitæ, forte dixit per legem, ff. de contrahen. emp. ꝙ ſæpe. §. veneni, & ſicut non procedit emptio, ſic nec donatio in ueneno, quod etiam mixtum uſui ſocietatis humanæ eſſe nõ poteſt, nullo iure cogente, ideò dixit, quia ſola ciuilis obligatio præcedens nõ impedit donationem: quia illa non eſt efficax ad agẽdum, retinendũ, uel conſtituendum, & ſic non cogit in naturali: ſecus cum prouenit ex ui pacti: ſecus, ſi ex vi beneficij recepti, quod dic ut no. in pręalle. regula, donari, & probatur, ff. eo. hoc iure. §. fi. & ad id. ff. de conſt. pec. l. 1. §. debitum. & l. 3. §. 1. vbi ergo ius cogit, ceſſat liberalitas: quia in neceſſitatibus, & c ff. de adimen. le. l. rem legatam, quod intellige, ut no. ſup. de præben. relatum. Dicitur autem quaſi dono datio, vel doni datio, ff. de donat. cauſa mor. ſenatus. §. 1. uel dicitur quaſi denuda-
3 tio. Quæritur † quare poſuit auctor pluralẽ? dic quòd propter diuerſas ſpecies donationum, de quibus inſt. eo. ti. per totum. Eſt enim donatio inter viuos, & cauſa mortis: & inter uiuos alia ſimplex & pura, alia modalis, alia cõditionalis, uel in diem: ſed quare non poſuit ſpecialem rubricam de reuo. don. ſub qua intitularetur decre. ulti. ſicut fecit Iuſtinianus in. C. Sol. hoc de arbitrariis, hinc eſt, quòd compilator codicis diuiſit hunc tractatum in quatuor rubricas, prima generalis, ſecunda de dona. quæ ſub modo, tertia de reuo. dona. quarta de dona. cauſa mortis. Compilator ff. orum in duas tantum, ſcilicet de dona. & de dona. cauſa mor. Compilator Inſtitutionum ſicut, & nos, poſuit unam tantum, in qua de omnibus his tractat. potuit etiam eſſe ratio: quia quædam capitula, quę reſpiciebant tractatum de donat. & ipſarum reuocationibus mixtim. ut j. c. 2. & 3. & c. cum dilecti. & c. pe. In alio tamen concordat compilator noſter compilatori Codicis, & ff. orũ: quia in hoc generali tractatu non includit ſpecialẽ tractatũ de dona. quæ fiunt inter cõiuges, quæ ponit, j. in tractatu matrimoniorũ in fine.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis in quibus donationibus intelligatur.*
Donare de bonis eccleſiis quando liceat.
Nobilitas quę dicatur.
Donationem ſuam non debet quis improperare, niſi in caſibus.
Donatio non dicitur in neceſſitatibus.
In ea liberalitate diſcretio habenda, & quæ, & nu. 2.
2 *Additio gloſſarum.*
Eleemoſinæ quem pænitet, eius pænitentiæ debet agere pænitentiam.

CAPVT I.

PRudentes. Breue eſt, & dicit Hoſt. decr. intelli-
1 gi † poſſe in facientibus eleemoſynã, maximè de bonis eccleſiæ ſuperabũdantibus in dona. quam facit imperator eccleſijs, vbi ſola immenſitas eſt menſura in auct. col. 1 de non ali. §. ſi minus, & quo ad donationẽ factã non improperãdã [Nobilitas] nõ ſolũ generis. ſed & animi. & morũ [Debere] ac ſi dicas ſecundum Hoſt. ꝙ nobis donationem factam improperare non debet. Seneca, Memor eſto recepti beneficij, dati nunquam. Ex cauſa tamẽ ingra

titudinis, reuocari poteſt, quod dic, ut infra. c. fi. [*Sponte*] aliàs non eſt donatio: quia nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtit. ff. de adi. lega. l. rem legatam. Clericus igitur ſuperflua, uel etiam neceſſaria dãs pauperibus, in hoc dicitur liberalis. nam & ea ſunt, &c. 28. q. 1. iam nũc. Habenda eſt tamen in hac liberalitate diſcretio, quod dic ut. 86. diſt. non ſatis, & ſic non intelligas prodigum hic dici nobilem, de quo ſupra, de conſue. c. pe. ſecundum Hoſt. [*Tribuit*] ideſt tribuere promittit, Abb. uel dic ut ſequitur [*Beneficijs*] multiplicando munera, ſicut dominus quotidie multiplicat, & ſeruat beneficia. 86. diſt. non ſatis. 41. diſt. parſimoniam. 82. diſt.
3 c. 1. ¶ [*In † gl. 1. ibi, cum Martha*] & hic repetit Hoſti. quod dixi ſecundum eum ibi, ſuper gl. ut. 16. ¶ [*In gl. 2. ibi, perdit*] & quem pœnitet eleemoſynæ, illius pœnitentiæ agat pœnitentiam. 16. q. 4. ſunt qui opes [*& in fi.*] antiqui hic, & de ſimo. & ſi quæſtiones, dabant uerſ. in poſcente nouẽ, ſex in donante notanda. Cauſa, fides, modus, locus, & penuria, tempus, Aetas, debilitas, cũ conditione petentis, Mens hilaris, feſtina manus, adſitq; facultas, Dulcior affatus, diſcretio dãtis, & ordo.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio non ualet, quam facit inconſulto capitulo prælatus, & quibus caſibus, nu. 2. & 6. in fin.*
Prælatus non eſt dominus eccleſiaſticorum bonorum, & quorum aliorum ſit, & deteriorem eccleſiæ conditionem facere non poteſt, & in quibus, nu. 5. §. 2.
Non debet ſuperbire, ſed ſe ut collegam in camera debet cognoſcere.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 4.*
Tutores loco dominorum quando ſint.
Summarum, ſiue quantitatum plurium quando fiat coaceruatio, & num. 6.
Reuocatio donationis unius rei fiat, an tantum illiciti exceſſus, & nume. 6.
5 *Additio gloſſarum, & nu. ſequen.*
Prælatus quandiu quis dicendus.
6 *Prælati contractus quando teneat, & quando ipſo iure non tenet, in fin.*

C A P V T II.

1 FRaternitatem. Caſus Non † ualet donatio, quã facit prælatus inconſulto capitulo, & in dãnum eccleſię, & ſunt tres partes, exordiũ: narratio, & concluſio. ſecunda ibi, accepimus. tertia ibi, vnde quoniam [*Eccleſiaſticorum*] acquiſitorũ enim ex proſpera fortuna, uel intuitu perſonę dominus eſt infra, ti. 2. quia nos, cum concor. [*Non dominus*] non enim ſuperbiat cornutus, & licet alijs ſuperior ſedeat in eccleſia, in camera tamen ſe collegam cognoſcere debet. 95. di. epiſcopus in eccleſia [*Deteriorem*] inde eſt, ꝙ non poteſt gratis remittere exceptionẽ eccleſiæ cõ
a petẽtem, vt dixi, ſupra de depo. [a] c. 1. in gl. ſi dicas, poſt
2 princ. [*In rebus*] mobilibus, uel Immobilibus precioſis, de hoc in c. 1. unde, ut dicebat Pe. faciẽti opus, uel honeſtũ ſeruiciũ donare poteſt, puta medico, vel aduocato. 12. q. 2. quicunque ſuffragio. nec reuocat ſue
3 ceſſor. 16 q. 6. illud. ¶ Glo. 3. † reſpondet per ob. ¶ Gl. 4. quærit ar. pro, & ſol. & alle. contra. ¶ Vlt. gl. reſpon-
4 det per ob. ¶ [*In † gl. 2. ibi. §. ſi tutore*] res pupilli ſurrepta, & uendita per tutorem non uſucapitur, niſi prius redeat ad pupillum, tutores enim loco dominorũ habentur cum adminiſtrant, non cum ſpoliant [*& ibi, ignorantis*] uide ut lit. non conte. c. 1. in vlt. gl. ¶ [*In gl. 3, ibi, procurator tutorum*] uide de reſcrip. ex parte decani, ſuper gl. & ita. ¶ [*In 4. gl. ibi, ſi quis plures*] ſi libertus plures res alienando ſe fecit minorem centenario, ideſt ualore, 100. aureorũ, licet vna re ſola reuocata maior erit: tamen omnes reuocantur, ſi ſimul factæ ſunt [*& ibi, ſi autem*] aliàs ſi nantẽ donatio vltra legitimũ modũ facta ſine inſinuatione reuocatur ſolum in eo, quod eſt plus [*& ibi. ſi idem*] uide de or. co. tuam, ſuper vlt. gl. [*& ibi. ſi quis cum una*] ſi una actione, quæ plures ſpecies ſub ſe habet, pluribus ſummis ſim dãnatus, quarũ ſingulæ notionem principis non faciunt, coniunctæ faciũt, appellatur ad principem [*& ibi, ſi plures*] ſequitur, ſunt, qui eandem actionem habent, unius loco habẽ-
5 tur. ¶ [*In † gl. 1. ibi. c. ult.*] ubi de hoc, & 23. q. 7. ꝙ autem. ¶ [*In gl. 2. ibi, qui fundum*] & ſicut ibi dicitur de tutore, dicemus tandiu prælatũ, quãdiu bene adminiſtrat, non verò cum eccleſiam ſpoliat, Hoſt. ¶ [*In gl. 3. ibi, in faciendo*] gl. non competit ſecundum Goff. & Hoſt. cum litera dicat, non debet [*& in fi.*] & infra, de offi, vica. c. ulti. lib. 6. & adde, quod no. 5. q. 3. c. ulti. in fi. 1. gl. poſt hanc gl. quæ fuit Ala. & debet eſſe ſignum de contextu gl. dixit Lau. ꝙ intelligebat hanc regulam, cum certatur de dãno uitando: ſecus ſi de lucro captãdo, alle. C. de acqui. poſ. l. fi. & hoc etiam poſuit Vin. & facit ad hoc de ſepul. c. 1. lib. 6. & quod ibi dicam ſuper ult. gl. dicit Gui. Tan. dixiſſe, ꝙ delictum, quod non committitur contemplatione eccleſiæ, ut furtum, adulterium, & ſimilia, non nocet eccleſię, ſecus in illo, quod commit
b titur contemplatione eccleſiæ, quod nocet in [b] omit
6 tendo, & faciendo. ¶ [*In gl. à contrario, ibi, licitum*] hoc † tenent Goff. & Inn. in c. proxi. & de hoc etiam per Goff. ſupra, de his, quæ fi. à præ. paſtoralis, facit quod not. J. co. apoſtolicæ, & in fi. æquitas interdũ ſuadet coaceruationem, ne creditor proſequens ſibi debitum, priuetur iure ſuo, ut ibi. interdum ſuadet oppoſitum, ut creditor peruenire poſſit ad ſibi debitum, & ne impe
c diatur iuriſdictio, ut in l. ſi idem. [c] ¶ [*In gl. pe. in fi.*] ſed ſi fecerit eis cõſultis tenet cõtractus, ſed reſcinditur per in integrum reſt. ſupra, de reſti. in inte. c. 1. ſed ſi inconſultis non tenet ipſo iure, ut hic. Goff.

ANNOTATIONES.

a ¶ Depo. Vide in l. pactum curatoris, C. de pac. & ibi per doct. & ff. de his, quæ in frau. credi. l. fin. per Bar. & quomodo intelligatur, quòd tex. hic dicit procuratorem nõ poſſe rem domini facere deteriorem, uide Io. And. ſupra, de fideiuſ. c. fin. in fi. gl. mag.
b ¶ Omittendo de hoc in c. delictum, de reg. iur. lib. 6. & per Bal. & per d. Bar. de Sali. in l. iubemus, la 1. C. de ſacroſa. ecc. & ibi etiam per Cy. & Bar. & per gl. 3. in c. cum dilectus, de ord. cogn.
c ¶ Si idem. Ibi uide Bar. in l. ubi fideiuſſor, ff. de ſolu. & facit materia, quam no. Io. And. de re iud. cum Iul. & quod no. doc. C. de dona. l. ſancimus.

S V M M A R I V M.

1 *Donare prælatus, quam rem poteſt, & nu. 4.*
Conuentus, ſiue capituli pars, etiam uno conſiſtens reclamare poteſt aduerſus donationem, & quam.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 3.*
Tutor quando licitè res pupilli alienet.
4 *Additio gloſſarum.*
Donationes quæ licitè prælato, & ſupra, nu. 1.
Ingratitudo à donatarijs fugienda.

C A P V T III.

1 CAeterum. Caſus. Prælatus † modicam rem eccleſiæ donare poteſt, vbi hoc habet conſuetudo [*Donationem*] de rebus monaſterij [*Cum priore*] ſic ſupra, de his quæ fiunt à præla. tua [*Pars*] maior, vel minor, Goff. unde etiam vnus ſolus faceret hic partem, de his quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. Hoſt. [*Quantitas*] ſup. & qualitas, nec enim poteſt dare rem immobilem quã-

tun-

tuncunq; minimam. ſ. de re. ecc non alie. c. 1. & c. nul-
li. nec mobilem de theſauro. quod inuenit, de re. eccl.
non alie. epiſcopi, nec nimiam quantitatem. ſ. de pri-
uil. cum olim. 2. uer. præterea, & §. fi. uel poteſt intelli-
gi ꝙ ibi facta fuit donatio in extremis. ſecundum Ho
2 ſtien. ¶ Secunda † gl. obiicit. & dupliciter ſoluit. pri-
3 ma fuit Ala. ſecunda Lau. ¶ *In † gl. 1. ibi. §. dinus*] uide de
fide inſtru. paſtoralis, ſuper gl. 1. ¶ *In gl. 2. ibi, non omni*] tu
tor nõ omni titulo alienat res pupilli, ſed adminiſtra-
tionis tantum cauſa [*& ibi. §. ultimo*] uide doni. & ho.
cle. cum ab omni, ſuper. 3. gl. [*& ibi, non tamen*] uide de
4 cleri. coniu. cum olim, ſuper ult. gl. ¶ *In † gl. 2. ibi, eroga
tione*] unde, ſi eſt conſuetudo in terra, ubi eſt abbatia,
dare. 20. uel. 100. ſol. uel rem mobilẽ, quæ ſupereſt de
bonis eccleſi. pauperi, uel egenti nobili, vel puellę ma
ritandæ, uel his ſi. ualebit hoc, ſiue in uita. de teſtamẽ
tis, ad hæc ſiue in morte, eo. ti. relatum. 2. etiam cõſan
guineis, ut ibi, quinimmò ſi unum, uel duos milites
conſueuiſſet tunc epiſcopus facere cauſa pietatis, dũ-
modò non grauetur eccleſia, non improbat illud Ho
ſtien. quia nec militare eſt peccatum. 23. q. 1. militare.
cum autem prędicta liceant ſine conſuetudine ſpecia
li, putat Hoſti. ꝙ ratione conſuetudinis ualebit dona-
tio ſimpliciter facta, & ſi forſan donatarius nõ nimis
egeat: ſemper tamen conſuluit Hoſtienſis prælato, ꝙ
in talibus habeat oculos ſuos ad deum. Conſuluit e-
tiam donatarijs, quòd ſibi de ingratitudine caueant,
infra. c. fi. licet autem de ſuperfluis hoc poſſit præla-
tus, non tamen pro his faciendis obliget eccleſiam,
de ſolu. c. 2. vel parentes ditet, ſecundum Hoſt. [*& ibi,
prælatus*] de monaco no. 12. q. 1. non dicatis. & 16. q.
1. alia, & vide in cle. de uita, & ho. cleri. quoniam. uer.
cæteri, in 1. glo. [*& ibi, iuriſdictione*] de fo. compe. cum
contingat [*& ibi, adminiſtrationem*] infra. de conſue. c. 3.
& de præben. cum in eccleſiis, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non uacans in beneficium concedi non poteſt, ſed in propriè tatem, & cuius auctoritate, & quomodo, & quibus, alias non tenet conceſſio, & num. 2. & 3. & quibus obſeruatis, nu. 3.*
Detentatio non impedit donationem beneficij.
2 *Ab initio quod non ualet, nec ex poſt facto conualeſcit, niſi diſpenſatiuè in caſu huius decretalis.*
Loca religioſa pro conuentibus, uel eccleſiis conuentualibus.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 5.*
Beneficia conferendi, cum uacauerint, poteſtas data ſpecialiter non ualet.

CAPVT IIII.

1 CONſultationibus. Caſus. Ec-
cleſia † non
uacans in beneficium cõcedi non poteſt,
ſed in proprietatem poteſt de auctoritate
epiſcopi, & ſine pręiudicio prælati. & huius pars de iu
re patro. cõſultationibus. diſtinguit. & ſecundum mẽ
brum ibi, ſi religioſis, quod determinat. ibi ita ꝙ [*Pri-
uatis*] ideſt clericis, Inn. ac ſi dicat non eccleſijs. uel col
legijs [*Poſſident*] auctoritate iudicis aliàs contra, de cle
ri. con. c. fi. de præben. de multa. §. is quoque, eo. ti. li-
cet epiſcopus. li. 6. Sola enim detentatio don. non im-
pedit, ut ibi. quod dici ut ſup. de conceſ. præben. lite-
ras, & c. cum noſtris, ſecundum Hoſti. [*Momenti*] etiam
2 † poſtquàm uacauerint, Ino. poſt mortem enim non
conualeſcit, quod dic, ut infra, de iure pa. c. fin. poſſet
tamen tunc eidem de nouo conferri, tamen diſpenſa
tiuè, & ſi pœnituit, ſi ſcienter recepit, & retinuit, ex
a quo ſciuit. ad hoc de eo, qui duxit. c. 1. & c. ueniens,[a]
de ſecundis nup. dominus, ſecundum Hoſt. [*Locis*] id-
eſt conuentibus, uel eccleſiis conuentualibus. cum e-
nim res collegij nõ ſint ſingulorum, deficit ratio pro-
hibitionis, de qua de conceſ. præben. c. 2. Idem putat
Hoſtien. ſi conferatur dignitati, uel præbendæ de præ
ben. expoſuiſti, de inſti. cum ueniſſent. de reſti. ſpo.
cum ueniſſet. ergo breuiter perſonalis donatio prohi
betur, ut ſupra, realis & perpetua conceditur, ut hic
cum eccleſia, uel dignitas, cui fit realis donatio. non
poſſit deſiderare mortem, cum careat conſenſu, arg.
3 ff. ſi qua. pa. fe. di. l. 1. [*Ab epiſcopo*] hæc † uerba non erãt
in an. Goff. & dic de conſenſu cap. inf. eo. paſtoralis,
in fi. & hoc vbi donatio ad epiſcopum ſimpliciter per
tinet, Hoſt. [*Auctoritate*] & cum alijs ſolennitatibus. In
no. hoc, ubi ad alium ſpectat donatio, uel repręſenta-
tio. ſupra de reſti. ſpo. cum ueniſſent, aliter non poſſet
alius conferre eccleſiam, vel decimam, niſi interueni
ret auctoritas epiſcopi. infra de iure pa. quod autem.
& c. nullus, & illa ſufficit ſine capitulo in caſibus. de
quibus de his, quæ fi. à præla. cum apoſtolica [*Ipſarum*]
perſonarum, & hic caue de ſimo. Hoſtien. [*Spoliari*] &
quia non fit eis præiudiciũ per tales donationes, ideo
fieri poſſunt eis non uocatis, ut in cle. de re. ecc. non
4 alie. li una. ¶ Secunda † glo. ſignat contrarium, ponit
5 opi. & remittit. ¶ *In † gl. 1. in fi.*] immò nec ualet pote-
ſtas ſpecialiter data de conferendis illis, cum uacaue-
b rint, eo. ti. conſtitutus.[b] ¶ *In gl. 2. ibi, cum quidam dicunt*]
& bene, ut infra, de iure pa. c. uno, lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Veniens. Vide in Spe. ti. 3. §. uidẽdum, ad fi. & ibi etiam Io. And.
b ¶ Conſtitutus. Quod intellige, ut ibi no. per Io. And. in gl. contra, & ſuper glo. a.

SVMMARIVM.

1 *Integrare feudum prælatus poteſt, non obſtante iuramento de non infeudando denuò, & quando, & quouſque teneatur, num. 6.*
Diſcordiæ ſunt quaſi tempeſtates.
2 *Mediocris res intelligitur data, ſi ſimpliciter conceditur.*
3 *Fraudem eccleſia non debet adhibere, imò repellere, & punire.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 5.*
Perficere quid permittitur, quod inchoari prohibetur.
Ex conſequentia prioris actus, quid permittitur, quod aliàs non licet, iuncta gloſſa.
6 *In quantitate, uel menſura rei immobilis deceptus quandiu poſſit petere reintegrationem.*
Poſſeſſor eius rei, de qua quis fuit inueſtitus, uidetur fuiſſe. §. fi.

CAPVT V.

1 PEr tuas. Caſus. Non † obſtante iura-
mento de non infeudando
de nouo, prælatus integrare poteſt feu-
dum, ſi apparet uaſallum in menſura de-
ceptum, communis diuiſio. ſecunda ibi, nos igitur
[*Sciſmatis*] forſan tempore Alexan. ciuitas Florenti-
na fauebat ſciſmaticis, & contra epiſcopum erat in
ſciſmate cum Octauiano, vel Guidone. ita ꝙ epiſco-
pus Florentinus, qui fauebat Alexandro, non pote-
rat ibi eſſe ſecurus [*Tempeſtate*] no. ſciſſuras, & diſcor-
dias quaſi tẽpeſtates [*De mandato*] quia nec aliter pote
rat obſtante forſan iuramento, & iure communi, ſu-
pra, de re. eccle. non alie. ut ſuper, & c. nulli [*Quatuor*]
2 non aſſignando † illos in aliquo certo loco, ſed ipſos
de quatuor modis ſimpliciter inueſtiuit, per quam
inueſtiturã nec meliores, nec deteriores, ſed medio-
cres dari intelliguntur, ff. de redhibi. ac. ſi quis uendi-
tor, & l. ſciendum. ſucceſſor autem eis duos modios

aſsignauit, credẽs forſan, ꝙ eẽnt quatuor. & ideò &c. ſecundum Innocen. [*Modios*] ſi. ſupra de re iudi. ſicut, in princ. & de pur. ca. quoties [*Integrari*] per te. & erat iſte tertius, uel forſan ulterior reſpectu primi [*Fraudẽ*]
3 cum enim † ipſa omnem fraudem repellat, & puniat, multo fortius cauere debet, ne fraudet, de ua. ex li. nẽ. c. uno [*Integrare*] not. contra prouerbium. A cauallo donato &c. Abba. ſed hic non erat pura donatio.
4 ¶ Quarta † glo. diſtinguit, an quis decipiatur in quantitate rei, an in quantitate precij. ¶ [*Gl. quia forte*] reſpon
5 det per ob. ¶ [*In † gl. 2. ibi. §. præterea*] uide de iureiuran. ueritatis, ſuper ulti. glo. quia forte ibi opus nouum, ui de de no. oper. nuncia. c. 2. in 3. glo. [*& ibi. §. ſi ſponſus*] alienum anulum miſit ſponſæ, pro quo poſtea alium ſuum dedit, ualet datio, quia donationem cõfirmat, non inchoat [*& ibi. §. 1.*] uide de appel. nouit, ſuper glo. ſecunda [*& ibi, ſi mulier*] ſi mulieri ſuſcipienti alienam obligationem ſuccurritur per Velleianum, creditori in priſtinum debitorẽ reſtituitur actio [*& ibi. l. 3.*] incipit, denique, uide de teſtibus, cum cauſa, ſuper prima gloſſa. ¶ [*In gl. nota, quòd ibi, rei*] immobilis [*& ibi, rem illam*] additio eſt uerbum, quod ſequitur, & turbat intellectum: quia deberet ſequi ſic, & quod qui rem accepit, renunciaret de quantitate: quia tunc,
6 &c. & hoc † ſcias, quòd ſi dictum eſt, quòd intra certum diem res menſuretur, & referatur, ſi & quantum minoris eſſet, oportet utrunque fieri intra diem, ut in l. prædicta, ſi uerò dictum fuit, quòd denunciaretur, utrum minoris eſſet, ſed de certa quantitate intra diem referenda dictum non fuit, ſufficit, quòd intra diem dixerit rẽ minoris eſſe, & poſt diem ſuper quantitate, quota ſit, audietur. ff. de actionibus empt. & uenditi. l. ex empto. §. Iulianus, ſi tamen per meſſorem ſteterit, ipſe tenetur actione de dolo. ff. ſi meſ. fal. mo. dixerit. l. ſi meſſor. Si uerò de die ſit actum, ſed nõ de certa, expectãtur quadraginta dies. ff. de redhi. quòd ſi nolit. §. penultimo, & l. ædiles aiunt. §. primo. Si uerò nec de certa, nec de incerta die aliquid actum eſt, audietur uſque ad triginta annos, ut hic, & uidetur etiam, quòd ſecundum canones ultra debeat au-
a diri, cum deficiat bona fides, ſupra, de præſcrip.[a] quoniam, ſecundum Hoſtienſem [*& ibi, toleratur*] de iure communi. nam per reſtitutionis beneficium etiam eo caſu conſuli poſſet, Phi. de reſti. in integ. c. 1. [*& ibi, cum dilecti*] ubi de hoc. ¶ [*In gloſſ. ergo non, in fin.*] ubi de hoc, Hoſtienſis autẽ dicebat hic poſſe colligi contrarium. nam, ex quo inueſtiti fuerunt de certo feudo, illius uidentur fuiſſe poſſeſſores per inueſtituram, & ſic duos modios ſtatim poſſederunt, alios verò duos, qui non erant, de illo certo non poſſederunt. remittit autem ad no. in c. ex ore.

ANNOTATIONES.

a ¶ Quoniam. Et de materia, quando in menſura reperitur illa, quæ in uenditione fuit expreſſa, quomodo agat emptor, uide in l. 2. & in l. ſi ſeruum. §. fi. & in l. Iulianus. §. ſi Titius, ff. de ac. emp.

SVMMARIVM.

1 *In donationibus fit largiſsima interpretatio.*
Facti ſpecies quæ.
Apparere ſi quid dicatur, cui intelligatur, ad dictio. appareat.
2 *In beneficijs quibus interpretatio largiſſimè facienda, & num. 4. §. fin. & 6.*
Priuilegia ut ſint interpretanda.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
Præcedentia, & ſequentia quando determinatio reſpiciat.
In contractibus quæ fiat interpretatio. §. 1. & nume. 5. §. pen. & nume. 6.
In teſtamentis quæ. §. 2. & num. 5. §. fi. & nu. 6.
5 *Additio gloſſarum, & num. ſeq.*
Foreſta quid Francia, & Anglia.
Nemus quibus nominibus, uel ſpeciebus diſtinguatur ibi.
Ad intentionem ſcribentis recurrit, & ut interpretanda. §. 1.

CAPVT VI.

1 CVm dilecti. Caſus. In † donationibus largiſsima fit interpretatio, & in prima iudicũ deciſa conſultatio. in ſecunda Papæ reſponſio ibi, mandamus, quatenus [*Et infra*] hoc continetur, quomodo cauſa fuit delegata per papam, & iudices, qui cognouerunt de cauſa, dubitauerunt ſuper diffinitiua pro eo, quod in inſtrumento donationis continebantur hæc uel ſimilia uerba, Dono monaſterio fundum Titianum. item dono Sempronianum. item dono Cornelianum, de quo ſoluat monaſterium hæredi meo decem ſolidos, & faciat, quod faciunt alij cõſimiles poſſeſſores agrorũ, habeatque ibi hæres meus vſum foreſtæ, uel aliter, quòd ſi prædictam penſionem non ſoluit, hęres meus ibi habeat uſum foreſtę. Dubitabant iudices: quia ſi illa clauſula referretur etiam ad fundum Titianum, & Sempronianum, iuſtè petebat Alanus foreſtam in illis fundis: ſi ad Cornelianum tantum, iniuſtè petebat. Ad horum intellectum vide, quod dixi de foro compe. uerum, in gl. quilibet, uerſic. ſi autem Baroniæ, & ſeq. Conſuluerunt ergo Papam tranſmittendo inſtrumentum, uel ipſius tenorem. hoc ſi dicas Alanum egiſſe. Sed Innocen. dicit Mon. ꝓuocaſſe in interdicto, uti poſſi. cõtra Ala. ſed hic non eſt uis, & per hoc ſoluitur, quod quærebat. T. quare Papa non ſententiauit, quod hoc ſententiari mandauit, vel ſecundum eum, & Goff. partes non erant præſentes: uel petierunt remitti, forte ſperantes compoſitionem [*Appareat*] non cauilloſo, de deci. ad audientiam, de priuile. in his, ſed rectè intelligenti, prudenti, & ſimplici, de tempo. ord. literas. Hoſtien. [*Immunis*] hoc forſan expreſſo in inſtrumento, ve intelligebat Hoſti. ſcilicet, quòd donauerit fundum Titianum item Sempronianum, hoc expreſſo, quòd illa libera eſſet ab omni uexatione ſeculari, de fundo Semproniano quomodo multum diſtenditur, uide in Spe. de libel. con. §. iuxta, uer. non ualet [*Beneficijs*]
2 & maximè † quæ fiunt eccleſiis, & religioſis locis, al. leg. de do. & con. c. 2. C. de ſa. ſan. eccle. l. fi. in aucten. de non alie. §. ſi minus, col. 2. ff. de reli. & ſump. fune. ſunt perſonæ. Hoſtien. Item licet priuilegia largè interpretemur, quantum tangunt iura concedentium, de conſuetu. cum dilectus. 16. q. 2. c. 1. tamen quantum tangunt iura aliorum, interpretamur ſtrictè, de uſu pal. ex tuarum, non tamen calumnioſè, infra, de priuile. in his, & de tranſla. c. fin. ſecundum Innoc. &
a Abb. & uide quod dixi de reſcri. cauſam.[a] Tertia † gl.
3 obijcit, & ſol. ¶ [*In † gl. 2. ibi, in conuentionalibus*] prætoriæ
4 ſtipulationes legem accipiunt de mente prætoris, qui eas propoſuit. ¶ [*In gl. 3. ibi. ſi quis in prin.*] ſi dixit teſtator, cui bis legauero, ſemel deberi uolo, & poſtea eodem teſtamento ſcienter bis legat, bis debetur, dummodò exprimat ſe prioris uoluntatis pœnituiſſe [*& ibi, talis. §. ulti. & l. fe.*] ſi teſtator dicat, quod legaui, die nõ adiecta, ſoluat hæres annua, bima, trima die, hæc clauſula omnia legata reſpicit, non proxima tantũ, & etiã legata facta in codicillis. ¶ [*In 4. gl. ibi. l. ult.*] uide de priuil. quia circa, ſuper ulti. glo. [*& ibi. l. 3.*] incipit, cum 5
quid. vide de iureiur. quemadmodum, ſuper gl. 2. [*& ibi, uindemiam*] & prius, ſi uenditor uini mercator emere, & uẽdere ſolet uina, ut in l. 2. hic alle. ¶ In gl. pe. ibi, in teſtamentis, ſequitur plenius uoluntates teſtan- 6
tium interpretantur [*& ibi. l. 3.*] uide in ſupplo. ¶ *In gl. ult.*

gl. vlt. ibi. l. 4.] uide de præſump. mandata, ſuper ultima gloſſ. [*& ibi, antiquitus*] ſi relinquo uſufructum Titio, & hæredi, cum primo hærede finitur uſusfructus, ne inutilis ſit proprietas: ſed melius facit, cum antiquitas, ubi legatarius habitationis etiam illam locat [*& ibi, beneficium*] largiſſimè interpretamur beneficium
5 principis. ¶ *In † glo. t. in fi.*] ff. de uſufru. l. uſufructuarium uenari §. ſi vinarijs, Vincen. iuxta vulgare Franciæ, & Angliæ, ubi ſunt talia loca, dicitur foreſta latum nemus ſine clauſura, ſine aqua, quando eſt prope flumen, dicitur ſilua; quando circundatur aquis, dicitur inſula, quando includitur muro, uel pallis, uocatur ibi parcus. iſte ergo uolebat ibi plantare arbores, & magnum nemus facere ad uſum foreſtæ ſecundum Hoſtienſem. ¶ *In glo. 2. ibi, ſcribentis*] ſi de ipſa conſtare poteſt: alias ſi uerba patiuntur, fit benignior & ſecurior interpretatio quo ad animam, vt infra, de ſpō. iuuenis. de hoc eod. ti. ex literis. 1. & de priuilegis, quia circa, ſecundum Hoſtien. ¶ *In glo. 3. ibi, ſecundò requiris*] ubi de hoc, & eo. ti. inquiſitioni, Hoſt. ¶ *In gl. 4. ibi, uindemiam*] & prius, ſi uenditor uini mercator emere, & uendere ſolet uina, ut in. l. 2. hic allega. ¶ [*In glo. pe. in fi.*] ubi legans uina, & vaſa uinaria legaſſe uidetur. ad idē, ff. de penu le. qui penum. §. ſi. ergo plenius, quàm in uenditione, ut patet per glo. ſup. proxi. ¶ *In gl. ultima in*
6 *fine*] inde eſt, ꝙ † ſi imperator donet domum, uel aliam poſſeſſionem de bonis uacantibus, intelligitur ipſam donaſſe cum iuribus, & pertinentijs ſuis, etiam ſi hoc dictum non fuerit, C. de bonis uacan. ſi quando. lib. 10. ff. de offi. præfec. ur. l. 1. §. initio. Hoſtien. Moderni legiſtæ, ut rectè procedat comparatio, de qua hic loquitur tex. ſcilicet de plena, pleniori, & pleniſſima, ponunt in contractibus exemplum per. l. qui uti optime, ff. de uerb. ſig. Quidam inter uiuos contrahens promittit fundum, vti nunc eſt, interpretamur, large, ut præbeat liberum, ut ibi. ſi uerò ſic legatur, interpretamur largius, vt non ſolum præſtet, ſed etiam cum omni ſuo inſtrumento, ff. de leg. 3. quæſitum. Sed ſi princeps ſic ſibi delatum concedat, interpretamur largiſſime, ut non ſolum ueniant inſtrumenta, ſed etiam appendicia, & adiacentia, ut præ. l. ſi quando. hæc tamen ſemper ſunt recipiēda ſecundum poſſibilitatem uerborum, infra. de priuileg. porrò, & ſi quæratur iſtorum ratio, reſpondetur, quod contractus propriè ultro citroque obligationem inducunt. ff. de uerborum ſignifica. Labeo. §. contractus, & procedunt ex uoluntate duorum contrahentium. Setuetur ergo æqualitas, nec nimis late pro uno contra reliquum. fiat interpretatio, argum. ff. de regu. iur. certus, ubi media uia eligitur circa conſiderationem doli, & culpę, cum ſit contractus gratia vtriuſque ſed ultimæ uoluntates reſpiciunt fauorem legatariorum, & ideo in eis plenior, argum. ff. quando dies lega. ced. nec ſemel. §. 1. ſed non ſic vt beneficia: quia donator ſibi poteſt illa ſeruare, quod teſtator moriens nō poſſet, & hoc maximè in beneficijs principum, ex quorum nobilitate largius recipi debet donatio, ſup. eo. c. 1. ff. de iud. l. 1. §. ſed & ſi proponatur.

ANNOTATIONES.

a ¶ Reſcri. cauſam. Et per Io. And. de uer. ſign. olim, ſuper gl. ſi. & in ſegu. cum quid prohibetur, de reg. iur. li. 6. in Mercu. & in c. ſi. de transla. prælato. & uide gl. & Bar. in l. beneficia, ff. de conſt. prin.

SVMMARIVM.

1 Eccleſiam ſi pio loco, uel alij donet epiſcopus, uel papa ſimpliciter; quæ uenire uideantur, & nu. 2. 3. 4. 5. & 9.

2 Archidiaconus, & archipresbyter certa iura poſſunt in eccleſiis habere ratione officij.

Dare quid intelligatur quis, ex circumſtantijs perſonarum, & rerum æſtimandum, uer. Quid ſi donat.

Exempta eccleſia ab epiſcopo, non intelligitur exemptus populus uer. ſed & legem.

3 Conſenſus patroni intelligitur datus epiſcopo, pro conuentione ſimul cum eo ad id, de quo agitur, factam.

Simplicitus ut hic ſumatur.

Poſſeſſio non apprehenditur ſine licentia diœceſani etiam concessi per priuilegium papale.

4 Cathedraticum datur in ſignum ſubiectionis, & in quibus.

Prouentuum nomine quæ comprendantur.

Eccleſia ſine quibus unquàm debeat remanere, uerſiculo ſi opponas.

5 Exemptionis priuilegium dando à quibus intelligatur, & poſſit epiſcopus, uel ſuperior, aut inferior eximere, & nume. 2. circa ſin.

6 Sine capituli ſui conſenſu quæ non poſſit alienare.

7 Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 8.

In uenditione, uel legato, ſeu donatione ſimplici quæ uenire intelligantur, & num. 9. in prin.

9 Additio gloſſarum.

Cathedraticum comparatur canonicæ portioni.

Plus habentibus melius prouident ſcholares, & clientuli minus habentes, in ſin.

CAPVT VII.

1 PAſtoralis. Caſus. Si † epiſcopus in eccleſia, quam de conſenſu capituli ſui pio loco donauit. percipiebat certos prouentus, illos donaſſe uidetur, alias omnes prouentus eccleſiæ præter cathedraticum cedunt loco, & in prima conſultatio. In ſecunda reſponſio. ibi, nos autem [*Patronus*] ad quem ſpectat præſentatio [*Viris religioſis*] ſecus, ſi concedat eccleſiam alicui archipresbytero, uel archidiacono ſitam intra limites archipresbyteratus, uel archidiaconatus ſui: in qua tamen archipresbyter, uel archidiaconus nullum ius, & nullum uſum habebant. non enim intelligitur tunc fructus, uel prouentus ſuos concedere, ſed tantum quod ſibi tanquam archidiacono, vel archipresbytero ſit ſubiecta. ratio diuerſitatis hæc eſt quia abbates, & uiri religioſi in eo, quod tales, nihil iuris habēt in locis, ut ergo epiſcopus uideatur eis aliquid concedere, & ne collatio fruſtratoria uideatur, ſic interpretamur, argum. in eo, quod legitur. & no. infra,
2 de priuil. in his. archidiaconus † uero, vel archipresbyter ratione officii certa iura poteſt habere, in eccleſiis, ut patet de offic. archidia. c. 1. & per totum & uide quod ibi no. in c. ult. in prima gloſſ. & quod ſuper ea dixi. & infra, de capel. mo. dilectus, in gl. vbi ſit hoc, & de offic. archipre. c. 1. & per totum, & ideò ſufficit, quòd illa tantum conceſſiſſe intelligatur. Quid ſi donat eccleſiam epiſcopo alieno, uel monaſterio exempto, non tamen cum capellis ſuis? Reſpondeo, tunc uidetur habere locum hæc decre. argum. 16. q. 5. c. 1. Siue monaſteriū exemptum ſit cum capellis ſuis habitis, & habendis, tunc uidetur donare eccleſiam libertati, ut ſcilicet ſit exempta, & nō prouentus, quos ibi percipit temporales: hoc autem ideò ſic ſentiendum eſt: quia ex perſonis dantium & recipientium, & eorū, quæ dantur, debemus æſtimare, quid dari intelligatur ſecundum Innocentium, ut colligitur hic, &. ff. de leg. 3. ſi filię, & in eo, quod legitur, & no. de ſimo. & ſi quæſtiones. § 1. ver. cum in accipiendis, & ſequē. Ego tamen non clarè uideo rationem huius diuerſitatis, & ideò dic, ut no. inf. eo. §. penul. in fi. Hoſt. item ſecundum Innocē. habet locum hæc decre. cum epiſcopus

ſcopus dat monaſteriis eccleſias habentes, vel non ha
bentes parochias, etiam idem uidetur, ſi papa ſuã pro
priam capellam, quæ populum non habet, dat mona
ſterio. Sed ſi eximit aliquam eccleſiam ab epiſcopo,
vt det eã abbati, ſiue in ea abbas ius patronatus prius
haberet, vel nõ ſemper ex quo ſic exempta datur ab-
bati, eidem abbati ſuberit quò ad utranque legem, ſci
licet diœceſã & iuriſdictionis, de quibus no, ſupra, de
offic. ord. conquerente. §. 1. & c. dilectus, quia cum ad
hoc exempta fuerit, ut daretur abbati, poſſet papa de
cupiditate notari, ſi uideretur ibi aliquid retinere, ar.
a C. de bo. ua. niſi quando, a lib. 10. & eſt hoc uerum, ſi
eccleſia donata non habet populum, ſed ſi habet po-
pulum, tunc eodem modo eccleſia cum clericis ſuis
ſuberit abbati quo ad utranque legem, unde & in ip-
ſa rectorem inſtituet, & alia, quæ ad legem iuriſdictio
nis pertinent, exercebit: hoc ſaluo, ꝙ in grauioribus
requiret papam, ar. ſupra de offic. archid. ad hoc, uerſ.
item in epiſtola. Sed & legem diœceſanã habebit idẽ
abbas. nam ſi qua illi obuenerint aliunde, quàm à po
pulo, habebit inde canonicam portionẽ, ſicut & de
mortuariis, & aliunde uenientibus ſecũdum quoſdã,
uerũtamen, & ſi eccleſia exempta ſit, non intelligitur
propter hoc populus exemptus, & ideo quantum ad
populum erit epiſcopo de his, quę obueniunt, rñden
dum, ar. j. de priuil. ex ore, ſecũdum Inn. unde curam
recipiet rector ab illo, ſine examinatione tamen. exci
pietur autem, & accuſabitur corã abbate. de mortua-
riis autem obuentionibus prouenientibus à populo,
rñdebit epiſcopo per prædictam decr. ex ore, & idem
dicim⁹ de l. iuriſdictionis, ꝙ ſi quas cauſas populi tra-
ctabit, appellabitur ad epiſcopum. Inn. de hoc in præ.
b decr. ex ore, in gl. in quibus, circa medium [1] [*Simplicita*
3 *te*] ſimplicitatem † uocat ſecundum Goff. quia in pa-
tronum non cadit cõceſſio [*Concedimus*] nos, & patro-
nus: uel nos de conſenſu patroni, & ſi hoc non expri-
matur, ſic intelligitur, dummodò probetur, ꝙ ad hãc
donationem faciẽdam conueniſſent, ar. j. de ſpon. ex
literis [*Vſus*] ſcilicet quò ad omnes fructus percipien-
dos, de quibus ſuſtentetur conuentus, ſupra eod. con
ſultationibus, & dato, ꝙ per priuilegium papale hoc
conceſſum eſſet, non apprehenditur poſſeſſio ſine li-
centia diœceſani, de priuil. paſtoralis. Hoſt. [*Patronus*]
tepete, uidetur conferre [*Epiſcopus*] tepete, conferre vi
detur, nõ dico, ſuum eſſe: ſed ꝙ & c. [*Obtinet*] præter ca-
nonicam portionem. Inn. Hoſt. [*Recipiat*] hoc forſitan
impoſito tempore dedicationis. 18. q. 2. Eleutherius,
Goff. [*Portio*] & nõ inſtitutio, & c. cõſimilia, ſcilicet ſpi
ritualia, quę tamen inſtitutio bene tranſiret, ſi diceret
epiſcopus, concedimus eccleſiam pleno iure. 16. q. 2.
c. 1. Inn. [*Ex illius*] eccleſiæ ſcilicet donatæ [*Nullam*] cer-
4 tam: quia † cathedraticum datur in ſignum ſubiectio
nis in ſpiritualibus, & iuriſdictionis ſpiritualis; quæ cũ
non intelligatur remitti, per cõſeqnens nec cathedra
ticum, Inn. [*Prouentus*] puta moderatũ auxilium. j. de
cenſi, cum apoſt. §. prohibemus, vel quæ de multis a-
liis, & de iuriſdictione proueniũt. quia nomen prouẽ
tus omnia comprehendit, ff. de vſuf. l. uſufructu lega-
to. à criminalibus tamen abſtineãt, & epiſcopo dimit
tant. 16. q. 2. uiſis ad fi. uel conferre intelligitur quartã
decimarum, & alios reditus ſpiritualium, de quibus.
ſ. de off. or. conquerente, non tamen iuriſdictionem,
vel ea, quę ex iuriſdictione proueniunt, vel iſte eſt ſen
ſus. Si epiſcopus nullos habet ibi certos reditus tẽpo-
rales, tũc uidetur concedere religioſis, quibus cõfert
eccleſiam, ꝙ omnes reditus eiuſdem eccleſiæ ſibi ap-
proprient ſm Inno. & intellectus iſte magis placet. Si
opponas, ergo eccleſia videtur cõceſſa in grangiam,
& ita nec cathedraticu habebit ibi epiſcopus, nec pro
curationem, j. de cenſi. c. ſi. tñ, hoc non eſt ueru, non
enim poſſunt ſibi appropriare, niſi quod ſupereſt de
reditibus retenta, & aſſignata congrua ſuſtentatione
vicario, & miniſtris, ſine quibus, & nunquam debet
eccleſia remanere. ut not ſup. de præ. in Lateranenſi,
ſm Innoc. in quo nec pactum contrarium, nec iura-
mentum, nec priuilegium, nec conſuetudo, nec con-
ſtitutio obeſſe poſſet, ut patet in eo, quod legi. & not.
ſup. de præb. extirpandæ. §. cum igitur, ſm Hoſt. Hoc
autem ſm Inn. eſt notãdum, ꝙ cum epiſcopus dat ec
cleſiam, aliquando intelligitur dare temporalia, id eſt
reditus ratione tẽporalium debitos. aliquãdo alias ob
uentiones, quas in ea habet, ut hic. aliquando uero
dat inſtitutionem cum pleno iure. 16. q. 2. c. 1. Aliquã-
do aũt omnes prouentus temporales ex quacũq; cau
5 ſa prouenientes, inf. de cenſi. cũ uenerabilis. Sed † dan
do priuilegium exemptionis dicunt quidam, ꝙ non
eximit à iuriſdictione ſua eccleſiã cui dat priuilegiũ,
ar dictorum iurium, & ff. de off pręſ. legatus, nec ualet
exemptio, niſi dicat ſpecialiter, in quibus eximit, ſicut
ꝙ non ſoluat moderatum auxilium, in quo ualet exẽ
ptio, & ſic de aliis ſpecificatis. Eſt tamen arg. cõtra, in-
fra. de relig domi. conſtitutus. Sol. ibi. & inf. eo. § in fi.
& uide. j. de priui. paſtoralis, in ma. gl. Alij uero, quod
magis approbandum uidetur, aſſerunt, ꝙ ſi de omni-
bus temporalibus fiat generalis exẽptio, ualet, & idẽ
forte de aliis ſpiritualibus, quæ remitti poſſunt inf. de
cenſi. cum uenerabilis, & inf. de reli. domi. cõſtitutus.
Eximere aũt poteſt ſuperior parochialem eccleſiam
non tantũ ſolus papa, ſed & archiepiſcopus, & epiſco
pus. 16. q. 1. & temporis qualitas, & ar. inf. de excel. præ
la. ſicut unire, dummodò cum ſolẽnitate debita fiat,
ut no. ſup. ut eccl. benefi. c. unico. §. fin. Quod ſi archi-
epiſcopus, uel abbas, uel alius prælatus habeat eccle-
ſiam in diœceſi alterius epiſcopi, & diœceſanus illam
eccleſiã eximat, intelligitur exẽpta in totum cum cle
ricis, & laicis: ita, ꝙ illi prælato, qui ante ipſam habe-
bat, plenariè ſubiacebat, & eſt hoc uerum quantum
ad ius parochiæ: Secus autem dicẽdum eſt de iure epi
ſcopali. nam & ſi eccleſia, quã epiſcopus dedit religio
ſis, à iure epiſcopali ſit exempta per papam: populus
tamen non intelligitur exemptus. ut no. ſup. & inf. de
priuilegiis, recepimus, & eſt forte ratio: quia grande
periculum eſſet, ſi epiſcopus nõ poſſet miniſtrare po-
pulo ſacramenta, Sicut eſt cõfirmare, ſacros ordines
conferre, eccleſias, & altaria cõſecrare, & ſimilia, quæ
abbas, uel alius prælatus miniſtrare non poteſt, ſecun
dum Inn. inf. de conſe. ec. aqua. nam ſemper eſt ad dię
ceſan. in talibus recurrẽdum, ut patet in eo, quod no,
& legi. ſup. de præſcrip. ueniens. §. chriſma uerò. unde
& ſi epiſcopus aliquam eccleſiam à ſe eximat, non vi
detur ipſam in talibus exemiſſe: ergo, ſi talis eccleſia
alii ſubſit epiſcopo, quàm diœceſano, videtur ꝙ tunc
etiam in talibus exempta intelligitur, cum ille epiſco
pus, cui ſubeſt, poſſit talia miniſtrare ſecundum Inn.
cuius eſt quaſi hæc tota gl. [*Legitima*] quò ad plenũ ius
transferendum, eſſet tamen legitima ad parandũ præ
ſcriptionis titulum, inſ. eod. apoſtolicæ, de iu. pa. cura,
6 ſecundum Hoſt. [*Sui † capituli*] niſi ſolus epiſcopus hoc
facere poſſet de cõſue. præſcripta, ſupra de his, quę fi.
à præ. ea noſcitur. Io. Sed hoc non placet. Illa enim lo-
quitur, cum aliquid in beneficium confertur, quod
fieri poteſt per conſue. præſcriptam ſine conſenſu ca-
pituli. Sed aliud, cum eccleſia, uel aliquod eccleſiaſti-
cum in perpetuum datur, vt hic. talem enim donatio
nem ad alienationem non eſt dubium pertinere, ſup.
de his, quę fi. à præ. tua. in fin. In hoc caſu omnimodo
neceſſarius eſt conſenſus capituli, ut hic, & ſupra, de
his, quæ fi. à præla. paſtoralis. Nec puto in hoc caſu
contrariam conſue. locum habere. Gof. & idem Hug.
La. Vin. & Tan. & Egi. Guil. conſtat etiã, ꝙ neceſſarius

eſt

eſt tractatus, ut in præ. decre. tua, & de rebus eccl. non
alien. dudum, lib. 6. & idem Innocen. dixit [*conſenſus*]
c & ſine eo non ualet [c]. Si autem collationes beneficio
rum fierent ſine conſenſu capituli de conſue. bene va
lerent, ſupra de his, quæ fiunt à præla. ea noſcitur, ubi
idem tenet Hoſti. cum quadam diſtinctione, & ibi ui-
deas. hic etiam no. Io. capitulum non auctorizare in
facto ſuo, quod eſt expeditum, de rebus eccle. non ali.
ſi una, in clemen. 2. reſpon. [*Requirendus*] ſup. & obtinē
dus, uide, alia litera habet in textu, Adhibendus. ¶ Pri-
7 ma† glo. alleg. 4. concor. & unum contrarium; deinde
quærit, & ſol. ¶ Secunda glo. repro. opi. & dat duo ſi. al
legat pro opi. illa 4. iura. ¶ Pe. glo. ponit dictum. ſoluit
8 obſtaculum. demum obiicit, & ſoluit. ¶ *In† glo. 1. ibi, qui tabernas*] ſequitur, argentarias, uel cætera, quæ in ſolo
publico ſunt, uendidit, non ſolum uendidit, ſed ius,
cum tabernæ illæ publicæ ſint, quarum uſus ad priua-
tos pertinet [*& ibi, ſi domus. §. ult.*] ſi fundum municipū
ipſis municipibus, uel alteri legaui, ius quod ibi ha-
beo, uideor legaſſe [*& ibi, ſi ita*] ſi uſus fundi inſtructi
legatur, perinde ad legatarium pertinet uſus eorum,
quæ ad inſtrumentum fundi ſpectāt, ac ſi nominatim
earum uſus legatus fuiſſet [*& ibi, Mæuius. §. ultimo*] me-
lius penulti. vbi fundo legato, ſi uſufructus alienus ſit,
nihilominus petitur ab hærede, uide infra rationem.
¶ *In glo. 2. ibi, ſimpliciter*] quia tunc intelligitur facta de
his, quæ ueniunt ex quæſtu. [*& ibi, ſi cui*] uide ſupra in
proœ. ſuper glo. fi. [*& ibi, ſi aquaductus*] uide de re iudi.
cum Bertol. ſuper ulti. glo. ¶ *In glo. pe. ibi, quoties*] uide in
9 præce. c. Abbate, ſuper glo. ſic. ff. ¶ *In† glo. 1. ibi. §. 1.*] ad-
de, quod no. co. tit. illud, in glo. ulti. [*& ibi. §. ulti.*] me-
lius pe. ſed illud, quia ualet legatum rei alienæ quo ad
hoc, ut debeatur æſtimatio. de hoc, infra ti. 2. filius [*&
ibi, concedit eccleſiam*] Hoſtien. recitabat iſtud dictum Io.
de conceſſione facta laico ultra dictum glo. addens
etiam rationem, ꝙ etiam expreſsè non poſſet epiſco-
pus eccleſiam laico concedere, alleg. de iudi. decerni-
mus, cum ſi. habuit glo. corruptam [*& in fi.*] Io. Goffr.
& Vinc. ¶ *In glo. 1. in fi.*] ſolue, ut no. infra de elec. ut cir
ca, li. 6. circa prin. ¶ *In glo. pe. ibi, reſtituendi*] T. contra, qui
illud. c. uiſis, dixit locum habere, cum conceditur ec-
cleſia pleno iure. Idem hic Hoſtien. nam & per hoc ca
pitulum patet, quòd concedit prouentus tantum, &
ſic nullum ſpirituale: ſed inſtitutio ſpiritualis eſt, de ſi.
in tantum, in fin. [*& ibi, uiſis*] ubi de hoc [*& ibi, correctio-
nem*] colligatur huius ratio ſecundum Hoſtien. ex. l. ff.
de offi. præſi. legatus, & ex decre. licet, de offi. ordi. & c.
irrefragabili [*& ibi, uiſitationem*] inſtitutionem auctori-
zabilem, quæ nec præſcribi poteſt, ſecundum Hoſtiē.
remittit de offi. archid. cum ſatis [*& ibi, cathedraticum*] &
forſan canonicam portionem: quia hæc duo æquipa-
d rantur, ſupra de offi. or. conquerente [d], niſi expreſsè il-
lam conferat, quod poteſt. 12. q. 3. c. fi. Ex ti. tamen ge-
neralis conceſſionis præſcribi poſſet canonica contra
ipſum, de præſcrip. de quarta, ubi de hoc. Alii dicunt,
quòd non poteſt dare canonicam, ideſt ius canonicę
portionis ſibi inhærens, licet dare poſſit fructus quo
ad tempus præteritum, ideſt retrò retentos, uel etiam
futurum, quamdiu uiuit. & ſic intelligunt. d. c. ulti. 12.
q. 3. argu. ff. de peric. & commo. rei uen. l. neceſſariò, &
no. ſi. de loca. c. 2. Hoſt. [*& ibi, qui minus habet*] ſi. de priui
le. ſi papa, lib. 6. Sæpè experimur, hoc, quòd ſcholares,
& clientuli minus habentes, melius prouident plus
habentibus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Si quando. Facit quod notatur, ſupra c. proximo in glo. fi. & ſu-
per illa Io. Andreæ.
b ¶ Circa medium. Et plenius, in c. ueniens, de uerborum ſignifi. lib.
6. in glo. Archidi. poſuit, per Io. And.
c ¶ Non ualet. Idem no. per Io. And. infra de his, quæ fiunt à præla.
c. ea noſcitur, & de rebus eccle. non alie. nonnulli, & probatur, in
c. cum cauſa, de re iudica. & per Pau. in clem. 1. de rebus eccleſiæ
non alie.
d ¶ Conquerente. Vide plenius Ioan. And. infra de cenſi. uenerabi-
lis, ſuper fi. glo. 2.

SVMMARIVM.

1 *Donare ac ſubiicere domum ſuam, atque ſe alteri religioſæ domui poſſunt in præiudicium ſuum tantum hoſpitalarij.*
Poſſeſſorium poteſt ex cauſis diſſimilibus intentari, & qualiter.
Interdictum poteſt ex diuerſis cauſis proponi, & eſt perſonale.
2 *Suum quod eſt conſentiendo alienationi cōcedere patroni uidentur.*
In alienatione rei eccleſiaſticæ, & fortius eccleſiæ requiritur tractatus.
3 *Aſsignationis appellatio quomodo ſumatur hic.*
4 *Patroni ad cauſam ſunt uocandi, quando agitur de eccleſiæ ſtatu.*
Fraus allegata debet committenti nocere, non contrà, & num. 8. §. 2. & 3. & nu. 9. 10.
Turpitudinem ſuam pro ſe quis allegare non poteſt, licet alia ſiat legitima, & nu. 8. §. 2. & 3. & nu. 9. 10.
Cum pertinentiis poteſt locus peti.
Adiudicatio hæc quare facta fuerit, & nu. 9.
5 *Conſentire ſi recuſet epiſcopus, ſi nullum fiat ei præiudicium, cogitur per recurſum ad ſuperiorem.*
In præiudicium meum quod factum eſt, mihi non obeſt, & poſſum retractare, & num. 6.
6 *Sacer locus non poteſt eſſe ſine auctoritate diœceſani, niſi in caſu in eo ius habet epiſcopale, niſi.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 8.*
Ex cauſa una ſi quid petij, ex alia petere poſſum, & nu. 1.
Lite pendente actione, uel res in neminem ullo modo transferenda.
9 *Additio gloſſarum, & ſequen.*
Contempti poſſunt opponere, non contemnentes.
Excommunicati, & periuri donare poſſunt.
Contractum nullum dicere poteſt capitulum, & quando, uel aduerſus eum petere reſtitutionem, & quo caſu.
11 *Eccleſia non omnis obtinet dignitatem eccleſiæ.*
Oratorium non habet eccleſiæ dignitatem.
Rector large modo quandoque ſumitur, non pro rectore eccleſiæ, ut hic, uerſi. ad 2.
Fratres pariter non intelliguntur ſemper religioſi, ibid.
Patroni etiam non propriè, ut hic, accipiuntur, uer. ad 3.

CAPVT VIII.

INnter dilectos. C. Secúdum
lecturam gl.
2 poſſunt †hoſpitalarij in ſuum præiudicium
tantum ſe, & domum ſuam alteri religio-
ſæ domui ſubiicere, & donare, & ſunt 4 partes. In pri-
ma actorum petitio. In ſecunda ibi, procurator, reo-
rum reſponſio. In 3. ibi, Attendentes igitur, cauſæ dif-
finitio. In 4. ibi, ita ꝙ, proteſtatio, & ipſius ratio, & ſecū
dum Hoſtiē. de eodem facto loquitur, de arbitris. per
tuas [*Hoſpitalarij*] ſancti ſepulchri [*Diſſimilibus*] forte pri-
mo dicebant ſe ab illis eiectos. ſecundo illis mandanti
bus, vel ratum habentibus, vel ꝙ rem à deiectore rece
perant, de reſti. ſpo. cum ad ſedem, & c. ſæpe. Goff. un-
de dicebat Inno. quòd cum interdicta ſint perſonalia,
poterit idem interdictum ex diuerſis cauſis proponi,
ut in præmiſſo exemplo. Sed dicit Hoſtien. quòd ſim-
plex eſt, qui ſic ſucceſſiue uellet illa proponere, cum à
a principio poſſit illa proponere [a] ſub disiunctione. ut
2 patet in decre. prædicta, cum ad ſedem [*Patroni*] ſiſti† cō
ſentiendo, quod ſuum erat, ſcilicet ius patronatus cō-
cedere uidebantur. ad hoc, ſupra c. proxi. Inno. [*Tracta-
tu*] Si enim in perpetua alienatione rei eccleſiaſticæ re
quiritur tractatus, fortius in alienatione eccleſiæ, pri-
mum probatur de re. eccle. non alie. c. 1. lib. 6. facit. C.
de ſac. ſan. eccle. auctẽn. multo magis [*Ipſum*] S. Allucij

[*Supra.*

[*Supradictis*]ſancti ſepulchri[*Commiſerunt*]rector,fratres
& patroni, ſancti Allucij: ſic. ff. quod cuiuſ.uni. Item
eorum §. 1.[*Qui*]tres procuratores[*Eiſdem*]fratribus
ſancti ſepulchri[*Hoſpitale*]ſancti Allucij[*Aſſignationem*]
3 ideſt contractum†donationis.ſeu conceſsionis perfi-
cerent:vel cum iam perfectus eſſet,reciperent aſsigna
tionem,ideſt poſſeſsionem corporalem, & ſpirituale,
ideſt quaſi poſſeſsionem,donationem,& ſubiectionē
à ſingulis fratribus faciendam & approbandā[*Tranſ-
miſiſſent*]hoſpitalarii ſancti Sepulchri[*Receperunt*]nomi
ne hoſpitalis ſancti Sepulchri , a quibus miſsi fuerunt
[*Et infra*]hic concludebant pro eis in petitorio iudica-
ri debere[*Alterius*]ſcilicet ſactum ſancti Allucii.iſte ve
rò non erat procurator conuentus, nec etiam pleba-
ni de Piſcia. & hoc dico propter ea , quę dicam ſuper
glo.[*Pauctoribus*]hæc uidebatur bona defenſio,& dicā
de hoc & ſe.ſuper glo.& ita[*Et infra*]hic concludebant
actoribus imponi ſilentium[*Patroni*]no. per†hoc Per.
4 quod quando de ſtatu eccleſiæ agitur,patroni ad cau-
ſam ſunt uocandi;alle.16.q.7.filiis[*Fraudem*]contra ple-
banum[*Ab ipſis*]& ſic ipſis prodeſſe non debet,ſed po
tuit obeſſe.ff.de do.l.1.de eo,qui duxit in matri. cap.1.
[*Puram*]& ſic irreuocabilem.infra c.fi.[*Præpoſita*]ſi ſup
pleas,quorum quædam quamuis ſint legitima,perſo-
næ tamen,quæ illam opponunt,ſe adeo fecerunt indi
gnos,quod non debent audiri, de elec.bonæ.1.ad fin.
ceſſat omne contrarium ſecundum Hoſtien.[*Pertinen
tiis*]peti poteſt locus cum pertinentiis, de reſti.ſpo.cū
ad ſedem.de hoc de libe.ob.ca.2.dic ut ibi [*Adiudicare*]
dicunt quidam,quod hæc adiudicatio facta fuit ſolū ,
propter ius patronatus , quod plene transferri potuit
per patronos quaſi quod fecerint rector,& fratres,nil
ualuerit,& ſic ceſſet obiectio, quam hic facit glo.hoc
non placet Innocen.& Hoſtiē. ſed id,quod dicam hic
ſuper glo.nec etiam, eis placet,quod dicunt alii,hoſpi
talarios hic obtinuiſſe:quia poſsidebāt hoſpitale ſub-
miſſum.Alii, quod eccleſia ſancti Allucij habebat ho
ſpitale,quod etiam uocabatur ſancti Allucij,quod do
nauit eccleſia hoſpitali ſancti Sepulchri. unde cum ec
cleſia pingue ius habebat patronatus.16.q.2.ſane, be-
ne debuit ſequi condemnatio hoſpitalis cum pertinē
5 tiis.nec iſta eis placent[*Diœceſano † epiſcopo*]quid ſi nul-
lum præiudicium fiat epiſcopo, quia illud ius habet ,
quod prius habebat.Dicit Goff.quod cogendus eſſet
tunc cōſentire,& ad ſuperiorem poſſet recurri. de in-
re pa.nullus 9.q.3 nunc uerò. Dicit Hoſti. quòd quæ-
ſtio ponit impoſsibile.nam ſine præiudicio immedia
ti prælati non poteſt eſſe,ꝙ alium recognoſcant.cum
ille ibi deſcēdere uolet,& ſubmiſſos etiam contra epi-
ſcopum defendere,& eſſet ille feſtuca in oculo epiſco
pi,ad hoc, de ſta.re.ca quę. de iureiu.petitio,de capel.
mo.cap.2.de re iudi.ſuborta,quæ alleg.glo.[*Plebano*]ſi
uellet agere de uitio litigioſi , uel aliàs de præiudicio
6 ſui iuris[*Præiudicium*]quia ſi prius†locus ſacer eſſet,q̄d
eſſe non poterat ſine auctoritate diœceſani . habebit
ibi epiſcopus ius epiſcopale,quod dic. ut infra de reli.
do.ad hoc,in quo caſu non tenebit prædicta collatio,
& aſsignatio,ſecundum Innocen. & Hoſtien.dicit ꝙ
tenet quo ad ſubmittentes,ut dicit glo. Sed is,cui præ-
iudicat,& non alius hoc reuocare poteſt, argum. ff.de
ſeruitu.vrba.prædio.ſi ædes meæ, & l. ſequen.ff.de ac-
quiren.poſſeſ.l.penul.quæ incipit,Permiſceri.1.reſpo.
Quod dixi locum ſacrum ſine auctoritate epiſcopi fie
ri non poſſe, uerum eſt de iure communi,ſed forte ex
priuilegio competit hoſpitalariis ſancti Io.Hieroſolo.
quod ſacra loca , & hoſpitalia conſtruere poſſunt , ꝙ
ſi uerum eſt,intelligendum eſt tamen ſaluo iure diœ-
ceſ.ſecundum Inno.& prius ab ipſo petita licentia, niſi
aliud in priuilegio exprimatur,infra de deci. dudum ;
de uerbo.ſigni.ueniens, lib.6.de priuile.paſtoralis, q̄d
7 dic.ut eo.ti.de priuile.auctoritate,lib.6.¶[*Glo.† ar. quod*]
ponit bro.ad primam partem negatiuam alleg.7. intra
ad contrarium.5.& ſoluit.¶ Antepe.glo.obiicit,& ſol.
8 ¶[*In † glo.1.ibi.§ nihil*]non probat, ad quod inducitur ,
ſed dicit,interdictum,uti poſ non negari ei, qui uendi
care cœpit [*& ibi,hæreditas*]hæreditatem ex una cauſa
petitam ex alia petere poſſunt : & ſi in querela inoffi-
cioſi ſuccubuit,ex alia cauſa petere poſſum [*& ibi,cum
quæritur*] uide de libe. ob.c.2.ſuper 1. glo.¶[*In 3.glo.ibi.l.
2.*]actiones, uel res lite penden.in conſanguineos; uel
extraneos donatione,emptione,uel alio ti.transferen
dæ non ſunt [*& ibi.l.1.in fi.*] Poſt litem conteſt,in iudi-
cio cōmuni diuidundo non poteſt alter partem ſuā
alienare non conſentientibus dominis.¶[*In 5.glo.ibi,Si
creditoribus*] ſi creditor manumiſit ancillam pignora-
tam, cum ſatisſactum fuerit creditori , libera eſt : nec
licebit debitori dicere , quod in creditoris fraudem
manumiſit[*& ibi,cum profitearis*]uide hanc & ſeq.de cō
ceſ.præben.c.fi.ſuper glo.2. [*& ibi.ſi ſeruus plurium. §.1.*]
ſi ſubſtitutus contra hæredem per gratiam , uel collu-
ſionem obtinuit , tenetur legatarius , & creditoribus :
quia nec improbè cauſari poteſt ſecundum ſe per gra
tiam iudicatum[*& ibi.l.1.*]uide de teſti. ex tenore. ¶[*In
glo.pe.ibi,interrogatam*]uide de confeſ.c. fi. ſuper fi.1. glo.
[*& ibi l.3.*]loquitur in illo,qui dedit pecuniam,ut ma-
lè iudicaretur. ¶[*In gl.ſupra de.ibi.l.2.*]incipit,ſi is.uide de
9 conſue.ex parte,ſuper 3.glo.¶[*In†glo. & ita.ibi,translato*]
in præiudicium plebani , ut ſequitur : ille tamen, qui
alienauit, per hoc non poteſt cōtrauenire ſecundum
Inno.uel hoc non fuit probatum ſecundum eum.eo-
dem modo poteſt dici,quod non fuit probatū, quod
dicitur de contemptu aliquorum fratrum, & de excō
municatione,& periurio donantium, uel contemptū
poterant opponere contempti . contemnentes uero
non,de præben.cum in eccleſiis, lib. 6. & ſi.de reſcrip.
ex parte decani . Exceptionem uerò excommunica-
tionis , & periurij poſſent opponere contempti non
fraudulenti ſuo nomine,non autem nomine capituli,
ſecundum Innocen alleg.no.de teſti.cum olim. uel ſe
cundum eum licet excommunicati eſſent, & periuri
b donare potuerunt [b]. de hoc de dolo & contu. uerita-
tis,& c.fi.Dicit etiam,ꝙ capitulum poteſt dicere con-
tractum nullum,ſi forma ſeruata non eſſet,& reſtitu-
tionem petere,ſi eccleſia eſſet læſa: ſed ſolum prætex-
tu malitiæ ſuæ, uel illorum de conuentu ſe iuuare nō
poſſent,dummodo alias tenuiſſet contractus. Si ergo
dicerēt contractum factum à minori parte,& ſic nul-
lum,bene fuiſſet hoc receptum,dummodo probauiſ
ſent.Sed quia non probarunt,ideo contrariam ſentē-
tiam receperunt,ſecundum Innocē. & per hoc infert
Hoſtien.præſumi omnia ſolenniter acta,inſti. de fide-
iuſ.§.fi.remit.de proba.tertio.¶[*In glo.arg.quod,ibi,conſan-
guinei*]& ſupra de præſumpti.tertio, ubi etiam de hoc
10 [*& ibi,fauorem † eccleſiæ*]Sed nonne hic erat fauor eccle-
ſiæ , & hoſpitalis ſancti Allucij. ergo ſecundum iſtam
exceptionem debebant eius fratres audiri , licet ſuam
turpitudinem allegarent. So.collige, infra glo.a. & ex
his,quæ ibi dicam,uel aliter per id, quod dicam, infra
ca. glo. [*& ibi, fauore libertatis*]hic non fatetur Hoſtien.
hoc,& reſpondet legi allega. ſicut & reſpondet glo. 1.
in fi.in decre.de confeſ.[*& in fi.*] uel auditur excipien-
do,non agendo,Goff.& no. ſupra de conceſ. præben.
ex tenore.Alias etiam ſolutiones no.ibi ponit hic Bo[t]
nag. Sed hæc ſolutio reprobatur hic. Satis tamen dici
poſſet,ꝙ ſi exceptio, in qua uerſatur turpitudo exci-
pientis,ſufficiens ſit ad perimendam intētionem acto
ris, ea probata uera ſit illa ſolutio:aliàs ſecus, ut hic.
11 ¶[*In glo.ſed † qualiter,ibi,reſpondeo*]idem quod Goffr.dixit
Dama.ſi uerum fatear,nō intelligo, quod hic dicit pa.
paſuadet tamē tenendā ſolutionem,quę ſequitur:vel
quod

quòd papa confirmauit in odium ſubiicientium [*& in fi.*] ſecundum hoc nõ debuiſſet papa adiudicaſſe hoſpitale cum pertinentiis. ſed ſolum abſtuliſſe facultatẽ contradicendi aduerſariis, uel ſuper contradictione impoſuiſſe eis ſilentium. Propter quod dixerunt Inn. & Hoſtien. ꝙ locus iſte non erat religioſus, uel ſacer, & per ſeculares regi poterat, & donari, infra de relig. domi. ad hæc. & ſi dicas, erat ibi eccleſia ſancti Allucij. ſecundò quòd hic erat rector, & fratres, tertiò ꝙ locus habet patronos. Reſpondetur ad primum, quod non erat ibi eccleſia, quæ dignitatem eccleſiæ obtineret, ſed erat oratorium deputatum orationi, & celebrationi miſſarum, ſicut eſt ferè in omnibus palatiis magnarum perſonarum, de quo infra de cenſi. c. fi. uel ſuppoſuerunt hoſpitale tantum, non eccleſiam: quę quamuis eſſent uicina, nec erant connexa, nec alterum alteri ſuberat. Ad ſecundum dic, quòd licet dicerentur, rector, & fratres, non erant de ueritate tales, nec erant religioſi, uec collegiati, & de hoc remit. Hoſtiẽ. ad ſum. de regula. §. 1. uerſi. quid de ruſticis, & ſequen. uel dic quòd & ſi licitum ſit eorum collegium, qui hoſpitalitati deſeruiunt: tamen fratres, qui ibi erant, non intrauerũt auctoritate epiſcopi, ſed tantum per dominum & fundatorem hoſpitalis inducti ius habebant, ut ibi toto uitæ ſuæ tempore deſeruirent, & eorum conſilio omnia fierent; & inde neceſſaria uitæ perciperent. Ad tertium dic, quòd largè & ex ſola ſpe patroni dicũtur propter ſpiritualia, ad quæ deputauerunt locum: aliàs ſi auctoritate epiſcopi locus eſſet religioſus, nec primus ſtatus mutari poſſet ſine ipſius auctoritate, de reli. do. de xenodochiis, nec libellus hoſpitalariorum receptus fuiſſet, cum cauſam minus ſufficientem exprimeret, ſcilicet, ꝙ habebant ex donatione fratrum, cum hoc ſpectet ad epiſcopum, de exceſ. præ. ſicut vnire, ubi de hoc. ſed ſecundum hoc obſtat, quòd iſti rei, qui laici erant, non debebant coram eccleſiaſtico iudice conueniri. Sed ſi ſuſtinere uis prædicta, dic quòd non fuit exceptum: uel dic, quòd licet tempore dationis locus eſſet priuatus, & perſonæ laicæ: tamen per dationem illam dicebantur locus, & perſonæ religioſæ. hanc ergo ſpiritualem cauſam iudex ſecularis audire non poterat etiam incidenter, de ordi. cognitio, tuam.

ANNOTATIONES.

a ¶Proponere. Vide Io. And. de reſtitu. in integ. conſtitutus, in glo. no. libellum.

b ¶Periuri donare potuerunt. Et ſic licet ſint periuri, tenet factum contra iuramentum, de quo uide Ioan. And. de præben. dilecto, & in regula, quod ſemel, de reg. iur. lib. 6. in q. Mercuriali.

SVMMARIVM.

3 *Donatio quinquageſima, uel centeſima, quam facit epiſcopus, quando poſſit reuocari. & pluribus factis, quæ reuocabitur, nume. 7.*

Cui, & de quibus bonis, nu. 2. & quando fieri poſſit, & quo tempore, & quomodo, ibid. & nu. 6.

Diuiſio capituli.

Parochia pro diœceſi.

Canonicam portionem cur habeat epiſcopus, in fin.

3 *Circumſtantiæ ſemper conſiderandæ.*

Superioris appellatione etiam archiepiſcopus hic comprenditur.

4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 5.*

Rem ratam dominum habiturum, ut non committatur ſtipulatio, quid agendum.

Intellectu magis percipi quid poteſt, quàm exprimi.

6 *Additio gloſſarum, & nu. 7.*

7 *Pluribus donationibus, uel alienationibus factis ab epiſcopo grauantibus eccleſiam, quæ earum reuocabitur, an de ſingulis detrahetur grauamen.*

CAPVT IX.

1 APoſtolicæ. C. Donatio †quinquageſimæ, uel centeſimę
quam facit epiſcopus cum graui ſuæ eccle
ſiæ detrimento, poteſt legitimè reuocari.
& duæ ſunt principales partes. In prima deciſa conſul-
tatio. in ſecunda reſponſio ibi, in principio inquiſitio
nis &c. in qua primo reperit ius antiquum. ſecundò
ibi, hoc ſemper, illud declarans quæſtionem propoſi-
tam ſoluit. tertiò ponit antipophoram ibi. nam & ſi.
quartò ſoluit incidentem quæſtionẽ ibi, Si uerò, hoc
dico ſecundum lecturam glo. ſecundum Hoſt. aliter
ut dicam ſuper t. glo. [*Si quis*] incipiunt uerba canonis
[*Parochia*] ideſt diœceſi. per quod patet ſecundum Ho
ſtien. quod tota ciuitas, & diœceſis reſpectu epiſcopi
dicitur una parochia, & quilibet in ea habitans eſt ei
ſubiectus, ut parochianus, de offi. Archipte. c. 3. ad idẽ
de offi. ordi. ſignificauit, & c. irrefragabili, de rapto. c.
1. Infra ti. 1. c. 2. & 3. & ex his ſecundum Hoſtien. inſur-
git ratio, quare habet canonicam, quia ſcilicet quili-
bet ſuus parochianus eſt, & ab eius parochia aſſumi-
2 tur. & no. per hoc uer. quòd † don. centeſimæ, uel quin
quageſimæ facere non poſſet epiſcopus eccleſiæ, quã
extra ſuam diœceſim conſtrueret, uel erigeret [*Eccle-
ſia*] cathedralis. non enim hãc dare poſſet de bonis ec-
cleſiarũ ſibi ſubiectarũ, ut ẽt no. Inno. de his, quæ fi. à
prę la. paſtoralis, in fi. Pe. de ſan. contra, ut ibi dixi ſuper
uer. quinquageſima [*Pro ſuis*] proprijs, quia ibi elegit ſe
peliri, uel. i. eccleſiæ [*Magnificare*] ſorte inſtituẽdo ibi cle
ricos, Pe. dicit hoc intelligi, cum de nõ cathedrali vult
facere cathedralẽ de ſuperioris auctoritate; quod non
credo, nec tunc eſſet in parochia ſua [*Elargiri*] in uita
ergo donare põteſt; & ideò ponitur ſub hoc titulo: nõ
tamen põt teſtando, uel legando, ut dicam. ĩ. titu. 2. ad
hęc [*Quia tamen*] interpoſitio, Inn. uſq; ibi, uel hæc [*Quod
cui*] eccleſiæ. ſ. nouiter cõſtructæ, uel erectæ [*Subſidium*]
Si ergo ſeruitores ex illa quota non poſſent ſuſtentari
nõ fiet donatio [*Cui tollit*] eccleſiæ. ſ. cathedrali [*Duabus*]
ſ. quinquageſima, & centeſima. & hoc intendit, quòd
unus eps̃ has duas facere nõ poſſit [*Remunerationem*] po
nitur pro donatione gratuita, Pe. [*Hoc ſemper*] verba sũt
auctoris [*Vel alius*] prædeceſſor, uel ſucceſſor, Hoſtien.
[*Vel cathedralem*] no. ſm̃ Innoc. & Pet. ꝙ non ſolum de
ſuis poſſeſſionibus dare poteſt hanc quotã, ſed etiam
de poſſeſſionibus eccleſiæ cathedralis [*In quamcalibet*]
ẽt milleſima [*Legitime*] ſ. per beneficiũ reſtitutionis in
3 integ. ſm̃ Vin. & Inno. [*Circumſtantys*] quæ ſemper † ſunt
conſiderandæ. ĩ. de pœni. omnis, de tranſa. c. fi. de teſti.
cum cauſam, & c. præterea [*Expreſſione*] Hier. In li. uigil.
utilitas uigiliarum magis exercitio ſentitur, q̃ loquen
tis ſermone narretur [*De ſuperioris*] papæ, ſed Inn. & Ho
ſtien. contra, dicẽs idem in archiepiſcopo, ut ſicut pa-
a pa licentiat illos, qui ſibi iurant, de re. ecc. non ali. ut
ſuper, de feu. c. 2. ſic archieps̃ eos, qui ſibi iurant, cum
ſimilis, imo eadem ſit forma, de ma. & obe. dilecti, de
iureiur. ego. & facit ad hoc quod poſt eum dicã, infra
4 de pœ, & remiſ. c. fi. ¶ Prima † gl. inchoat caſum. ¶ Ter-
tia gl. reſpon. per qõ. an ſine cõſenſu capituli &c. tenet
ꝙ ſic. ponit opi. ꝯriam, & opi. Hug. mediã. ſecũda pars
reſpon. per queſtio. an de fructibus, vel ẽt de poſſeſſio
nibus, ponit duas opi. & ſecundã approbat. ¶ Quarta
5 p rationem. ¶ Quinta obiicit, & ſol. ¶ In † gl. 3. ibi. §. ul-
ti. uide de magi. c. fi. ſuper glo pe. ¶ *In glo. 4. ibi, libertus. §.
1.*] incipit, ſi quis plures. uide. ſ. ca. 2. ſuper 3. glo. ¶ *In 5.
glo. ibi, contra leges*] emendo originarium, uel ruſticum
aſcriptum ſine gleba [*& ibi, nunquam 2.*] uide in præ. c. ſi
diligenti, ſuper glo. penu. ¶ *In glo. antepe. ibi, ratũ*] ut non
committatur ſtipulatio rem ratam dominum habitu
rum, debet cum primum certioratus eſt, ratum ha-
bere cum ſpatio temporis nec minimo, nec maximo
quod

6 quod magis intellectu percipi &c. idẽ ſequẽs. ¶ *In† glo. 1. in fi.*] in uer. unde cũ. Dicit Hoſti. ꝙ tria quærebãtur.
Primũ, an liceat, epõ conferre quinquageſimam redi
tuũ eidem, uel diuerſis eccleſiis rñdetur huic. i. uerſi.
hoc ſem p ſm quod dicit gl. tertiũ, ſi mẽſa epalis in tm̃
abundat, ꝙ põt dari vigeſima, vel trigeſima ſine graua
mine, an tũc id poſsit eps ſine ſuperioris auctoritate?
& ad hoc rñdetur, in fin. ¶ *In glo. 3. ibi, capituli*] idem hic
Gof. *& ibi, concedere poteſt*] imò nec per ſe illam faceret ſi
ne capitulo, cum non ſit ibi totus, cum membra defi-
ciant, de his, quæ fi. à præ. nouit. & c. quanto, Hoſti. [*&
ibi, Io.*] intelligit Goſ. & Inno. & hoc teneas. nã & expe-
dientius eſt eccleſiæ dare ex nunc quinquageſimã poſ
ſeſsionum, quam ſingulis annis dare quinquageſimã
redituũ. Dicit tamẽ Egi. ꝙ putat hoc eſſe de mente iu-
ris, ꝙ eccleſia cathedralis teneat directum dñiũ. vnde
7 hoc ſumit nõ uideo. ¶ *In† glo hic reſpondet, ibi, ultima*] idẽ
hic Vin. & hoc Gof. & in ſum. de his, quæ fi. à præ. in fi.
& Barth. in Vene. 66. & uide, quod dixi de fideiuſ. ꝙ q-
buſdam, ſuper glo. iſtud, in fi. Dama. qui ſuper hac de-
cre. hanc qõnem proſequitur, Cuius glo. ẽt poſuit Phi.
ſ. c. 2. tenet, ꝙ de ſingulis detrahetur, per l. ſi totas, C. de
inoff. dona. cum enim ſm eum ultima donatio per ſe
conſiderata non grauet eccleſiã, ſicut nec prima, ſed
grauatur ex oĩbus ſimul conſideratis; ergo de omni-
bus detrahetur. ad idem inducit. ff. de iu. pa. ſi libertus.
§. ulti. ubi ſi libertus per plures alienationes ſe fecit mi
norem centenario, prior, qua factus eſt minor, ipſo iu
re non tenet, poſteriores reuocanẽ per Fauianã. ad ꝯ-
rium tamen induxerat, ꝙ prima donatio, cum per illã
eccleſia læſa non fuerit, tenuit: per ſequentem ergo, q̃
grauauit eccleſiã, non reuocabiẽ prior legitimè facta,
ſed ſolum illa, quæ grauauit. ſ eo. c. is; ubi de hoc uide,
a & de reg. iur. factum legitimè, lib. 6. nã & in unica alie-
natione reuocaẽ ſolum, quod excedit, p c. ſi quos qđ
alle. gl. C. de dona. ſancimus. §. 1. ff. de uſur. l. placuit. in-
duci ẽt. ff. qui & a qui. ſi quis habens. quid dicat, uide
b de maio. & obe. c. 1. ſuper glo. 2. tene. cum gl. quæ fuit[b]
Lau. ad l. ſi totas. reſponde per id, quod dicã. j. c. proxi.
ſuper 1. gl. in ma. addi. ver. alii diſtinguunt. ꝯria opi. pce
dat, ubi non conſtat, q̃ fuerit prima [*& in fi.*] unde dicit
Hoſt. ꝙ ſiue ſit una ſola, ſiue ſint plures, illud tm̃ & il-
lud totũ, in quo & per qđ grauata fuerit eccleſia, reuo
cabitur, ut hic. ¶ *In glo. ſed uidetur, ibi nunquam*] ad hoc 96.
di. bene q dem, circa mediũ, ubi de hoc [*& ibi, bona rei*]
nec præſumere debet recipiens, ꝙ epiſcopus id fecerit
in damnum eccleſiæ. ¶ *In glo. puca, in fi.*] uel confirma-
tio papæ ex certa ſcientia, de confirma. uti. uel inuti. c.
pe. Goff. & Hoſti. ¶ *In glo. ut ſi, ibi, grauata*] ad hoc, infra
de offi. or. pſenti. §. porrò, li. o. [*& in fi.*] ad hoc ne ſe. ua.
c. 1. de conceſ. præb. ex parte, Hoſt. ¶ *In glo. pe. in fi.*] 3. gl.

ANNOTATIONES.

a ¶ Papa licentiat. Facit quod notat glo. ſuper uerbo, defenſore, & ſuper illa Ioan. And. in c. 1. de re. ec. non alie. lib. 6. & in cap. 2. de tranſac. in glo. qui ſie.

b ¶ Quæ fuit. Facit quod notat glo. in l. Titia Seio. §. imperator, ff. de leg. 2. & in l. 1. C. de reuoc. dona. ubi uide ſimilem materiam per glo. & doc. & huic materiæ congruit quod no. in l. ſancimus, C. de reuo. dona. & uide Bal. plenè in l. 1. C. de inoff. dona.

SVMMARIVM.

1 *Donatio quibus caſibus reuocetur, & à quo, & num. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 10. 11. §. 2. 13. 14. & 15.*
Ingratitudo quid.
Ea multi laborant, & cur aliqui.
Eſt delictum maximum, & nu. 3.
Vnde compoſita, ne propter eam donatio reuocetur, ualet pactum, num. 2. punitur, nu. 3. & 5.
Ingrati qui.
Gratus quis.
Liberalitas quid, in fin.
2 *Taciturnitas ingratitudinis quibus caſibus in donatore dicatur fuiſſe, & hæredibus non noceat, in fin. & nu. 5. §. fi. & nu. 10.*
3 *Donatarius eſt naturaliter obligatus donatori.*
Pœnitere contra factum ſuum licet ex ſuperuenienti cauſa.
Rigor iuris hic complectitur: aliquando ſecus.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 5.*
Donationis reuocatio quibus actionibus reuocetur. §. 1. & nu. 11.
Ingratitudinis accuſatio quando non competat hæredi. §. fin. & ſupra nu. 8. & infra 10. & 11. §. 2.
6 *Additio gloſſarum.*
Contractus perfecti tribus dicuntur modis.
Emancipatus filius comparatur extraneo in caſibus reuocandi donationem.
Donari non poteſt filio in poteſtate conſtituto regulariter, excipiuntur caſus.
7 *Donatio facta eccleſia quibus caſibus reuocetur.*
8 *Polus pro cælo ſumitur hic, & quare ſic dictus.*
9 *Donatio ex ſuſceptione liberorum an & quando & quatenus reuocetur.*
11 *Feudum quando non auferatur filio ex felonia patris, licet quæſtio patri fuiſſet nota.*
12 *In collatore beneficij an habeat locum, quod hic dicitur de donatore, non eſt proprie donator, & ratio.*
13 *Defenſio licita non cadit in iniuriam donationis.*
Per iocum ſiquid intuli mali donatori, non eſt locus huic reuocationi.
14 *Damnum graue quando dicatur afferre donatarius donatori.*
15 *Quid ſi attentauit infligere?*
16 *Reuocandi ius quare ſtatutum hic fuit eſſe perſonale?*

CAPVT X.

1 PRropter eius. C. Ponit. 4. caſus † p p quos donatio
reuocaẽ p donatorẽ, q ſi tacuit, hæres non
reuocat. & tria facit. ponit dictũ, quod exẽ-
plificando ſpecificat ibi, ut ſi. & poſtea moderatur ibi,
quod tñ. Et de dictione, ppter, & pro, uide qđ dixi de
priui. petiſtis, & daẽ uerſus. Per mediũ propter cãm, p
dat tibi finem [*Ingratitudinem*] ſm beatũ Bernardũ in cã
ticis, ſermone, li. Ingratitudo eſt ventus uerus, ſiccans
fontẽ miſericordiæ, rorẽ pietatis, & fluẽta gratię. Hoc
peccato laborant recipientes libenter dona, & benefi-
cia, nec tñ habẽt illa grata: & donatores, q bus teneneẽ
ad antidora, interdum iuxta vulgare prouincię remu-
nerant ſcabioſe. ad idem de Iudęis, & ſi Iudęos. ad hoc
facit quod habetur. 23. q. 3. ſex ſunt differentiæ. proue-
nit aũt hoc peccatum ex ſuperbia. Sunt enim, qui cre-
dunt ſibi debita oĩa ſeruitia, quæ ſibi fiunt. vnde idem
beatus Ber. Eſt q dem præſumptio, & delictum maxi-
mũ uti datis quaſi innatis, & in acceptis beneficiis gra
tiam beneficii uſurpare, ſm Hoſt. Componitur aũt in
gratitudo ab in & gratus, & ſumitur tripliciter, unde
uer. Dicitur ingratus acceptor, immemor oĩs. Et cu-
ius merita ſequitur retributio nulla. Et cui dicendi de-
a eſt gratia, uel faciendi. Gratũ [a] uerò dicimus non ingra
tum. ff. de manu. teſta. ſeruos, & l. teſtamento ſuo cẽtu
rio. facit de ſeruti. in or. fac. c. uno, & quod ibi no. & 22
q. 2. ſi quos [*Liberalitas*] i. liberalis donatio [*Perſona*] qua-
2 ſi† non eius hæres, ut in fi. [*Rigore iuris*] dat intelligere,
ꝙ de miſericordia poteſt omitti. 45. diſt. tria ſunt. ſi, de
adulteriis, ſi uir. & per hoc uidetur ualere pactũ in do-
natione appoſitum, ne propter ingratitudinem reuo
cetur, de quo vide in Specu. eo. ti. ver. quid ſi actum, &
quod ibi dixi [*In ipſum*] donatorem [*Graue*] lex dicit, nõ
leue [*Vitæ periculum*] ut quia propinauit uenena, uel cõ-
ſpirauit in mortem. 11. q. 1. conſpirationum, Hoſtien.
[*Hoc tacuit*] quia non prouidit ex pacto hæredibus, In-
nocen.

nocen. Hoſtien. in ſum. huius ti. in fi. intelligit eum ta-
cuiſſe, qui non egit, nec ad agendum ſe parauit. C. de
3 inoff teſt. l. ſi pater tuus, & l. ſancimus, in fi. ¶ Vltra † ſū-
marium intellectū no. ꝙ donatarius naturaliter obli-
gatus eſt donatori. ad idem infra ti. 2. cum in officiis,
ubi no. in 1. glo. ¶ Nota caſum, in quo punitur ingra-
titudo. concor. ſ. de poſtu. c. fi. cum ſuis concor. de ſer-
uis non ordi. c. 3. C. de lib. & eorum liber. Si manumiſ-
ſus. ¶ No. caſum, in quo rigorem iuris amplectimur,
interdum amplectimur æquitatem. de hoc. ſ. de tran-
ſac. c. fi. No. ꝙ ex ſuperuenienti cauſa licet pœnitere,
uel ꝯ factum ſuum uenire; concor. de elec. nulli, lib. 6.
4 de hoc ſatis de reg. iur. quod ſemel. lib. 6. ¶ Prima † glo.
dicit unde ſumpta, & dat regulam. ſecundò diſtinguit.
¶ Secunda glo. reſpondet per quæſtionem. ¶ *Vlti. glo.*
5 *in fi.*] arguit ad quæſtionē inducens duas. ll. ¶ *In 1. glo.*
ibi, ſi donationem] textum huius uide de elec. in cauſis, ſu
per glo. ergo ſi [*& ibi, ſolo*] ſequitur, obſequii non præ-
ſtiti uelamento data libertas reſcindi non pōt [*& ibi. §.*
illud] hæc lex loquitur in liberto priuati, qui redigitur
in ſeruitutem propter iniuriam illatē patrono [*& ibi,*
ſi totas] ſi donaui filiis emancipatis totam ſubſtantiam
propter filios legitimè poſtea ſuſceptos reuocatur de
bitū bonorū ſubſidium. ¶ *In glo. 2. ibi, bis ſolis*] ibi actio
nem matris ita perſonalem eſſe uolumus, ut uenditio
nis tātum habeat effectum [*& ibi, cum res*] emptio, quā
facit donatarius filio donatoris, ualere poſſet propter
ius reuocandi per querelā inofficioſi, ſi filio compete
ret [*& ibi, Si mortis cauſa*] donans cauſa mortis, ut habeat
donatarius, ſi mors contingat, habet actionē in rem,
ſi conualuit; ſi mortuus eſt, illā habet donatarius ¶ *In*
glo. ulti. ibi, commodo] hæredi non licet ingratum dicere,
quem pater non dixit [*& ibi l. 1.*] & l. 1. § ulti. quæ ſic di
cit, ſi dominus mortiferè vulneratus ſupuixit, nec de
quoquam ſeruorum ſuorum conqueſtus eſt, ēt ſi ſub
eodem tecto fuerint, parcēdum eſt illis. fortius, ſi illos
6 purgauit. hæc l. 2. ¶ *Super † glo. 1. ibi, poſſeſſionem*] & 20. q. 4.
ſunt qui opes [*& ibi, perfecta*] ſiue ſit perfecta ſtipulatio
ne, uel pacto, ſiue ſit impleta per traditionem, ut ibi
no. & quomodo tribus modis diuerſo reſpectu perfi-
ciuntur contractus, no. C. de per. & com. rei uen. l. 1. in
1. glo. [*& ibi, extraneo*] ſupp. aut filio, aut eccleſiæ; & cū
donat filio emācipato, dic idem, quod in extraneo
quò ad caſus reuocandi. filio uero in poteſtate cōſti-
tuto regulariter non poteſt donari. C. de dona. inter ui
b rum, & uxo. l. antepenul. [b] & de hoc, infra de dona. in-
ter uir. & uxo. c. fi. in fi. 3. glo. ubi remittam ad caſus ex-
7 ceptos. ſi uerò donat † eccleſię, hæc donatio reuoca-
tur in caſibus. Primo propter conditionem, uel mo-
dum appoſitum, nec ſeruatum, ſupra eo. cum dilecti,
de condi. appo. verum. Secundo propter pacti turpitu
dinem, infra de ſimo. de regularibus, & c. de hoc. Ter-
tio propter donantis turbationem, ut cū pater iratus
filium exhæredat, & donat eccleſiæ. 13. q. 3. ſi quis ira-
ſcitur. Quarto propter fraudem & dolum donatarii.
20. q. 3. conſtituit, infra titulo ſecundo. c. fi. Quinto pro
pter nouam filiorum natiuitatem, ſed iure poli, nō fo
ri. 28. q. 4. quicunque 2. Sexto propter dantis impoten
tiam. 17. q. 4. quæſtio. & infra titulo 2. filius. Septimo
propter cauſæ defectum, infra de cleri. coniuga. quod
à te. Octauo quatenus excedit, ſupra c. proximo, de re
bus eccleſiæ non alienan. ad noſtram. Propter ingrati
tudinem uerò prælati, & conuentus non reuocatur.
de hoc in Specu. eodem titulo, uerſi. quid ſi aliquis ba
ro [*& ibi l. 1.*] adde quod no. infra tit. primo, inquiren-
dum, in glo. 2. [*& ibi, octaua diſcuſſio*] ubi de hoc, & ca. q.
8 diaconi, & ca. liberti. t. [*& ibi, poli*] ſumitur † polus poli
pro cœlo ſic dictus, quia politum & ſculptum uariis
9 ſtellis. vnde & canon ille dicit, iure cœli [*& ibi, non † re-*
uocat] ſed debitum bonorum ſubſidium tantum, & ſic

c ſequitur glo. opi. Azo. [c] de cuius ſumma. C. de reuoca.
dona. recepit hæc uerba. ſed Accur in l. ſi unquam, te-
net inducens. l. cum accuriſſimi. C. de fideicommiſſ.
quòd etiam non patronus donationem factam in ex-
traneum in totum reuocet propter liberos poſtea ſu-
ſceptos, & l. ſi totas. loquitur. cum donauit filiis, & de
hoc. C. de inoffi. dona. l. 1. in 5. quæſtione, & uide quod
dixi, infra titu. 2. Rainutius, uer. cum autem. ſuper pri-
ma gloſſ. Quid dicemus? pro opinio. Azo. ꝙ querela
inoffi. dona. reuocet ſolum legitimam. facit hęc lex. ſi
totas, & C. de inoffi. teſtamento, auten. unde ſi parēs,
& præalleg. decreta. Rainutius. Item cum lex, dicat, ꝙ
per hanc querelam minuitur donatio. C. de inoffi. do-
na. ſi liqueat. ſi minuitur, ergo non in totum tollitur,
ff. de uariis & extraordi. cogni. l. cognitionum. Ad cō-
trarium, ꝙ totum reuocet, facit. l. ſi unquam & ff. de
leg. 2. l. ſi Titia Seio. §. imperator. Item quia hæc quere
la inducta eſt ad inſtar querelæ inofficioſi teſtamenti,
C. de inoffi. dona. l. fin. ſed illa totum aduocat; ergo &
iſta. Vidiſti opin. Azo. qui ſimpliciter tenuit reuocari
legitimam, niſi cum facta fuit donatio in libertum
Vgolinus diſtinguit, aut donatio fit in filiū, aut in ex
traneum. Primo caſu reuocatur uſque ad legitimam,
ut in auten. unde ſi parens. In ſecundo caſu refert, an
ſit inofficioſa re, & conſilio, an re tantum. primo ca-
ſu reuocatur in totum. facit, infra ti. 2. & officii. & c. re-
quiſiſti, & ſic intelligitur. §. imperator: tamē ibi loqui-
tur de dona. facta in nepotē. Et aliqui intelligunt, ꝙ ibi
vnus ex nepotibus reuocat dimidiā, non totius, ſed le-
gitimæ. inducunt ēt. l. ſi unq̄. Si re tantum, reuocatur
uſq; ad legitimam. Sic loquitur. l. ſi totas, & l. ſi mater,
& l. ſi liqueat, de inoffi. dona. Dominus Di. in §. impe-
rator, diſtinguit aliter. aut donatio præceſſit natiuita-
tem filiorum reuocare uolentium, aut ſecuta eſt. pri-
mo caſu, aut donatum eſt filiis, aut extraneis, uel liber
tis. Si filius, fit reuocatio uſque ad legitimam tantum,
ut in l. ſi totas. Si extraneis, vel libertis, reuocatur in to
tum, ut in l. ſi unquam. hic adde, quod de iuramento
dixi in Specu. eo. ti. ſuper rubrica, uer. an propter libe-
ros: Secundo caſu, quando donatio ſecuta eſt natiui-
tatem filiorum reuocare uolentium, locum habet di
ſtinctio Vgo. an ſit inofficioſa re, & conſilio &c. Alii
diſtinguunt, aut ſunt plures donationes, aut una ſola
inofficioſè facta: ſi ſunt plures, reuocatur poſterior,
per quam apparet inofficioſitas. ff. de iure pa. ſi liber-
tus, ad fi. & facit quod no. ſupra c. proxi. & ſic loquan-
tur. l. ſi totas, & l. ſi liqueat, C. de inoffic. dona. in pluri-
bus donationibus. Quod eſt intelligendum. quando
præcedentes donationes, per quas non apparet inoffi
cioſitas, à principio tenuerunt, ut quia factę in extra-
neos, uel filios emancipatos. Sed ſi à principio non te-
nuerunt, ſed indigent confirmatione per mortem, ut
factæ in coniugē, uel liberos in poteſtate, tūc in eis ſer
uatur idē ius, quod in legatis, & in fideicōmiſſis C. ad
l. Falci. in donationibus. & ideò præcedentes ꝑ ſequen
tes minuuntur. ff. ad l. Fal. in quantitate. §. ſed ſi legato,
& l. Plautius, & l. pe. §. annua. Sortiuntur enim firmita
tem à morte. facit. ff. de pecu. leg. l. ſeruo, & l. quidam.
ar. ad præmiſſa. ff. de ſtipu. ſer. l. ſi uſuſfructus. Secundo
caſu, qū unica eſt donatio inofficioſa, tunc refert. Aut
illa facta eſt in fratrem, aut in extraneos. ſi in fratrem,
non reuocatur niſi debitum bonorū ſubſidium: quia
non ita aſperè procedendū eſt contra fratrē: ſic intelli
git §. imperator, & auct. vnde ſi parens, & in auten. de
immen. dona. §. 1, Aut fecit dona. in extraneu, & tunc
locum habet diſtinctio Vgo. aut re & conſilio &c. ar-
10 gum. præalle. l. ſi libertus [d]. §. pe. [*& ibi, Fuſtiuns † cadendo*]
d hoc comprehendebatur in ſuperiori, dum dixerat,
impias manus, vnde de alia iniuria uidetur intelligen-
dum. & Pet. Abba. Egi. & Boa. intelligunt de uerbali

contumelia

contumelia.uel poteſt ponere,ꝙ eum fugauit,uel car
ceratum tenuit ſine manuum iniectione,de ſen.excõ.
nuper[*& ibi,non adimpleuit*] ſed de iſta dicunt doctores,
ꝙ datur hęredi & in hæredem.cum non ſit inducta cõ
tra communes regulas[*& ibi,l ult.*]addit ibi gl.ſextum
caſum,quando donatarius nõ alit donatorem[*& ibi,*
ad ſecundas nuptias]hoc forſàn corrigitur,ut patet ex no.
de ſecundis nup.c.pe.& vlti.Hoſt.bene dixit,forſan q̃a
iura illa non tollunt pœnas, quas lex infligit mulieri,
quia ſecundo nubit,ſed illas,quas imponit,quia nubit
11 intra tempus luctus,ut ibi dicam.¶[*In glo.2 in fi.*]idem
Inno.Alii dicunt ꝙ iudicis officio, per l.2. C. de lib.&
c eorum liberis[e]. Sed dicit Hoſtien de nomine actionis
non curandum,ſupra de iud.dilecti.¶[*In glo.3.ibi,atrox*]
ſup.ex facto[*& in fi.*] de hoc, infra de ſen.excom.cum
illorum,uerſi.nos tamen. ¶[*In glo,ulti ibi,mota fuit*] imò
quandoq; non aufertur , etiam ſi patri quæſtio mota
fuit. ut dixi ſupra de ſen.c.2. ſuper glo.fi.[*& in fi.*] me-
lius ſm literã arguitur ad caſum conuerſum,ut arguit
glo.in præalleg.l.omnimodo,ſ.ꝙ ſi uaſallus fecit fello
niam ꝯ dominum,& dominus non reuocauit feudũ,
ꝙ hęres non poſsit reuocare;quod uerum,ſi fuit ſciẽs
& habuit tempus ſufficiens ad reuocandũ: aliàs hæres
reuocar,facit.§.de elec.cum in ueteri,de dila.expoſuit,
ad fi.ff.de confir.tuto.l.in confirmando, & l.utilitatẽ.
12 ¶Ad quæſtiones ueniẽs. Primò q̃ro† an id, quod hic
dicitur de donatore, locum habeat in beneficij colla-
tore: quod uidetur, quia donator eſt,de conceſ.præb.
propoſuit,in prin.& c.ſeq.facit de off.uica.c.ulti.lib.6.
Item uidetur caſus de poſtulan.ca.ulti. in fi. & faciunt
iura ibi alleg.in prin.ulti.glo.& de exceſ. præla. graue.
Contrarium credo , ꝙ collator beneficij non eſt pro-
priè donator: quia ſibi retinere non poteſt,de inſti.ca.
fi.& iure cogente cõferr: aliàs poteſtas tranſit ad altũ.
& facit quod dixi ſuper rubrica,facit tex.l.ult.de reuo.
dona.ibi,donatorem res ſuas perdere &c.Ad alleg.pri
mò in contrarium reſponde per no. de præben. rela-
tum, & c.inter cętera , ꝙ collator beneficiorum non
eſt liberalis in dando,ſed in cui dando.decr.ulti. de po
ſtulan.non ob.quæ non loquitur de ingratitudine cir
ca collatorem,ſed circa eccleſiam,in qua habet bene-
ficium : nec ibi per uiam reuocationis , ſed per uiam
deſtitutionis neceſſe eſt inſtitutum priuari . Eodẽ mo
do reſpondetur ad decre.graue.nam ibi de depoſitio-
13 ne loquitur.¶ Secundo circa† primum caſum quæro,
quid de donatario,qui ſe defendendo, uel aliàs caſu li
cito percurit donatorem ? dic per uer. impias, qui pu-
nitur hic,& in l.fi.C.de reuo.dona.ꝙ non eſt locus re-
uocationis ad hoc.infra de pœnis,ad aures,& c.in qui
buſdam,& quod ibi no.& facit de ſen.excom.ſi uerò,
in §.pe.& ulti.Et eadem ratione dico idem de eo , qui
ioco.eo.ti. ca.1. ¶ Tertio quid ſi ignorabat illum eſſe
donatorem? dicas,ꝙ ceſſat reuocatio,cum ingratitu-
do in ignorante notari non poſsit.facit.ff.loca. ſi igno
rans,de ſen.excom.ſi uerò.2.de iniuria tamen tenetur
ſed non ex hoc capite. & facit,quod ibi no. ¶Quartò
quæro,quid ſi manu propria non percuſsit, ſed aliũ
percuti fecit: planum eſt,ꝙ locus eſt reuocationi, per
c.27.q.4.ſi quis ſuadente,coniunctum cum decre.mu
lieres,in fi.de ſen.excom.¶Quintò quid ſi non manu
ſed pede percuſsit ? idem , ut no.in præal.c.ſi quis ſua-
14 dente.¶ Sexto quæro† circa tertium caſum, quod di-
catur hoc graue damnũ reruon? vſ.ꝙ in tota ſubſtãtia
donatoris,uel maiori parte,ar.de reſt.ſpo. frequens,li.
6.& facit.ff de execu tu.propter litẽ,in prin. Ego puto
ẽt in minori parte ſubſtantiæ poſſe graue damnum in
ferri.hoc ergo arbitretur iudex.& apertè probatur,ſu-
pra c.proxi.circa prin.& uer.hoc ſemp,circa fi. ubi pa
ter, ꝙ perditio cẽteſimæ,uel quadrageſimæ,uel mino
ris partis ſubſtantiæ poteſt eſſe cum graui damno. Itẽ
& l.unde hoc ſumitur, dicit nõn leue, ut dixi in textu,
& facit quod dicam,infra de ſen.excom. peruenit, de-
cre.frequens,loquitur in ſuo caſu,ſ.ꝙ ad repellendum
accuſatorem nõ dicatur ſpoliatus nudus, uel inermis
niſi ſpoliatus ſit &c. Lex , propter litem, correcta per
auctẽn.ut bi qui obli.poſt prin. col.6.¶Septimò quæ-
15 ro† quid ſi donatarius attentauit infligere graue dam-
num.ſed res non habuit effectum?videtur, ꝙ locus ſit
pœnæ.facit auctẽn.hæc quoque, C. de reuoca. dona.
ibi.molitus eſt iacturam.facit caſus , infra proximus,
ubi ſatis eſt fuiſſe periculum uitæ , licet mors ſecuta
non fuerit . In hac quęſtione facile inuoluemur intra
longa retia. de quibus in parte iam diſputaui . & ſiue
diſtinguamus atrocia à non atrocibus , ſiue ciuilem
actionem à criminali accuſatione,videretur attentan
tem hoc caſu non puniri reuocationis pœna.pro hoc
facit tex.in l.fi.C.de reuo. dona. ibi, Subſtantiæ dona-
toris imponit.nec ob.litera ſequẽs,quę non punit oc-
cidentem , ſed inferentẽ periculum mortis, & ſic ipſa
illatio periculi eſt delictõ conſumatũ , quod hoc iure
punitur,ſuper quo uide,quod ſcripſi in q̃one prędicta
f ad fi.q̃ locata eſt de reg.iu.in pœnis[f],lib.6.concor.qđ
dixi.§.ti.proxi.ca.2.in glo.per hoc, & ff. de homicidio,
pro humani,lib.6. Sic ẽt dico de auctẽn. hæc quoque,
quę loquitur etiam in caſu ſpeciali . ¶Octauo quęro
16 †circa ultimum opponendo, quę fuit ratio huius iu-
ris ſtatuentis,ꝙ ius reuocandi ſit perſonale. mouet du
bium , quia obligatio ex delicto ſm canones trãſit ad
hęredes,& etiam ſm leges in quantum peruenit, licet
lis non fuerit conteſtata,& de hoc ſatis, infra de ſepul.
c.fi.& 12.q.2.epiſcopus, qui filios. Legiſta ſe poſſet de
obiectione facile expedire dicendo , ꝙ hic agitur de
pœna ingratitudinis , ex qua nil peruenit ad donata-
rium; ergo nec ad eius hęredem,non enim ex delicto
ingratitudinis,ſed ex donatione pręcedenti habet,qđ
hic reuocandum quęritur.ſm canones dico, ꝙ ex ca-
ſibus hic inſertis oritur ſpecialis obligatio , q̃ propriè
prouenit ex delicto, damno dato , uel iniuria illata. &
hæc bene tranſit in hæredem iuxta uires hæreditatis.
Oritur etiam quædam facultas relicta optioni dona-
toris,qua poteſt reuocare donum, & eſt hoc extraor-
dinarium, & contra regulas cões, & ſic non amplian-
8 ¶ *In † glo. 3. in fi.*] ſi tamen utrunque erat curatum, ipſo iure adimitur primũ, ſupra de præben. de multa, Hõ. ¶ *In glo. ar. quòd, ibi. l. ulti.*] illud in querela, quæ eſt odioſa, ut ibi no. unde illi renunciat, qui patrocinatur legatario [*& in fi.*] teſtator uoluit, & hæres acceptauit, & ſic concor. ¶ *In glo. etiam, ibi, conſliterit*] præponderabit enim fraus negligentię epiſcopi agnoſcentis. ff. ad le. Aquil. l. ſterilis, Goffre. ¶ *In glo. uidetur, ibi, ſupplementum*]

hoc

hoc verum, quando ſub prædicta cõditione reliquit,
& eam epiſcopus non acceptat ſecundum Inn. Idem
b puto[b],ſi acceptat,& poſtea apparet de fraude, ut hic.

ANNOTATIONES.

a ¶Habet. Ad idem.l.quoties. C. de hære.! inſti. & pro iſtis facit, quod no.Bar.in l.cẽturio,ff.de vulg.& pupil.& uide Bal.in l.precibos, C.eo.titu.in uerſiculo, ſequens quæſtio.

b ¶Idem puto. Vide ad materiam in l.quoniam,& in l.ſi quando.§. generaliter, alleg.in gloſſ. per doct. & Bal.uide per Federi.de Senis, conſilio tertio.

SVMMARIVM.

1 *Legatum quando & qualiter ſit diuidendum inter epiſcopum, & eccleſiam cathedralem, uel aliam, quod ſit utrique, uel alteri, & à quo num.2.3.4.5.8.*

Diuiſio decretalis,

2 *Teſtamentum nihil refert ſi fiat ante mortem & in ſanitate, & cõfirmetur morte.*

Portionem canonicam a qua ſolus epiſcopus, & à quo ipſe, & capitulum ſimul, & num.3.& 7.& quanta ſit, eo.nu.3.& 4. 5.cir.med.& 6.ad dict.canonica,et nu.7.8.10.11.20.

4 *Coniuncti re, & uerbis in legatis, qui dicantur, & num.7.horum uno repudiante accreſcit alteri, uel alijs.*

Diuiſio inter epiſcopum & canonicos facienda iuxta alias aliarũ rerum communium diuiſiones.

Portione canonica priuari non poteſt epiſcopus, in fin. & num.5. cir.med.

& quando portiones habeat duas, & nu.5.7.

Epiſcopus pro epiſcopali menſa, ad uer.non epiſcopi.

5 *Priuatorum pacto non poteſt generali conſtitutioni derogari.*

Inter epiſcopum, & capitulum quando & qua diuidantur.

Diuiſionem hanc quando teſtator prohibere non poteſt.

Probari pro præſumi, circa fin.

6 *Probatio ſit per teſtes, uel præſumptionem.*

Epiſcopi nox in capitulo quantum ponderet.

7 *Ad portionem canonicam qui teneantur, & nu.8.& ſupra 2.& quibus ibid.& nu.ibi cita.& nu.20.*

Eam quando parochialis, non cathedralis eccleſia petat, num.8.

9 *Legatum, ſeu relictum abbati, uel alij dignitati quando non diuidatur iuxta, hanc decretalem.*

Communio ſi ſit inter aliquos non propterea infert ſemper diuiſionem huius decretalis.

Epiſcopus ultra communionem quid habeat plus, quàm capitulũ, uer. quinimò.

Eius auctoritas & poteſtas in & pro eccleſiis ſuis, & nu.12.

12 *Communio inter epiſcopum, & cathedralem, ac alias eccleſias eſt, ta, & eius effectus.*

Item inter papam, & cardinales S.Rom.eccle.qua.

13 *Prælationis nomen hic qualiter large accipiatur.*

Prælatus acquirit eccleſia, & quis ſit huiuſmodi.

14 *Clericus ſimplex non acquirit eccleſia, uel congregationi.*

Perſonæ intuitu relictum cui uideatur clerico, & nu.17.uel alij, num.20.

15 *Contra legari ſibi procurantes ſacerdotes ab eis, quibus pœnitentiam iniungunt, hic decernitur.*

Fraus in caſu huius decretalis quando committi dicatur, circa fin.

16 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.17.*

Ciuibus legatum, ciuitati relictum uidetur.§.4.uid.nu.20. in fin.

Poſt hæreditatem quæ accreſcunt, quæ ei accreſcant.§.6.

Socius qui quid refecit cõmuni nomine, quæ remedia iuris habeat ad recuperationem ſumptus.§.7.

Inteſtatis epiſcopo, clerico cuiuis, uel diaconiſſæ ſuccedit eccleſia. §.finali.

18 *Additio gloſſarum.*

19 *Epiſcopus legatum ſibi tantum, quare non communicet eccleſiæ, cum eccleſiæ relictum ſibi tantum communicet ipſi.*

Eccleſia omnia communicat prælato, non è conuerſo.

Pater carnalis portione ſibi competenti in bonis filij non poteſt niſi in ex cauſa & qua, priuari.& ita ſpiritualis.

Capite plus defertur, quàm membris à iure, in fin.

20 *Adminiſtratori eccleſiæ etiam expreſſo nomine ſiquid legetur, habet canonicam epiſcopus, & ratio.*

Quid ſi adminiſtratoribus ciuitatis? in fin.

21 *De gremio eccleſiæ, uel cleri quis dicatur, iuncta gloſſ.*

CAPVT XV.

1 REquiſiſti. Caſus.Diſtinguendo † &
ſubſtinguendo declarat,
quando & qualiter inter epiſcopum,& ec
cleſiam cathedralem,vel aliam ſit diuidẽ-
dum legatum, quod ſit vtrique ,alteri, primò ponit
quæſtio.ſecundò generalis ſolutio ibi,& quidem.ter-
tiò ſpecialis ibi, & conſiderandum, ubi diſtinguit.4.
membra,& primum proſequitur ibi, In primo uſque
ad uer.quid ſi, interſerendo ſecundum in uer.quem-
admodum.tertiũ ibi,ſi uerò,ult.in §.illud,dans quan-
dam doctrinam. Iterum in uer.in primo circa primũ
membrum ſubdiſtinguit: & primũ ſubdiſtinctionis
membrũ proſequitur ibi,ſi ab extraneo,ponens quã-
dam diſſimilitudinem, & eius cauſam ibi, & hoc,ſol-
uens quoddam obſtaculum ibi.nec eſt. Secundũ ſub
diſtinctionis membrum proſequitur ibi, Si uerò re-
2 linquatur [*Teſtator*] parochianus † eccleſiæ cathedra-
lis quo ad cano.capituli, uel cuiuſcunq; alterius quo
ad canonicam epiſcopi, Hoſtien. [*Pro anima ſua*] uide
quod dixi, infra de ſepul.capitulo primo,in gloſſ.iam
uidi [*Voluntate*] quandocunque fiat teſtamentum, ẽt
ſi in plena ſanitate, & multo tempore ante mortem:
inde tamen habebit epiſcopus canonicam,confirma
tur enim morte,infra de celeb.miſ.cum Marthæ,uer.
cęterum, ſecundum Inno. [*Et eccleſiam*] cathedralem,
Inn.i.collegium clericorum, Goſ.ſupra e.relatum.2.
3 [*Regulariter*] nec † fallit hæc regula ſecundum Hoſtiẽ.
niſi ex priuilegio,ſupra proxi.ca.in fi.uel præſcriptio-
ne cum titu.ſupra de præſcrip.de quarta,uel in alijs ca
ſibus no.de ſepul.ca.2.& remittit ad ſum. de ſepu.ſub.
§.uetus,uer.an hæc canonica, & uer.& quota, ad fin.
[*Debet*] niſi conſuetudo haberet, ꝙ nil habeat. nã ubi
nil percipit, locum non habet hæc decre. ſecundum
Inno.dicit Hoſti.ꝙ Innoc.poſtea mutauit hanc ſuam
opi. auditis allegationibus in cauſa inter epiſcopum
Siſtaricẽ.& hoſpitale ſancti Ioã. Hieroſolymitani ſuper
uilla de Manaſca ſuæ diœce. quam comes forcalcan.
hoſpitalarijs in ultima uoluntate legauerat, tunc e-
nim agente epiſcopo lata fuit interlocutoria, quod
de iure communi,excluſa cõſue.hæc portio,& quar-
ta deberetur epiſcopo: & quod dicitur de tertia,& di-
midia reſpicere conſuetu remit.ad ſum.& §.allega.in
proxi.glo. quod dicit Hoſti.per additiones Inno.non
apparet, & uide quod dicam, infra tit.2.certificari, in
5.quæſtio. [*Epiſcopus*] tantum,nil dicendo de eccleſia
4 [*Eccleſia*] tantum nil dicẽdo de epiſcopo [*Epiſcopo † & eccleſia*] iſti ſunt cõiuncti re, & uerbo.unde repudian-
te epiſcopo habetet eccleſia,& e conuerſo.ff.de uſuf.
accreſ.l.1.Vincen. [*Canonicam*] ſecundum conſue.& ſe-
cundum quod alia diuiſa ſunt inter epiſcopum, &
canonicos: & intelligo hoc etiam de ſtipendijs datis
à regibus, & principibus.12.qu.2.mos eſt, & in palea,
ſcimus Vincen. Hoſtiẽ. hoc caſu intelligit de dimidia
[*Portia*] dimidia ſecundum Hoſti.qua nec priuari po-
teſt, ut ſequitur [*Et hoc*] ſcilicet quod prædictum eſt,
ꝙ.ſ. de relicto epiſcopo ab extraneo cathedralis eccle
ſia habet partem [*Non eccleſia*] quia per hoc apparet
a relictum intuitu[a] perſonæ, non eccleſiæ ſecundum
Innocen. [*Teſtatoris*] imò & tunc de alijs legatis habe-
bit canonicam, quod dic, vt ſupra capitulo proximo
[*Non epiſcopi*] ideſt epiſcopalis menſæ: & idem ſecun-
dum Innocentiũ, ſi relinquit epiſcopo, dicens quod

vult

CAPVT III.

1 Vt unuſquiſque. *Presbyter*] ideſt † epiſcopus, per
id quod ſequitur, conſecrationis. uel expo-
ne illud ut ſequitur [*Conſecrationis*] ideſt in-
2 ſtitutionis [*Acquiſierit*] niſi † probetur, quòd non ratione
eccleſiæ acquiſiuit, infra c. proximo, quia nos, & cap.
requiſiſti. § ſi uero rem, & C. de epiſco. & cleri. au then.
licentiam. & ſic incumbit ſemper probatio hæredi-
bus epiſcopi. quod intelligunt quidam, ſi eccleſia
poſsidet alias tuenda eſt hæredi poſſeſsio. C. de rei ven
dica. l. fin. & uidetur expreſſum 12. quæſtio. 5. cap. t. &
quæſtio. 1. ſint manifeſtæ. Sed certe, quicunque poſ-
ſideat, præſumptio eſt pro eccleſia, infra titu. 1. cap. 1.
ibi, detineri &c. Vnde etiam hæres poſsidens proba-
bit. Nec obſtat, ſi dicatur, quod actor probare debet:
quia illud uerum, niſi præſumptio ſit pro eo: de hoc,
ſupra ut eccleſiaſti. benefic. cap. uno. Nec obſtat. 12. q.
5. capitu. 1. quia habet locum, quando conſtat, quòd
aliunde habuit aliqua. Et ideo inquirendum eſt prius
quàm ei ſua poſſeſsio auferatur. ſed ſi conſtat, quòd
nihil habens promotus fuerit, pro eccleſia iudicabo,
ſupra capitu. 1. ſaluo, quòd tuebimur poſſeſſorem in
modicis mobilibus, inquantum dari potuit ſecundũ
Hoſtien. ad hoc, ſupra titu. t. cæterum. Scire debes,
quòd quotundam fuit opinio diſtinguens, an præla-
tus promiſcuè utatur rebus ſuis, & eccleſiæ nec ne.
Alii diſtingunt, an conſtet prælatum habuiſſe pro-
prium ante promotionem nec ne. Tertij conſiderãt,
quis poſsideat, & quis petat, ut probet contra poſsi-
dentem. & hoc placet Goffre. infra titu. 1. c. 1. in fine. &
iſtæ opiniones no. 12. quæſtio. 2. ſint manifeſtæ. Aliqui
diſtinguunt, an prælatus fecerit inuentarium, nec ne,
ut primo caſu ultra expreſſa in inuẽtario præſumatur
pro hærede. ſecundo caſu præſumatur pro eccleſia.
fuit enim in culpa prælatus non faciendo inuentariũ.
facit. 28. di. in de ſyracuſanæ, C. de iure delibe. l. ſanci-
mus, & clem. de reli. domi. quia contingit. §. illi etiam,
cum concord. Opinionem Hoſtien. uidiſti. ex qua &
ex his, quæ dicam, infra titu. 1. cum in officiis. ubi poſt
a Innocen. dicam de hoc plene, diſtingui poteſt [a]. Aut
cõſtat clericum habuiſſe proprium tempore promo
tionis. Aut conſtat non habuiſſe. Aut dubitatur. pri
mo caſu uera ſit opi. Goffred. ut probet agens contra
poſsidentem. ſecundo caſu præſumatur pro eccleſia,
ſupra capitu. 1. Item in tertio, maximè ſi non fecit in-
uentarium, & propter negatiuam, infra titu. 1. c. 3. Sed
in ſecundo caſu probet hæres acquiſitum intuitu per-
ſonæ. In tertio probet illud, uel eum aliquid habuiſſe
promotionis tempore. & ſecundo probato, locus
3 erit opinioni. G. ut prius dixi. ¶ Secunda † glo. arguit,
4 allega. 4. iura. ¶ *In † glo. 2. ibi, ex mandato*] ſequitur, apud
eum, qui mandatum ſuſcepit, nihil remanere opor-
tet [*& ibidemque.* §. 1. & 2.] Si ex fundo, quem mihi pro
curator emit, perceperit fructus, uel ex pecunia uſu-
ras, ad illa mihi tenetur [*& ibi, procur. uer. in cæteris*] uide
ut lite non conteſta. capi. 1. ſuper ulti. glo. ¶ *In † glo. 2.
ibi. teneor*] & maximè in ſubſidium, argum. ff. de eo, per
quem fac. eſt. l. fin. Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Plene diſtingui poteſt. De iſta materia uide plene per Bal. in au-
then. licentiam, C. de epiſcopis, & clericis,

SVMMARIVM.

1 *Presbyterorum nomine qui hic intelligantur.*
Oblationes, & uota fidelium an poſſit uicarius percipere.
De eccleſiæ bonis ſi quis rem comparauerit alieno nomine, ut fur
& ſacrilegus puniendus.
Iudas ex uenditione Ieſu Chriſti quanta ſcelera commiſerit.
*Crimina multa quis perpetrat ex uno facto, exemplum hic, addi-
ctio. furabatur.*
2 *Suffragium gloſſarum.*
*Si emptum quid ſit ex aliena pecunia, quæ actio competat domi-
no pecuniæ in emptorem, & nu. 3. quando fiat emeuis, nu. 3.*
3 *Additio gloſſarum.*
Interpretationis longæ magiſtrorum auctoritas.
In ſolo proprio ſi clericus ædificat de pecunia eccleſiæ.
Precium quibus caſibus ſuccedat loco rei, in fin.

CAPVT IIII.

Inquirendum. Concilium iubet inqui-
ri, cauſam ponit ibi, Quia, quam aggrauat,
1 ibi, quem [*Presbyterorum*] rectoriam † uel ad
miniſtrationem eccleſiæ gerentium, ſupra eo. cap. 2.
[*Reditibus*] alias rebus [*Eccleſiæ*] ſibi commiſſæ [*Oblatio-
nibus*] arguit per hoc Hoſti. contra uicarium, qui con-
ſueuit talia percipere de hoc, ſupra capi. 1. [*Votis*] obla
tis contemplatione eccleſiæ, Goffred. [*Furis*] puniatur
ergo ſicut fur, & ſacrilegus, uel abiiciatur ab eccleſia,
ſupra capitu. 2. [*Furabatur*] Ioan. 12. in princ. argumen.
contra infideles ſeruientes. ſic prima. quæſtio. prima,
Chriſtus, & quod no. 13. quæſtio. 1. §. 2. uerſi. ad hæc, &
in hoc commiſit Iudas furtum, & ſacrilegium: com-
miſit etiam plagium, & ſymoniam uendendo libe-
rum hominem & rem ſacram. de hoc 1. quæſtione. 1.
2 qui ſtudet. ¶ *In † glo. 2. ibi, ſi ut proponis*] Miles rem em-
ptam ex pecunia ſua uendicare poteſt, uel mandati,
vel negociorum geſtorum agere [*& ibi. l. 3.*] ſi tutor de
pecunia pupilli ſibi prædium comparauit, datur op-
tio pupillo, an illud uendicet, an ab illo legitimas uſu
ras accipiat [*& ibi, Si ex eo*] uide de depo. capitu. 2. ſuper
ultim. glo. [*& ibi, Et ſi de tua*] ſi de pecunia mea empta
& tradita ſunt uxori mancipia, non ad me, ſed ad ip-
ſam dominium pertinet, licet pecuniam repetam [*&
ibi, Si patruus tuus*] ſi patruus de bonis communibus
rem ſibi emit, illam communicare non cogitur ne-
3 poti: tamen indemnitati prouidere tenetur. ¶ *In † glo.
1. in fi.*] quando uiſitauit, Pet. de ſan. ¶ *In glo. 2. ibi, uendi-*
a *care*] dixit Hoſtien. quòd iſta decre. hoc non probat [a]:
tamen pro hoc facit longa interpretatio magiſtro-
rum. ff. de leg. l. minime, & caſus infra notati, cum in
eccleſia maior ſit ratio, uel ſaltem eadem. Item quia
ſi aliquid de meo peruenit ad te, bonum & æquum
eſt, ut illud mihi reddas, ut no. ſupra ca. proxi. & eſt ſi.
quod dicam de uoto. cap. t. ſupra de offi. deleg. cap. t.
[*& ibi, in eccleſia*] de hoc 12. quæſt. 2. apoſtolicas, in fin.
ubi etiam not. quid iuris, ſi clericus in ſolo proprio
ædificat, & de pecunia eccleſiæ, & in Specu. uerſiculo
quem ſtatim allegabo [*& ibi. l. 2.*] quartus caſus eſt in
re empta à marito de pecunia ſibi ab uxore data. ff.
de dona. inter uir. & uxo. l. uxor marito. Quintus in re
empta a liberto de pecunia ſibi data à patrono, quæ re
uocatur etiam ſola ratione obſequij non præſtiti. C.
de reuo. dona. l. 1. & no. ſupra titu. 1. c. ulti. ſextus ſecun
dum quoſdam, Accur. in l. t. C. de reuoca. dona. in re
empta de pecunia fœnebri, ut infra de uſur. cum tu.
Hoſtien. uide quod ibi dixi in fi. de his caſibus, uide in
Specu. de emptio. & uen. §. tertio loco, uer. hoc autem
ſcias. Caſus, quibus precium ſuccedit loco rei, notan
tur. ff. de peti. hæredi. ſi & rem.

ANNOTATIONES.

a ¶ Probat tamen. Melius probat. c. 1. ſupra eo. & iſtud priuilegium
de quo hic, habet minor, & eccleſia, & alii, ſi hoc uelint: alias poſ
ſunt

ſunt dimiſſa & petere pecuniam, ut no.doct.in d.l.ſi ut proponis,
& Bart.in l.Titium,& Mæuium,§.altero,ff.de adminiſtra.tu.

S V M M A R I V M.

1 *Agellum, prædiolum, terrula, & uineola nomina diminutiua, & eorum integra quæ.*
In ſolo, ſiue terra eccleſiæ ſi quid clericus fecerit, an eius fiat, & quamdiu, & quid de fructibus.
Reſtituere pro reſtitui præcipere.
Succeſſio refertur ad inteſtatos.
Præſtatio, id eſt precariæ datio.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.3.*
Vſufructuarij ius iure, qua fruitur, quod, & nu.4.
4 *Additio gloſſarum.*
Vſufructuarius in quibus clerico comparetur.

C A P V T V.

1 SI quis ſanè. *Agella*] diminutiuum †agrorũ, ſicut prædio-
lũ prædij, & terrula terræ. 12. q.2. terrulas,
& uineola uineæ, ut ſequitur [*Feciſſe*] quia
emit aliquas poſſeſsiones de reditibꝰ ſuis. 12.q.5. fixũ.
uel de terra inculta fecit cultam, uel uineam. hoc ue-
rò tenebit, etiã ſi eccleſiam dimittat, etiam propter
crimen. Quidam tamen dicunt contra, niſi de conſen
ſu epiſcopi hoc feciſſet, C. de allu.l.ulti. de reb. eccle.
non alienan.ad aures, Innocen.[*Reſtituat*] Id eſt reſtitui
præcipiat[*Ipſam*] ſcilicet poſſeſsionem, ſed nõ fructus,
quos facit ſuos, Hoſt.[*Succeſſorio*] cum decedit inteſta-
tus. Pet. de.[*Præſtatione*] Id eſt precariç datione, de pre-
2 ca.c.2.uel pro titu.de uſuris,c.1. ¶ Secunda†gl. arguit
beneficiatos &c.& ponit unum ſimile, & duo diſsimi
3 lia.in fine, dicit eos comparari uſuariis. ¶ *In†glo.1 ibi.l.
ult.*] quæ eſt tertia.uide de conſtitu.cum M.ſuper glo.
uidebatur. ¶ *In gl.2.ibi, quamuis*] uſufructuarius nec am
pliat, nec utile detrahit, quamuis etiam melius repoſi
turus ſit. ¶ *In glo.3 ibi, §.adipiſcendæ*] uer.eſt ſub §.ſequẽs
4 diuiſio. ¶ *In†glo.2.ibi, uſufructuarius*] ſed reficere poteſt,
ut ibi. Sed iſte non ſatiſdat datis fideiuſſoribus, ad qđ
ille tenetur; quod dic ut de pigno.c.fi.[*& ibi, non poteſt*]
ad hoc. 12.q.1.duo ſunt, & facit quod no.eo.q. res ec-
cleſię. Dic ut no.inſ.de of.ord.c.præſenti, lib.6. in qua
glo.& ſuper ea inuenies quod hic no.Hoſtien. ¶ *In glo.
probæres, ibi, adipiſcenda*] uer. eſt ſub §. ſequens diuiſio,
¶ *In glo.ult.ibi, §.licet*] & ſupra titu.1.per tuas.

S V M M A R I V M.

1 *Oeconomia tituli quæ.*
Peculij diuerſæ ſpecies, de qua clericus teſtari poſſit.
2 *De teſtamentis, & ultimis uoluntatibus quibus in alijs iuris canonici locis, & libris agatur.*
3 *Quare titulus hic antepoſitus non ſit tituli de contractibus.*
Vltimæ uoluntates quibus ex cauſis præſtent contractibus.
Digniora, & fortiora ex cauſa poſtponimus.
Ordo ſcriptorum deſignare debet ordinem geſtorum, in fi.
4 *Titulus amplior quare inſcriptus.*
Teſtamenti appellatione omnis uoluntas continetur.
4 *Titulus cur multitudinis numero ſcriptus.*
Teſtamentum uaria & quæ genera.
6 *Vltima uoluntas hic quæ appelletur, & intelligatur, quibus alijs appellationibus ſignificetur.*

De teſtamentis, & vltimis voluntatibus, Rub.

1 ¶ Vidimus† de donatio.inter uiuos, & cauſa mor-
tis. Sed quia donationes cauſa mortis in teſtamentis
fieri ſolẽt: ideò &c. Vel aliter. Vidimus de peculio cle-
ricorum profectitio, & aduentitio. Sed quia de aduẽ-
titio clerici teſtari poſſunt, ideò de teſtamentis uidea-
mus, Goffred. Hoſtien. Vel uiſo de uoluntatibus inter
uiuos, uideamus de uoluntatibus in extremis, Ho-
2 ſtien. habetur† materia. 12. quæſtio. 5. per totum. &
quæſtio.3.capitu.1.& 2.16.quęſtio.1.commonete, &
capitu.ſequen.17. quęſtio.ulti.c.ulti. 19. quęſtio. ulti.
quia ingredientibus, uſque ad finem quęſtionis.facit.
4.quęſtio.3.ob carmen. 23.quęſtio. ult. in l.ſancimus.
13.quęſtio.2.illud,& §.ſed aliud, cum c.ſequen.reperi
tur in ſexto & clemen. Conuenit Rubricę de proba.
in præſentia, de donatio.cum dilecti, de uoto, licet. de
hæreti.ſi quis epiſcopus,& c.ſeq. & c. excommunica-
mus.§.credentes, de uſur.tua nos, de ſent.exc.à nobis.
2.in fi.facit li.6.de ſepul.licet.in fi. de uſur. quamquã.
in prin.& fi.de pœ.felicis. poſt principium. ¶ Propter
commentum decre.Io.infra eo.titu. opponitur ad ru
3 bricam. Primò qđ† male ſituata. Cum enim.ſ. à titulo
de re.eccl. non alie. poſuerit de contractibus inter ui-
uos, debuiſſet præmiſiſſe tractatum vltimarum uolũ
tatum.cum conſtet illos eſſe fauorabiliores.ſup.tit.2.
cum dilecti, in fi. Nil enim eſt, quod magis debeatur
hominibus &c. C.de ſa. ſan.eccle.l.1.Item,& firmio-
res. Contractus enim ſicut conſenſu firmantur, ſic &
diſſenſu regulariter diſſoluuntur, inſ. de reg. iur. om-
nis res. C.de act.& obl.ſicut, ultima uero uoluntas im
mobilis perſeuerat. 13.q. 2.ultima, de cele. miſ. cum
Marthæ, uerſ.cæterum, cum ſuis concor. Item, & ſo-
lenniores. Maior enim requiritur ſolennitas in ulti-
mis uoluntatibus, quàm in contractibus, vt patet. C.
eo. hac conſultiſsima. & l. cum antiquitas, & l.iube-
mus.de hoc, inſ.eo.cum omnes.& c ſeq.So.hæc ſunt,
quæ à principum uoluntate dependent, de quibus di-
xi, ſup.de reſcrip.ſi quando, uel aliter. Sæpe commen-
dabiliter, & ex cauſa digniora, & fortiora poſtponi-
mus, de conſe. diſt.2.liquido. & quod ibi no.infra eo.
Rainutius, uel quia in uita contrahimus, in morte te-
ſtamur. Sicut uita præcedit mortem, ſic tractatus con
tractuum tractatum, teſtamentorum præcedere de-
bet. Sicut, & ſeruatum fuit in compilatione ff.orum,
& C. ut ordo ſcriptorum deſignet, ordinem geſtorũ.
20.diſt.§.1.& 1, q.1.ut euidenter. ¶ Opponitur ſecun-
4 dò. † quòd rubrica ſit pro parte ſuperflua. Sufficiebat
enim dixiſſe de ultimis uoluntatibus, per quod bene
comprehendebantur teſtamenta. Item ſumendo te-
ſtamentum pro mentis teſtatione, & large, vt no.inf.
c.2. Sufficiebat dicere, de teſtamentis, Sol.ad noſtram
inſtructionem fuit hoc dictum, & dic ut dicam, inf.
de homi. ſuper Rubrica. Per quod etiam poteris re-
ſpondere ad id, quod dicitur, quòd ad hoc clarius, &
5 plenius debuiſſet inſtruere. ¶ Quæritur † quare dixit
in plurali de teſtamentis, ſufficiebat enim ſingulare,
ut ſup. de depo. & commo. cum ſimi. Sol. pluralitas,
horum reſpicit pluralitatem perſonarum, ad id, infra
de priuile.ut priuilegia, uel hoc dixit propter diuerſas
ſpecies teſtamentorum. nam, & poſt ſublatam anti-
quam diuiſionem teſtamentorum, de qua inſt. eo.in
prin. ſecundum quam erat teſtamentum pacificum,
& bellicum, & per æs, & librã. ad hoc hodie dicimus,
quòd aliud militare, aliud priuatum: & priuatum a-
liud ſolenne, aliud nuncupatiuum, C.eo hac conſul-
tiſsima, & l.iubemus, & de his ſatis in ſum. eo. §. 3.&
in Spec.de inſtru.edi.§.compendioſe, aliàs ut autem,
6 uer. ad huius autem. ¶ Item † quæritur, quam hic di-
cat vltimam uoluntatem. Reſpon. Non illam ſolam,
quæ fit à laborante in extremis, ſed illam, quæ quan-
documque facta ante mortem reuocata non fuit. Re
ſpicimus enim hanc, non reſpectu uiuentis, ſed iam
mortui, infra.capitul. cum eſſes, & capitul. requiſiſti,
in princip.& capi.Ioan. quæ interdum dicitur ſupre-
ma voluntas.infra, eo. nos quidem. Interdum extre-

ma.infra,eod.cum tibi, nec loquitur hic de nuda uo-
luntate ſuis terminis contenta & in corde retenta. de
qua,quia occulta. non iudicat eccleſia,ſed de uolun-
tate uerbis,ſcriptis,uel ſignis expreſſa, unde & diſpoſi
tio dicitur,infra eo.quia nos.ſcriptis,& ſignis ideo di-
xi: quia & in epiſtola & nutu etiã legata fieri poſſunt,
C.de fideic, & in epiſtola,ff. de leg.3.l. nutu,

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus teſtari poteſt de proprijs tantum,& nu.3.& 4.§.1.*
Subſtantia hic quomodo accipiatur.
2 *Filios habens,aut nepotes an promoueri poſſit ad epiſcopatum,uel prælaturam inferiorem.*
Papa qui filios habuerint ante promotionem.
Apoſtolorum quis uxorem,& filios habuerit.
Fraus de perſona ad perſonam non prodeſt.
3 *Reſidui nomine totum intelligitur,*
Per hortari,uerbum mandatur iuriſdictio.
In bonis clerici defuncti præſumptio eſt pro eccleſia,ſed excipitur.
Bona coniugis carnalis defuncti fuiſſe, non ſpiritualis quæ præſumantur,remiſſ.in fin.
4 *Suffragium gloſſarum.*
Factum perſonæ præſtare debet quis,ex qua lucrum capit,& numero 5.
Hæres non poteſt reſcindere uenditionem teſtatoris,uel alium contractum etiam eccleſia,num. 5.limitatur,ibid.
Clerici teſtantur de rebus ſuis,in fine.
5 *Additio gloſſarum,& num.6.*
Hæreditas in quot diuidatur uncias cum earum nominibus.
Eccleſia,& minor reſtituuntur aduerſus aditionem hæreditatis,excipitur caſus.
6 *Epiſcopus quod acquirit etiam intuitu perſonæ,regulariter acquirit epiſcopatui.*

CAPVT I.

1 QVorundam. Caſus. Epiſcopus † teſtari poteſt de
rebus propriis, ſed non de rebus eccle-
ſiæ. ſecunda ibi. hortamur [*Arelanæ*] for-
te loquitur de illa.quæ conſueuit eſſe apud Arelaten.
de qua dixi,inſ.qui fil.ſint le.per vene.ſuper 1,gl.[*Subſtantia*] i.hæreditatis,uel bonorũ ſuorũ. & forte ſuum
reputauerat,quod nõ erat.ſm Hoſt.ſ. quod per eccle
2 ſiam acquiſierat,de quo infra dicitur[*Nurum*]ergo† fi
lios habẽs etiã in epm promouetur?contra.61.di.Ca-
tinenſis,ubi de hoc. & dicut no.28. diſt. de Syracuſa-
næ,in gl.pen,& infra de conuer.cõ.ſanè. & refert Hoſ,
ꝙ Clemens quartus tempore promotionis ſuæ duas
habebat filias,& beatus Petrus filiam.ſ.beatam Petro
nillam& dicit Hiero,contra Ioui.C.ꝙ cũ de aliis apo-
ſtolis non legatur eos uxores,uel filios habuiſſe, intel
liguntur ſine uxoribus fuiſſe. Tamen Inn. hic repro-
batis opinionibus,ad quas.ſ. remiſi, dicit cum Hugo.
ꝙ filios habens de iure non promouetur ad epiſcopa
tum,uel inferiores prælaturas.& idem in habente ne-
potes,ut in auct.quomodo opor.epi.§.1.col.1.ubi eſt
expreſſum.uerum, ſi longa præceſsit continentia, p-
moueri poteſt diſpenſatiuè cum cautione, de qua in
præ.c.de Syracuſanæ. ad hoc.ea.di. priuſquam. Dicit
tamen ſm antiqua tempora, quando pauperes erant
eccleſiæ,hoc licuiſſe.47.di.§.neceſſe. Dicit Hoſt. ꝙ cõ
ſuetudo contrarium approbat; & id,ad quod remiſi,
Nã epiſcopũ oportet eſſe unius uxoris uirum,& non
de facili uxorem habens eſt ſine filiis: per quod patet
illum de iure pmoueri poſſe,dummodo aliàs ſit ido-
neus. Nam & ſi carnalitatẽ timemus, hoc extenditur
ad propinquos,ut in prædicta auc.& 8.q.1.Moyſes,&
ſup.de præben.graue.plus eſſet eo caſu timẽdum,ſm
eum de bigamia. per ea quæ dixi, de biga.c. 2. Et ſm
eum forte epiſcopus inſtituit nurum: quia filius mor
tuus erat:uel quia illegitimus, quem inſtituere nõ po
terat.ſed hoc caſu non prodeſſet fraus ff.de his qui.ut
indi.l.cum quidam,& l.pe. & C.ad l.Fal.l.3. nec enim
iuuat fraus de perſona ad perſonam: de hoc de priui.
quanto,quare primum uidetur uerius: aliàs totũ au-
3 ferri mandaretur ſm eum [*Reſiduis*] nomine † reſidui
totum intelligitur.C.de hære. inſtit.l.2.ff. de fideiuſſ.l.
a miſsi,.Vinc. [*Quatuor*] repete,hæredem inſtituit,Pet.
[*Hortamur*] per hoc uerbum mandatur iuriſdictio. ſic
infra c.2,& 7.q.1. præſentium. 17. quæſtio. 2. dudum.
& 2.q.7.ſicut inquit,ubi de hoc [*Habuiſſe*] in uita, licet
nunc alius detineat [*Detineri*] intelligas de immobili-
bus indiſtinctè: quò ad immobilia ſemp eſt præſum-
ptio pro eccleſia, quicunque poſſideat, niſi ille aliud
probet,ſm Hoſt.qui remittit.ſ.ti.2.c.3.Abb.ad hoc in
ducit in auct.de ec.ti.§.interdicimus [*Ante epiſcopatus*]
uel poſt intuitu perſonæ. nam de his teſtari poteſt ad
placitũ.12.q.5.c.1.& q.1.ſint manifeſtæ.28.di.de Syra
cuſanæ,Hoſt.quod intelligas de nõ pfeſsis [*Proprium*]
mobile,& immobile [*Ordine*] eſt enim quò ad illa præ
ſumptio pro eccleſia ſecundũ Hoſt.qui no.hic,quare
aliud in carnali,quã in ſpirituali cõiuge; qđ dixi. ſ. tit.
1.c.1. ſuper ulti.glo.[*Conſeruetur*] & probabit agens cõ
4 tra poſsidentẽ.12.q.5.c.1.Goff.¶ [*In† glo. 2.ibi,ex qua perſona*] ſequitur, quis lucrum capit, eius factũ pſtare de-
bet [*& ibi, Venditrici*] hæres uenditricis uenditionẽ ut
hæres reſcindere non poteſt: & ſi ex ſua perſona agit,
uel doli exceptione repellitur, uel euicta re, quãti in-
tereſt,aget emptor.¶ [*In glo. 3 ibi,licentiam*] acquiſita an-
te epatum,vel poſt iure cognationis uſq; ad quartum
gradũ epi teſtari poſſunt [*& ibi, Presbyteros*] teſtantur
5 clerici de rebus ſuis.¶ [*In† gl. 1.in fine*] & habet quælibet
uncia ſuũ nomẽ,ut ibi.& ſunt hæc. Sexunx.i. uncia &
dimidia.ff.de inoſ.te.Papinianus.§.quoniam quarta.
Sextans.i.duæ unciæ.Quadrans.i.3.unciæ.Triẽs.i.qua
tuor unciæ quincunx,Semis,Septunx,Bes. Dodrans,
Deſtãs,Deũx.i.undecim unciæ,As.i.12.unciæ.& qua
re ſic denominentur,& quare nomen,quod unciam
tm ſignificaret,non poſuit,ibi no.& Hoſt.remittit de
his ad ſum.eo.tit.§.quis ſit effectus,ſub §. nec eſt præ-
5 tereundum.¶ [*In† glo. 2.ibi,eſt hæres*] hoc vult dicere.ſi p-
diũ alienatũ eſt pro ſexcentis.& hæreditas conſiſtit in
trecentis,& eccleſia eſt hæres pro tertia,pro tertia ha-
bebit ratũ contractũ,& ſic pro ducentis,licet in hære-
ditate non ſunt niſi. 100.hoc uerũ,niſi in caſu,qui ſeq
a tur [*& in fine*] hæc uera in priuatis & maioribus: mi-
nor tamẽ,& eccleſia,ſi ex hoc fuerint læſi enormiter,
hic reſtituuntur,niſi læſio accidat ex euentu, quo ca-
ſu non fiet reſtitu.ff.de mino. ait prætor. §. reſtitutus,
aliàs eſt lex,& ſi ſine,& l.uerum.§.ſi locupleti, ſecun-
6 dum Hoſt, ¶ [*In† glo.pen. ibi,renunciauit proprijs*] quod no.
12.q.1,quia tua,in prima glo.& facit, infra c.proxi. &
de priuile.cum olim.2.Sed Hoſt non placet hoc dictũ
Ala,niſi quãtũ ad bona intuitu eccleſiæ acquiſita. Nã
ex quo adminiſtrationem habet maximè epalem,cõ
trariũ ſibi uidetur tenẽdũ,remittens,infra eo.requiſiti.
§.ſi.dicẽs,ꝙ ẽt ſimplex religioſus à iugo huius obediẽ
tiæ in morte abſoluitur,ut infra de ſepultu. de uxore.
Quicquid dicat Hoſt.etiam qđ acquirit intuitu perſo
næ epiſcopus,regularis acquirit epiſcopatui p iura p-
dicta,& 18.q.1.c.vno,quo ad adminiſtrationem,dum
viuit,põt locũ habere,qđ dicit Hoſti.nõ vt de pprio,
cũ illud nõ habeat impediente profeſsione, ſed vt de
eccleſiaſtico,infra c.relatũ.2.¶ [*In gl.ult,ibi,rebus eius*] Idẽ
Goff. & Inno,qui dicebat intuitu epiſcopatus, vel in-
tuitu officii.i.e,requiſiſti,& de hoc dicã infra eo.quia
nos:ſed Hoſt.dicit præſumendum pro eccleſia, qualiter
cunque euenerunt,niſi aliud probetur.

Anno-

ANNOTATIONES.

a ¶ Sequitur. Vide gl. in c. epiſcopus, qui filios. 12. q. 2. & uide gl. & ibi Cyn. Bar. Bald. & do. Bart. de Saly. in l. ſancimus, & in l. fin §. in com. putatione, C. de iure deli. & uide gl. & ibi doc. in l. cum a matre, C. de rei uendi. ubi plenius uide Bald.

SVMMARIVM.

1 *Abbatiſſa teſtari non poteſt, eiuſque bona ſunt monaſterij, nume. 3. in fine.*
Moniales non profeſſæ faciunt teſtamentum.
Pené, & feré dictio temperant ſermonem, in fine.
2 *Conſuetudo eſſe non poteſt irrationabilis.*
Religionem qui intrat, licet annus lapſus ſit, quibus caſibus nõ obligetur regula, & nu. 3. in prin.
Cogi cauſatiué poteſt quis licet non preciſé, ut hic, & quomodo.
3 *Profiteri tacité uidetur non profeſſa, ſi permittit ſe eligi in Abbatiſſam.*
In Abbatiſſam, quæ non ſit profeſſa, non poteſt quæ eligi, & quibus aſſumatur modis ad abbatiſſatum.
4 *Suffragium gloſſarum.*
Forte, nõ eſt nota dubitationis, ſed aſſertionis, ex legibus excitatis.
5 *Additio gloſſarum.*
Conſecrata, pro inſtituta.
Nec Abbas, nec abbatiſſa conſecrantur, licet benedicantur, & alia quæ per benedictionem recipiant, & quæ remiſſ.

CAPVT II.

QVia ingredientibus. Caſus. Abba-
1 tiſſa † teſtari nõ pōt. In 1. conqõ. In 2. proui-
ſio ibi, Neceſſariũ [*Queſta*] pro cõqueſta. 2.
q. 7. queritur. 16. q. 1. queſti [*Conditio*] qđ impediẽre ꝓ-
feſsione cõdere nõ potuit, ut in ult. gl. [*Dicens*] Ga. ab-
batiſſa [*Eam*] Stephanã quondã abbatiſſam [*Diem obi-
tus*] hoc expreſsit, ne dici poſſet ſurreptitiè impetraſſe
[*Induiſſe*] non dicebar eã ꝓfeſſam, ſed nõ induiſſe habi
tũ. Si uerò eſſent moniales nõ ꝓfeſſæ, facerent teſtm̃.
12. q. ult. c. ult. Inn. & de his de ele. indẽuitatibus, in fin.
& in cõcil. Vien. de ſta. reg. attẽdẽtes [*Vtuntur*] forte de
moreto, blauato, bruneto, nõ rubeo, uel uiridi. ſupra
de uita. & hone. cleri. clerici [*Ipſam*] Stephanam [*Pene*]
2 pro ferè, & temperat ꝑ eo, ꝙ † nunquã poſſet eſſe con
ſuetudo, cũ ſit irrationabilis, & cõtra honeſtatẽ eccle-
ſiæ §. de ui. & ho. cleri. cum decorẽ, Hoſt. [*Monaſterio*] in
quo erat regula certa & approbara, & ab initio con-
ſtituta. quàre non ob. abuſu contrario, de quo p̃dixi,
in tali loco ingreſſus ẽ ꝑ lapſum anni efficaciter obli-
gatus. de reg. uidua, & c. ſtatuimus. & c. ex parte, & ſm
hoc ad id. qđ de pluribus annis ſeqꝛ, ſup. maximè ſe-
cũdũ Hoſ. uel ſecũdũ eũ, Si q̃s intrat religionẽ, ubi re-
gula nõ ſeruaꝛ, nec exp̃ſsè ſe aſtringit ad illã, licet plu-
res anni tranſeãt, nõ cogiꝛ p̃ciſè ꝓfiteri, ſed cauſatiuè
ut ꝓfiteaꝛ, uel caeat; & ſic loq pōt, de ele. cũ cauſam,
& J. de reg. ut clerici. Idẽ. ſi ibi, ſeruaꝛ iſta, ſed ingrediꝛ,
& recipiꝛ cũ ꝓſtatione. ꝙ q̃ tõcũq; tp̃e ibi moreꝛ,
nõ intendit ꝓfiteri, ſed ꝓbate tm̃, ut no. de reg. c. 2. §. ſi
3 uerò [*Irrogare*] aliàs grauare [*Ingreſſa*] cum effectu † per
ꝓfeſsionẽ, uel lapſum anni. ſm Hoſt. ſatis uidereꝛ no-
uitia. nõ ꝓfeſſa, q̃ ꝑmiſit ſe p̃fici in abbatiſſam, hoc ip
ſo intelligaꝛ tacitè ꝓfeſſa; ad hoc. j. de reg. uidua, & qđ
ibi dicã: tm̃ hodie nõ ualeret electio de nõ exp̃ſsè pro-
feſſa, de elec. nullus, lib. 6. ſed per uiã collationis, uel
poſtulationis poſſet ꝓcedere, qđ p̃dixi [*Competere*] &
ſi monaſteriũ nunquam habuiſſet poſſeſsionẽ corpo
4 ralem, ut patet de conſuetu. c. 2. Hoſt. ¶ *In † gl. 3 ibi, quid
fiat*] Romæ, ut in l. ſed licet. ¶ *In gl. antep. ibi, Item ſi. §. 1.*]
ibi dicit, Si q̃s res neceſsitate diſtraxit, fortaſsis huic
officio iudicis ſuccurretur dũtaxat ut reſtituat [*& ibi.
Si duo*] ſi ſint duo rei credendi, uel debendi, & alter
compromiſit, & uetitus eſt petere, vel ne ab eo petaꝛ.
ſi petat alter, uel ab eo petitur, fortaſsis committitur
pœna, ſi ſocii ſunt [*& ibi, filiusfami.*] iniuriã paſſus, dat
procuratorem ad actionem iniuriarum, ſi forte nec
pater eſt præſens. nec patris procurator uult eaperiri.
5 ¶ [*In † gl. 1. in fi.*] Hoſtien. remittit ad ſum. eo. rit. §. 1. ¶ *In
gl. ideſt, ibi, conſecrata*] uel ideſt inſtituta. Nam etiam Ab-
bas non conſecratur, licet benedicatur, & aliqua per
benedictionem recipiat, §. de ætate, & qualitate, cũ con
tingat. ¶ [*In glo. non eſt, ibi, in euangelio*] Io. 14. Bar. [*& in fi.*]
Vin. & Ala. & de renunc. niſi cum pridem, circa prin.
& ut lite non conteſt. accedens. 2. ¶ [*In glo. ult. ibi, pars hu-
ius capituli*] & ibi habetur pars de prin. deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris uoluntatem piam exequitur epiſcopus ob hæredis negligentiam.*
Fundare, pro conſtruere.
Religioſa hic quæ dicatur.
Antiphraſis ſigura.
2 *Altercatio, pro litigio, ſiue quæſtione.*
Litigium non prohibetur niſi irrationabile.
Inopia excuſat hæredem ab adimplemento uoluntatis defuncti, iuncto contextu.
Vltra relictũ, uel legatũ pro ædifitio ſi quid ab epiſcopo in caſu huius capituli expendatur, an poſſit exigi ab hærede.
Circunſtantiæ conſiderandæ in coniecturis.
3 *Brachiũ ſeculare pōt cõtra ribelles epiſcopus inuocare.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 5.*
Locus ſi ſit incertus non obligatur quis ad faciendum, quod promiſit, & quando ſecus ſit, num. 7.
Donaui ſi tibi. 10. ut hominem emeres, quando condicam illa. 10.
6 *Additio gloſſarum.*
Eulogium quod, & eius etymologia.
Tempus currit à monitione facta per iudicem hic. §. 1.
Oratorium, & hoſpitale intra quãtũ tempus complendum, in fine.
7 *Caducum quid, & in cauſa caduci.*
Incertitudo loci quando non noceat, & quid agendum.
Lucratiua inſcriptio quibus caſibus non habeat locum.

CAPVT III.

1 NOs quidem. Propter † negligen
tiam hæredis ep̃s
exequiꝛ piã uoluntatẽ teſtatoris. In prima
narratio. In ſecũda prouiſio. ſecunda ibi,
Quãobrem. In qua primò mãdat moneri. ſecũdo ſup-
pleri ibi, ꝙ ſi: dicit quare ibi, ſi. n. [*Fundari*] i. conſtrui [*Re-
ligioſa*] i. honeſta, non tñ monaca, Goffre. uel diciꝛ hoc
per antiphraſin ꝑ eo, ꝙ impediebat religioſum opus
2 [*Altercatione*] i. litigio, ſiue † q̃ſtione. q. d. nulla recepta
exceptione, nulla contradictione, quod intelligendũ
eſt de irrationabili. Nam & inopia excuſaret, de ſolu.
Odoardus. ff. de regu. iur. impoſsibilium [*Tecum*] q. d. te
inconſulto nihil poteſt, Hoſti. [*Aedificetur*] Quid ſi ep̃s
in ædificatione monaſterii expendat plus, quàm reli-
ctum ſit: uidetur, ꝙ illud exigere poſsit ab hærede. ff.
de uerbo. ſig. cum in teſtamento. ſed contra. ff. de ne-
go. geſt. qui aliena. §. 1. ſolu. ea qualitate dignitatis de-
functi, & conſuetudine. & affectu, & facultate, & reſi-
ſidui eius, quod expreſſum eſt, quãtitate hoc arbitra-
bitur bonus iudex. argu. ff. de donatio. inter uirum &
uxorẽ, ſi ſponſus. §. ſi. q̃s rogarus. ff. de iure do. l. q̃ro. ff.
de uſuris, q ſe miles. ff. de leg. 3. ſi filiæ, cũ ſuis concor.
ſm dominos cõiter: ſed ea benignitate canonica puto
ſtãdũ illi legi, q aliena, ut ſic nil ultra relictũ exigaꝛ,
ad hoc quod legiꝛ & no. j. eo. filius, & j. de cẽſi. ex pte,
Hoſt. & vide qđ no. in præall. l. q aliena, & quod no. C.
3 de nego. geſt. l. fi. in fi. [*Aſſignetur*] aliàs rebelles † poteris
coercere. j. eo. ſi hæredes, & ꝯ illos ſeculare brachium
4 inuocare, de offi. ordi. c. 1. Hoſti. ¶ Penul. glo. † reſpon
det per quæſtionem. ſ. quidã ſi locus non fuit deſigna
tus, ponit dictum Lau. & ſecundã opi. & opinionẽ. T.
Io. And. ſuper 3. Decre.

5 ¶ *In* † *glo. penul. ibi, ſi quis inſulam*] ſequitur, fieri ſtipuleſ,
& locum non adijcat, non ualet ſtipulatio [*& ibi, qui*
inſulam] ſequitur. fieri ſtipulatur, ita demum acquirit
obligationem, ſi apparet, quo in loco inſulā fieri no-
luit, ſi & ibi inſulam fieri intereſt eius [*& ibi l. 2. § ult.*]
ſi donaui. 10. Titio, ut hominem emeret, aliàs non da
turus, & ille ante emptionem mortuus eſt. illa decem
6 condico. Sed ſi aliàs daturus eram, ſecus. ¶ *In* † *glo. eulo-*
gio. ideſt teſtamenta] ab eu, quod ē bonū, & logos. quod
eſt ſermo, quaſi bonus & auctenticus ſermo. ff. de pe-
titione hæreditatis, hæreditas. §. ſi defuncto, aliter in-
mitur, 18. diſt. de eulogijs, Goff. Hoſtiē dixit, ꝙ dicitur
ab eu, qđ eſt flebile, & nota triſtitiæ, quaſi flebilis ſer-
mo, qui pro maiori parte fit in extremis, uide quod di
cam, infra de celebra. miſſa. ſane, in principio [*& in fi.*]
& l. ſequen C. de teſtamen. militis. l. fi. C. de iure delibe
ran. l. quidam eulogio. ¶ *In glo. 3. ibi, annum*] à monitio-
ne facta per iudicem [*& in fine*] & licet ille. §. dicat ora-
torium intra quinque annos complendum, hoſpita-
le intra annum, hæc decre. non ſic diſtinguit, ſecundū
7 Hoſti. ¶ *In glo. penultima* † *ibi, promiſſore*] qui ſcilicet pro-
miſit facere, pone inſulam, nō determinato loco [*&*
ibi, caducum] ad huius euidentiam dicit Abbas, quod
legatum eſt pronon ſcriptum, quod relinquitur tem
pore teſtamenti conditi, non eſt in rerum natura. In
cauſam caduci quod uiuo relictum eſt, qui moritur
teſtatore uiuente: caducum, quod deficit mortuo te-
ſtatore, ut quia homo legatus, uel equus moritur ſta-
tim poſt mortem teſtatoris, ſicut ergo ad iſtud nō te-
netur hæres, ita nec ad tale monaſterium conſtruen-
dum, de quo teſtator nō deſignauit locum, hoc uult
hæc opi. [*& ibi, lucratiuorum*] hoc intendit, ſi à curiali. i.
qui ſit de curia imperatoris, aliquid relinquitur non
curiali, curia habet quartam relicti, & dicitur lucrati-
ua inſcriptio. ſicut ergo in relictis ad pias cauſas illud
nō nocet, ita nec noceat loci incertitudo [*& in fi.*] idē
a Gof. [a] & Hoſt. qui dicunt hoc confirmari per literam
[*& alibi placet*] Item talia ſunt magni fauoris, inſti. de
act. §. item in iſta, & §. in duplum, in fi. idem Inno. qui
etiam per hoc no. ꝙ ſi in loco, quo mādauit teſtator
monaſterium conſtrui, uel reparari, id conſtrui, uel
b reparari non poteſt, alibi ædificabitur. [b] idem Guil.
de inſtru. edi. §. nunc uerò aliqua, uer. quid ſi teſtator.
& idem hic Eg. ¶ *In gloſſ. ulti, in fi.*] & in auct. de ſanctiſ.
epi. §. ſi quis autem, Inno. & quædam hic per eum, &
Hoſtien. no. infra eodem ſi hæredes.

ANNOTATIONES.

a ¶ Gof. Tenet iſta glo. quod relicta ad pias cauſas non fiunt caduca. uide Bar. in l. pater. §. Tuſculanus ff. de lega. 3.

b ¶ Aedificabitur. Vide Bar. in l. legitimus. ff. de uſuf. l. & facit, quod ipſe no. in l. pe. §. Tuſculanus, ff. de le. 3. & Bal. C. de teſta. l. ſi teſta.

SVMMARIVM.

1 *Legatum nudis uerbis relictum debetur.*

2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
Electio dubij legati eſt hæredis, niſi in caſibus, & quibus, & num. 4.
In legato ſeruo, qui ſit in fuga, quærendo ſumptus ab hærede præſtatur, in fin. & nu. 5. in fin. ubi exceptio.

4 *Additio, uel ſuppletio gloſſarum, & nu. ſeq.*
Monaſterio ſiquid relinquatur non determinatè, cui debeatur.

5 *Legatum ſi ſit genus, eiuſque diſtinctio qua, remiſſ.*
Fuga ſerui fugitiui tempora quot, circa fin.

CAPVT IIII.

1 INdicante. Caſus. Debetur † lega-
tum nudis uerbis à te-
ſtatore relictū, primo narrat. ſecundò pro-
uidet, ſecunda ibi, in quibus [*Redempti*] pro-
prium nomē, Pe. de ſan. [*Et*] ſup. eius precium [*In qui-*
2 *bus* [a]] ſ. primo & ſecundo legato. ¶ Prima † gl. arguit,
alleg. tria iura. ¶ Secunda glo. quærit, & ſoluit. ſecun-
dò quærit, arguit pro legatario, ſol. pro hærede reſpō-
dens ad contrariam. tertiò etiam quærit, arguit con-
3 tra legatarium ſol. cōtra hæredem. ¶ *In* † *glo. 1. ibi. l. ult.*]
uide de iureiu. c. fi. ſuper. 3. glo. [*& ibi. l. una*] ualet pro-
miſſio ſuffragij nudo pacto facta. ¶ *In glo. 2. ibi, ſi domus*]
facit contra: ibi dicitur. ꝙ ſi teſtator legauit domum,
nec apparet, de qua ſenſerit, hæres ex domibus, quas
teſtator habebat. quam uolet, dabit legatario: ſi nullā
domum habebat, deriſorium eſt legatū [*& ibi, qui duos*]
habens duos ſeruos legat unū ex his, nec apparet, quē
legatarius eligit [*& ibi. §. ſi quis*] ſi habens duos Stichos
Stichum legat, nec apparet, de quo ſenſerit, hæres eli-
git [*& ibi. ſi quis ſeruum*] uide de reſcrip. inter cæteras, ſu-
per. 2. gl. [*& ibi, legato*] uide de fil. preſbi. literas, ſup ult.
gl. [*& ibi, ſi uia*] ſi ſimpliciter per fundum legatur uia,
iter. actus, aquæductus, hęres eligit, per quam partem
fundi prædicta concedat, ſine captione tamen legata
rij [*& ibi, cum ſeruus*] & l. ſequē. operam, & ſumptum in
ſeruo legato quærēdo, qui fugitiuus eſt, uel longe ab-
4 ſens. præſtat hæres. ¶ *In glo. 1. ibi, quicunque ſuffragio*] ubi
de hoc, & de pac. eo. infra de iureiuran. c. pe. [*& in fi.*]
facit quod no. 1. q. 6. quoties. i. ¶ *In gloſſ. 2. ibi, pauperiori*]
quid ſi non apparet, quod ſit pauperius? dicit Hoſtiē.
infra eo. tua. ꝙ eſt opinio. ꝙ neutri debeatur, arg. ff. de
reg. du. ſi ita fuerit, cum ſimili. Alia, ꝙ prius petenti,
ar. ff. de leg. 1. ſi pluribus: quia uigilantibus &c. Ipſe te-
net. ꝙ epiſcopus alteri aſsignando, uel diuidēdo, gra-
tificabit, arg. ff. de lega. 1. ſi Titiæ textores. 1. reſpon. in
fi. infra de paroch. capitulo primo, de deci. quoniam.
& idem Guil. in ſpe. de inſtru. edi. §. nunc uerò aliqua,
uer. quid ſi aliquis [*& ibi, ſi quis in nomine*] ꝙ ſi tale mo-
naſterium nō eſt in ciuitate, ſed in territorio, illi dabi-
tur. ſi nec in territorio inuenitur tale monaſterium,
tunc id debetur eccleſiæ cathedrali ciuitatis, in qua te-
ſtator habebat domicilium, ut ibi [*& ibi. l. legato*] ubi
5 † plenè diſtinguit glo. an legatum ſit genus generaliſ-
ſimum, an genus ſubalternum, an genus inferius. &
hoc ultimo caſu aut res eius generis certos habet fi-
nes à natura deſignatos, ut homo, bos, aut ſola deſti-
natione, ut fundus: aut hominis facto, ut domus, &
ibi plene uideas, & per Di. de reg. iur. in obſcuris, li. 6.
[*& ibi, minora*] ad hoc de præben. ſi pluribus, in fi. li. 6.
[*& ibi, cum ſeruus*] uel diſtingue, ut ibi no. ſ. 4. tempora
fugę. tempus teſtamenti. Item poſt teſtamentum an-
te mortem. Item poſt mortem ante aditā. Item poſt
mortem & poſt aditam, & ibi uideas [*& in fi.*] & Gof.
Dicit Hoſt. quod ſi uiuente teſtatore aufugit, tunc le-
gatarius ſubit expēſas: ſecus, ſi poſt mortem culpa hę-
redis. ff. de le. pri. cum ſeruus legatus, & de le. 2. ſi quis
ſeruum hæredis. & adde quod dicam, infra eo. tua.

ANNOTATIONES.

a ¶ *In quibus.* In eo, quod hic dicit tex. nudis uerbis, uide. l. fin. C de fideicōm. quæ tres habet lecturas, & ibi uide Bal.

SVMMARIVM.

1 *Legatum rei alienæ quo caſu non debeatur, ſed eius æſtimatio, nu. 4. uide num. 7.*

2 *Furtum exodi. 20. pro omni damno.*
Leges an aſtringant eccleſias, uel eccleſiaſticas perſonas aliò reijcit.
Reſcriptum papæ ex plurali locutione quādo iudicetur falſum in fi.

3 *Electrum quid, & unde dictum.*
Iſidori locus lib. 16. citatur.
Catholicon citatur à Ioan. And.

4 *Aeſti-*

4 *Aeſtimatio debetur rei, ſi ea non poteſt haberi. uide nu.7.*
Meam rem legatam nullo iure quis retinere poteſt, & ſi fuerit apprehenſa quibus repetatur modis etiam ab hærede.
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. nu.6. & 7.*
Eadem res ſi mihi legetur in diuerſis teſtamentis, quando & pretium, & rem poſſim conſequi, & quando unum.
Lucratiuæ cauſæ duæ non poſſunt in eundem, & eandem rem concurrere.
Aeſtimatio rei alienæ legatæ quãdo debeatur ab hærede, & nu.4.
Legari quæ non poſſint. §. in ulti.glo.
In inſtrumento non debet quid contra ius ſcribi, uel bonos mores, ibidem.

C A P V T V.

a FIlius noſter. Caſus. Non† debetur legatum, cũ teſtator
rem nõ ſuã, ſed eccleſię alteri legauit eccle
ſiæ.in 1. partis conqueſtio. cui papa dat li-
teras ad grauantẽ. ſecũda ibi,& quidem [*Auctor*] ideſt
teſtator[*Lege dei*] ideſt theologica ſcilicet,& canonica.
infra eo. cum eſſes, ſecundum quam non debemus
2 aliena rapere, uel retinere, Exo.20. Nõ furtum† facies
glo. 1. nullum damnum alicui in rebus ſuis facies. vnde, ſi quid inueniſti &c. 14.q.5. ſi quid. ad idem. 54. di. generalis, in fine,& argum. ſecundum Hoſt. leges nõ aſtringere eccleſias, uel eccleſiaſticas pſonas, de quo remittit ad id, quod poſt cũ dixi.ſ. de ſolu. c. fin. uerſus finem mag. glo. uerſi.& idem uidetur [*Mihi*] ex nimia humilitate ſic loquitur Gregorius. hodie reſcriptum eſſet falſum, de crimi. fal. quàm graui [*Veres*] iſtæ res, ut dicit antiqua, erãt quidã ſeruus, & calix electrinus:
3 & dicit ibi glo. La. ꝙ† electrum eſt quoddam compoſitum ex auro,& argento, licet uideatur, ꝙ ſit metallũ per ſe, per l. ff. de au.& argẽ. l. pediculis, §. Neracius. Iſido. de hoc trac. lib. 16. ad fine: uide de tribus generibus in catholicon in hac dictione, ubi etiam dicitur id dictum ab Elios, quod eſt ſolu. quia ad ſolis radiũ lucet clarius, quàm aurum, uel argentum, & per literam, Teneantur, quæ ſequitur, ponitur caſus, ꝙ poſt mortem apprehenderat eccleſia res legatas, uel forte teſtator uiuens commodauerat illas epiſcopo: uel ſol
4 uit hæres credens illas proprias [*Teneantur*] nõ† prohibet æſtimationem peti ab hærede ſecũdum Hoſt. res tantũ prohibetur retineri, & procedit hoc de utroq; iure. Nam rem meam tibi legatam ſcienter, uel ignoranter nullo iure retinere potes, licet illam apprehenderis, & repetere poſſum à te rem illam uendicando, poteſt etiam illam repetere hæres, ſi eius intereſt, ut quia magnum damnum, uel magnam pœnam incurſurus eſt mihi rem illam non reſtituendo. & uidetur Inno. ꝙ melius agat hæres, quod non curo. ¶ Prima
5 † glo. quærit opponendo,& ſoluit. ¶ Secunda diſtinguit, an ſcienter, uel ignoranter legetur alienum. ¶ *In*
6 † *glo 2. ibi, coniunctæ*] puta uxori, uel alteri, cui de ſuo tãtum reliquiſſet [*& ibi, uerius*] uide de fil. preſ. ueniens,
7 ſuper glo. 2. ¶ *In† gl. 1. in fi.*] uel quia precium ab eo extorquebatur, vt ſequitur, ſecundum Hoſt. ¶ *In gl. 2. ibi, alienum*] non hæredis: quia tunc indiſtinctè tenetur. ff. de le. 2. l. unum ex familia. §. ſi in rem tuam, niſi repudiet. co. titu. imperator [*& in fi.*] & infra de reg. iu. præſumitur, lib. 6. Item ſcias, ꝙ ſi in diuerſis teſtamẽtis eadẽ res mihi legetur, conſecutus preciũ ex primo, poſſum rem petere ex ſecũdo. ſed ſi rem habui ex primo illam petere nõ poſſum: quia duæ cauſæ lucratiuæ in eundẽ,& eandẽ rem concurrere non poſſunt, inſt. de leg. §. ſi res aliena, Hoſt. ¶ *In glo. ulti. in fi.*] Io. no. 12. q. 5. ſi epiſcopus,& Inno. hic, ꝙ hoc caſu, quando legatur res eccleſiæ, hæres nõ tenetur etiam ad æſtimationẽ, nam licet generaliter hæres teneatur ad ęſtimationẽ, ut in §. non ſolum; tamen, ut dixit Inn. hoc fallit in caſibus, ut ſi quis legat, quæ ſine magna difficultate nõ poſſunt haberi, ut ſũt prædia Cęſaris, ff. de leg. 1. apud
a Iul. §. conſtat[a]. ergo idem in rebus eccleſiæ, in quarũ etiam alienatione magna eſt difficultas. Itẽ legari nõ poſſunt, quæ ſunt cõibus uſibus deputata, ut in præ. l. apud Iul.& in præce. §. non ſolum: & res eccleſiæ ſunt cões. 12. q. 1. uidentes: & in inſtrumento nõ debet ſcribi aliquid contra ius, uel bonos mores, ff. de leg. 1. ſi quis inquilino. §. fi. & contra ius eſt res eccleſię alienari, niſi in caſibus. 10. q. 2. hoc ius. Item non eſt commercium rei eccleſiaſticæ ad laicos. 12. q. 2. non liceat papæ,& c. ſe. & ideò legatũ rei eccleſiaſticæ laico factũ non tenet. ff. de leg. 1. mortuo. §. Labeo, de uerb. obli.
b l. multum[b]. C. ne Iudæ. ll. ha. Chriſti. man. l. 1. unde expone, quia l. dei &c. ideſt res eccleſiæ non ſunt cenſendæ ſicut res ſeculi per omnia, Inno. Hoſt. contra, qui dixit tenere legatũ rei eccleſiaſticæ quo ad hæredem, dummodò res ſit talis, de qua poſsit haberi commercium. Res ergo reſtiuetur, ſed precium ab hærede petetur. Dicit tamen, ꝙ ſi hæres minus grauaretur totũ precium ſoluendo, eccleſia non debet illud cum intolerabili ſuo grauamine extorquere; quod faceret de iure ciuili,& ſolum hunc l. rigorẽ hic intendit temperare papa; ad hoc de cenſi. licet,& c. ex parte, 17. q. 4. c. fi.& in eo, quod dixi de elect. cõ. ꝙ à te, & de re iu. locũpletari, lib. 6.& dicit ſic intelligendum, quod not. in ſum. eodem tit. §. ad quid hæres, ſub §. tenetur, uerſicu. quid ſi quis rem.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶Conſtat. Ibi uide Bar. in l. continuus, ff. de uer. obli.& contra iſtã rationem facit quod not. Barto. de re minoris in prædicta l. apud Iulia. §. conſtat.
b ¶Multum. Et ibi uide Bart.& in §. conſtat, ubi videtur tenere hanc opinio. in l. apud Iulia.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres compellitur adimplere teſtatoris uoluntatem, & à quo.*
Fideicommiſſarius pari modo.
Pro cauſis pijs cuiq; quæſtionem licet mouere.
Emolumentum, fructus, lucra differunt inter ſe.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 5.*
Teſtamentum apud quem aperiatur, & num.4.
4 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*
Contra uoluntatem defuncti ueniendo contrahitur delictum, in fi.
5 *Hæres quod incurrat ideò damnum, ſiue pœnam.*

C A P V T VI.

1 SI hæredes. Breue eſt:& hic loquitur † de compulſione hæredis: de compulſione uerò fideicommiſſarij. infra eo. tua,& c. Ioãnes [*Loci illius*] Quo negligente recurretur ad metropolitanum, & licebit cuiq; hanc quæſtionem mouere,& ſtudere, ut cauſæ piæ modis omnibus compleantur in auctẽ. de eccleſia. ti. §. ſi autẽ ſanctiſsimis, Hoſt. [*Emolumentis*] quæ. ſ. puenirent etiam ex humana induſtria. de differẽtia inter fructus, & lucra uidebis. infra de deci. paſtoralis, Abb de emolumento dicam, infra de ſimo. nemo, in
2 prin. ¶ Secunda† gl. ſignat cõtrarium, & ſoluit. ¶ Vlt. gl. reſpondet per qõnem, an filius non adimplẽs &c. & ponit quid de iure Codicis, & quid iure auctenticorum, & quomodo canon concor. iuri Codicis,&
3 decr. licet, ad quam tamen reſpondet. ¶ *In† glo. 2. ibi, conſulta*] apud magiſtrũ cenſus aperitur teſtamentũ, non apud defenſores eccleſiarum [*& ibi. §. ſi defuncto*] uide
4 de iudi. nouit, ſuper gl. ſaltem. ¶ *In† glo. 1. ibi, publicatio*]
Io. And. ſuper 3. Decr.

idem no. 88. diſt. epiſcopus tuitionem. & ibi uideas, & infra eo. Ioannes, in oppoſitione ultima [*& ibi, ad epiſcopum*] niſi conſuetudo aliud inducat. C. de eman. l. 1. & ult. Hoſt. ſupra c. 3. & uide, quod poſt cum ſatis ſcripſi de fide inſtrumen. c. ulti. in gl. 2. uer. hæc autem publicatio [*& ibi, præcipuè*] nam idem in aliis, ut hic, & ſ. eo. indicauit, ſecundum Innoc. & Hoſt. qui hoc not. ſupra eo. nos quidem, & dicam, infra eo. Ioannes. in ulti. q. tamen glo. 1. in decr. tua, uidetur uelle contrarium [*& in fine*] ſaltem ratione delicti, quod contrahitur in uenlendo contra uoluntatem defuncti, de iud. 5 nouit. T. Goff. ¶ *In* † *gl. ult. ibi, omni ſucceſſione*] niſi in caſu, quo lex de alia quota prouidiſſet, & ſic ſoluitur, C. de inoffi. teſt. l. ſi quis in ſuo. 1. reſpon. ubi priuatur tertia tantum, hæc ſolutio, quæ placet, & aliæ plures no. in l. ſtatim alle. in ult. glo. [*ibi, Silueſter*] ubi de hoc [*& in fine*] & etiam in ſuo ſecundum Hoſt. quò ad relicta ad pias cauſas, & quò ad uota patris exequenda: quibus caſibus creſcente contumacia etiam ipſo naturali debito priuatur, ut in d. aucten. & in decre. licet. nam & in his ceſſat Fal. etiam ubi hæres nec eſt contumax, nec deliquit, C. ad l. Fal. auct. ſimiliter. dicit tamen, ꝙ ſi pœniteat, non negat ſibi fieri eleemoſynam.

S V M M A R I V M.

1 *De bonis per eccleſiam acquiſitis clerici teſtari non poſſunt, uel aliàs in alios transferre, num. 2. & 3. ubi quòd neque alij, etiam laici.*

Caritas ordinata debet eſſe, licet multi contra faciant.

Obligatus ex pluribus cauſis, ſi ſoluit partem debiti, in qua cauſa ſoluiſſe præſumatur.

Obnoxius, pro obligato, in fi.

3 *De bonis eccleſiæ teſtari, uel quid donare quando & qui, & quibus poſſint.*

Bona clericorum quando eccleſiæ, quando eorum præſumantur, regulariter tamen pro eccleſia præſumitur, & quomodo in hoc dignoſcendo procedatur.

Ex præſumptionibus, ſiue coniecturis in diſcernendo, an bona ſint clericorum propria, an non, procedit iudex, & qualiter, uer. quidam tamen.

Præſumptioni præſumptioni colludit, ibid.

In clericorum patrimonij, uel peculij, & bonorum eccleſiæ computatione, quæ expenſæ deducantur, & de utriusbonis, ibid. & quomodo fiat diſtributio.

4 *Clericus ſi nullum habebit hæredem uſque ad ſeptimum gradum, ſuccedet eccleſia.*

Clerici ab inteſtato defuncti bona quæ hæres, & quæ eccleſia occupabit.

Hæredi bona clerici defuncti an & quando liceat occupare ſine incurſu pœnarum conſtitutionum.

Contra eum illicitè ea occupantem quibus actionibus agendum.

Hæreditatis expilatæ actio, & edictum. D. Adriani, cui competat.

Prælatus non poſſidet nomine ſuo, ſed eccleſiæ, uer. ſi autem ſolummodo.

Conſtitutio, ſi quis in tantã, quando habeat locũ, ibi. & ſup. eo. nu.

5 *Hæres clerici ad quæ damna teneatur.*

Canoniſta ſubtilitates iuris ciuilis per omnia ſequi non debet.

Innocentius iuris ciuilis ſequitur ſubtilitates.

6 *Suffragium gloſſarum.*

Peculium caſtrenſe quod dicatur.

Additio gloſſarum.

C A P V T VII.

1 CVm in officijs. Caſus. De bonis † per eccleſiã acquiſitis clerici teſtari nõ poſſunt. & primò ponit factũ damnabile, quod ſecundo dãnat ibi. hoc igitur [*Charitatis*] ordinatę: multi tñ inordinatã habẽt, ut dicit Amb. de pę. di. 2. §. charitas, ſicut & iſti clerici, de quibus ſequitur [*Primo loco*] ſiſe ſi obligatus ex pluribus cauſis ſoluit partẽ debiti, præſumitur ſoluiſſe in ea cauſa, quę plus grauabat. ut primò in infamia. ſecundò in pœna. tertiò in pignore. Item in vetuſtiori debito, & prius in ſua cauſa, quàm in aliena, ff. de ſol. cum ex pluribus. Vin. [*Obnoxij*] i. obligati, Pe. [*Recepiſſe*] & illi plus. à qua plus perceperit, ut patet, ſ. 2 eo. relatũ. 2. § fi. Hoſt. [*Quidam* † *clerici*] no. nõ ſolũ prælatos, ſed clericos alios relinquere debere eccleſiis, q̃ ꝑ eccleſiã acquſierũt ſ͠m Inn. & de hoc inf. dicã [*Per eas*] qđ præſumit ſ͠m Hoſ. qui remit. ſ. rit. 1. c. 5. [*Conferre*] in ult. uoluntate, Pe. uel teſtõ, Abb. qđ nullo mõ licet. inf. eo. relatũ 2. uer. hoc c. declaratur, ſ͠m Hoſt. [*Rema-* 3 *nere*] nullus † ſiue ꝓlatus, ſiue clericus, ſiue laicus de rebus eccleſiæ ẽt mobilibus teſtari põt, ut hic, & inf. c. proxi. & in concor. gl. pñt ẽt in ægritudine conſtituti aliqua intuitu eleemoſynæ erogare. infra eo. ad hæc, & in remuneratione ſeruitiorũ ſibi exhibitorũ tam à conſanguineis, q̃ ab aliis. infra eo. relatum. §. licet. Idẽ dicimus de rebus, quas emerũt de reditib9 ſuis. 12. q. 2. eṗs de rebus, & q. 3. c. 1. & q. 5. fixũ, & ſup. de pec. cleri. c. pen. niſi in compenſatione relicti tantũ darent eccleſiæ, quantũ relinquunt. 12. q. 5. ſi eṗs, & q. 2. ſi quis quælibet: uel niſi obtineat de conſuetudine, ut quidã dicunt. ſ. Vgo in præce. c. ſi eṗs, & ꝓ eis de dona. cæterũ, & infra eo. relatũ. Si autẽ habet res proprias, de eis teſtari põt, ut in præce. c. 12. q. 5. c. 1. & 2. 12. q. 1. ſint manifeſtæ & c. manifeſta, & in auct. de ſanctiſ. epiſ. § preſbyteros. Venient autẽ ad hæredes inſtitutos ab inteſtato ea, quæ clericus habuerit ante clericatum, uel etiã quæ poſtea obuenerũt ſiue ex donatione, ſiue ex ſucceſſione, uel ex artificio, ſeu doctrina, infra eo. quia, & c. relatum, §. cęterum. De his, quæ acquiſiuit poſt clericatum, prima facie præſumitur, ꝙ intuitu eccleſiæ, & de reditibus eccleſiæ acquiſierit, ſup. eo. c. 1. 12. q. 3. c. 1. in auct. de eccle. ti. §. interdicimus. Hoc autem licet præſumatur in ſingulis clericis, ut in præalle. iuribus; in prælatis tñ maximè ꝓſumitur. 12. q. 3. quicunq; & q. 4. ſacerdotes, & c. presbyter, & eſt dicendũ, ꝙ in tãtũ ſtandũ eſt huic ꝓſumptioni, ꝙ ſententia fertur pro eccleſia, niſi ex aduerſo probet, uel præſumatur contrarium, ut in præ. aucten. §. interdicimus. Quidam tamen dicunt, & forte non male, ꝙ in non prælatis creditur acquiri intuitu perſonæ, non eccleſiæ, quando ad hoc quęrendum, ſcilicet nomine eccleſię nullum habet officium; & ideò ſuo nomine quęrere uidetur, ſi aliunde habet bona, quàm de eccleſia, unde hæres ſuus legitimus licitè poſt eius mortẽ hæc occupabit, & eſt ad hoc arg. inf. eo. requiſiſti, in fi. ſed quia in his difficiles & quaſi impoſsibiles eſſent ꝓbationes teſtiũ uel inſtrumentorũ, ſcilicet quid, uel quãtum de reditibus eccleſiæ, & quantum de ſuo proprio emerit, idcircò iudex in hoc facto multũ ex præſumptionibus procedet: & cum contingat aliquãdo unam præſumptionem alii colludere, ſupra de præſump. quia, & c. illud, & c. literas. de elec. cum inter. R. iudex arbitrabitur, quantum ſit patrimonium ſuum, & quot ſint reditus eccleſiæ. Itẽ ſi quid lucratur de artificio, ſeu doctrina, & ſic multa alia; & hoc uidetur dicere. c. 12. q. 4. ſacerdotes: ſemper tamen in computatione facienda prius deducet expenſas, quas fecit in victu, & ueſtitu ſuper eccleſia: quia qui altari deſeruit, debet uiuere de altari. 12. q. 1. ex his, & c. epiſcopus. 12. q. 3. charitatẽ, arg. contra. 1. q. 2. paſto. ſ. de præben. epiſcopus, ſolue, ut ibi. Item cum prælatus ſegregare debeat res ſuas à rebus eccleſię. 12. q. 1. ſint, & omnia debet agere ſemper cum conſilio clericorum ſuorum. 12. q. 1. epiſcopus, multum cõtra eum præſumitur, ſi omiſerit hoc, & ſæpe poſſet propter culpam eius deferri iuſiurandum eccleſiæ, argumen. 2. q. 1. in primis, maximè ubi

lata

lata & manifeſta deprehenderetur culpa p̄lati, & hoc no. ſupra de his quæ ui me. c. fina. & ulti. ſicut in tutore dicitur, C. de iureiuran. l. 1. & per totum. Item omnes uanas & delicatas expēſas prius deducet ſuper bonis clerici. Solas autem expēſas approbabit iudex de bonis eccleſiæ quæ factæ ſunt in alimoniam ſuam. & pauperum, & in redemptionem captiuorū & in hoſpitalitatem. uel alias pias cauſas. 12. q. 2. aurū habet, & c. gloria. 44. diſt. in commeſſationes. de ſuppel. neg. prælato. c. 2. Nec credimus melioris conditionis quo ad probationem eſſe alterum, ſcilicet eccleſiam, uel
a hæredem ex quo poſsidet, quantum ad hoc ꝙ onus probādi alii incumbat, quia ſemper pro eccleſia præſumitur, niſi hæres defuncti clerici p̄bauerit aute clericatū defunctum clericum habuiſſe aliquid, uel aliū de ſuo intuitu obueniſſe, ut in prædicta auctentica, §. interdicimus. Probat autē, ut dictum eſt, uel uerè, uel præſumptiuè, ut inf. eo. requiſiſti, facit etiam ad hoc quod dicitur de uxore, quod quicquid acquirit matrimonio conſtante, præſumitur de bonis mariti acquiſiuiſſe, C. de donatio. inter uirum & uxo. l. etiam, & ff. eo. Quintus, quamuis non ſemper ſit per omnia ſimile: quia quicquid uxor acquirit ex opera ſua marito acquirit. Clericus autem. & etiam prælatus ſibi, non eccleſiæ acquirit, infra c. quia, & c. relatum. §. cæterum; & adde quod dixi, ſupra tit. 1. c. 1. Si autem plures quis eccleſias habet. æqua diſtributione bona clerici ſunt inter illas eccleſias diuidenda, infra c. relatū, in fine. Et ſi clericus † nullum habet hæredem. uſq; ad 7. gradum, ſuccedet eccleſia. 12. quæſt. 5. capitulo penultimo & ultimo. Sed quæritur, quis occupabit bona inteſtati defuncti? respondeo ſecundum prædicta in bonis eccleſię non habet hęredem, ſed ſucceſſorē, unde illa occupabit eccleſia. Alia, de quibus certum eſt, quòd fuerint teſtatoris, occupabit hæres. Ea autem, de quibus dubitari poteſt, cum pro eccleſia præſumatur, occupabit eccleſia: & ſi hæres occupet ſua auctoritate competit contra eum conſtitutio, ſi quis in tantam. ſi in rem. quam poſsidebat eccleſia per clericum defunctum, ſibi ius dixit, uel edictum diui Marci, uel furti, uel ui bono. rapto. uel rei uendi. uel ad exhiben. ut in ſingulis ti. notare poteris. Actio autem expila. hæredi. uel edictum diui Adria. non competunt eccleſiæ: quia prædicta non petit tanquam hæres, ſed tanquam domina. Si autem prælatus in alium transferet, tunc non haberet eccleſia niſi rei uendica. uel ad exhibendum. Sed quid ſi in teſtamēto reliquit res eccleſiæ alicui, uel in eis ſpecialiter inſtituat hæredem? uidetur, quòd non debet formidare pęnam cōſtitutionis, ſi quis in tantam, uel aliarum conſtitutionum, quia teſtator interuertit poſſeſsionē. quod poteſt, ff. de ui, & ui arma. colonus. Sed melius dicitur, ꝙ ſi ui non potuit propria interuertere uoluntate, C. de acquirenda poſſeſsio. cum nemo, niſi expelleretur ipſe, uel nuncius eius, ut in præceden. l. colonus, uel niſi alii dediſſet poſſeſsionem ff. de acquiren. poſſeſsio. peregre §. quibus, & §. poſsideri, § quod ſi ſeruus, & l. licet, & l. quamuis, uel niſi ſuo nomine emiſſet, quia tunc cum poſſeſsio eſſet penes clericum teſtatorem non nomine eccleſiæ ſed ſuo proprio, ſi hæres occupabit poſſeſsionem, nullam pęnam incurrit, licet poſſit ab eo uendicari, ſi de bonis eccleſiæ empta eſt. Et in hoc caſu, ſcilicet quando ſuo nomine emit, ſi eccleſia ſcienter ſuo nomine occuparet, tenetur conſtitutione. ſi quis in tantam, uel condictione ex cauſa. 16. quæſt. 6. placuit. Si autem ignoranter occuparet poſſeſsionem rei, quam ſuo nomine poſsidebat prælatus, non tenetur prædicta poena: quia iuſtam cauſam habet ignorantiæ, & contrariæ pręſumptionis. cum enim præſumatur, ut dictum eſt, omnia acquiſita eſſe de bonis eccleſiæ. Item cum quicquid emit prælatus, nomine eccleſiæ emere debeat. 12. quæſtio. 4. epiſcopus, ſi aliud non appareat debeo eum potius pręſumere. quod ius præcepit feciſſe, quàm contra ius, ſcilicet quod emerit & poſſederit nomine eccleſiæ, ſed ſic non excuſaretur hæres occupans. cum pro eo non facit præſumptio niſi teſtator ei reliquiſſet: quia tunc excuſaretur. ut ſequitur. Si autem ſolummodo dimittat rem poſt mortem ſuam inter alias res ſuas proprias ciuilem poſſeſsionem retinet eccleſia. cum prælatus non poſsideat ſuo nomine ſed eccleſię ſicut commodatarius, ff. de acquirenda poſſeſsione, ſi colonus. 12. quæſtione ſecunda. ſine ex. & quæſt. 2 capitulo ultimo: & ideò non præiudicat eccleſiæ. ſi poſſeſſionem dimittat, uel leget aliis. C. de acquirenda poſſeſsione. l. ultima. & ideò uidetur. quod contra eum competat interdictum, Vnde ui. & cōſtitutiones prędictæ, ſi uiolenter occupet, cum eccleſia poſsideret: & hęc uera ſunt, ſi relinquat res, quas conſtat eccleſię eſſe. Si autem relinquat ea. de quibus dubium eſt. an ſint eccleſiæ, uidelicet poſtmodum acquiſita, poſt illa beneficia acquiſita occupabit hæres: quia licet præſumantur acquiſita eccleſię; tamen dubitatur: & cum in optione prælati fuerit, quando acquiſierit illa, utrū ſuo nomine acciperet, uel eccleſię, licet male faceret, ſi de bonis eccleſiæ. uel intuitu eccleſiæ acquiſitis, nō nomine eccleſiæ acciperet, & quia non præſumitur immemor ſuæ ſalutis, ſic prima quæſtione ſeptima ſcimus, ea accipit hæres. Nec eſt contra inſtitut. ui bonorum raptorum § ſecundo, ubi dicitur, quod conſtitutio, ſi quis in tantam, habet locum etiam, ubi quis credit ſibi licere de iure rem ſuam propria auctoritate recipere: ſed non eſt contra: quia ibi loquitur de errante in iure: hic autem errabat in facto: qa iſte non credebat ſibi licere rem ſuam propria auctoritate occupare: ſed credit rem ſuam eſſe, & eum. cui ſuccedit, ſuo nomine poſsidere; & tunc nō incidit in conſtitutionem. Item alia ratio eſt in hærede, quàm in aliis: quia ad hæredem ueniunt, & nō ſolum poteſt occupare, quæ poſſedit teſtator, ſed etiam quæ inuenit in hęreditate etiam commodata, & depoſita. ff. de petitio. hæredita. non ſolum. Vnde poteſt dici. quod ſi accepit prædicta. non incidit in conſtitutionem, cū non debeat credi eum uelle aliter poſsidere, quàm teſtator poſſederit, & ita nec poſſeſsione, nec proprietate uoluit eccleſiam ſpoliare: ſed ſi uult eſſe tutus, occupet ſaluo iure eccleſię tam in poſſeſsione, quàm in proprietate, argumentum optimum, ff. de uſuris, falſus creditor, §. ſi qui alienum: ſed ſi eccleſia occupet, proprias res prælati [*Sic ponit Hoſtienſis. dictum Innocent.*] agetur contra eam rei uendica. uel actio. ad exhibendum: aliàs accuſaretur, & ageretur de crimine expi. hæredi. ut habetur, ff. de crimine expi. hæredi. l. 1. 2. & 3. Quidam tamen dicunt, ꝙ hoc caſu, ſi proteſtatur, ut ſupra dictum eſt, non teneri. In his autem, ubi ius præſumit indubitanter pro eccleſia, ſicut quando datur aliquid prælato ab extraneo, forte ſecus poſſet dici, quod illa hæres non occupabit, & eccle-
5 ſia eum occupare prohibebit. ¶ Hoc autem † ſcias, quod omne damnum, quod facit eccleſiæ clericus, eius hæres ſibi compenſare debet. 12. quæſt. 2, epiſcopus, qui fili. de pigno. capitulo tertio. Sed quia nimis difficile eſſet, quod ſemper & ad omnia teneretur hæres, dicimus ad ſimilitudinem tutoris, quod tantum poſt litem conteſtatam cum teſtatore tenetur de his, in quibus lis conteſtata eſt, ff. de hæredi. tuto. hæres, §. Paulus: ſed etiam lite non conteſtata tenetur de his, quæ peruenerunt ad eum, uel ad prælatum teſtatorem. Item ſi prælatus aliquid fecit dolo, uel culpa, non tamen leui, tenetur hæres, etiam

ſi prælatus de bonis eccleſiæ alicui gratiam fecit, ff. de
fideiuſ. tu. cum oſtendimus, C. eo. l. 1. & ult. ſecũdum
Inno. cuius ad literam eſt hæc gl. quam dicit Hoſt. fa-
uorabilem conſanguineis prælatorũ, nec canoniſtã
has ſubtilitates per omnia ſequi debere, & remit. ad
no. ſupra c. 1. & ſup. titu. 1. c. 3. & ult. & infra titu. 1. c. 2.
6 ¶ *In† glo. 2. ibi, caſtrenſe peculium*] caſtrenſe eſt, quod à pa-
rentibus, uel cognatis in militia degenti donatũ eſt,
uel quod ipſe filius in militia acquiſiuit, aliàs non ac-
7 quiſiturus. ¶ *In† glo. 1. ibi, ad antidora*] uide in clem. de iu-
reiurando, Roma. §. uerum quia [*& in fine*] & fortius
clericus eccleſiæ, infra de pœnis, presbyteri, Hoſt.

ANNOTATIONES.

a ¶ Poſsidet. Hoc regulare, quoties præſumptio eſt in contrarium, ut no. gl. ut eccle. benc. c. uno, & ex hoc no. quòd licet regulariter poſſeſsio transferat in alium onus probationis, tamen illud non facit, quando contra poſsidentem eſt præſumptio.

SVMMARIVM.

1 *De bonis per eccleſiam acquiſitis clerici moderatam facere poßũt eleemoſynam. uide num. 4.*
Libertus quando donare, & quatenus legare poteſt.
Eleemoſynam relinquere qui poßit non ualens teſtari.
Donatio ſine inſinuatione quo caſu hic ualeat.
Succeßor clerici in duobus caſibus tenetur pro facto prædeceßoris.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloßarum. nu. 3.*
Quarta impuberi debetur, licet excludatur à querela.
4 *Additio gloßarum.*
Via una quis admittitur, & alia repellitur, exempla hic.
De bonis eccleſiæ clericus, uel epiſcopus ante mortem quid tradere poteſt, non poſt.
Clericos dantes in morte omnia mobilia parentibus conſuetudo generalis non excuſat.

CAPVT VIII.

1 AD hæc. Caſus. Moderatam† eleemoſy-
nam de bonis per eccleſiam
acquiſitis clerici facere poſſunt; teſtari nõ
poſſunt, diſtinguit. & ſecundum membrũ
ibi. Viuentes [*Sui compotes*] infra tit. proxi. c. dilectus [*Bo-
nis ipſis*] mobilibus: de immobilibus enim nõ liceret,
Hoſt. [*Non ratione*] ſi. ff. ſi quid in frau. pa. l. uiuus, Vin.
quæ ſic dicit: uiuus libertus donare benemerentibus
amicis poteſt. legare uerò nec benemerentibus ami-
cis poteſt, quod patroni partem minuat [*Eleemoſynæ*]
arg. hic, & infra eo. relatum, 2. §. licet, ꝙ damnatus de
crimine capitali, qui non poteſt teſtari, poſsit eleemo
ſynam relinquere, de quo plenè ſcripſi de uſuris, quã-
quam, lib. 6. in ult. glo. [*Intuitu*] & ualebit tũc donatio
etiam ſine inſinuatione, arg. C. de dona. l. pen. & ſuc-
ceſſor tenebitur, arg. 12. q. 1. quicunq; ſuffragio. Inno.
& ſupra de don. per tuas, ſicut tenetur, ſi de ſuo aliqd
in utilitatẽ eccleſiæ expendiſſet. 12. q. 4. quicunq;. ſm
2 Hoſt. ¶ Vlt. gl. arguit, alleg. duo iura, & tria in contra-
3 riũ, & remit. ¶ *In† ult. gl. ibi, ſi quis impubes*] ibi, impubes
arrogatus excluditur à querela, quia ex conſtitutione
diui Pii ſibi debet quarta: & ſi egit, & ſuccubuit, quar-
ta tamen ſibi debetur ut æs alienum [*& ibi, ſcire*] hanc
4 & ſequen. uide in præ. c. tuæ, ſuper glo. penul. ¶ *In† glo.
1. in fi.*] quæ difficilius alienantur. 10. q. 2. hoc ius, Goſ.
& ſupra de rebus eccle. non alienan. nulli. ¶ *In gl. 2. ibi,
largiri*] unde dixit Vincen. quòd & ſi tradere poſsit, nõ
poteſt dimittere poſt mortem tradẽdum, nam & epi-
ſcopus de fructibus ſuis poteſt monaſterium cõſtrue
re. 12. q. 2. bonæ: ſed poſt mortem erogandum diſpo-
a nere non poteſt. 12. quæſtio. 5. quia Ioannes[a], ubi de
hoc, & uide quod no. infra titu. 3. de his, in 1. gloſſ. &
quod ibi dicam: dixit etiam, ꝙ non credit, ꝙ generalis
conſuetudo excuſet clericos dantes in morte omnia
b mobilia parentibus[b]. ¶ [*In glo. ulti. in fi.*] & infra de reg.
iuris, cum quid, lib. 6. dic ut ibi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ioannes. Vide Ioan. And. in Spe. de reb. eccle. non alie. in rubrica, pro intellectu huius capituli, & Bart. & Bald. in l. iubemus, la ſecunda, de ſacroſan. eccle.

b ¶ Parentibus. Vide Io. And. in c. nemo poteſt, de reg. iu. lib. 6. in Mercu. & ſupra c. proxi. in glo. magna.

SVMMARIVM.

1 *De bonis propriis, uel intuitu perſonæ uel aliis modis præterquam conſideratione eccleſiæ acquiſitis clerici teſtari poßint, & nu. 2. & 4*
Clericorum appellatione etiam habentes primam tonſuram hic continentur.
2 *Conſideratione cuius quid fiat, attenditur:*
Inſtrumentum, quod mei cauſa fit, quodam modo eſt meum.
Potentia duplex iuris, & facti.
3 *Suffragium gloſſarum.*
Peculium caſtrenſe, uel quaſi quod.
4 *Additio gloſſarum.*
Peculium aduentitiũ in clericis iudicatur quaſi caſtrenſe, & quid hoc proſit.

CAPVT IX.

QVia nos. Aliàs, tua nos. Caſus. De bo-
1 nis† ꝓpriis, uel acquiſitis in-
tuitu perſonæ clerici teſtari poſſunt: de ac-
quiſitis intuitu eccleſiæ nõ: & in prima de-
cila conſultatio, in 2. diſtinguens rñſio. ſm membrũ
ibi, de his [*Conſultationi*] ſ. qua quæſitũ, utrum, & de qui-
bus rebus clerici diſponere poſsint [*Clerici*] ergo habẽ-
tes primã tonſurã, de æta. & quali. cũ contingat. Hoſt.
[*Amicorum*] idẽ dicimus, ſi rõne officii, uel ſeruitii ali-
qua acqſiuit, ut quia fuit capellanus alicuius princi-
pis, qui ei multa donauit, ſm Inno: ſic ponit Hoſt. ſed
Inn. poſuit hanc gl. ſuper uer. Cõſideratione eccleſiæ,
& tũc reſultat ꝯrius intellectus, & ſic etiã ponit Guil.
uerum eſt, ꝙ uerbũ ſeruitii nõ fuit uerbum Inn. [*Con-
2 ſideratione*] attenditur† cuius conſideratione quid fiat,
inſtrumẽtum enim, quod mei cauſa fit, quodammo-
do eſt meum. ff. de eden. prætor, §. 1. ff. ad exhiben. l. 3.
§. interdũ, Vin. [*de iure*] eſt enim duplex potẽtia, de re-
ſcriptis, ſciſcitatus [*Teſtamentum*] erogationẽ autem fa-
cere poſſunt, ſ. c. ꝓxi. & dicit Abb. ꝙ per hæc iura ma-
giſter ſuus cõſuluit epõ Neuinaſen. ꝙ concederet cle-
ricis ſuis diſponere de rebus eccleſiæ, ſi ſtatim in uita
uellent dare uſq; ad certã ſummã, dimittẽdo tamẽ in
eccleſia, quod ſufficiat uſq; ad nouos reditus; facit ad
hoc ultimũ, & de offi. ord. præſenti, §. porrò, lib. 6. ¶ *In
3 † glo. ulti. ibi. uelut*] lucrũ filiifa. aſſeſſoris eſt uelut caſtrẽ-
ſe peculiũ [*& ibi, fori*] lucrũ aduocatorũ filiorũfami.
ipſorũ eſt ꝓpriũ, ſicut caſtrenſe peculiũ ipſorũ militã-
4 tium. ¶ *In† glo. 2. ibi, peculio*] dicit Hoſt. ꝙ licet peculiũ,
de quo loquitur prima pars, quãtũ ad laicos iudicetur
aduentitiũ, in quo pr̃ hẽt uſufructũ, C. de bo. ma. l. 1.
de bonis, q̃ li. cũ oportet, in p̃sbyteris tñ iudicatur quaſi
caſtrenſe; unde de illo teſtari pñt, quãuis in poteſtate
ſint conſtituti, ut hic, & C. de epi. & cleri. auct. presby
teros, & l. ſi quis presbyter, & l. ſacroſanctæ, & l. Leoni
na, & in aucten. de ſanctiſ. epiſ. §. presbyteros, colla. 9.
& idem de aliis clericis, nam & hoc, c. generaliter loq
tur dicẽs, ꝙ licet clerici &c. ad idem præ. auct. presby-
teros [*& in fine*] C. de epi. & cleri. ſacroſanctæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum. quod parochianus fecit coram presbytero ſuo, & duobus teſtibus, ualet, non obſtante contraria conſuetudine.*
Et quando id habeat locum, num. 2. 3. & 6.
Vltima uoluntas ſeruanda.
Reſcindi, ideſt pro nullis, & non factis haberi.
Subſcriptio teſtium non requiritur in non ſolenni teſtamento.
2 *De conſuetudine generali reprobata exemplum hic.*
3 *Idonei teſtes ſi affuerint teſtamento, tollitur & quando timor falſitatis.*
Venetorum conſuetudo in teſtamentis condendis.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 5.*
Teſtamentum iure ciuili requirit teſtes. 7. niſi in ruſticis, ubi quinque ſufficiunt.
Teſtamentum imperfectum iure ciuili tenet, quatenus ſit.
Parentum inter liberos.
Falcidia ceſſat in relictis ad pias cauſas, in fin.
6 *Additio gloſſarum.*
Rainerij ſumma lib. 4. citatur.

CAPVT X.

1 CVm eſſes. Caſus. Valet † teſtamētū, quod parochianus fecit coram presbytero ſuo, & duobus teſtibus, nec ualet conſue. contraria. communis diuiſio. ſecunda ibi, Quia uerò [*Teſtamenta*] ſup. & codicilli [*Vltima uoluntate*] quæ ſeruanda eſt, & de hac dixi ſuper rubri. in fine [*Reſcinduntur*] i. pro nullis & nō factis habentur [*Subſcriptione*] hoc nō requiritur in nō ſolenni teſtamento. C. de teſta. hac conſultiſſima, Hoſtien. [*Aut quinque*] ſ. 7. in teſtamento. 5. in codicillis, in teſtamento enim non ſufficerent. 5. niſi in ruralibus,
2 C. eod. titu. l. fi. H. [*Conſuetudine*] dicit † Hoſtien. hic haberi exemplum de conſue. generali, & remit. de conſue. cum dilectus [*Alienum*] i. contrarium, & ideò non ſeruandum [*Presbytero*] maxime hoc quò ad pia legata: ſed quò ad probationem teſtamenti propriè ſecūdum. H. qui etiam reprehendit ſimplices per hoc probare nolentes presbyterum æquiparari. 5. teſtibus: ſed quare dicat de presbytero, dicam ſecundum eum in glo. ſe. Item. G. Na. adhæſit literæ, dicens decre. locum habere, cum quis corā presbytero ſuo, & duobus teſtibus facit teſtamentum, & tunc ualet etiam in non relictis ad pias cauſas, in alijs non, & ſic intelligit. c. infra proxi. & concor. Hoſtien. ut dixi, & ſtatim dicam, & Guil. in ſpec. de inſtru. edi. §. compediòſe, uer. item per ius canonicum, & uidetur placere Eg. Pet. de ſan, ad decre. ſe. ubi dicit, duobus, addebat præter presbyterum, ut ſic à regula legis non recedatur, niſi in hoc
3 caſu [*Idoneis*] per mentem † huius uerbi, & per præſentiam presbyteri, de quo præmiſit, tollitur ſecundum Hoſt. timor falſitatis, nec enim præſumitur presbyter cōſentire alicui falſitati, arg. ff. quod me. cauſa, nō eſt, & infra de ſimo. nemo, & facit conſuetudo Venetorum, de qua, infra ne cleri. vel mo. ſicut te. Per presbyterum ergo, & per duos idoneos non ſuſpectos probabitur teſtamentum, ut hic, non obſtante lege, quæ intelligenda eſt de ſuſpectis, ut no. in ſum. legatum uerò ad pias cauſas per duos probari poteſt, infra c. pro-
4 xi. ¶ Pe. † gl. reſpondet per quæſtionem, an etiam circa in non pias ualeat teſtamentum non habens debitum numerum teſtium: ponit opi. ꝙ non, & hanc approbat: ponit opi. contrariam, ꝙ ualeat, quam reprobat: demum ſubdit duas alias opi. ¶ Vlt. glo. arguit, ſi-
5 gnat contrarium, & ſoluit. ¶ *In † glo. 1. ibi, ſi unus*] deficit teſtamentum, ſi vnus de. 7. teſtibus defuerit [*& ibi, l. ulti.*] in locis, in quibus raro ſunt literati, antiqua cōſuetudo circa ruſticorum teſtamenta ſeruetur, ita ꝙ 7. teſtes adhibeantur, & ſi tot non inueniuntur, ad minus. 5. ¶ *In glo. penul. ibi, ex imperfecto*] ex imperfecto teſtamento non ualet uoluntas niſi parentum inter liberos, & ſi admiſcetur extraneus, quò ad illum non ualet, & accreſcit liberis: & idem. le. ſequens, & uide de re iudi. cum ſuper, in 1. glo. [*& ibi, de fidei. l. ulti.*] vide de iureiuran. cap. fi. ſuper. 3. glo. [*& ibi, ſimiliter*] ſequitur, Falcidia ceſſat in his, quæ ad pias cauſas relicta ſūt [*& ibi, ſi quando*] uide in c. eccleſia. 2. ſuper glo. antepe.
9 ¶ *In † glo. 2. ibi, Moyſi*] Deutero. 19. [*& ibi, in euangelio*] Io. 8. [*& ibi. c. 1.*] nec obſtat. ea. q. præſul, & c. nullam, ut in §. ibi ſeq. ¶ *In glo. 3. ibi, ſufficit*] multum contradicit lex, generali, C. de ſacro ſan. eccle. & quod no. eod. titu. l. 1. Quidam, Ala. Goff. hic, Bar. Brix. 2. q. 4. §. 1. Lau. hic & ibi. Hoſt. hic. Sed Ioan. in præce. §. concor. Ber. & ti. 1. cap. proxi. & Rai. in ſumma, lib. 3. titu. de numero teſtium Inno. uerò, infra cap. proxi. recitat primam, ſecundam, & ultimam opi. nullam approbās. Pe. & Ab. dicunt tene, quod uis: dicit Hoſti. ꝙ ſi fiat collatio rationum facile apparebit opinionem ſuam ueram eſſe, pro qua facit lex diuina, & canonica, & generalis conſuetudo, ut hic. Item ipſa ueritas, quæ deus eſt, & quæ omnibus præualet. 2. Eſdræ. 10. in fi. Sed pro contraria opinio. eſt lex humana, pernicioſa ſubtilitas, & timor falſitatis. C. de fideiuſ. l. fi. Potiora ſunt igitur iura primæ, & ſic ei ſtandum. C. de edic. diui Adria. l. fin. nec recipienda eſt per iudicem ſubtilitas, quæ ueritatem lędit. ff. qui. mo. pi. uel hypo. ſol. l. ſicut re. §. antepe. nec nocet timor falſitatis, ut dixi in textu: remittit etiam ad ſummam, eo. titu. §. qualiter conficiatur [*& ibi, temporali iuriſdictione*] de hoc. 10. di. conſtitutiones, & infra de reg. iur. in ſecunda regula, lib. 6. [*& ibi, Velletren. & Hoſti.*] de qua hic loquitur [*& in fi.*] quintam opi. de præſentia presbyteri dixi in tex. quæ etiam duplex eſt, ut ibi percipere potes. Communiter ſeruatur, ꝙ in relictis ad pias cauſas in omni foro ſufficiāt duo teſtes; in alijs in foro ciuili, qui nō ſit de temporali iuriſdictione eccleſiæ, ſeruatur lex, quædam additio attribuitur Inno. infra cap. proxi. qua dicitur diffinuiſſe leges in his & alijs ſeruandas, niſi in caſibus per leges, uel canones exceptis, de hoc infra de no. ope. nunc. c. 3. & uide quod ibi dixi ſuper. 2. glo. ubi etiam ad ſpecula. remiſi. ¶ *In glo. ultima ibi, ubi de hoc*] & infra de ſagit. e. uno [*& ibi, non credo*] ſecundum Tan. idem Inno.

SVMMARIVM.

1 *Legatum ad pias cauſas coram duobus teſtibus factum, ualet.*
2 *In teſtamentis leges quæ teſtamentaria etiam in foro eccleſiaſtico ſeruandæ.*
Quot requirantur iure canonico teſtes, in fin.
3 *Suffragium gloſſarum.*
Legatum pro redemptione captiuorum non deſignata perſona quis diſtribuet.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT III.

1 RElatum. Caſus. Valet † legatum ad pias cauſas corā duobus teſtibus factum, & primò ponit factum reprehenſibile, quod ſecundò corrigi mandat ibi, Mandamus. & mandatum probat ibi, Quoniā [*Iudicare*] ſ. illa relicta deberi, bene enim iudicabāt for-
2 te contrarium [*Secundum † leges*] quò ad numerum teſtium, Goffr. idem etiam dicit de caſu ſupra eo. filius. per quod collige leges dicentes de ætate, uel tutore teſtatoris, & his ſi, in eccleſiaſtico foro ſeruandas, ceſſat enim in illis hæc ratio, de qua hic, & ſupra cap. proxi. [*Duobus*] etiam præter presbyterum, non ob. ſupra ca. proxi. ſecundum Hoſti. ut ibi dixi ſecundum eum ſu-
3 per uer. Idoneis, quod hic repetit. ¶ *In † glo. 2. ibi, nulli licere*

licere] legatum pro redemptione captiuorum nõ deſignata perſona, quæ diſtribuat, diſtribuet epiſcopus originis, ul habitationis, ſi origo eſt incerta. ¶ *In glo. ultima in fine*] & facit. 25. quæſtione. ſexta. §. fina. uer. item cum in Ilerden. primus, ver. eſt.

SVMMARIVM.

1 *Clericus de quibus teſtari poſſit, & quanta & quibus & quando largiri poſſit, & num. 2. 3. 4. 5.*
In eius bonis, de quibus non licet teſtari, quis ſuccedet, & quomodo eorum fiat, ſi ſint plures ſucceſſores, diſtributio, & num. 2. & 3. 6.
2 *Bonorum nomine mobilia & immobilia continentur.*
Decretalis hæc in quibus locum habeatt, & nu. 3. 4.
3 *De fructibus anni futuri an ex conſuetudine clericus decedens ante calen. Nouemb. poſt calen. Martij.*
Extrauagantem, ſuſcepti quæſtionem, citat Ioan. An.
Arbitrium hic non includit iure uetitos hæreticos inteſtabiles.
6 *Beneficia ut quis in diuerſis eccleſiis poſſideat, ex diſpenſatione quarum concedatur.*
Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 8.
Precium in quibus conſiſtat.
Corpus, uel collegium nauiculariorũ nauicularorũ quãdo ſuccedat §. primo.
Coniunx coniugi ut non donet, non eſt amarè prohibitum in paucis. §. fina.
9 *Additio, ſiue ſuppletio gloſſarum.*
Bona epiſcopi, archidiaconi, aliarumque dignitatum, & canonicorum morientium ad quem deuolnantur & qualiter diſtribuãtur, iunctis gloſſis citatis.

CAPVT XII.

1 RElatum. Caſus. De † propriis teſtari poteſt clericus: in acquiſitis per eccleſiam, etiã ſi ſint mobilia, ſuccedet eccleſia. i. communis congregatio, uel ſucceſſor: poteſt tamen ex eis aliqua ſeruitoribus elargiri: & ſi plures habebat eccleſias, fiet diuiſio inter eas. & ſunt 5. partes. ſecũda ibi. Nomine. tertia ibi, Licet, quarta ibi, Cęterum. quinta ibi, Quia uerò [*Bona qualibet*] bonorum † nomine mobilia & immobilia
2 continentur. ff. de uerb. ſig. bonorum, Goff. [*Nomine*] §. 1. & ſecunda pars [*Non epiſcopus*] tantum, uel diſtingue, aut clericus beneficiatus à cõgregatione ſola, & illa ſola ſuccedit: aut a ſolo epiſcopo, & ſolus ipſe ſuccedit, arg. Inno. ut ecc. benefi. c. uno, ad fi. aut ab epiſcopo, & congregatione, & tunc diuidunt inter ſe, cũ hæc ſucceſſio competat illi, à quo & inquantum beneficiatus eſt, ſupra eo. cum in officijs, infra §. fi. & infra eo. requiſiſti. §. fi. Quid ſi non erat beneficiatus. reſpondeo, ſuccedunt parentes, ſi ſuperſunt. 12. q. 5. quicunque, & q. ulti. c. fi. & in ſubſidium eccleſia, arg. hic & 12. q. 1. ſint manifeſtæ, & prædictis iuribus. Intelligitur autem hæc litera, quando non habet patrimonialia, uel aliunde, quàm ex beneficio acquiſita, remit. Hoſt. ſupra eo. cum in officijs, ſupra titu. 1. cap. fina. infra titu. 1. ca. 2. Item intelligitur hoc de ſimplici beneficiato non habẽte eccleſiam, uel adminiſtrationem per ea, quæ ſtatim ſequũtur. Item de inteſtato per ea, quę dixit, ſupra titu. 1. ca. fi. Item de non habente conſanguineos, qui ſuccederent, ut eſt dictum, argu. C. de hæredi. decuri. uel nauicula. l. 1. 2. & 3. & per totũ [*Canonicam*] ut. ſ. diſtribuatur, vel in utilitatem communem conuertatur, nec uni, vel pluribus ſingularibus appropri etur, de præben. ca. 3. de conſti. cum omnes, quod habet epiſcopus prouidere, ut infra dicã [*Tantum unus*] & nullus remanſit, ſicut cum ſolus eſt capellanus, uel remanſit aliquis non tanquam collegium, Lau. [*Eſt*
3 *ordinandus*] ſed nulla † uidetur hæc diſtinctio, nam etiã in locum ſimplicis præbendarij ordinandus eſt unus ſolus, & non duo, de præben. maioribus, & c. tuæ, & c. dilecto, & c. uacante. Dic ergo ſecundum Hoſt. ꝙ hic loquitur de defuncto nõ ſimpliciter beneficiaro, ſed qui habet dignitatem, uel certam adminiſtrationem ſegregatam à congregatione, uel parochialem eccleſiam, qui nec de his teſtantur, infra c. fi. & ſunt talia reſeruanda futuro ſucceſſori, de offici. ordi. præſenti, libro ſexto, ubi de hoc, & facit, quod dicam ſuper glo. [*Is*] ſcilicet ordinatus in loco defuncti [*Alia ipſius eccleſia*] ſuccedit ergo eccleſia, uel dignitas, & ſucceſſor loco ipſius, ut hic patet [*Dei timore*] ſcilicet ne luxurient. [*Illa*] unde pauperes ſuſtentari debẽt. 16. q. 1. c. fi. 12. q. 2. aurum, Ho. [*Licet autem*] §. & tertia pars [*mobilia*] multominus, immobilia, de hoc, ſupra eo. ad hæc [*Morien-*
4 *tis*] & † eccleſiam, vel adminiſtrationem habentis. nã canonicus & ſimpliciter beneficiatus poteſt de talib⁹ teſtari, & ſic ſeruat conſuetudo, Hoſti. de hoc de offi. ordi. præſenti, lib. 6. [*Conſanguinei*] de his expreſsit: quia regulariter ſuſpecti: & intelligit de pauperibus, & benemeritis, quibus potiſsimè ſubueniendum eſt. 86. di. non ſatis, de eo. cleri. capitulo primo, ſecundum Ho. [*Aliqua*] notat moderationem, & reprehẽdit prodigalitatem: ſic ſupra de dona. cęterũ, ubi de hoc, Hoſt. [*Seruity meritum*] & ſic etiam diuiti conferri poteſt: in pio loco, & pauperi ſufficit caritas [*Conferantur*] uõ iure teſtamẽti, ſupra eodem ad hæc. & hic trac. quęſtio.
5 Guil. quam diſputauit, an † ualeat conſuetudo, ꝙ clericus decedens ante calendas Nouembris poſt calendas Martij poſsit de fructibus anni futuri teſtari? & tenet ꝙ non. Contrarium terminaui, & approbatur in extraua. domini noſtri, quæ incipit, ſuſcepti quæſtionem, uide ſuper regula. nemo poteſt plus, de regu. iuris, lib. 6. [*Cæterum*] §. & quarta pars, & quia ſupra proxi. dixit de bonis per eccleſiam acquiſitis, nũc dicit de proprijs [*Artificia*] ut quia erat bonus ſcriptor, uel pictor [*Doctrina*] forſan pueros docebat in grammatica, uel alia arte, uel erat iuriſta, & pro doctrina & cõſilijs multa lucrabatur. 11. q. 3. non licet. Quid de acquiſitis ex illicita aduocatione, uel inhoneſta negociatione, uel ex ludo, uel aliàs ex peccato? dicit Hoſtiẽ. Clamores inde ſedandos, ſi qui appareant: aliàs per epiſcopũ loci pauperibus erogetur. C. de epiſco. & cleri. nulli licere. C. commun. de ſucceſsio. auct. omnes uerò peregrini, in auct. de eccleſia titu. §. ſi autem pro redem-
a ptione [a], & ſe. coll. 9. Dicit tamen, ꝙ quicquid dicatur, epiſcopi, & patroni in multis locis omnia occupant, & ſe & uniuerſos occidunt. 93. diſti. diaconi ultra medium, uer. nunc autem, uſque ad finem [*Pro arbitrio*] dummodò catholicis relinquatur, infra de hæreticis, ſi quis, Goffr. [*Quia uero*] §. & quinta pars: & poteſt ſic continuari ad proximum, viſo, quid de clerico teſtato, uidendum reſtat de inteſtato, qui non habet conſanguineos, uel cõtinuatur. §. nomine, ad fi. [*Poſſideat*]
6 diſpenſatione † epiſcopi ſecundum Ioan. 70. di. factorum, uel papæ de præben. de multa, in fi. uel per tolerantiam. de preben. cum iam dudum, Goffre. [*Habuerant*] hoc intellige in rebus proprijs clericorũ non ha-
b bentium conſanguineos [b], & decedẽtium ab inteſtato, uel de his bonis, de quibus neſcitur, cuius eccleſiæ intuitu obuenerunt: quia tunc fiet diuiſio, vt hic dicitur, argumen. ff. de ſtipula. ſeruo. l. ſi cõmunis ſeruus. Si uerò ſcitur, cuius eccleſiæ intuitu acquiſiuit, illi ce-
7 dent. ff. de ſtipulatio. ſeruo. l. 5. Gof. ¶ Secunda † gl. arguit, alleg. 6. iura. ¶ *Glo. ſed nunquid*] quærit, & ſoluit: ite-
8 rũ quærit, ponit opinio. & diſtinguit. ¶ *In glo. 2. ibi l. 1.*] parum facit, forte inducit. quod ibi dicitur, preciũ in ſubſtantia & quantitate conſiſtere, nõ diſtinctis prædictis. Hoſt. alleg. l. in lege: ſed adducitur ad contrariũ, uide in c. quia circa [*& ibi, ſi ſeruitus*] uide in præcedẽ. cap.

c. quia circa, ſuper ultima gloſſ. ¶ *In glo. hoc lexe, ibi l. 1.*
& 2.] l. 1. dicit, ꝙ mortuo nauiculario inteſtato & ſine
legitimo hærede, non ad fiſcum, ſed ad corpus naui-
culariorũ, in quo erat, deuoluit ipſius hæreditas. Idẽ
dicit leg. 2. de alijs corpoibus. ¶ *In glo. ante pe. ibi, & uxo-*
rem] quod non ſic amarè prohibetur, quin donet cõ-
9 iux aliquas operas ſeruorum. ¶ *In* † *glo. 2. in fi.*] de hoc
no. de electio. ut circa, lib. 6. Hoſtien. ſignat contrariũ
de decre. de his, de ſepul. & ibi remit. ¶ *In gl. ſed nunquid,*
ibi, illud] & reuocata ſunt contraria priuilegia, conſue-
tudines, & ſtatuta, infra de electio. quia ſępe, li. 6. & in
cle. eo. titu. ſtatutum [*& ibi, diſtinctæ*] non ſic in cano-
nicis, licet ipſorum præbendæ ſint diſtinctæ: quia ibi
omnia bona ſunt capituli, nec ſunt à capitulo diſtin-
cta, licet per præbendas ſint aſsignata, ſecundũ Inno.
hoc probat hæc litera, uel ſucceſſor. ſi enim præbẽda
non eſſet diſtincta, non uacaret, & ſic nec ſucceſſorẽ
haberet, quod Inno. ſic probat, quod hic de archidia-
cono dicitur, pone ꝙ epiſcopus dotauit archidiaco-
na. ipſo uacante habet ipſius cuſtodiam, & ſuper eius
bonis poteſt ſtatutum facere, & illa ſibi ad tempus re
tinere, ut eccle. benefi. cap. uno, ad fi. & de hoc de in-
ſti. cum veniſſent. ergo nõ ſuccedit capitulum: & idẽ
dicit in alijs dignitatibus in ſecularibus, uel regulati-
bus eccleſijs [*& ibi, ſeruari debent*] niſi aliud ſit de con-
ſuetudine, uel ſtatuto, Inno. quod dic, ut de offi. ordi.
præſenti, lib. 6. [*& ibi, omnia bona*] licet etiam ipſe archi-
diaconus plus cæteris propter dignitatem percipiat,
Inn. [*& in fi.*] Si uerò archidiaconus eſſet etiam cano-
nicus, & bona archidiaconatus, & præbendæ ſint di-
uiſa, tũc per congruam æſtimationem fiet diuiſio in-
ter canonicos, & archidiaconum ſucceſſorem, infra
§. fi. Inno. & Hoſti. ¶ *In glo. ult. ibi, percepit*] ut ſi Bonon.
& Pariſien. canon. dimiſit tria, & 10. habebat à Bono.
& 20. à Pariſien. Bonon. habebit unum, & Pariſien.
habebit duo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Redemptione. Vide Cy. & doct. in l. cum oporteat, C. de bo. quę liber. & ibi Bal. & do. Bar. de Sali.

b ¶ Conſanguineos, quot gradus habeat in conſanguineis hęreditas clericorum, uide in l. ſi quis presbyter, C. epiſ. & cleri. per quam patet omnino fiſcũ excludi, & uide infra eod. requiſiſti, in gloſſ. fina. & ſuper illa Iuan. And.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas pro rerum ſuarum ordinatione.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
Hæredis inſtitutio tenet, licet legata, aliaq; non præcedat.
Nutu quid relinquere, uel fideicommittere poſſumus.
Hæredis inſtitutio, ſi uolet, tenet, ad uerſi. uerba hæc.
Captatoria nullius eſt momenti, & quando talis dicatur, ibid. & num. 4. cir. fin.
4 *Additio gloſſarum.*
Teſtatus an quis & quando decedere dicatur, qui committit alterius depoſitioni extremam uoluntatem.
Teſtatores plurimum loquuntur abuſiue, uer. nam & plurimum.
Libertas alterius uoluntati collata, ualet, in fin.
Pauperes ſi inſtituantur hæredes, qui intelligantur, ibid.

CAPVT XIII.

CVm tibi. Breue eſt, & habet uarios
intellectus, vt infra dicam
[*Quod*] ſup. ille [*Voluntatem*] id eſt ordinatio-
1 nem † rerũ ſuarum. Hoſti. ¶ Secunda † gl.
2 reſpondet per quæſtionem, an iſte uerè ſit teſtatus, &
3 ſoluit, & diſtinctionẽ ponit. ¶ *In* † *glo. 2. ibi, ante hæredis*]
olim neceſſe erat prius hæredem inſtituere, quàm le-
gata, uel libertates relinquere: hoc poſtea immutatũ
fuit [*& ibi, & in epiſtola*] ſequit, uel breui libello, uel ſi-
ne ſcriptura: imo & nutu fideicommiſſum relinqui
poſſe adhibitis nulla dubitatio eſt [*& ibi, nutu*] vide de
ſpõſa. tuæ, in gl. 2. [*& ibi, hæc conſultiſſima*] non dicitur ibi
expreſſe, ꝙ ſufficiat annuere; imò dicit ibi. eulogium
ipſe ſuum profiteatur agnoſcere: ſed id induxit gloſſ.
quia de teſtamento cęci loquitur [*& ibi, uerba hæc*] uer
ba hæc, Titius, ſi uolet, ſit hæres, in neceſſario hære-
de conditionem faciunt, in uolũtario ſunt ſuperflua
[*& ibi, de teſt. mi. captatorias*] ſequitur, inſtitutionem etiã
in militis teſtamento nullius eſſe momẽti manifeſtũ
eſt [*& ibi, illæ inſtitutiones*] quando in præteritum, non
in futurum inſtitutio eſt collata, non eſt captatoria,
ut ſi dicatur, qua parte Titius me hæredem inſtituit,
Męuius hęres eſto [*& ibi, nonnunquam*] loquitur in lega
to, & ponit utrũque caſum de tacito & expreſſo, qui
ſequitur [*& ibi, captatoria*] ſequitur, ſcripturæ nec in hę-
4 reditatibus, nec in legatis ualeant. ¶ *In 1. gl. ibi, teſtamen-*
tum] hoc verum quò ad excludendum priuilegiũ epi-
ſcopi, de quo loquitur decre. cum nibl, de uerb. ſigni.
quæ eſt pars huius, ſed non quò ad alia, & ſic ceſſant
contraria ſecundum Pe. & Abb. ſed Hoſt. dicit, quòd
ex quo intendens teſtari, dicit hæc uerba. Omnia bo-
na mea committo diſpoſitioni Petri, uel his ſimilia,
intelligitur teſtatus, ad hoc infra ti. 1. cap. fi. ad fi. Suffi-
cit enim, ꝙ exprimat ad quem, uel ad quos bona ſua
vult peruenire. C. eo. titu. in teſtamentis, & l. fi. ſic ſuf-
ficit dicere hęreditatis meę dominus eſto, licet nõ di-
cat, Inſtituo. ff. de hęredi. inſti. his uerbis. i. reſpon. & ex
mente horum iurium dicit hoc ſummi, cum etiã de
verbis non ſit diſputandum, de procura. petitio. C. e.
l. indignum. nam & plurimùm abuſiuè loquuntur te
ſtatores. ff. de leg. 3. non aliter, & remittit ad ſum. e. tit.
§. qualiter conficiatur, uer. non refert. Innoc. uerò di-
cit hoc capitulũ loqui, quando expreſsè iubet in pias
cauſas bona ſua omnia erogari: quia nõ in talib⁹ ſuc-
cedit hęres ab inteſtato, nec Falcidia deducitur. C. de
epiſ. & cleri. ſi quis ad declinãdam. Idem, ſi tacitè hoc
agit, nam per hęc uerba: Extremam uoluntatem meã
committo diſpoſitioni talis, uidetur uoluiſſe, ꝙ om-
nia bona ſua in pauperes & pias cauſas expendantur:
aliàs, ſi contrarium uoluiſſet, uidetur decedere inte-
ſtatus. Quid ſi pręcepit cõmiſſario omnia pręter pau-
ca in non pias cauſas expendi, pauca uerò in pias? Di-
cunt quidam, ꝙ ratione illorum paucorum uidetur
teſtatus decedere ff. de legatis ſecũdo, ſi quis Titio. 10.
Alij dicunt, & uidetur melius Inno. ꝙ commiſſarius
recipiet tantum illa pauca, & expendet in pias cau-
ſas: alia omnia habebit hæres ab Inteſtato: qui detra-
cta Falcidia ſoluet legata ſecundum mandatum teſta-
toris, infra e. Rainaldus. §. fina. ita ſi quis pauperes, uel
Chriſtum hæredem inſtituit, habebunt hæreditatem
pauperes, uel eccleſia, & alijs ſoluẽt legata, & fideicõ-
miſſa, quæ mandauit teſtator, ut in l. ſi quis ad decli-
nandam, ſecundum Inno. qui dicitur addidiſſe, ꝙ pla-
nior intellectus eſt, ꝙ per hæc uerba, Committo tali
meam ultimam uoluntatem, inſtituat illum hæredẽ.
ff. de leg. 2. cum pater. §. donationis, & non dat ei pote
ſtatem alium inſtituendi: quia tũc eſſet captatoria. C.
de teſtamento mili. l. captatorias [*& ibi, annuat legandu*]
ſecus, ſi inſtituendo, de quo uide in ſpe. eod. titu. uer.
quid ſi is, qui, & quod ibi dixi [*& ibi, arbitrio*] expreſſa
re legata. Si uerò dicat, Lego Titio, quod arbitrabit
Meuius, ualet, & recurretur ad boni viri arbitrium, p
le. ſupra, & infra alleg. ff. de leg. 2. leg. 1. Libertas uerò
alterius uoluntati collata expreſsè, uel tacitè ualet. ff.
de fideicom. lib. l. fideicommiſſaria libertas. 3. Vincẽ.
[*& in fine*] & de quibus pauperibus tunc intelligatur,
ibi dicitur, & no. infra eodem, capitulo primo, libro
ſexto, in gloſſ. licet.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *De eccleſiis relicto petit epiſcopus partem ſuam, licet aliquid ſibi relictum fuerit à teſtatore, & excipitur.*
2 *De relicto cuius, & cui eam petere poſſit, & quando.*
A diœceſana lege quibus caſibus exemptum monaſteriū dicatur exemptum, uer. ad idem.
3 *Conditio pro modo hic, & è contrario ſumitur interdum.*
Relicti portioni quando epiſcopus, uel ſacerdos parochialis uidetur renunciaſſe, ad uer. & epiſcopus, iuncto contextu.
4 *Vltra legatum præcipuum, ſiue prælegatum portionem cum cæteris poteſt rei communiter diuidendæ conſequi.*
Portiones duas quis poteſt habere ex eadem hæreditate, bonisq; beneficiorum uacantium, & quo caſu & iure.
5 *Fraudem allegans probare debet, & per quæ probetur.*
Quibus committatur modis in caſu huius decretalis.
A portionis canonicæ ſolutione quidam ſunt exēpti, & quomodo.
6 *Epilogus. & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
De inofficioſo agente an & quando quis poſſit, licet agnouiſſe dicatur iudicium defuncti, & nu. 8. §. 1.
Renunciaſſe an intelligatur quis alij recipiendo unum, & num. 8. §. primo.
Quarta nō poteſt arrogator arrogatum grauare per fideicōmiſſum, & ratio, § fina.
Grauare quis non poteſt in eo me quod ex ipſius iudicio non capio ibid.
8 *Additio gloſſarum.*
Ademiſſe mihi beneficium per dationem alterius quo caſu uideatur epiſcopus, iuncta glo.
Fraus præpōderat negligentiæ. §. 2. & agnitioni, uel acceptationi.
Portionis canonicæ non integrè relictæ ſuplementum poteſt petere, & quando.

C A P V T XIIII.

1 Officij. Caſus. De relicto eccleſijs petit epiſcopus partē ſuam, licet aliquid fuerit ſibi à teſtatore relictum, niſi eo modo & non in fraudem relictum fuerit, quod maneret ea parte contentus. & legatū agnouerit. communis diuiſio. ſecunda pars ibi, cōſultationi. quæ tria facit. primo diſtinguit, & ſecundum mēbrum proſequitur ibi, ꝙ ſi. 2. contra fraudē prouidet ibi, Si uerò. tertio proteſtatur ibi, Saluis [*Secundò*] prima de pę. & re. officij, tertia de ſen. excō. officij. Hoſti.
2 [*Cum quis*] parochianus † de ciuitate, uel diœce. ſecundum Hoſti. ſed de hoc non curo. Idē enim. ſi Bonon. legaret eccleſijs Mutinenſibus, & epiſcopo Mutinenſi. [*Proprium*] reſpectu teſtamenti, uel. 1. canonicam. Pone ꝙ. 40. in uniuerſo legauit pro anima, de quibus. 10. legauit epiſcopo: alia diſtribuit per eccleſias [*Eccleſiis*] eidem epiſcopo ſubiectis: in alijs ſecus ſecundū Inno. Idem Pe. de ſan. & Abb. infra c. proximo, dicit Hoſtiē. ꝙ alij intelligunt hoc generaliter. Tu dic quartam epiſcopalem non deberi, niſi de legatis, quæ fiunt eccleſijs ſubiectis epiſcopo. Et uide quod dicam, infra titu. 2. certificari, in q. 10. Quartam uero parochialem deberi etiam ab eccleſia exempta, uel alterius diœce. ſi ibi ſepelitur teſtator: & ſic ſol. ſecundum Pet. & Abb. decre. in noſtra, infra tit. 2. vbi hoſpitalarij, qui exempti ſunt, ſoluunt quartam: quia illud de parochiali. debetur enim propter ſacramenta, & diuina officia, quę miniſtrauit defuncto, infra titu. 2. cap. 1. à quacunque ergo eccleſia exempta, uel non eiuſdem diœce. vel alterius illam exiget. Ad idem cle. de ſepul. dudum: ſed epiſcopalis debetur ratione ſpiritualis iuriſdictionis,
a & curiæ, quam habet ᵃ epiſcopus in eccleſijs ſuis. ubi ergo eſt exempta, uel non eſt de diœceſi, illa ſibi non debetur, nec dicas hoc eſſe de. l. diœce. & ſic nullū monaſterium teneri, licet etiam non ſit exemptum: quia ipſi dicunt, & dicit Vin. de offi. ordi. dilectus, ſunt exēpta ab illa. l. niſi in his, quibus ſtatutum eſt contrariū, ut in hoc caſu, ut patet hic, & infra cap. proxi. uel dic ut eo. tit. conquerente. dicit autem Pe. in prædicta decre. in noſtra, ꝙ ab eccleſijs exēptis papa debet habere quartam [*Portionem*] vbi conſuetudo contraria, Innocen. vide quod dicam, infra cap. proxi. in prin. [*Con-*
3 *ditione*] ideſt modo: & hoc denotat, ut, quod ſequitur ſi. condi. appo. capitulo ſecundo, ſic exponitur econuerſo, infra c. Rainaldus, circa prin. [*Et epiſcopus*] idem ſecundum Da. in ſacerdote parochiali, ut no. hoc tit. q. 4. & uide quod dixi, ſupra ti. 2. cap. 2. ſuper 3. gl. [*Po-*
4 *terit nihilominus*] ideſt non ob. quod habet † illud legatum præcipuum & hic dicit Hoſti. ſolui quæſtionem hanc, erat de conſue. cuiuſdam eccleſiæ bona beneficiorum uacantium inter canonicos communiter diuidere: uacauit unum, quod inſolidum & liberaliter, & abſolutè vni ex canonicis eſt aſſignatū: vacat aliud, quod diuiditur: ille petit partem ſuam in iſto: patet, ꝙ poteſt, argumen. ad idem. ff. de lega. i. Lucius, pe. colū. ff. de leg. 2. creditorem, & l. fi. §. pe. ff. ad. l. Fal. fundo legato: & imputent ſibi canonici, qui potuerūt legem apertius dicere, argumē. ff. de pac. ueteribus, ff. de uerbor. obliga. quicquid aſtringendæ: & perfecta donatio non reuocatur. C. de donatio. quæ ſub modo. l. perfecta. 22. quæſtione. 2. non enim, in fine. dicit tamē, ꝙ plura ſunt argumen. contraria. ff. de dote præleg. le. 1. & 2. §. fina. & pe. & l. 3. §. curialiter, cum multis ſi. [*Debi-*
tam] iure epiſcopali: reliqua verò habuit iure legatarij vt quis extraneus, & facit ad ea, quæ de duabus quartis dicentur, infra eo. Rainutius [*Vendicare*] hic poteſt continuari finis, Saluis &c. & hæc uera, cum bona fide procedunt, & ſic continuatur, quod ſequitur, ſecūdum. H. [*Conſtiterit*] qui † fraudem allegat, illam probabit. ff. de probatio. quoties. §. qui dolo: & probatur per coniecturas, de renuncia. cap. 2. lib. 6. [*Vt in cæteris*] factum enim fuit legatum epiſcopo ſub modo prędicto, & in fraudem, uel fraudulenter fuit expreſſum, ꝙ legabatur mona. non pro anima, ſed pro ſeruitio recepto, uel pro fabrica, uel alijs cauſis priuilegiatis, de quibus, infra e. fi. ſecundum Inno. & Hoſt. Pe. & Abb. [*Saluis*] non reſpicit, quod proxi. dixit de fraude, quo caſu non iuuarent priuilegia, infra ti. 2. in noſtra [*Con-*
ceſſæ] de portione canonica non ſoluēda ſimpliciter,
6 uel de certis, infra ti. 2. in noſtra. ¶ Quarta † gl. arguit,
7 alleg. tria iura, & duo in contrarium. ¶ *In † glo. 2. ibi. §. ult.*] qui legatum percepit, non agit de inofficioſo, niſi ex neceſſitate officij id pro alio percepiſſet, & l. ſeq. dicit, ꝙ ſuccumbens in querela inofficioſi non per id perdit donationem, quam minus receperat [*& ibi l. ulti.*] uide de tranſac. ex literis ſuper. 1. glo. [*& ibi, parentibus*] qui agnouit iudicium defuncti, debitum paternum pro hęreditaria parte ſoluendo, nō agit de inofficioſo. ¶ *In glo. 3. ibi, municipes*] de fo. com. ex parte, in 3. glo. ¶ *In 4. gloſſ. ibi, quoties*] uide de præben. de multa, in ult. gl. & ſuper ea [*& ibi. §. ſciendum*] vide de cleri. non reſi. cum dilectus, ſuper gl. 2. [*& ibi, ſi mulier*] uide de cōceſ. præben. literas, ſuper ult. glo. [*& ibi. l. ulti.*] uide ſupra glo. 2 [*& ibi, ſi debitor*] debitor inſtituit creditorem hęredem ita, ꝙ creditum nō imputaret in Falcidiam. ¶ [*In gl. pe. ibi, ſed an impuberi*] arrogator non poteſt per fideicommiſſum grauare arrogatum in quarta, cum capiat illam legis prouidentia, non ex ipſius iudicio.
contra, & ſoluit.¶ Gl. uidetur, obijcit. & ſoluit. ¶ Gl.
qui fortè.reſpōdet per quæſtiones.quare dixit de vno
ſolo patruo,& dupliciter ſoluit,& quomodo inter pa
truum, & filios hoc caſu fiat diuiſio. ¶ Glo. iſtud.re-
ſpondet per obiectionem dc.§. ante hæredis. ¶ Glo.
ſed nū quid.quęrit, arguit negatiuè, ponit opi.contra
riam,quam approbat. ¶ Gl. ad hoc.hæc glo.& præce.
quæ incipit legatum, circa actionem diſtinguunt in-
ter legatum,& fideicōmiſſum ſingulare, & fideicom
miſſum vniuerſitatis, ¶ Gl. omnium quærit.& tripli-
citer ſoluit.¶ Glo.& ita.obijcit,& ſoluit. ¶ Gl.immo,
reſpondet per quæſtionem,an filius rogatus in ſingu
lis rebus,uel vna tantum &c.ſoluit, ꝙ in ſingulis, po-
nit opin.contrariam, quam probat tribus legibus, ad
quas reſpondet. ¶ Glo. de quo.declarat quid ſit reſi-
duum. ¶ Glo. ergo. reſpondet per obiectionem de.l.
irritum. ¶ Glo.iſtud eſt,& ulti.reſpondet per quæſtio
nem,an in eo,quod pro pęna ſoluitur,detrahetur Fal
cidia. ¶ In 1. glo. ibi ſeruatur in legatis, & fideicom-
miſsis,utibi. ¶ In glo.in forma. ibi ea lege,Seia Titio
donauit, & tradidit ſeruum eo pacto, & ſtipulatione,
ꝙ ad fratrem Titij non perueniret, Titius fratrem, &
Seiam donatricem inſtituit hęredes.Seia cū fratre Ti-
tij ſuo cohærede agere poterit in id quod intereſt. Et
ibi peto,§.vlti.qui fratrem hæredem inſtituit,& petijt
ne domus alienaretur, ſed in familia relinqueretur.ſi
hæres alienauit,uel extraneum hæredem inſtituit qui
in familia fuerunt fideicommiſſum petunt. Et ibi pa-
ter.§.fundum,filius prohibitus alienare,quoad uiue-
ret,etiam in extraneos illud reſtare poteſt. ¶ In gl. ui-
detur.ibi hęredibus,in fi.facta ſubſtitutione furioſę ſi
decedat ſine liberis,ſi ipſa contrahit,& filiam in mor-
te reliquit: licet propter furorem nō fuerit matrimo-
nium,euaneſcit ſubſtitutio. Et ibi,& generaliter, in fi.
quod ſtatuerat Papinianus, per iuſtos filios ſubſtitu-
tionem euaneſcere, imperator prorogat ad natura-
les. Et ibi.§.uolo.iuſsit teſtator prædia dari libertis, &
ſi quis decederet ſine liberis illius partem ad reliquos
pertinere, ſi moritur unus ex his habēs ſolum filium
collibertum, ideſt cū eo manumiſſum euaneſcit ſub-
ſtitutio. Et ibi ſi quando quis uxori, uide de priuil. in
his,ſuper ult.gl. ¶ In gl.qui forte.ibi ſi in perſona,ſi fi-
deicommiſſum, ceſsit uiuente patre tranſmittit illud
ad filium. Et ibi cum filiofa.in fi. rogato patre, ut poſt
mortem hæreditatem, uel legatum reſtituat filio, &
filius uiuo patre decedit: pater illud retinet. Et ibi. §.
utrum.extinguitur fideicommiſſum, ſi decedit fidei-
commiſſarius ante reſtitutionem. Et ibi,ſi quis lega-
ta.§.1.re duobus legata ſi centum hęredi dediſſent,al
ter quinquaginta dans partem legati conſequitur, &
pars eius qui non dedit alteri cum ſua conditione ac-
creſcit.¶ In gl.iſtud.ibi.§.ante hæredis, uide ſupra eo.
cum tibi.in gl.2.Et ibi.l.ult. ſi faciens teſtamentum ex
preſsit,quod illud etiam pro codicillis valere volebat
petens hęreditatem debet in prin.alteram viam elige

re.¶ In gl.hoc bene.ibi quidam.uide, ſupra c.proxi.in
gl.2.Et ibi reprehendenda. uide de uerb. ſig.forus,ſu-
per gl.C.de.¶ In gl.& ſic.ibi ſub.l.pre.ſi tutor datus,&
ibi dicitur, ſi nemo hæreditatem adierit, nil ualet ex
his, quæ in teſtamento ſcripta ſunt. Et ibi, eam quam,
dicit ibi tex.regulariter traditur,ea quę in teſtamento
relinquuntur, ſi ex teſtamento adeatur hęreditas, nō
ualere niſi ita relictum &c. ut ſupra. ¶ In gl. legatum,
ibi.§. cū ſeruus.ſtatus ſerui legati eſt in ſuſpenſo. nam
repudiante legatario, nunquàm ipſius fuiſſe uidebi-
tur, ſi acceptat ex die aditę hæreditatis ipſius intelligi-
tur. Et ibi ſed nec legatarius.legatarius ius non condi
cit, quia condictio datur illi,cuius res ſurrepta eſt,uel
eius hæredi, ſed bene uendicat. ¶ In gl. ſed nunquid.
non quemadmodum licet fideiuſſoris obligatio poſ-
ſit eſſe in pendenti, uel in futurum concipi,iudicium
non poteſt eſſe in pendenti, nec de futura obligatio-
ne. Et ibi conductores. uide de plus peti.c. uno,ſuper
1.gl.¶ In gl.ad hoc,ibi cogi.&.ll.præcedentibus fidei-
commiſſum uniuerſitatis eſt, ſi rogatur quis reſtitue-
re bona, uel familiam, uel pecuniam, uel uniuerſam
rem uel omnia ſua,uel patrimonium, uel facultates,
uel quicquid habet,uel cenſum,uel fortunas, uel ſub
ſtantiam, uel peculium, quod pro patrimonio qui-
dam ſumunt. ¶ In gl.omnium,ibi doli clauſula.ſequi
tur, quæ in ſtipulationibus ſubijcitur,non pertinet ad
eas partes ſtipulationis de quibus nominatim caue-
tur. Et ibi ſanctio legum.uide de appe,ut debitus,in 3.
gl. Et ibi hæres meus. §. 1.teſtator legauit duas ſtatuas
marmoreas,& omne marmor ultra illas duas ſtatuas
nulla ſtatua debebitur. ¶ In glo. & ita uidetur, ibi.§.
illud. procedit iudex appellationis altera parte abſen-
te.¶ In gl.immo. ibi filium.ibi filius rogatus reſtitue-
re, ſi in fundo ſibi quartam retinuit, ſi aliquid ſupra
quartam ibi habet,reſtituere cogitur. Et ibi poteſt hæ
res, poteſt in vna re dare legatario partem relictam,
in quam, uel legatarius conſenſerit,vel iudex æſtima-
uerit. Et ibi ſi ex pluribus,ſequitur,rebus legatis hęres
quaſdam ſoluit, ex reliquis plenam Falcidiam per do
li exceptionem retinere poteſt,etiam pro his quę iam
data ſunt, ſed ſi una res ſit legata, cuius pars ſoluta ſit:
ex reliquo poteſt plena Falcidia retineri. ¶ In glo.quę
quidem,ibi alia mens, ut quia apparet euidenter pri-
mo legatario ademptum,uel quod teſtator uoluit,ꝙ
uter que inſolidum reciperet: quia tunc uni res debe-
tur,& alteri æſtimatio. electione huius rei data ei qui
prius conteſtatus fuerit litem, & uno electo, non re-
dit ad alterum,hoc vult hæc lex ſi pluribus. ¶ *In gl. hæc
eſt,ibi,l.una*] uide de ali.mu.iudi.facta.c.1.in prin. quar-
tæ glo. ¶ *In gl.ergo uidetur,ibi, irritum*] uide,ſup.c. Rainu-
tius,ſuper glo.antepe.[*& ibi,quamquam*] ſi frater † fratri
5 rogatus, eſt reſtituere, ſi decederet ſine liberis, & ſic
moritur,& inteſtatus,ſoror ipſorum unà cum ſubſti-
6 tuto ſuccedit in Falcidia. ¶ *In* † *gl.iſtud eſt,ibi,imponenda*]
ſequitur, ratione Falcidiæ omne æs alienum deduci-
tur,etiam ꝙ ipſi hęredi mortis tempore debitum ſue
rit, quàmuis aditione hæreditatis confuſæ fuerint a-
ctiones ſequentes, uide ſuper gl. ergo uidetur[*& ibi,
cum fidei*] diuerſis modis intelligitur,ut ibi not. ſi pater
inſtitutus ab uxore ita, ꝙ filio reſtitueret,& in hæredi
tatem ſuam.quam in filium conferebat, compenſari
uoluit fideicommiſſum, filius detrahet dodrantem,
tantum hæreditatis propter Trebellianicam, quam
ibi pater habebat. Item de bonis patris detrahet qua-
drantem,de reſiduo ſoluit legata[*& ibi.l.1.*] potior eſt
cauſa primorum legatariorum, qui ab hærede exige-
re poterant, quam illorum,quibus hæres reliquit[*&
ibi,cum pater, in fi.*] ibi ſunt hæc uerba, & ponit caſum,
quando legato petito iuratum fuit in litem:quia non
quantitatis,de qua iuratum eſt,ſed ſolum ueræ quan-
titatis

titatis quò ad Falcidiam habebitur ratio [*& ibi l. ſeq*]
hæres alienum fundum legatum emit plus iuſto pre-
cio. In Falcidia habebitur ratio ſolum iuſtę æſtimatio
7 nis, quam ſufficiebat legatario ſolui. ¶ *In † gl. ult. ibi ſi
ut allegas*] ſi pater filium, quem rogauit reſtituere, cer-
ta re per Falcidiam iuſsit eſſe cōtentū, filius ſtare non
tenetur [*& ibi. l. pe.*] Si habens. ccc. in bonis, iuſsit non
aliter hæredem adire, niſi. 380. Titio ſolueret. hæres
nihilominus adit, & habet integrā Falcidiam [*& ibi.
§. ult.*] qui ſic dicit, quarta, quæ. l. Falci. retinetur, æſti-
matione, quam teſtator fecit, non magis minui po-
8 teſt, quàm auferri. ¶ *In † gl. 1. ibi, conditione*] hoc dicit,
quia legatum ſub modo, ſtatim petitur præſtita cau-
tione de modo adimplendo. non ſic in eo, quod ſub
conditione debetur. ff. de cond. & demon. quæ hære-
di, & l. quibus diebus [*& ibi, ſeruatur*] hoc eſt verum in-
ſpecto fine, utrobiq; enim, qui non paruerit, lucrum
amittit, ut not. Accur. in hac. l. & hic Phi. Goff. & Ho-
ſtien. [*& in fi.*] & ſumitur pro forma. ¶ *In gl. quia dictum,
ibi, alias non poſſent*] ſaluo eo, quod habes. j. de arbit. c. ul
ti. lib. 6. ubi dicam ſuper. 1. glo. quod hic dixerūt Inn.
9 & Hoſti. ¶ *In † gl. in forma, ibi, facienda*] quò ad partem
Rain. non vi ſequitur: quò ad aliam, quæ reſtituenda
erat, ſufficiebat prohibitio legis. C. communia de leg.
l. fi. & in auct. ibi ſignata [*& ibi, ar. contra*] huius ſolutio
patet in ſuſ. [*& ibi, committitur*] ſi à partibus data fuit,
poteſtas arbitris, ꝙ ſuper hoc pronuntiare poſſent: a-
liàs non, ſup. de ar. cum dilectus, ſecundum Hoſti. qui
dixit, ꝙ tunc ille, cui non ſeruatur pactum, poteſt age-
re ad intereſſe, uel ad pœnā condictione, ob cauſam.
Ille uerò qui pactum non fecit, non agit, etiam ſi ſua
interſit, C. de cond. ob cauſam. l. ea lege, & C. de re ali.
10 non alie. l. ulti. ¶ In † glo. uidetur etiam, ibi, habeat na-
turalem tantum: ſecus, ſi legalem, vel ciuilem tātum,
ff. de le. 2. ſi ita quis, in fin. de ut. iſq; no. inf. qui fil. ſint
le. tanta in glo. fi. & quod de naturali dicitur, eſt uerū,
niſi talis poſt deportationem naſcatur ſecūdum Phil.
[*& ibi, ſubſtitutio*] poteſt eſſe ratio ſecundum. l. quia cō
cubinatus ſecundum. l. licitus eſt, & ex. l. nomē acce-
pit. ff de concubi. l. 3. Vin. [*& in fi.*] idem Vin. & Goff.
Quid ſi hæc verba dicta fuiſſent à teſtatore rogante in
ſtitutum, vt reſtitueret hæreditatem, ſi decederet ſine
filijs ab ipſo legitimè deſcēdentibus, & ipſe intrat mo
naſterium? dicit Hoſtien. ꝙ Regij fuit hęc quæſtio de
facto, &c. conſulti fuerunt doc. Bonon. & reſpondit Ba
garotus, ꝙ Mon. habebatur loco talium filiorum, in
auct. de ſanctiſ. epi. §. ſed hoc in præſenti & §. nullam
uerò licentiam, col. pen. coll. 9 ar pro ipſo. inf. de pœ-
nis, presbyteri. ſup. eod. requiſiſti. ff. de le. 1. nemo, &
quod dixi in fi. q. de proba. In præſentia, & hoc placet
Din. ut ibi dixi ſuper uer. ſine hærede. nam ſumma eſt
ratio, &c. ff. de reli. & ſump. fu. ſunt perſonæ. C. de ſac.
ſan. eccl. l. pe. & vlt. dicit ipſe dominum ſuum reſpon-
diſſe contrarium. non obſ. §. ſed hoc in præſenti, licet
enim monaſterium habeatur loco filiorū. ut ibi, non
tamē loco filiorum ex ſe, uel ex ſuo corpore legitimè
deſcendentium, ut in caſu noſtro, & illa uerba debēt
aliquid operari, ff. de le. 1. ſi quando. ff. de uſur. ſi quis
ſtipulatus, inf. de priui. ſi papa, lib. 6. nec ab ipſorum li
guificatione recedi debet niſi appareat teſtatorem a-
liud noluiſſe, ff. de leg. 3. non aliter, & dicit Hoſt. ꝙ pu
tat hoc uetius, niſi a principe, ad quem ſpectat, fieret
alia interpretatio: quam tamen penſatis primis iuri-
bus facere deberet ſecundum eum Ia. de Bel. diſputa-
uit hunc arti. quem poſuit in corpore ſuper præ. §. &
tenet ſubſtitutionem non expirare, cum teſtator na-
turalitatem elegerit, nec reliquit uoluntatem ſuam
interpretationi iuris, per quod dicit ſolui contraria;
quæ uolunt, ꝙ dictum ſimpliciter, ſine liberis, faciat
Mon. haberi loco liberorum, ſed quando naturalita-
tem eligit, ceſſat interpretatio, C. de inſti. & ſub. gene-
raliter, §. fi. C. de libe. pręt. l. 3. ff. de condi. & dem. l. non-
nunquàm, & de regu. iur. expreſſa. l. 3. ff. de leg. 1. cum
concor. quam Din. alleg. loquitur, cum taciti, & ex-
preſſi eſt idem effectus per omnia, quod hic non eſt,
ut prædixi. ¶ *In gl. ſcilicet tertia, ibi, æſtimationem*] de hoc,
11 ſup. eo. filius. ¶ *In † gl. qui forte. ibi, mortui*] idem, ſi uiue-
rent & fideicommiſſum reſpuerunt, ut probant iura.
inf. alle. & C. quando non pe. par. l. una, & Inſt. de lega.
§. ſi eadem res [*& ibi, in totum*] hoc ideo, quia ſubſtitu-
tio facta fuerat coniunctim, ut patet in prin. ſecus, ſi
fuiſſet facta diſiunctim, vt ſi dixiſſet: Reſtituat tali pa-
truo dimidiam, & tali dimidiam, vt probant. ll. infra
alle. & eo caſu potuiſſet Raynal. inſtituiſſe in illa par-
te, quæ deberetur alteri patruo, ſi viueret, etiam extra-
neos, & ſic filios patrui, uel patruus adeundo hæredi-
tatem ex teſtamento Raynal. quo ſecum fuerant filij
Inſtituti, renūtiaſſe uidetur iuri ſuo, quo totum fidei-
commiſſum debebatur ſibi, ar. ff. de inoſ. teſta. ſi pars,
§. fi. & l. fi. C. eo. ſi pater, ſup. de re iud. ꝙ ad cōſultatio-
nem, ſecundum Hoſt. dicebat Inno. ꝙ decte. non ap-
probat inſtitutionem filiorum, niſi quò ad tertiam,
& quartam Rayn. & ꝙ abſoluuntur filij, non eſt, quia
ius haberent, ſed quia non poſſidebant. Item ſecun-
dum eum non proſequitur hic materiam niſi tertiæ,
& quartæ, quod potuit legare Rayn. etiam extraneis
[*& ibi. ſi quis Titio*] & ff. de vulga. & pupi. ſub. ſi pater
filio. ¶ *In gl. iſtud uerbum, ibi, hæredes*] & ſupra dixit, ꝙ fe-
cit teſtamentum, quod non eſt ſine hęredis inſtitutio-
ne. de hoc ſup. eo cum tibi id autē, ꝙ eos. inſ. nomina-
uit hæredes, ſufficeret & ſm. l. quāuis in nulla re eos
inſtituiſſet, ſed ſolū legaſſet. ff. de hær. inſt. l. 1. §. ſi autē,
ſic &, in auct. vreū de ap. eo. ul. col. § cęterū ſi hęredes,
col. 8. [*& ibi, liberi*] exponit ibi, gl. 1. filij [*& ibi. uolunta-
tis*] de uirtute huius clauſulæ not. C. de libe. præte. auc.
ex cauſa, in fi. & plenius in Spe. de inſtru. edi. §. cōpen-
dioſæ, uer. item uide, ſi eſt ibi clauſula, & ſeq. uer. & Ia-
co. de Bel. diſputauit qōnem, quā poſuit ſuper auc. ex
cauſa; in ſolutionibus contrariorum. & per prædicta
colliges differentiā inter iſta, an teſtator dicat, Valeat
iure teſtamenti, & codicillorum: an dicat, ſi nō ualet
iure teſtamenti, ualeat &c. an dicat, ſi nō ualet, nec ua
lebit &c. Guil. autem in propoſito ponit tutam & ple-
nam formā, quā ibi uideas [*& in fi.*] uel ſm Hoſt. non
eſt neceſſe de iure canonico inſtituere, ſufficit quali-
tercunq; relinquere, ſi de intentione conſtat. ¶ *In glo.
12 hoc bene, ibi, imponere † pœnam*] ſed nunquid iudex hic po-
teſt imponere, ſcilicet pœnā nō ſoluenti legatū infra
quatuor menſes? uidetur ꝙ ſic. teſtator. n. hoc poteſt.
& ideò. quia uoluntas ſua reputatur ſententia, ff. de te
ſta. l. 1. ſortius iudex hoc poterit, cuius uera eſt ſenten
tia, ar. ff. ſi quis ius di. nō ob. l. una. ff. ad l. Iul. pec. l. cum
in eo, in prin. C. de modo mul. l. mulctarū, ff. de uer.
ſigni. aliud; & l. ſi qua pœna. Sed contra, iudex de hoc
non cognouit, nec fuit petitum, ergo non fuit locus
condemnationi, ſupra de ordi. cogni. cum dilectus, ff.
ff. communi diui. ut fundus, de exce. rei iud. argentū,
§. 1. de reg. iu. factum. Dicit Hoſt. ꝙ hoc nō poteſt, C.
a cōmi. epiſto. l. interlocutio[a]. hoc uerum, quando iu-
dex in forma iudicii cœpit cognoſcere, arg. ff. de iudi.
non poteſt. tunc enim non iudicat niſi de deductis in
iudicium, uel acceſſoriis, ff. de re iudi. Paulus, de ædil.
edic. ædiles. §. ſciendum. C. de fruct. & lit. expen. termi
nato. uel niſi agatur actione bonæfidei, in qua multa
ueniunt, de quibus nec eſt actum, nec cogitatū, C. de
act. emp. & uen. l. 2. & 4. ubi uerò iudex ex officio, &
extraordinariè proceſsit, tunc poteſt mulctam impo
b nere, & leuare, ut in primis concor[b]. propter quæ di-
cit hic Hoſt. ꝙ iudex quandoq; eſt liber, ut in ultimo
caſu, & ubi gratificare poteſt, de offi. dele. conſul. ff. de
libe.

libe.agno.ſi quis à liberis,§.1. quandoq; libertinus, ut
ſuper his, ſuper quibus eſt lis cōteſtata, vbi nec aliter,
nec ultra,nec minus pronunciat, q̄ ſit probatum, ut.
C.de fideicom. liber.l.fi.& in concor.alleg.hic tamen
non eſt ſeruus, quia de acceſsionibus pronunciat, ut
eſt dictum,quandoq; eſt ſeruus, ſ.in contractibus ſtri
cti iuris,ubi nō dilatat fimbrias.nec ob.l.ff.de doli ex-
cep.apud Celſum. §.idem Labeo: quia ibi fuit pœna
impoſita de partium uolūtate ſm Hoſt.¶[*In eo.gl.in fi.*]
cum diſtinctione, quæ ponitur. inſti. de hære.inſti.§.
c impoſsibilis. [c] Vin. Phi. ¶[*In gl.& ſic locum,ibi,præſtetur*]
fallit etiam in multis caſibus no.in l.eam quam.inf.al
leg.& de hoc in Specu.de inſtru. edi.§. nunc uerò ali-
qua, nerſic. quid igitur, ſi hęres,& ſe.& eod.titu.de te-
ſta.§.1.ner.pone, nullus. ¶[*In gl.legatum,ibi,reſtituendum*]
adde, quod no. & dicam inf. tit.1.c.fi.in glo.pe.[*& ibi,*
rei legata] ſi eſt legatum nominis,dic ut C.de lega.ex le
gato nominis. Vin. ſ. ꝙ ſine ceſsione hæredis non cō-
petit directa, ſed utilis[*& in fi.*] adde quod dixi ſup. c.
Rainucius, ſuper glo.tūc prodeſt.¶[*In gl.ſed numquid, ibi,*
extrinſecus] ut ſi petatur, quod ſub conditione depen-
dente debetur[*& ibi, aguntur*]uel in principalibus,non
in his, quæ ſunt acceſſoria, unde dicebat Hoſt. quòd
propter ſummum iuſtitię bonum, de quo xij. q. 2. cū
deuotiſsimam,admittitur hæc petitio, quæ continua
eſt petitioni legati, & ex ea ſequitur, & eſt ſimile in a-
ctione, quod metus cauſa pœnali.ff. quod me.cauſa,
d ſi cum exceptione.§ ſatis clementer,&.§.hęc autem [d]
actio. Item non eſt iudicium in pendenti ſecundum
Innoc. ex quo ex his, quæ aguntur, poteſt certa ferri
ſententia. Si enim in contradictione perſiſtent, iuſtè
condemnabuntur ad pœnam[*& ibi. l.conductores*] ibi
petitur res, uel æſtimatio, & de hoc plenè in Spec. de
ſolu.§.ſequitur,nerſic.quid ſi libellus,& de libel. con-
cep.§.iam nunc,uerſ. ſed nunquid talis [*& ibi,concedi*]
& hoc, ubi alternatio oritur ex l. ſup. de emp. & uen.
cum dilecti.C.de reſcin.vē.l. rem maioris,uel ex con-
uentione,ſup.de plus pe.c.uno,uel ex teſtamento, ut
hic, Goff. uel ſi conſuetudo approbet, ut ſi peto rem
iu. dominij, uel quaſi.de hoc de re iudi. abbate,in gl.
2.lib.6.[*& in fi.*] ad hoc.ff.de condi. indeb. l. dominus
teſtamento,ff.ſi cer.peta.l.quidam æſtimauerunt, uel
fuit admiſſus talis libellus ſecundum conſue.loci,uel
fuit hoc, quia hæredes iam cœperant uenire contra
legatum,vnde potuit concipi iudicium de futuro,ar.
C.in quibus cau. colo. cen.dominos ac poſ.l.1.lib.11.
Phil.vel quia reſiſtebant, iam res erat in obligatione,
C.de fideicom.l.fin.& auct.ibi ſignata. ¶[*In gl, ad hoc,in*
fi.]in contrarium,ꝙ tranſeat,allegatur. l.ulti. C.com-
munia de le.& fideicom. dicit Inno.illam loqui facta
reſtitutione ſaltem uerbo, uel illud ſpeciale, ut in re-
bus alienatis ante reſtitutam hæreditatē detur rei uen
dicatio ſaltem utilis, ꝙ non tranſeat, probatur: quia
tenet alienatio,licet cōputetur in quartam, ff.ad Tre-
bel.Marcellus.§.ſi res,& l.hæres, inſti. eo.§.ſi hæres,ſe
cundum Innoc. qui fertur addidiſſe, ꝙ contra hære-
dem rogatum non competit petitio hęreditatis:quia
non poſſidet pro hærede: quia uerè eſt hæres,niſi for
te poſt factam reſtitutionem uerbo aliqua poſſide-
ret:quia illa poſsidet pro hærede. ¶[*In gl. ex hoc fecit,ibi,*
ſenſerit] ad hoc, ff. de penu le.l.1. & ff. quando dies le.
ce.l.ſi penum.ibi dixit teſtator, Lego penum, & ſi pe-
nus non detur, lego.100. ſed hic teſtator vtrunq; dari
uoluit,& apparet per uer.ab inteſtato.dixit Goff. non
uideo,quo errore iudex excuſetur: quia ſi credidit le-
gatum non tenere, eodem errore credere debuit nō
tenere adiectionem pœnæ. de hoc.ff.de rei uen. & ex
diuerſo.§.1.ſed fortè credidit de facto deberi: aliàs
committi pęnam, C.ſi mancip. ita fu.ali.l.ea quidem,
& ff.de uerbo.obli. qui Romæ.§.Flauius [*& ibi, conde-*
mnatio] poterat tamen ex una cauſa abſolui, & ex alia
ſtatim condemnari, ad hoc, infra de accuſatio. ad pe-
titionem.¶[*In gl. & ita uidetur,ibi,iudice appellationis*]infra
de appe.interpoſita.§ fin.dicit Innocen ꝙ non eſt ne-
ceſſe illa fieri, licet hic facta fuerit[*& ibi, ſi quis in qua-*
cunque] ubi de hoc, & ad idem,infra de iura. calum.c.
2.lib.6.& de hoc in Specu.de libel.concep. §.nunc di-
cendum,ad fin. ubi refert Guil.Clementem auditori-
bus pręcepiſſe,ꝙ in appellationibus interpoſitis à gra
uamine ante ſententiā non reciperent libellum. Hoc
non placet Innocen. cum in appellationibus interpo
ſitis à diffinitiua non ſit ſeparatus articulus de iuſtitia
appellationis à negocio principali: ſed in appellatio-
nibus interpoſitis à grauamine ſic, ut patet de appel.
non ſolum,lib.6.potius uideretur tenendum contra-
rium, quod etiam tenebat Goff.de appel.per tuas,ſci-
licet, quòd facta conteſtatione in principali, vlterius
non fiet coram iudi. app. ſed ſuper articulo appe. uel
ſuper grauamine bene fiet conteſtatio coram iud.ap
pe.& dabitur libellus,cum hoc ſit diuerſum à primo.
facit ad materiam,quod ſcripſi poſt Innocen. de offi.
dele.cum contingat,in glo.quia melius.¶[*In gl.hoc pla-*
num,in fi.]ubi dixi de hoc ſuper glo.no. ergo.¶[*In gl.im-*
mo habuit,ibi,contrarium dicant] dicit hic Innoc. quòd de
uniuerſitate deducendæ, ſunt tertia, & quarta, quo-
uſque tamen per iudicem, hoc fiat in ſingulis rebus,
habentur pro indiuiſo. dicebant Hoſtien. & Abb. ſu-
pra,eo.Rainutius,ꝙ ſi filius petit ab hærede ſibi legiti
mam in una re,uel diœceſi aſſignari,hæres uerò reſi-
ſtit,hoc iudici relinquendum, vt penſata æquitate, &
malitia hincinde terminet, quod fuerit æquius,alle.l.
filium,& poterit in uno loco,uel re facere aſſignatio
nem faciendo in pecunia refundi id,quod legitimam
æſtimationem excedit, C. communi diui. ad officiū,
C.communia vtri.iudi. l.poſſeſſionum,cum ſuis con
cor.Particularis enim ſolutio, & aſſignatio non mo-
dicum habet incommodi, ff. famil. er. l. planè, ff. de
lega.1.non amplius,& facit, ſupra de pigno. ex literis,
nec maliciis hominum indulgendum eſt, qui nil alla
turi ſunt,niſi ut noceant,ff.de rei uen.in fundo,ſupra.
de reſcrip. ſedes.¶[*In gl.non legauit,in fi.*]& hoc teneas,li
cet Innocen. uideatur hic dicere, ꝙ quando tertia, &
quarta deducuntur ex eodem teſtamento,aſcendunt
ad 7. vncias. q.uelit utrunque deduci reſpectu totius.
Dicit autem, ꝙ quando tertiæ deducuntur ex diuer-
ſis cauſis, quilibet conſtituit unum as, ſupra eo. Rai-
nucius, ſed ſecundum Hoſtiē. iſtæ etiam conſtituunt
unum as,ut infra probatur. ¶[*In gl.hæc eſt bona,in fi.*] de
hoc de iura.calum.c.pe.in ult.gl. ¶[*In gl.ergo uidetur,ibi.*
l. irritum]& iſtud ſatis facit contra legiſtas in his, quæ
de duabus quartis non deducendis tenent, ut not.ſu-
pra.c.Rainutius,ad fi. vt ibi dixi ſuper glo.antepe.¶[*In*
gl.iſtud eſt,ibi:accreuit]verum eſt per condemnationem
iudicis,& ſic loquitur lex,cum patet, uel propter ſpe-
cialem affectionem, ut in l.ſe. ſecus,ſi per inſtrumen-
tum teſtatoris, quia tunc negari non poteſt, quin le-
gatum ſecundum Innocen. & Abb.& Pet. ſed Hoſti.
nil approbat.¶[*In gl.pen.in fi.*]ualet etiam,ut non tenea
tur etiam ad debita ultra uires hæreditarias, C.de iure
deli.l.ſcimus,& de hoc ſupra.e.1.de debitis tamen pro
pter hoc non detrahit Falcid. ut in l.præ.Inno. ¶[*In gl.*
ult. ibi, expreſſum] unde ſumpta eſt auct. ſed cum teſta-
tor,C.ad l.Falci.ceſſat etiam Falcidia iure nouo,ſi ali-
quid relinquatur in pias cauſas expendendum,uel ca
ptiuos redimendos,in auct.de eccle.tit.§.ſi autem hæ
redes,olim erat contra, ff.ad l Falcid.l.1.§.ad munici-
pum, ceſſat etiam, vbi res relinquitur, ne alienetur,
ſed remaneat apud ſucceſſores,in auct. vt ſpon.lar.
§.ulti.Item ceſſat in libertatibus.ff.de inoffic.teſta.Pa-
pinianus.§.ſed an. Item ceſſat, ſi aliquid relinquitur

pro

pro debito bonorum ſubſidio, C. de inoffi. teſta. l. ſcimus, Item ceſſat ratione delicti, ut ſi hęres cancellauit teſtamentum ad hoc, ut non daret legata, tunc enim non detrahet inde Falci. Idem, ſi neget rem eſſe hæreditariam, ſed dicit ſuam eſſe. & conuincitur de mendacio. ff. ad l. Falc. ſi tacitum. & l. beneficio. & l. hæreditatum. §. ulti. Vin. Hoſtien. ſupra. c. proxi. ſatis exquiſitè quoſdam ex his caſibus, & quoſdam alios no. ſcilicet illum. de teſta. mili. qui no. infrà, c. ſi. per l. in teſtamento, C. ad l. Falcid. ubi de his caſibus no. Item cum legatum cōmodè diuidi non poteſt, ſicut inſtrumentum, C. ad l. Falcid. ſi prædiorum. Item cum quid eſt legatum in dotem. ff. ad l. Falcid. cum in dotem. ar. ff. ſolu. ma. l. 1. Item ubi res legata prohibita eſt alienari. C. ad l. Falci. auct. ſed in ea. Item ubi hæres fidem præſtitit non capaci, ſed tunc eam detrahit fiſcus. ff. ad l. Falcid. ſi ita. C. eo. l. 3. ¶ Scias, ꝙ Abb. ex decre. colligebat multa notabilia. primò, ꝙ pater ſubſtituit filio, & ꝙ durat ſubſtitutio poſt pubertatem, quod de fideicommiſsis intelligas. Item ꝙ poteſtas arbitrorum attenditur ex compromiſſo. Item ꝙ dictio, Semel, poſita ponitur propriè, & impropriè. Item, ꝙ inſtitutio fieri poteſt in his, quæ ſubiacent reſtitutioni. Item, ꝙ teſtator poteſt adijcere pœnam. Item, ꝙ adita hæreditate poteſt peti legatum. Item ꝙ res, & pœna inſimul peti poteſt. Item ꝙ libellus poteſt ſub conditione formari. Item ꝙ petitur pœna prius, quàm ſit commiſſa, cum effectu: quia ſcilicet ante conteſtationem, ex quo ſequitur ſatis eſſe, ꝙ ius mihi competat tempore ſententiæ, licet non competat tempore libelli oblati. Item ꝙ cum certum quod legatur alicui, ſi illud non præſtetur, & aliud debeatur, ſi primum nō fuerit præſtitum, transfunditur in ſecundum. Item utranque partem poſſe a ſententia appellare. Item, ꝙ eadem ſententia in parte approbatur, in parte reprobatur. Item ꝙ in cauſa appe. fit litis conteſtatio. Item duas quartas ex eodem teſtamēto deduci. Item quòd qui alienat rem communem ſibi, & alteri, partem, quàm ibi habet, intelligitur alienaſſe. Item ꝙ arbiter non poteſt inhibere alicui alienationem rei ſuæ, etiam ſi de illa fuerat compromiſſum. Item ꝙ filius non punitur ex facto, vel negligentia patris. Item quod legatum à poſſeſſore hæreditatis tantùm peti poteſt. Item ꝙ non punitur, qui non peccauit. Item hęres in rebus, quæ reſtitutioni ſubiacet, nequit pœnam adijcere. Item ꝙ Falcidia contra uoluntatem teſtatoris inducitur.

ANNOTATIONES.

a ¶ L. interlocutio. Vide Ioan. And. in c. cum in tua, ſuper gl. fin. infra, qui matri. accuſare poſſ. & Bal. in l. ſi. quam potit proptie, C. commi. uel epiſt.

b ¶ Primis concor. Si teſtator appoſuiſſet pœnā, & non dixiſſet, cui deberet applicari, an applicetur legatarijs, uide Bar. in l. uxor. §. hæres, ff. de leg. 3.

c ¶ § Impoſsibilis. Vide pleniſsime per Bar. in l. 1. ff. de condit. inſtit. & an poſsit teſtator apponere pœnam uſurarum, uide Bar. in l. pœnam, ff. de his quæ pœnæ no.

d ¶ §. Hæc autem. Ibi Bar. approbat hunc libellum, & ff. de tabu. exhibend. l. locum. §. condemnatio, & idem Ioan. And. in Spe. quod metus cauſa, ſuper rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Proponit quibus de rebus ſit dicturus, & diuidit.*
2 *Executor fideicommiſſarius, qui ſuſcepit officium, illud exequi compellitur, & quibus modis nume. 10. & intra quod tempus, num. 11.*
3 *Præferri alter alteri qui ſoleat in ſcripturis ex ſtylo curiæ.*
Prædicatores præferuntur minoribus etiam in ſcribendo.
Templarij hoſpitalarijs, interdum ſecus.
Clerici laicis.
Ordo prælationis maioris, uel dignioris omiſſus non uitiat.
4 *Executores ultimæ uoluntatis non refert, an ſint dati diſiunctim, an copulatiuè, & an ſit clericus, uel laicus, an ambo miſti.*
Diſiunctiua reſoluitur in copulatiuam quandoque, ut hic.
Nomen integrum de ſtylo curiæ poni debet in reſcriptis.
Executores ſi deputantur plures, an unus ſolus poſſit exequi, remittit.
5 *Executores ultimæ uoluntatis quibus alijs nuncupentur appellationibus, & qui propriè dicantur executores.*
Quare non dicantur negotiorum geſtores aut procuratores.
Cum fideicommiſſarijs plus habere ſimilitudinis uidentur.
Profeſſus teſtari non poteſt, in fin.
6 *Loca uenerabilia quæ, & cur ita dicantur.*
Loca pia quæ.
7 *Locis relinquere aliud eſt, aliud locorum perſonis.*
Inſuper, dictionis ſignificatio.
Teſtamentorum executio, quo ad quæ ſpectet ad epiſcopos, & ad quos alios, nu. 9. & 24.
8 *Executores ultimæ uoluntatis, quando cogi poſſint ad executionem, & quibus modis, & num. 10.*
Acceptaſſe officium quando dicantur.
Taciti, & expreſſi eadem uirtus hic.
9 *Capitulum ſede uacante ſuccedit etiam in compulſione executorum prædictorum, non autem infirmo, uel abſente eo.*
10 *Coactio fit multis modis, & quibus in caſu huius decreta. & quando.*
Excuſatio executorum prædictorum quæ legitima ab onere.
11 *Teſtator quis dicatur.*
Voluntas ultima eſt generale uerbum.
Generale quod eſt, generaliter ſumendum.
12 *Mandatum qui ſuſcepit, ad quæ teneatur, ſi non implet.*
Arbitrium ſuſceptum quis debet implere.
13 *Legitima minus uoluntas quæ, & quando ſeruanda.*
Procuratoris, & executoris, & arbitri officium comparantur, & in quo.
Voluntarium quod eſt à principio, fit ex poſt facto neceſſarium, & quibus caſibus hic.
Arbiter, & arbitrator cogi poſſunt dicere ſententiam.
14 *Executores, arbitri compromiſſarij etiam ad eligendum plures, quàm unus, & unus dari poteſt.*
Impares numero eſſe conſulit.
15 *Executores ultimarum uoluntatum qui poſſint eſſe, & nume. 18. & 24. cir. fin.*
Procurator, & arbiter, & ſuper ſpiritualibus quis.
Teſtari poteſt clericus ſecularis & de quibus queat.
16 *Liberalitate ſua perficere qui promiſit pecuniam ad opus reipublicæ quando cogatur.*
Pœnitere quando cuipiam liceat, remittit.
17 *Executor an poſſit, & quando agere contra hæredes, & exigere relicta. & quando ſit merus diſtributor.*
Quam actionem intentet contra eos quando poteſt, & quæ ab eo hæres ut faciat, petere poſſit.
An procuratorem poſſit ante litis dare conteſtationem.
Pias cauſas exequi quid ſit, & cuique etiam monaco licet.
19 *Profeſſio diſpar in eodem officio quando non liceat eſſe, addit exempla.*
Cap. continebatur, cum ſeq. non contradicit huic.
20 *Cap. epiſcopus mitionem. 88. diſtin. huic etiam non repugnat, & eius expoſitio.*
21 *Diœceſanus hinc quis intelligatur.*
Executio ad quem pertineat hic.
Excuſatur à tutela qui non eſt eiuſdem ciuitatis.
Locus etiam officij ſuſcepti inſpicitur, & quando.
Officij ſuſceptio eſt quaſi contractus.
22 *Legatarius coram quo conueniat executorem.*
Executor ad petitionem legatarij cogitur agere contra quod ei relictum eſt, tenentem, & an ſatis ſit cedere actionem, & ad quæ ei teneatur.

An hæres ad idem cogatur, & teneatur.
Actionem cedere ſatis eſt regulariter, non autem ipſimet agere, qui habent actiones, coguntur. niſi in caſibus, & quibus.
Ad legatarium, quando rei legata ſtatim adita hæreditate tranſeat dominium, & contra quomodo agat pro ea.
23 *Executor an teneatur inuentarium facere.*
Rationem reddere an teneatur, & cui, & an ſufficiat iuramentum in ea reddenda.
Rationem reddere ſi curet teſtator eum, an, & quando ſeruanda talis uoluntas.
Ad rationem teneri, & ad reliqua compellantur.
Defuncti uoluntatem impleri decet auctoritate pontificali, etiam ſi actio deficiat.
Circumſtantiarum conſideratio ubi eſt habenda, caſus hic.
24 *Teſtamenti executio an ſpectet ad epiſcopum etiam quo ad relicta, ad non pias cauſas.*

C A P V T XIX.

1 IOannes. Commentando † præmittam, quid circa huius decr.
lecturã ſim acturus, & quo ordine, & primò continuando rubricam, circa illam a-
liquid opponam, & quæram, & oppoſitis, & quæſitis
ſatisfaciam. ſecundò expediam tex. & gl. tertiò aliqua
utilia ſubiungam. Ad primum rubrica continuatur.
&c. ut ſupra in rubrica. Circa ſecundum quinque fa-
ciam, ponam caſum ſummarium. ſecũdo legam text.
tertiò ponam literalem. quartò exponam literam, &
recitabo gl. quia breues. quintò colligam notanda ex
2 tex. Ad primum decre. hoc intendit. Executor † fidei-
commiſſarius, qui ſuſcepit officium, illud exequi cõ-
pellitur. Lego tex. Ioannes, &c. [*Qui*] litera groſſa [*Mandans*] groſſa litera [*Poſt mandatum*] groſſa litera [*Per diœceſanum*] litera groſſa, decre. diuiſionem non recipit, ta-
men. 5. facit. dicit, qui erant executores, & cuius, &
quid erat exequendum, & quando cogi debebant, &
per quem, & hæc patent. Caſum ſic pono. Quidam.
O. clericus diſponens ſuam ultimam uolũtatem &c.
3 [*Ioannes clericus*] not. † ſtylum curiæ, quo præmittit cle-
ricos, cum de clericis, & laicis fit ſermo, concor. de re-
ſcrip. ſignificauit, de elec. qualiter, ſupra. eod. tua. de
uſuris præterea, de cri. fal. ad falſariorum, de ele. ex-
mini. propoſuit, de exceſ. præla. clerici. de priui. ex par-
te. 1. de ſenten. excom. grauem. pro, & contra, de arb.
per tuas. Sit ratio, quia cetus ille dignior, de maio. &
obed. ſolitæ, & eſt ſi. ꝙ prædicatores præmittit minori
bus, de elec. quorundam, libr. 6. quia antiquior illo-
rum inſtitutio. ſic olim præmittebat tẽplarios hoſpi-
talarijs, de dec. ex parte, primum, de priui. cum & plan
ture. interdum ſecus, de regu. licet, in prin. per quæ di-
ci poſſet, ꝙ talis ordo prætermiſſus nõ uitiat. ad idem
de iudi. c. 2. de cenſi. prohibemus, de reſcrip. cauſam
4 quæ [*Et*] coniunctim, ergo † & copulatiuè fuerant in-
ſtituti: ſed idem, ſi disiunctiuè, nam tunc diſiuncta re-
a ſoluitur in copulatiuam, [a] C. de uerb. ſign. cum qui-
dam [*P*] Quomodo hodie de ſtilo curiæ in reſcrip. po
ni debet integrum nomen, dixi, ſup. de conſti. cum ac
ceſſiſſent, in princ. [*Laicus*] non refert ergo in executo-
re, an ſit clericus, uel laicus, uel an ambo ſimul mixti.
de hoc, infra dicam, cum autem ſi deputantur plures
executores, an alter ſolus poſſit exequi, dic ut infra,
eod. c. ulti. 2. reſpon. lib. 6. [*Executores*] ideſt perfecto-
5 res, † & conſumatores, ſecundum Goff. & Hoſtien.
qui interdum dicuntur commiſſarij, interdum fidei-
commiſſarij, interdum executores fideicommiſſarij,
interdum diuiſores, interdũ diſtributores, interdũ ga
diatores, de quo uide in Spec. de inſtrũ. edit. §. nunc
uero aliqua, qui aliàs eſt uer. ſub. §. cõpendioſe, ad fi.
1. col. Dicebat autem hic Goff. ꝙ iſti non ſimpliciter,
dicuntur executores, ſed executores ultimarum uo-
luntatum. nam propriè executores ſunt, qui ſenten-
tias exequuntur, C. de execu. rei iudi. l. fin. ſupra de of-
fic. deleg. paſtoralis. §. quia uerò, & de hoc, eod. tit. ſu-
per quæſtionum, in princ. dicitur etiam executor ne-
gociorum. ff. de teſti. l. fin. ff. de neg. geſt. l. 3. §. ſi execu-
tor, ſupra de obli. ad ra. c. uno. dicitur etiam executor
gratiarum. ſupra de reſcrip. conſtitutus, & infra de of-
fic. deleg. ſi ſuper gratia, lib. 6. cum ſimi. Dicimus au-
tem iſtos executores vltimarum uoluntatum non eſ-
ſe negociorum geſtores, cum illi ſine mandato. cura,
uel officio gerant aliena negocia, iſti uerò officium
habent, & curam. Item nec procuratores, quia aut re-
uocarentur morte, aut ab hærede reuocari poſſent.
plus autem uidentur ſimilitudinis habere cum fidei-
commiſſarijs, de quo uide in Spec. præal. §. 19. col. uer.
de executore autem [*O. clerici*] ſecularis, non profeſſi. il
le enim teſtari non poſſet, ſupra. c. 2. cum ſuis concor.
[*Qui*] O. clericus [*Venerabilibus*] ſic ſupra, de ſo. comper.
6 cum lit, in fi. & dicuntur hæc loca † uenerabilia, ideſt
ueneratione digna. & ſic ueneramur, non ſolum per-
ſonas ſanctorum, ſed etiam loca ſacrata, de reli. & ue.
ſan. per totum, de inmuni. eccl. per totum [*Pijs*] infra.
c. proxi. de elec. ſciant cuncti, & dicuntur loca pia iſta,
in quibus exercentur pietatis officia, ſicut hoſpitalia,
xenodochia, & ſi. de relig. do. de xenodochiis, cum
7 ſuis concor. & c. ſequen. [*Locis*] aliud eſt † relinquere
locis aliud perſonis locorum, de hoc, ſupra eo. requi-
ſiſti. ad hoc, infra de priuile. per exceptionem, lib. 6.
[*Suis*] q. d. de alienis nõ licuiſſet, quod dic, ut ſupra eo.
ſilius, ſecundum Hoſtien. uel dic, ut dicit glo. [*Inſuper*]
ideſt præter legata prędicta [*Creditoribus*] per hoc uer-
bum, & per verbum, diœceſanum, quod ſequitur. no.
Hoſtië. ꝙ non ſolum quò ad relicta ad pias cauſas. ſed
etiam quo ad temporalia ſpectat executio teſtamen-
torum ad epiſcopos. de hoc, ſupra eod. tua, & dicam
infra [*Per eoſdem*] iuſſerat enim omnia bona ſua expen
di in pias cauſas, deducto ære alieno, Inno. [*Poſt*] ergo
8 † prius non cogitur, præcipuè ſi nil ſibi fuit relictum,
uel fuit, ſed non agnouit. Sunt tamẽ opi. de hoc, quas
b uide in Spec. præal. §. 15. col. uer. hoc etiam quæritur. [b]
[*Mandatum*] ipſius O. clerici teſtatoris, quod patet ſup.
ibi, mandans &c. per quod patet, quod hic loquitur
de executore teſtamentario: ſed habemus legitimos,
& datiuos, & de his in Spec. præal. ti. & §. in prin. [*Suſceptum*] expreſſè, uel tacitè, ut ſi iam alicui creditori ſa-
tisfecit, uel legatũ ſoluit, uel aliquid ut executor geſſit
ſecundum Innoc. ar. ff. de aeq. hęredi. pro hærede, Ho-
ſtien. non tamen ſufficit. ꝙ præſens fuerit in conſtitu-
tione ſui, & tacuerit, ff. de arb. Pomponius, alias, ſi de
9 meis. §. recepiſſe [*Diœceſanum*] uel † alium habentem in
loco iuriſdictionem epiſcopalem, uel quaſi, quod eſ-
ſe poteſt, infra. de priuile. abbates, in ſi. li. 6. & concor.
quod not. de uſur. quamquam, eod. lib. facit Cle. eod.
tit. c. vno, puto etiam, ꝙ in hac iuriſdictione compel-
lẽdi executorem ſuccedat capitulum mortuo epiſco-
po, de ma. & obed. his quæ, & c. cum olim, de hær. ad
abolendam, etiam ſi negaretur, in officio executionis
legitimę, quæ competit epiſcopo, capitulum ſuccede
ret, de quo no. opi. in Spec. præalle. §. ad fi. pe. col. uer.
item circa, ſicut ſuccedit in iuriſdictione confirman-
di, licet non ſuccedat in miniſterio conferendi, vt ibi,
& ne ſe. ua. c. 2. & facit, ſupra. de for. compe. uerum.
Infirmo uerò epiſcopo, vel abſente capitulum hoc
non poteſt, cum his caſibus iuriſdictio non tranſeat,
10 in capitulum, de hoc in prę. §. in vl. col. [*Cogi*] per † ſub
tractionem emolumenti ſibi à teſtatore alias non reli
cturo relicti, uel per cen. eccleſiaſticam, uel per pœ-
nam arbitrariam. de hoc ſatis in Spec. præal. §. 16. col.
uerſic. quæritur autem, ubi etiam tractatur, an in hac
com-

compulſione ſit offerendus libellus [*Debent*] præciſe,
niſi ex cauſa emergenti petat ab epiſcopo exonerari,
ff. de procura. ſi poſt datum, Vinc. Ponit lex caſum de
ſuperuenientibus inimicitiis, & econuerſo, habes il-
lum. de procura. c. a. lib. 6. [*Teſtatoris*] ergo iſte. C. hære-
11 dem † inſtituerat, cum nec aliter dicatur teſtamen-
tum, uel ſumitur hic teſtamentum large, ut no. ſupra,
c. 2. uel ſecus de benignitate can. quod dic, ut not. ſu-
pra eod. cum tibi [*Explere*] fideliter, & plenarie, ſupra.
eod. tua, Vinc. Sed infra quod tempus, dic, ut in Spe.
præal. § in fi. [*Vltimam uoluntatem*] ergo quæcunque ſit
illa cum verbum ſit generale, & ſit generaliter ſumen
dum, ſupra eod. relatum. 2. 1. reſpond. Hoſtien. ¶ *In*
12 † *glo. 3. ibi. §. fiunt*] dicit quod habetur, de commo. c.
uno. a. reſpon. [*& ibi, qui mandatum*] qui ſuſcepit man-
datum. & poteſt implere, & non implet, tenetur ad in
tereſſe. idem, ſi non poteſt implere, ſed id non denun-
tiauit, cum poſſet: ſecus, ſi nec denuntiare poterat [*&*
ibi, inuitus] fidem ſuſceptam ſufficit procurator imple
re, & ad plus non tenetur [*& ibi. l. 3. §. 1.*] non cogitur
quis arbitrium ſuſcipere, ſed ſuſceptum debet imple-
13 re. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, minus legitima*] Hoſti. reſiſtit gl. dicens,
quod minus legitima uoluntas nunquam eſt ſeruan-
da, ff. de leg. 1. ſi quis inquilinos, glo. intellexit de mi-
nus legitima. ideſt minus ſolenni, quo ad numerum
teſtium, ut patet per concor. ¶ *In gl. 3. in fi.*] Bonagui.
per has concor. nitabat hic officium executoris, pro
curatoris. & arbitri in hoc conuenire: quia à princi-
pio uoluntarium. ex poſtfacto neceſſarium, addebat
etiam caſum de executione uoti paterni, infra de uo-
to, licet. & per hoc argue. quòd non ſolum arbiter, ſed
etiam arbitrator cogi poteſt ſententiam dicere, de
hoc in Spec. de arbi. §. fin, & uerſic. ſed nunquid arbi-
14 trator. ¶ Nota † quod plures executores dari poſſunt, &
in numero pari: ſic in arbitris compromiſſarijs, &
compromiſſarijs ad eligendum, non refert quot ſint,
uel an ſit unus ſolus. de ſolo arbitro patet de arbi. dile
ctus, & c. ſeq. de duobus, eo. ti. c. 2 & pe. de tribus, eod.
ti. per tuas. de quatuor eod. tit. peruenit, de ſolo com
promiſſario ad eligendum patet, de elec. cauſam, de
duobus, tribus. 5. 6. 8. patet eod. titu. in cauſis, & c.
cum dilecti. & c. cum in ueteri, & c. cum in iure. Eſt
tamen conſilium, quod talia committantur in numero
impari, de arbit. c. 1. de procuratoribus uero dic, ut de
15 procur. ſi duo. Item not. quod † non refert, an executo-
res ultimarum uoluntatum ſint clerici. an laici, an ſi-
mul mixti. Quid de mino. 25. annis, vel fœminis, not.
infra eod. c. fin. lib. 6. idem in procuratore etiam ſpiri-
tualium cauſarum, de proc. c. 1 lib. 6. ſecus in electo
ctoribus. de elec. Meſſana, & in arbitris ſuper ſpiritua-
libus, de arbi. contingit, & c. per tuas. Item not. cleri-
cum ſecularem de bonis proprijs poſſe teſtari. Quid
de bonis acquiſitis intuitu eccleſiæ? not. de offi. ordi.
præſenti, lib. 6. Item not. quod executor, qui non ſuſcepit
officium, non cogitur exequi, ſupra remiſi. Item quod ſi
ſuſcepit, cogitur. Item quod ad epiſcopum ſpectat teſta-
mentorum executio, & executorum cõpulſio. ¶ Ve-
nio ad recitanda, & primo ad unam obiectionem, &
16 vnam q. quę hic ſcriptam reperio: & oppono † ſatis ex
quiſitè ſecundum Vin. Ad id. quod hic dicitur, execu
torem, qui ſuſcepit mandatum, cogi ad exequẽdum.
Dixit lex, quod is qui promiſit pecuniam, uel columnas
ad opus reipublicæ ſine cauſa, non cogitur liberalita-
tem perficere, niſi propter illud promiſſum reſpubli-
ca ſuis expenſis opus cępiſſet, ff. de pollici. l. 1. Dicit
Vincen. quod non eſt contra: quia hic agitur de illo, qui
mandatum ſuſcepit: non de illo, qui pecuniam pro-
miſit, vel expendi mandauit. Opponi poſſet de omni-
bus his, quibus licet pœnitere, de quo de reg. iur. quod
17 ſemel, & regula, mutare, lib. 6. Quærunt † Inn. & Hoſt.
& Abb. an executor agere poſsit contra hæredes, & in
relictis ad pias cauſas: planum eſt, & omnes concor-
dant, quod agere poſsit etiam contra hæredes, & exi-
gere relicta, C. de epiſco. & cleri. ſi quis ad declinan-
dam, & l. nulli licere, propè prin. & ar. ff. de reli. ſi quis
ſepulchrum, §. funus, & ſi nullus ſit hæres, executor
tunc poteſt totam hæreditatem vendicare, vt nulla de
ducta Falcidia exequatur uolũtatem defuncti, ut ibi.
Si uerò non ad pias cauſas, ſed alios uſus teſtator uo-
luit expẽdi relictum, uel fideicommiſſum, aut execu
tor eſt miniſter tantum, aut miniſter, & particeps reli-
cti. primò caſu ſecundum Innocen. & Abb. non agit
contra hæredes. ſed ſi hæredes gratis ſoluant. diſtri-
buit inter illos, inter quos teſtator diſtribui uoluit, ff.
ad Treb. Lucius. §. Mœuia, niſi teſtator illud expreſsè
conceſſerit. ff de leg. 1. cum quidam. §. ſi ſcriptus, & l.
ſi à pluribus, in princ. ff. famil. er. ſi filia. §. Papinianus.
In ſecundo caſu cum etiam particeps eſt relicti, puta
quia teſtator Falci. vel aliam quotam ad eum pertine
re uoluit, ſecundum omnes tunc agit. ff. de leg. 2. ſi
a quis Titio. 10. in prin. ubi de hoc. Et quod dixi, quod
non agit, cum eſt merus diſtributor relicti, non ad
pias cauſas, ob. hæc decre. ſed Innocen. reſpondet, quod
totum debebat conuerti in pios uſus ęre alieno dedu
cto. ut dixi in text & ideò etiam credita ſoluere tene-
tur. Hoſtien. dicit, quod hoc eſt diuinare, & tenet, quod
ſecundum can. executores contra hæredes, ſi ſint, &
contra omnes alios agere poſſunt in his, quæ ſpectant
ad executionem ultimæ uoluntatis, ut etiam dixi in
tex. & eis negligentibus hoc faciet diœceſanus, ſupra
eod. tua, & c. ſi hæredis, & c. nos quidem. primam di
ſtinctionem tenet Gull. in Spec. §. præal. 5. col. uer. &
ſcias, omnino temperes illud dictum, ut ibi ſcripſi in
fin. & in uerſ. ibi ſequentibus tractat, quam actionem
intẽtat executor eo caſu, quo poteſt agere, & de hoc
etiam not. in præ. l. nulli. Item quando agere poſsit, &
an hęres poſsit tunc petere ab eo, ut caueat, & tenet
Hoſtien. in teſtamentario, quod non, hoc not. ſupra eod.
tua: uel ut iuret de exequendo, & an poſsit ante lit.
conteſt. procuratorem dare, & ibi de his, & ſimilibus ad
materiam ſpectantibus plenè uidere poteris. ¶ Ad de
18 cre. opponitur: hic dicitur, quod clericus † erat executor,
contra, clerici curas, uel ſolicitudines ſecularium a-
ctuum, uel negociorum ſuſcipere non debent 86. di-
ſtinct. peruenit. 88. diſtinct. epiſcopus, aut ſacerdos 11.
q. 1. te quidẽ. 16. q. 1. generaliter, nec eſſe miniſtri laico
rum, ne cleri. uel mo. c. 2. Sol. clericus hic erat execu-
tor clerici, ut dicit text. & ſic ex perſona negocium e-
rat eccleſiaſticum, ut 11. quæſt. 1. §. ex his, vel ſpeciale
eſt in executione relictorum ad pias cauſas, ut illa cle-
ricus, uel monacus exequatur, ſupra eod. tua, infra,
cap. 2 lib. 6. cum iſtud ſit ſuffragium animę, ad quod
clerici tenentur, & eſt officium miſericordiæ, quod
omnibus eſt commune, infra de ecle. miſ. c. 1. 86. diſt.
non ſatis, uerſus fin. aliquibus uidetur, quod clericus, &
monacus omnem executionem vltimæ uoluntatis,
etiam ultra relicta ad pias cauſas gerere poſsit. pro qui
bus facit hoc c. & infra, c. 2. lib. 6. & de hoc in Specu.
prę al. §. 20. col. ver. quid de præpoſitis, & ſeq. ubi etiam
de epiſcopis, & ſuperioribus tractatur, & hoc appro-
bat conſuetudo. & facit, quod dicam in fin. & poteſt
tolerari, dum tamen per id non attrahatur à ſeruitio
diuinorum. ad hoc, ne cler. uel mo. ſed nec, de ſimo.
19 cum eſſent. Item hic in officio executionis † miſce-
mus clericum, vel laicum, contra, in eodem officio
non debet eſſe diſpar profeſsio. 16. q. 7. in noua. ſed cer
tum eſt, quod clericorum & laicorum eſt diuerſa pro
feſsio. 12. quæſtio. prima. duo ſunt. hinc eſt, quod licet
clericis adinuicem ludere, ſed non clerico, & laico,
de homici. continebatur, & c. ſeq. cum ſuis concor.
Sol.

Solu.ubicunque ad aliquid agendum admittimus di
uerſa capita non ut collegium.uel corpus unitũ.non
refert,an illi ſint eiuſdem,an diuerſæ profeſsionis.dũ
modò utraq; profeſsio ꝑ ſe ſit habilis ad illud agendũ
de ſeruientibus cardinaliũ incluſorum.patet de elect.
ubi periculũ,poſt prin.lib.6.nil enim impedit in eodẽ
facto duos procuratores cõſtitui, alterũ clericũ, alte-
rũ laicũ.& idẽ in teſtibus.idem in arbitris. idem in cõ-
ſiliariis,& ſimi.iudices etiam. & executores gratiarũ
poſſunt eſſe diuerſæ profeſsionis.hæc ordinatè probã
tur de procu.c.1.lib.6.de teſti.tam literis, & c.dilecto,
de arbi.per tuas,de elect. cum in ueteri, de renun. ne-
niens,ſaluo quod habes de vi.& hone.cleri. deus qui,
de æta. & qualita. intelleximus. ubi uerò inter prædi-
ctos gerentes eſt unio reſpectu eiuſdem corporis.uel
collegii,illud tale corpus non debet eſſe diuerſæ pro-
feſsionis,ut in contrario.ad idem de elect. cũ cauſam.
ad hoc de conuer.coniug.ad apoſtolicam.& facit.qđ
no.de conſti.cum omnes.nec ob.de eccle.ædi. ad au-
dientiam.2.quia illi profeſsi non erant de collegio re-
ligioſorum. Item illud facit papa ex priuilegio, ut ibi
dicã ſuper gl.pen. Ad id,quod dicitur,clericum nõ de
bere miſcere ludum cum laico, honeſtatem reſpicit:
unde in contrario potius qualitas, & cõſuetudo ludi
fecit illum Irregularem. quàm talis commixtio.ut ibi
dixi ſuper 1.gl. ¶Item ei,qđ hic dicitur, diœceſanum
20 †cogere debere executores ad executionem teſtamẽ
ti,ob. 88. di. epiſcopus tuitionem teſtamentorum nõ
ſuſcipiat.ſolue ut ibi,& facit quod no.ſupra eo. ſi hæ-
redes,in gl. 2.uel quod ibi dicit, Tuitionem teſtamen-
torum,expone,ideſt tutelam teſtamentariam.21.q.3.
Cyprianus. ¶Multas qõnes ſuperius expediui ſaltem
21 per remiſsiones,ſed adhuc† quæro,de quo diœceſano
intelligatur,quod hic dicitur? & circa executionem le
gitimam teſtamenti, quã hẽt eþs, planũ eſt, ꝙ intelli-
gimus eþm originis ipſius teſtatoris: ſed ſi alibi habet
domicilium.dicunt quidã, ꝙ uterq; exequi põt.alii,ꝙ
eþs domicilii,ſi in totũ illud tranſtulit,niſi in loco ori
ginis eſſent facultates ipſius,de hoc.C.de epiſ.& cleri.
l.nulli,& In Spe.præalleg.§.ad fi. ſed quò ad cõpulſio-
nẽ, de qua hic loqmur, puto, ꝙ eþs ipſius executoris
habeat illũ compellere,ff.de tu.& cura.da.ad his,l. di-
uus,& l.1.in fi.& ſi dicas:etiam à tutela excuſatur, qui
illius ciuitatis non eſt,ff.de excu.tu.l.fi.C.eo. teſtamẽ-
to.Fateor,ſi excuſationem proponat:aliàs ſecus, ff.de
teſta.tu.l.quæro, in prin. ex quo ergo ſuſcepit officiũ,
ſibi imputet:ſi tamen ipſe executor ſuſcepit officium
in domicilio teſtatoris, epiſcopus ipſius domicilii ra-
tione illius quaſi contractus eum compellet, ſi eũ ibi
dẽ inueniat:aliàs ſeruabit, quod dicitur de fo. compe.
Romana,§.contrahentes.uel dic ꝙ ex quo ille abſens.
eſt,collega exequitur.& ſi collegam nõ habet,nec ali
ter teſtator prouidet, non inſtabimus compulſioni
abſentis, ſed exequatur epiſcopus teſtatoris, infra eo.
c.2.lib.6.Et† per prædicta expedit, quod quæritur,co-
ram quo legatarius cõueniat executorem, de quo in
Spe.præalle.§.11.col.in uer.ſed corã quo. Itẽ cum,ſu-
pra dixerim,executorem agere poſſe,quæro,an ad pe
titionem legatarii executor cogatur agere contra te-
nentem,quod ſibi relictum eſt,an uero ſatis ſit execu
tori cedere actionem in hæredem.formatur hæc qõ,
& ſoluitur,ꝙ ſatis eſt eum cedere, in §. præ. in 10.col.
uer.ſed an executor. de executione ibi dubium relin-
quitur.Scias,ꝙ Hoſt.ſupra eo.tua,diſtinguit, an teſta-
tor legauerit rem ſibi debitam,an ſuam propriam,an
alienam.ſi debitam,ut quia emerat, ſufficit, ꝙ hæres,
uel executor actionem cedat,ff. de contrahen.emp.l.
qđ ſæpe.§.ſi res uẽdita,in fi.ff.manda.l.hæredẽ, & hoc
generaliter traditur ꝓ regula, ꝙ oẽs,quos teneri dici-
mus,qa actionẽ habẽt, ſufficit,ꝙ actiones cedãt,ff.de

peculio.qđ debet. Si uerò legauit rẽ ſuã propriam,ſta
tim adita hæreditate tranſiuit dominiũ ad legatariũ:
ut no.ſupra c.prox.uer.demũ,& ſatis dixi.ſupra c. Rai
nutius.ſuper gl. tunc prodeſt. uendicet ergo illã lega-
tarius.nec hæres,uel executor tenetur agere, nec obli
gatur ad ſumptus, nec ad æſtimationẽ niſi in caſibus,
primus ſi in mora reddendi.vel in culpa fuerit hæres,
ff.de leg.1.cum res.ſecundus, ſi res litigioſa erat tẽpo-
re,quo fuit legata,de quo dic.ut no.& dixi de ali.mu.
indi.cauſa fac.c.2.ſuper gl.2.de ſeruo vero in fuga.dic.
ut ſupra eo.indicante.Si uerò res aliena legata eſt ſiue
ſcienter, ſiue ignorãter, nec agetur cõtra dominum,
nec cedenda eſt actio,ſed hẽt interdũ legatarius actio
nẽ cõtra hæredẽ, vel cõtra executorẽ ad æſtimationẽ
rei ſm ea,q̃ no.ſupra eo.filius. ex qbus cõcluditur ſo-
lum in primo caſu executorẽ cõpelli agere,aut cede-
23 re.ſi eidem actio cõpetit. Itẽ† q̃ro,an executor,teneat
facere inuentariũ. Item an teneatur reddere rationẽ,
& cui.& an in ea reddenda ſufficiat ſacramentum? &
de his ſufficiat remittere ad Sp.præal.§.11.col.uer. ſed
an teneatur, & duobus uer. ſeq. Sed ex his incidit qõ,
quid ſi teſtator uetauit executorem rationem redde-
re? Arguitur,ꝙ ſeruanda fuit talis uoluntas,C. de fide-
iuſ. cum neceſsitatem, licet tales teneantur de dolo,
& de reliquis niſi hoc expreſsè legetur. ſic.ff. de libe.
lega.l.non ſolum, §.pen. & l.ſi quis rationes, & l. Lu-
cius.& l. Aurelia.§.Caius, & l. Aurelius,§. Mæuia. Sed
contra. per hæc uerba non uidetur facta remiſsio, ſed
ſolum adhibitus modus rationis reddendæ, ut ff. de.
cond.& demon.cum tale legatum. §. quid ergo ſi ita
ſcriptum, & erit modus, vt non fiat ſcrupuloſa inqui-
ſitio quo ad negligentiam, quæ uidetur remiſſa: non.
tamen per hoc faciet lucrũ,quod eſt penes ſe.optimè
facit,ff.de leg.1.ſi ſeruus uetitus eſt,ult.charta.ff.de ad
mini. tu. qui plures. in tutoribus enim talis uoluntas
eſſet captatoria. & contra ius publicum, quod nemo
adimere poteſt.ff.de adm.tut.iure noſtro. l.reſpon.ff.
de leg.1.plane.§.1.& l.ſi ſeruo meo.§.fin.& l.nemo.&
ideò non ualet.ff.de lega.1.captatoriæ.Si enim præci-
sè ualeret,ut uerbũ ſonat,daretur uia executoribus ſi
bi appropriãdi, quod debet forſan In vſus pios expen
di,quod cauendum eſt,inſt. vi bo.rap.§.ſed nedum ta
lia,inſ.de diuor.quanto,ad fi. Item cum talis teneatur
ad reliqua,ergo & ad plenã rationẽ. cũ hæc duo æqui
parentur,ff.de cond.& demõ.l.quãuis. ff.de ſta.lib.ſer
uus ſi hæredi.§.imperator.Sol putat Hoſ.qui hoc no.
ſupra,eo.tua,talem executorem, qui non neceſſariò,
ſed uolũtariè ſuſcepit officium, ut hic,teneri ad ratio
nem ex bono, & æquo iudicis arbitrio faciendã. arg.
ff.de ma.te.q filiũ,ad fi.ff.de libe.leg.Aurelius.§.alias,
& l.creditor. §. inter cætera, & per alia iura alleg. ſup.
Sic etiam pontificali auctoritate dicet impleri volun
tatem defuncti.etiam ſi actio deficiat.ff.de peti.hære-
di.hæreditas.in fi.ff.de reli.& ſump. fu & ſi quis impe-
diat.§.ſi cui funeris. Iudex ergo penſata fama.& con-
ditione executoris qualitate.& quantitate articuli,de
quo quæritur, in aliquibus credet ipſius iuramento.
C.de dona.l pe. ſicut:aliàs no. C. de alimen. pu.præſ.
2.& infra de accu. qualiter.2 in aliquibus plenam pro
bationem requiret, C.de epiſ.& cler.l.nulli ad fi.1.rñ.
& §.1.ibi poſt unius uerò &c. & in auc.de eccle.ti.§.ſi
quis ædificationẽ, & ſeq. & arbitrabitur taliter.ꝙ non
ſit locus fraudi, nec minus plenæ executioni. ſ. eod.
tua,& dixi in tex. & talis præſumitur fuiſſe mens teſta
toris clauſulã illã apponẽtis, nec enim eſt uériſimile,
ꝙ illam incluſionẽ uolũtatis ſuæ, vel officii pontifica
lis appoſuerit, ſed magis uti noluiſſe fidę utriuſq;, ar.
op.ff.de teſta.mili.l.3.& uide.ff.de cond.& demon.cũ
ſeruus. ff. de admini. tu. qui nominibus, & l. Lucius,
24 & ſup.eo.nos quidẽ.¶De eo,quod† vltimo notaui ex

tex, & exponendo tetigi, queritur, an ſ. executio teſta-
menti etiã quo ad relicta ad nõ pias cauſas ſpectet ad
f epiſcopum ſ. glo. 2. ſupra eo. ſi hæredes, per compara-
tiuum. Præcipuè, uidetur uelle ꝙ ſic: quod tenent In-
no. & Hoſt. ſup. eo. nos quidem, & Hoſt. hic, & ſup. eo.
tua, ſed ibi gl. in 1. gl. tenet contrarium. primũ autem
Ho. ſic ꝓbat, piũ eſt, quicqd diffinit teſtator, dũmodo
non ſit contra legem, & talis eius uoluntas, quæcun-
que ſit, dicitur pia, & ſic pium eſt illã ſeruari. C. de ſac.
ſan. eccle. l. 1. 13. q. 2. ultima uoluntas, & §. ſed aliud, &
tex in decre. tua. hoc uidetur notaſſe, dum dixit, uni-
uerſa procedant. & poſtea ſubdit, Plenariè, & in auct.
de eccle. ti. §. ſi quis autẽ pro redemptione, dicit, om-
nia. ex his ergo uniuerſalibus uerbis concluditur ge-
neraliter ad epiſcopum executionem ſpectare. & me-
rito: quia magna eſt pietas fideliter adimplere illius
uotũ, qui ſe nec iuuare, nec amplius loqui poteſt, ut
præ. l. prima. Ad idem Ruth. 2. G. Benedictus ſit à dño,
quoniam eandem uoluntatem, quam præbuerat ui-
uis, ſeruauit & mortuis. Si enim expedit reipublicæ,
ne quis re ſua male vtat. inſt. de his, qui ſui vel ali. iuris
ſunt. §. ſed hoc tẽpore. & ſic cõmodis rei priuatæ pro-
uidetur. C. de bo. ꝓſcrip. ſi quis. 1. fortius circa deſun-
ctorũ uoluntates hoc eſt prouidendũ per iura prædi-
cta. ad id. ff. ſo. ma. ſi cõſtãte. §. ſi maritus, Apertè ꝓbac
hoc hæc decre. ut dixi ſuper uerbo, Creditoribus, niſi
reſpondeas. vt ibi in gl. ſeq. ad idẽ, ſup. eo, indicante. ſa-
tis facit pro hac parte, ꝙ religioſus põt eſſe executor
indiſtinctè. ĩ, eo. c. 2. li. 6. Illud aũt non poſſet, niſi offi-
cium eſſet piũ. & facit quod dixi in obiectione. 2. Satis
æquè uidetur poſſe diſtingui ex officio, aut per uiam
executionis hoc faciat epiſcopus, aut per modũ libel
li, per uiã actionis ad petitionẽ partis, ut primũ liceat
etiam in non pijs: ſecundũ non cõtra laicos hæredes.

ANNOTATIONES.

a ¶ Copulatiuam Contra hoc facit, c. cum plures, de offi. de le. li. 6. ubi caſus inter perſonas. ſolue per notata in l. cum quidam, alle. 10 glo. & per Bart. in l. ſæpe, ff. de uerbo. ſigni.

b ¶ Hoc etiam quæritur. Ibi uide plenè etiam per Io. An. & per Bal. & Salye. in l. nulli, C. de epiſco. & cleric. & per Barto. in l. 1. ff. de lega. 3.

c ¶ Si quis Titio. 19. Ibi uide plenius Bar. & doct. in l. nulli. C. de epi ſco. & clericis, & ibi etiã quis ſit nudus miniſter, & in l. pecuniæ, ff. de ali. & ciba. lega. & ibi per Bald.

d ¶ Diuerſæ profeſſionis. In uniuerſitate tamen ſcholarium ſunt cle rici, & laici, de quo uide Bar. in l. fi. ff. de colle. illicitis, & per Bal. in auct. habita, C. ne filius pro patre.

e ¶ Cum neceſſitatem. Ibi uide gl. & docto. & Bart. in l. alio, ff. de ali men. & ciba. lega.

f ¶ Spectet ad epiſcopum. Et an pium locum poſſet iudex ſecularis exequi, uide l. ſolent, & ibi Bart de ali. leg. & io Spe. de inſtru. edi. §. nunc aliqua, uer. ſi. ſed nunquid iudex ſecularis.

SVMMARIVM.

1 *Legata quæ, de quibus non ſoluatur canonica portio, nu. 2. 3. & 5.*
Legata fiunt etiam ciuitatibus ad ornamentum.
Ad ciuitatis ornamentum quæ dicantur legata.
2 *Pro fabrica eccleſiæ relictum quando teneatur ad portionem canonicam.*
Enthcca quid.
3 *Anniuerſarium quid hic.*
Ad cultum diuinum perpetuum quæ legata dicantur.
Non eſt diminuendus.
4 *Legatum an & quando ad alios uſus, quàm relictum ſit, commutari poſſit.*
6 *Portio uel quarta canonica à quibus epiſcopo, & à quibus parochiali, & a quibus utrique debeatur, & quanta ſit, nu. 9. iuncta gloſſa.*
7 *Epilogus. & ſuffragium gloſſarum. num. 8.*
Mēdicis priuilegium quoddam hic dicitur.
9 *Abuſio gloſſarum.*

CAPVT XX.

1 DE his quæ. Caſus. Ponit quædã le-
gata, de quibus nõ ſolui
tur canonica, niſi fiat in fraudem. ponit di
ctum, in quo interſerit caſum exceptũ ibi,
Dummodo [*In ornamentis*] no. ꝙ quædam relinquũtur
ciuitatibus ad ornamẽtum, ut ad ludos, ad forum, ad
theatrum & hæc non diuiduntur per ciues. alia relin-
quuntur ad diuiſionem ſingulorum. alia ſenioribus,
& pueris. ff. de leg. 1. ciuitatibus. de his ergo, quæ nec
diuiduntur, nec diſtribuuntur inter clericos. non de-
bent canonicam epiſcopo. De aliis ergo habebit etiã
de pomis, quæ non ſeruantur, Vincen. [*Pro eis*] emen-
dis, recuperandis, uel reparandis, ſecundum Innocẽ.
2 [*Fabrica*] ſi portio fabricæ non diuiditur, uel diuiſa nõ
ſufficit. & aliquid legetur ad fabricam indigentem re-
paratione, tunc locum habet, quod hic dicitur: ſecus
ſecundum Hoſtien. ſi non indigeret. & uide quod di-
a cam, infra de uerbo. ſignifica. ex parte 3. a & de eccle.
ædifi. c. 1. Dicebat hic Goff. ꝙ etiam ſi fabrica ad præ-
ſens reparatione nõ egeat, id, quod ad fabricam lega-
tur, reſeruatur ad opus ipſius, & reponitur in enthecis
impendendum in opus fabricæ, ſi emergat. 12. quæſt.
2. uobis. in fin. tenens, quod prædixi ſecundum Hoſt.
debet ꝓſeruari, quod ſupereſt, deducta canonica. Itẽ
Hoſtien. ponens hic illud dictum Goff. exponit, quid
ſit entheca dicens, ꝙ en, ponitur pro in, theca pro re-
poſitorio, quaſi id. quod reponitur in loco tuto [*Lumi
narijs*] contra. quia talia diuiduntur, non ſeruantur, ĩ.
de uerb. ſigni. cum inter. Solu. ibi Hoſtien. [*Anniuerſa-
3 rio*] ideſt commemoratione annua in anniuerſario
depoſitionis facienda, ut no. infra de eccle. miſ. cũ crea
tura & probatur. 13. q. 2. quia alii. uide. quod dicam de
ſepul. in noſtra, ſuper uer. oblationib9. & de his plenè
in ſumma, de pœni. §. quibus mortuis, ſub §. & notan
dum [*Ad perpetuum*] puta, ꝙ omni anno ſolẽniter fiat
feſtum alicuius ſancti, uel ꝙ in aliqua eccleſia conſti-
tuatur pulpitum. uel altare, uel præbenda, uel aliquid
ad diuinum cultum perpetuò exequendum ſm Inn.
ad hoc de præben. ſignificatum. Hoſt. [*Cultum diuinum*]
qui diminuendus non eſt, ſed augendus, ſupra de cõ-
4 ſtitu. c. pen. Hoſt. [*Legantur*] non uidetur, ꝙ eccleſia ẽt
ad alia neceſſaria poſſit illis vti. Nõ enim licet ad alios
uſus conuertere, quod in certam ſpeciem eſt ciuitati
relictum. ff. de admi. re. ad ciui. pertinen. l. 1. Dixit Vin.
illud generale. ſed ſi eccleſia indiget, poteſt uti illis, &
& ſunt caſus ſpeciales, ubi poteſt illis vti, & poſtea re-
ducere relicta, ad quod erant, ſcilicet ad ludos, uel ad
alia. C. de ludo. expen. le. prima, lib. 11. & ſi auctoritas
principis interuenit, ut expendantur in alios uſus. ff.
de pollici. le. prima & ubi ſunt plura legata ad diuerſa
opera reipublicæ, quæ ad omnium conſtructionem
ſufficiũt. permittitur in unum opus, quod ciuitas ele-
gerit, erogari. ff. de adminiſtra. rerum ad ciuita. perti-
nen. legatam. §. 1. Item cum cõſilio heredis poteſt re-
lictum ad ſpectaculum cõmutari in aliud ad memo-
riã defuncti. ff. de ſuppel. le. l. legatum ciuitati, & l. qui-
5 dam. ſecundum Vincen [*Pijs locis*] ergo etiam de re-
lictis pijs locis quibuſcunque, dummodò relicta non
ſint priuilegiata. debetur epiſcopo canonica: ſecus de
relictis perſonis, ſupra eodem requiſiſti. Hoſtien. [*Pa-
6 rochialis*] hodie de omnibus his, & alijs, de qbus quar-
ta non ſoluitur, ſi fiant fratribus Prædicatoribus, uel
Minoribus, debetur quarta eccleſijs parochialibus
per conſtitutionem Bonifa. ſuper cathedram, inno-
uatam per concil. Vienen. de ſepul. dudum. hoc dicit:
quia aliquando parochialis eccleſia portionẽ habet,
infra de ſepul. capitulo primo. & per totum. Inn. dicit
Ho. ꝙ de omni relicto parochianorum ſuæ ciuitatis,
& diœce. & per totã diœceſim epiſcopus habet cano-
nicam,

nicā, ſic & parochialis eccleſia de oī relicto ſuorum
parochianorū;& ſic ſemper hæ duæ quartæ deducun
tur.nec mirum, cū competant diuerſis, & ex diuerſa
cauſa, quicquid dicat Ho.dic, ut dixi,ſupra eo. officii,
ſuper uer.eccleſiis,& infra de ſepul.c.1.ſuper 6.glo. &
quod dicam,infra tit.2.certificari,in ult.qōne. ¶Secū
7 da†gl.reſpondet per qōnē. ¶Vlti.reddit rationem, &
8 dat ſimile,& caſum addit.¶*In†ult.glo.ibi.ſunt perſonæ*] ui
de de iudi.dilecti.ſuper 1.gl.[*& ibi,militari*] quo poteſt
non ſolum ſuis, ſed etiam extraneis directò ſubſtitue-
re,& ſic locus non eſt deductioni quartarum, ut in ll.
9 ſequentibus. ¶*In†glo.1.in fi.*] puta paramentis, cappis,
mappulis,calicibus,& ſimilibus. ¶*In gl.ult.ibi,minus legi
tima*] intellige, ut dixi,ſupra c.proximo,ſuper 1.glo. &
no.1.diſt.2.c.3.in penul.gloſſ.

ANNOTATIONES.

2 ¶De uer.ſig.ex parte 3. in gl.ergo,& de materia huius. c.uide per do.Pet.de Peruſio in ſuo tractatu canonicæ portionis,in c.uenio ad ſeptimum capitulum.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De ſucceſſionibus ab inteſtato ubi alibi, quàm hic,agatur.

De ſucceſ. ab inteſta. Rub.

1 ¶Viſo†de ſucceſsionibus ex teſtamēto, uideamus de ſucceſsionibus ab inteſtato. Goff. de materia. 12.q. ult.c.penul.& ult.& q.2.de laicis,& c.ſeq. Et congruit, lib.6.de conceſ.præben.auctoritate,in fi. Scias,ꝙ materiam ſucceſsionum quò ad deſcendentes,aſcendentes,& collaterales plenè tradit Hoſt.in ſumma,eo.tit, §.fi.& Spec.eo.tit.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus bona propria donare poteſt,cui uult,ſed ſi decedit inteſtatus,ſuccedit eccleſia,& quando poſſit,& de quibus bonis,nu.2.*
Inuentum quomodo accipiatur hic.
Perſonæ intuitu quando legatum quid dicatur.
2 *Altaria aliquando conferuntur.*
Capellaniæ altaria alibi uocantur.
3 *Epilogus,& additio gloſſarum.*
Decretalis hac hodie non tenet.

CAPVT I.

1 SEd hoc. Caſus.Clericus†ꝓpria
bona donare pōt, cui
uult:ſed ſi decedit inteſtatus,ſuccedit
eccleſia.2.ibi,ſi autem[*Inuentum*]i.ſta-
tutum,uel inter alia ibi ſtatuta. Goff.
[*Intuitu perſonæ*] quod præſumitur in
clerico ſeculari non habente admini
ſtrationem,à quocunq; relinquaẗ.Idē in habēte,ſi at-
tinet relinquens infra quartum gradum, de hoc,s̄.ti-
tu.1.requiſiſti,§.ſi uerò,& §.fi.ſecundum Hoſt.[*Dona*
2 *re*] inter†uiuos,& in ulti.uoluntate, Inn.Abb. ꝙ non
licet de bonis eccleſiæ, niſi ut dicitur, ſupra titu.1. ad
hæc,& capitu.ſequen. Hoſtien.[*Altari*]ideſt eccleſiæ,
prima quæſtio. 3. altare, uel propriè ſecundum Ho-
ſtien. & loquatur ſecundum conſuetudinem Galliæ,
ubi multi ſunt presbyteri,quibus tantum altaria con
feruntur,quas nos capellanias uocamus: & tales plu-
res ordinaui in eccleſia Bon.ſumptibus alienis,& pro
priis[*Seruiunt*] dum uiuunt.aliàs ſeruierunt in uita,ſci-
3 licet eius altaris,uel eccleſiæ. ¶Vltimo†gloſſ. reſpon-
det per ob. ¶*In glo. ult. ibi,conſanguineos*] idem hic Inno-
cen.& Hoſtien. [*& ibi.c.ult.*] ubi de hoc [*& in fine*] uel
hoc capitulum locale fuit, uel temporale, & hodie
non tenet Ala.

SVMMARIVM.

1 *Si clericus, uel presbyter inteſtatus decedat, de peculio eius quid fiat,& quo,nu.2.in fi.& quis intelligatur,nu.fin.*
2 *De libertorum inteſtatorum ſubſtantia partem patroni recipiunt.*
Seruorum autem totam domini percipiunt.
Peculium, pro patrimonio.
Teſtari an poſſint obligati ad ratiocinia.
3 *Portio epiſcopi eſt præcipua,& qua ratione.*
Ab ordine ſcripturæ, quis præponendus, arguitur.
Parentes, pro conſanguineis.
Ab indigno quod auffertur, applicatur fiſco.
4 *Epilogus,ſuffragium,& additio gloſſarum. nu.5.& 6.*

CAPVT II.

1 SAncto concilio Caſus.Si preſ-
byter†inteſta-
tus decedit, de peculio eius fiunt quatuor
portiones.non tenet ſm gl.ſecūda ibi,Pe-
culium. & dicit Hoſt. ꝙ hic ponitur exceſſus relatio,
eiuſdem prohibitio,peculij diuiſio,pœnæ inflictio:&
ſecundum hoc ſecunda ibi,interdicimus.3.ibi, Pecu-
2 lium.quarta ibi,& ſi quis[*Proprijs ſeruis*] ſ.factis† liber-
tis, de quorum ſubſtantia patroni partem percipiūt,
ſecundum quod diſtinguitur inſtitu. de ſucceſ. lib. §.
ſed noſtra. In ſeruorum enim ſubſtantia domini non
percipiunt partem,ſed totum uendicant: quia ſuum.
inſti.per quas perſonas no.acqui.§.item nobis, Hoſt.
[*Gradum*] nec debent aliter ordinari, ſupra de ſer. non
or.per totum [*Peculium*] ideſt patrimonium, ſupra de
pecu. cleri. per totum [*Ipſorum*] ab inteſtato deceden-
tium;& ſic facit ad titulum, & intelligitur de bonis ac
quiſitis intuitu perſonæ.non eccleſiæ, de obligatis ad
ratiocinia, an poſsint teſtari, remittit Hoſt. ſupra de
obli. ad ratioci.c.uno.13.q.2.illud, 11.q.3.per totum
3 [*Epiſcopo*] ex † dignitate, & ordine ſcripturæ argue, ꝙ
portio epiſcopi eſt præcipua. ad hoc de maio. & obe.
c.1.ſupra titu.1.c.fin.[*Parentibus*] ideſt conſanguineis.
alludit uulgari [*Diſtribuat*] not. Abb.ꝙ id, quod auffer-
tur ab indigno, applicatur fiſco [*Præſumpſerit*] impe-
diendo portiones prædictas,uel inuadendo bona[*A-
nathematizetur*] i.excommunicetur uſq; ad ſatisfactio-
4 nem condignam. Hoſt. ¶Prima†gl.diſt.aut prælatus
teſtatur, aut non. ſecundo in caſu aut res eius ſunt di-
ſtinctę,aut permixtæ.& hoc caſu aut dubitatur,an ha
buerit proprium,aut certum eſt habuiſſe. ſignat con-
5 trarium,& ſoluit. ¶*In†glo.1.ibi,ciuibus*] uide, ſupra eo.
requiſiſti, ſuper glo. hic reſpondet[*& ibi, Quintus Mu-
6 tius*] uide de peculio cleri.c.1.ſuper glo.ult. ¶*In†glo.1.
ibi,præſumendum*] idem hic Inno.[*& ibi,ut dicit Lau.*]Gof.
& Hoſt. Pet.& Abb. qui hoc probant,per uer.ſ. preſ-
byteros ſuos,ſcilicet olim. ſed melius ꝓbat, uer. ſicut
liberi facti ſunt,&c. & uer.peculium, ſcilicet reſpectu
prioris ſtatus. ¶*In glo.2.ibi,nullus*] ubi de hoc. ¶*In gl.ult.
in fi.*] idem, ſi ſunt excōmunicati, ut ibi notauit Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Inteſtatus rector mori quis dicatur,& tunc ei ſuccedit eccleſia,niſi in caſibus, & quibus.*
Orationis particeps quis ſit duobus modis.
2 *Se,& ſua qui dedit an tantum præſentia dediſſe uideatur.*
3 *Aſſertio quæ faciat probationem.*
Confeſsio quando præiudicet,& probet, & nu.4.
Præſumptioni ſufficienti ſtatur.nu.4.
4 *Vijus ad ſenſum refertur ſuum.*
Adminiculatio probationis iuuat, & quæ ſit hic.
5 *Atteſtationibus publicatis quis auditur, & quando, ut hic.*

6 *Epiſcopi auctoritas ad agendum etiam pro eccleſiis, & quando admittatur, & quo nomine.*
Ad eius diſpoſitionem omnes decimæ, & oblationes pertinent.
Pro collegio ſuo quilibet ſuperior agere poteſt.
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 8.*
Teſtantis uerbis ſtatur, & quo caſu hic.
Furioſi, & mentis non compotis uoluntas non ſeruatur præterquã in caſu, & quo hic, & num. te.
9 *Additio gloſſarum.*
Iuramenti delatio petenda, & quo caſu hic proderat.
Gloſſa addita hic à tempore Inno.
Ad monacatum probandum quæ uerba non ſufficiebant hic.
Auclen. hoc obtinet, quando ſit locus. §. in gl. uidetur.
Confeſſio an præiudicet filio quò ad legitimam.
10 *Fatuus fatua loquitur.*
Stultitia probatur ex factis, & quibus hic.
Hæredi non ſufficit adiuiſſe, niſi & poſſeſſionem apprehendat, in fi.

C A P V T III.

1 Vm dilectus. Caſus. Rector eccleſię dicitur inte
ſtatus, ſi nullum facit teſtamentum, uel fe-
cit, ſed furioſus, & tali ſuccedit eccleſia: ſe-
cus ſi appareret illum monacum, uel ſana mẽte teſta-
tũ. & ſunt quatuor partes. in prima factum deciſum.
in ſecunda motiuum papæ ad ſententiam. in 3. allega
tio epiſcopi differentis ſententiam. in quarta diffiniti-
uæ commiſſio. ſecunda ibi, Sufficienter. 3. ibi, Quia ue
rò. 4. ibi, Nos cauſam [*Habebat*] & epiſcopus cõtra Ab-
batem. erat enim hic conuentio, & recõuentio, ut pa
tet in fi. ſecundum Inn. & Hoſt [*Propoſuit*] poſt aduen-
tum partis epiſcopi [*Orationum*] id eſt ut particeps eſſet
orationum, Inn. quaſi non fuerit hic illud nudũ par-
ticipium, de quo habetur, infra de priui. cum & plan-
2 tare, §. de confratribus [*Se, & ſua*] recitat † hic Guido
Bet. Prouin. notaſſe. 27. q. 1. nuptiarum. ꝙ conuerſus
eccleſiæ ſecularis. qui dedit illi ſe & ſua p̃ſentia, & non
futura dediſſe uidetur, ff. man. ſi mãdaueto. §. 1. & de
au. & arg. lega. l. ſi ita. tamen ad contrarium alle. illud
c. ibi, nulla Chriſto, & c. & C. quæ res pig. ob. poſſ. l. ul. vi
de quod no ea. q. ut lex, & quod ibi dicit Archi. ſuper
glo. [*Et infra*] continetur ſub hac deciſa, qualiter poſt
commiſſionem prædictarum conuentionis, & recõ-
uẽtionis, & proceſſum factum per quoſdam iudices
delatum eſt negocium ad papam, ſecundum Hoſti.
3 [*Aſſeruit*] aſſertio iſta. quæ eſt † de præterito, & fit extra
iudicium, non eſt ſufficiens probatio. ſi tamen ſolen-
niter quis cõfiteretur etiam extra iudicium, & poſtea
conueniatur, non eſt audiendus contra ſuam confeſ-
ſionem. niſi oſtendat ſe aliter intellexiſſe, uel aliud ra
tionabile, ut not. ſup. de elect. per inquiſitionem, §. de
proba. per tuas. hic autem hæc confeſſio obſcura hñs
uarium intellectum, hoc probat decre. quam allegat,
& ſic ceſſent, qui Inn. reprehendunt, & uide, quod di-
xi in Spe. de confeſſione §. nunc uidendum, ſu p uer.
ſed nunquid patris. ideò non eſt ſufficiens probatio;
quia non uiuit is, qui confeſſionẽ fecerat, & ideò non
poteſt dare intellectum confeſſioni, arg. ĩ. de accu. cũ
dilecti. Eſt tamen ſufficiens præſumptio. unde & ei ſta
tur, ut ſequitur ſecũdum Inn. qui hoc intellexit, vt no.
in 4. gl. [*Vnde cum requiſitus*] q. d. ex hoc magis præſumi-
4 tur, ꝙ uoluit teſtari [*Vidiſſe*] uidere potuit † rerum tra-
ditionem, & perſonam tradẽtem, & recipientem, ſed
uerbalem donationem uidere non potuit, de hoc, ĩ.
de conſue. c. 2. de teſti. cum cauſam, Hoſt. [*Vehementer*]
in tantum enim adminiculatur cõfeſſio archipresby-
teri, quod ſe, & ſua reddidit, ꝙ condẽnatur epiſcopus,
ac ſi probatum fuiſſet illum profeſſum, ſecundum In
noc. ſed Hoſtien. dicit, quod hæc inducebant proba-
bilem præſumptionem. nam, ut dicit, tales poſſent eſ-
ſe præſumptiones, & tale factum, de quo quæritur, ꝙ
cum uno teſte fidem facerent. hic autem dicit, quod
dicam ſuper 2. gloſſ. [*In extremis*] de illa enim donatio-
ne agebatur ſecundum Hoſtien. [*Probauerit*] ſi dicas,
5 quomodo † auditur epiſcopus atteſtationibus publi-
catis? reſpondet Hoſt. ꝙ alius erat articulus, per quem
Abbatis probatio reprobatur indirectè, ſic ſupra de
teſti. ex tenore. §. fi. & c. fraternitatis. ſed & per modũ
reſti. in inte. admitteretur etiam poſt concluſionem,
ſupra de reſtitu. in inte. auditis [*Imponatur*] in eo, ꝙ erat
actor [*Reſtituere*] & ſic ſuccumbit etiam epiſcopus in
eo, quod erat reus propter ultimam uoluntatem, ex
qua agebatur, ſufficienter probatam, ſecundum Ho-
ſtien. [*Dixiſſe*] hoc caſu meritò ſuccũbit Abbas, quia
nec probata eſt profeſſio, nec ultima uoluntas [*Nomi*
6 *ne* † *parochialis eccleſiæ*] no. ꝙ epiſcopus agit pro eccleſia
parochiali uacante, Inno. & idem uidetur de eccleſia
etiam non uacante. ar. 10. q. 1. regenda. & per totũ. nã
& monaci hoc faciunt de eccleſiis ad ius ipſorum per
tinentibus, de præſcriptio. ex tranſmiſſa, de offi. ordi.
cũ uos. ſed & omnes decimæ, & oblationes pertinent
ad curam. & diſpoſitionem epiſcopi. 33. diſtin. præter
hæc. 12. q. 1. præcipimus, & c. eccleſiaſticarum. & tota
diœce. eſt ipſius parochia, ut patet, infra de deci. ad a-
poſtolicæ, ſupra de dona. apoſtolicæ. unde & in Ab-
batiis hoc iure utitur; infra de ſtatu mona. c. ulti. §. ꝙ
ſi Abbas. ſecundum Hoſtien. & dixit Innocen. idem
forſan in quolibet ſuperiore, ut pro collegio ſibi ſu-
biecto poſſit agere. argum. C. de epiſco. & cleri. nulli,
& l. ſi quis ad declinandam, & in prædicta decr. ex trãſ
miſſa, ubi de hoc, & ſupra de reſtitutio. ſpolia. olim. 1.
& dicam, ĩ. titu. 1. c. 2. ſuper uer. ecce. Not. autem Abb.
epiſcopum hoc caſu agere nõ ſuo nomine, ſed eccle-
ſia [*Fuerant*] & quæ acquiſiuerat intuitu perſonę, ut in
glo. [*Impetitione*] ſcilicet quo ad illa bona, quæ fuerant
archipresbyteri. nã ſi aliqua occupaſſet, quæ fuiſſent,
aliàs mon. ut uidetur ſupra dicere tex. ad illa reſtituen
da teneretur epiſcopus, licet teſtamentum archipreſ-
7 byteri non ualuiſſet. ¶ Soleo † ſignare cõtrarium aſcẽ
ſiuè, & dicere, ꝙ Lau. unam fortuitam obiectionem,
& ſoluit, & hoc in ulti. glo. Io. ſignat duas, quas ſoluit,
& hoc in gl. antepenul. & penul. T. ſoluit duo contra-
ria in gl. hoc ideo. Vincen. unum in gl. uidetur, unam
ob. in gloſſ. ſolus teſtis, ſcilicet quòd epiſcopi prob a-
8 tio ſit ſuperflua. ¶ *In* † *glo. ſolus. ibi, contra eum*] uide de teſti.
ex tenore, ſuper ulti. gloſſ. ¶ *In glo. uidetur, ibi, ex hac ſcri-
ptura*] ſi dicat teſtator, ſciant hæredes mei res tales li-
bertis meis me in uita donaſſe, benigna interpretatio
ne dominium pertinet ad libertos. ¶ *In glo. hoc ideò, ibi,
furioſus*] dum furore laborat: ſecus, ſi cœperit illud, &
conſumauerit, dum eſt ſanæ mentis, ut ibi [*& ibi, nec co
dicillos*] etiam codicilli facti ab illo, qui non erat com-
pos mentis, non ualent; & qui hoc dicit, id probet [*&
ibi, quidam*] cum præcipit teſtator oſſa in mari proijci,
primò inſpicimus, an fuerit tunc compos mentis [*&
ibi, ſi filius*] uide ut eccle. benefi. ut noſtrum, ſuper 5.
gloſſ. ¶ *In glo. ſed nonne, ibi, ſi quis in tantam*] uide de dolo.
c. 1. ſuper 5. gloſſ. [*& ibi, non eſt dubium*] ſequitur, denega-
ri actionem legatorum ei pro portione competenti
9 in rebus, quas de hæreditate ſubtraxit. ¶ *In* † *glo. 2. in fi.*]
ſed quare non fuit delatum iuramentum Abbati? de
procu. ex inſinuatione, de iureiuran. c. fi. C. de re. cre.
in bonæ. Reſpon. rerum petitarum quãtitas diſſuaſit,
ff. de legi. tu. legitimos, Goſ. dicit Hoſt. ꝙ non fuit peti
tum. Item ſm cum nõ profuiſſet Abbati, qui agebat
ex ultima uoluntate, non ex donatione inter uiuos:
quare non iuuaretur ex alia cauſa, ſcilicet ex dona-
tione probata; hoc quò ad ſuam petitionem: quo ad
petitionem epiſcopi non fuit petitum ſecundum eũ.

¶ In

a ¶ *In gl. 4. ibi, nec intelligas*] ſm Inn. à cuius tempore fuit hæc gl. & idem alii moderni [*& in fi.*] ut ibi. ¶ *In gl. ſolus, ibi, obtulit*] uerũ eſt, ꝙ illa uerba non ſufficiebãt ad probandum monacatum, ſed ad probandum ultimam uoluntatem bene. ut dictum eſt in 4. glo. [*& ibi, admitti*] q. ſuperflua ſit eius probatio ex quo non probauit Abbas qa actor erat: ſed uerũ eſt, ꝙ uterq; erat actor, ut dixi in textu. melius tamen diceret cogi. ¶ *In glo. uidetur quòd, ibi Reſponderi poteſt*] quare datur reſponſio cũ concordet. Cõfeſsio enim iſta ſufficit. dummodo de ea conſtet. ut dictum eſt. in 4 glo. ſic & in l. neceſſe eſt conſtare de illa ſcriptura [*& ibi, auct. hoc obtinet*] hæc autem non loquitur in donatione, uel legato, ſed in debito, quo quis in teſtamento ſe confitetur obligatũ, in quo magis ſit præiudicium hæredi: quia non deducit Falci. ſed in primo deducit. & de hoc an confeſsio præiudicet filio quò ad legitimam, in Specu. de confeſsi. §. nunc uidendum, uerſ. nunc ſequitur uidere. ¶ *In glo. ſcilicet, quòd, in fine*] ultimam enim uoluntatem ſufficienter probant. ¶ *In glo. hoc ideò. ibi, teſtamentum*] Re-

10 ferri Valerius lib. 8. c. pen. in prin. teſtamentum cuiuſdam furioſi per ſenatores approbatum: quia bene diſ-

b poſuerat ibi furioſus[b], & probari poterit per eius uerba. ut dicebatur in antiqua. ad id. ff. de tut. & cu. dat. ab his, l. his. ff. de condi. inſtit. quidam. Nam fatuus fatua loquitur. 93. di. legimus. & Iob. Quaſi una ex Inſipientibus locuta es. Iob. 2. c. 23. q. 8. conuenior. ex factis ꝓbatur etiam ſtultitia. nam ſtultus eſt, qui nomen ſuũ ignorat, C. de hære. inſti. l. ult. & perpenditur ſtultitia in eo, qui non uult diſcere. 22. diſt. de Conſtantinopo-

c litanæ[c], 10. [*& in fine*] de hoc in Spec. de proba. § 1. & uerſi. pone, quidam. ¶ *In gl. ſi intelligas, ibi, eo caſu*] idem Inno. & Hoſtien. ¶ *In gl. pen ibi, poſt aditam*] forte non ſufficit, ꝙ hæres adiuerit, niſi & poſſeſsionem apprehenderit. ut ibi no. ¶ *In gl. ult. ibi, Rainutius*] & ibi dixi de hoc ſuper gl. petiuerat [*& ibi, non probauit*] idem Hoſt.

ANNOTATIONES.

a ¶ Intelligas. ſecundum Inn. contra gl. facit & cõtra tex. l. ex facto, ff. de hær. inſt. & l. ex his, C. de teſt. mili. ſolue, ut ibi no. & Bar. in l. ex hac ſcriptura, ff. de dona.

b ¶ Furioſus. No. ex iſta gl. ſemel furioſum. hodie præſumi furioſum alias quilibet præſumitur ſanæ mentis. vide doct. Bald. & Jaſ. in l. furioſum, C. qui teſt. fa. poſſ.

c ¶ Conſtantinopolitanæ. Vide plenè per Barto. in l. fin. ff. de bono. poſſeſsio. furio.

SVMMARIVM.

1 *Morimur omnes.*
Mortui teſtati, uel inteſtati ſepeliendi.
Continuatio huius tituli.
Sepultura ſumitur diuerſis modis, & qua hic.
2 *De ſepulturis in quibus alijs iuris pontificij locis præterquam in hoc agatur.*
Mortui prælati ſepeliendi ante electionem ſucceſſoris.
Sepultura archiepiſcopi cum pallio.
Sepulti qui exhumandi.
De ſepultura pactum, quod hic non ualet, & cui ius competat eccleſia.
Sepultura cui negetur, pro ea nihil exigendum, quando negetur.
Religioſi, ubi ſepeliendi.
Sepultos etiam quandoq; ligat, & abſoluit eccleſia.
Extrauagans Bonifacij citatur ab auctore.
3 *Sepulturam concedere non prohibitam eſt humanum, & pium, è contrario denegare, omni qui iure, & addit exempla.*
Humanitatis officium erga mortuos commendatur.
4 *Sepultura, & exequia ſine luctu fieri debent, ex multis etiam ſacris auctoribus.*
De ſepeliendi diuerſis ritibus & moribus.

De Sepulturis. Rub.

1 ¶ Omnes† morimur, & quaſi aqua dilabimur. 2. Regum 14. c cui cõuenit. 13. q. 2. vbicũq;. 2. de pę. & re. cũ ex eo, poſt prin. ff. de condi. & de. l. 1. mortui autem teſtati, uel inteſtati ſepeliẽdi ſunt ut inf. dicetur. etiam ſi hoc prohibuerint. de hoc 21. diſt. nunc autem. in glo. 2. & ꝓbat lex ibi allegata ff. de condi inſt. quidã. ideò poſt tractatũ &c. quomodo diuerſis modis ſumitur ſepultura uide no. inf. c. pen. in 1. glo. & quod ibi dicã. In materia noſtra dicitur ſepultura locus concauus, quo in eccleſiaſtico cœmeterio corpus catholici cõquieſcit. Ad primum, infra c. penul. ibi, effodi ſepulturam. Ad ſm. 12. q. 2. aurum. ubi dr. ꝙ in cęmeterijs eſt requies chriſtianorum defunctorũ. & uide quod no. 14. q. 2. cum grauia, & j. eod. c. fraternitatem. Ad hanc

2 †rubricã ſe habet cauſa. 13. & maxime. q. 1. c. 1. 2. q. 2. c. 2. cũ ſe. uſq; ad fi. Itẽ repetitur hæc rubrica, in 6. & hæc multũ eſt utilis. & in clem. & hæc ſatis eſt rigoroſa. ſed ut aliquid penitus nouum ad rubricas alias dilatandũ aggrediar, eſt ſciendum, ꝙ in hac compil. ſunt hæ decre. quæ de ſepulturis loquendo ſaltem in parte competerent huic titulo, licet ſub ſuis titulis competẽtius collocentur. Eſt prima de elect. bonæ. 2. ante electionem ſucceſſoris debet prælatus mortuus ſepeliri. Itẽ archiepſ cum pallio ſepelietur. de uſu pal. c. 2. Fideles à ſciſmaticis ſepulti per hoc exhumandi non ſunt, de ſacra. non ite. c. 2. Pactum per cõductorem factum locatori, ut apud eccleſiam ipſius ſepeliatur. non ualet. de pact. pleriq;. Matrici eccleſiæ cõpetit ſepultura, de præſcri. ex tranſmiſſa. & ius ſepeliẽdi præſcribi poteſt, eo. titu cum olim. Sepultura priuatur non reſtituens eccleſiæ decimam ad eam ſpectantem. de deci prohibemus. Negatur ſepultura à profeſſo, qui propriũ nõ reſignauit in morte, de ſtatu mon c. 2. uer. qui uerò, & c. ſuper quodam, & c. cum ad mona. uerſ. ꝙ ſi. Polluta ſunt cœmeteria & ideò recõcilianda, In quibus excõmunicati ſepulti fuerunt, de conſe. eccle. uel alta conſuluiſti. Pro ſepultura, uel exequiis mortuorũ nil exigi debet. de ſimo. non ſatis. & c. cum in eccleſiæ, & c. ſuam, & c. audiuimus. Sepulti etiam Iudæi exhumari non debent de Iudæ. ſicut. Clerici etiã priuilegiati hæreticos credentes & c. nõ debent ſepelire. de hæreti. ſicut ait, & c. excõicamus. 1. §. ſanè. Negatur ſepultura mortuo in torneamento, qui uenerat cauſã pugnãdi, de tornea. c. 1. Sed ſi ob aliam cauſam uenerat. ſepultura conceditur, eo. titu c. 2. Raptori pertinaci, qui nõ ſatisfecit in uita, cũ poſſet, & in morte nõ põt, negat̃ ſepultura ſolẽnis, de rapto. c. 2. Cõcedit̃ ſepultura excõicato, q in morte pęnitẽs fuit ꝑ presbyterũ abſolutus, eo. ti, in literis. Negat̃ ſepultura manifeſto uſurario, q nõ ſatisfecit, ut de uſuris, qa ĩ oĩbus, & c. cũ tu. Blaſphemo Dei, uel ſanctorũ impęnitenti negat̃ ſepultura. de male. c. 2. Religioſi nõ cogunt̃ extra ſua moñ. ſepeliri, de exceſ. ꝓla. nimis iniqua. Cũ priuilegiati celebrãt tẽpore interdicti, nõ dẽt tũc mortui ſepeliri de priui. cũ & plantare. §. quod ſi. Si etiã exempti ſepeliant excõicatos, cogunt̃ illos exhumare, eo. titu. ad hæc. Quo ad priuilegiatos de ſepeliendis confratribus tempore interdicti, qui dicantur confratres. eo. titu. ut priuilegia, tempore generalis interdicti negatur ſepultura, de pęniten. quod in te. & ei, qui ſemel in anno nõ confitet̃, non coicat. eo. tit. omnis. etiam ſepultos qñq; ligat, & ſoluit eccleſia, de ſen excom. à nobis. 2. In 6. lib. habemus. 7. de pact. c. 1. de reli. do. c. uno. §. perſonis, de con ecl. eccle. uel alt. c. uno, de hæreti. c. 2. in princ. de uſur. quamquam, de priuil. epiſcoporum. de ſent. excom. is cui. §. 1. in clemen. de pœnit. cupientes. §. ſanè. Item extrauag. Bonifa. quæ incipit, deteſtãdæ. ¶ Eſt autem

3 †ſciendum, ꝙ ſicut extra caſus prohibitionis ſepultu-

ram concedere eſt humanum & pium, ſic & illam ne
gare eſſet crudele, inhumanum & impiũ. Hæc patent
eccleſiaſtici. 7. Mortuo nõ negabis gratiam. ſ. ſepultu-
re. 13. q. 2. in eccleſiaſtico. unde de primo ſpecialiter di
cit canon, ꝙ ſepultura in vniuerſo orbe chriſtianis cõ
cedenda eſt. ca. q. qui diuina, in fi. unde ponit Vale. lib.
1. c. de ſomniis, excp. 11. ꝙ Simonides poeta ad littus
applicans corpus, qđ ibi uidit inhumatũ, ſepeliri man
dauit, propter quod periculum maris euaſit, ut ibi, &
terræ, ut ti. ſequenti de miraculis ultra medium. vnde
ibi Valerius. Quid hac felicitate locupletius, quã nec
mare, nec terra ſæuiens extinguere ualuit. Itẽ ipſe, lib.
5. c. 1. de humanitate, exemplo. 16. Commendat Cæſa-
rem, qui caput ſui hoſtis Pompeij ſibi per regem Egy
pti deſtinatum honorificè ſepeliri & cremari fecit: qđ
licet, paulo ante Romani fuiſſet imperii culmẽ iacuiſ
ſet inhumatum, ſi humanitas Cæſaris nõ fuiſſet. Et in-
terſerit auctor ſic mortalium negocia fortuna verſat.
Et ibi in ultimo exemplo commendatur Annibal,
qui ſucceſſiuè tres Romanos Paulum, Graccum, &
Marcellum ipſius hoſtes occiſos honorificè ſepeliuit.
Humanitas enim hoſtilem ſanguinem hoſtilibus la-
chrymis miſcet. Subdit ibi Valerius ad illos Romanos
ꝙ non pœnitendas ſortiti ſunt exequias, quę licet opta
bilius fiant in patria ſpecioſius tamen pro patria. De
ſecundo pſal. 78. in prin. vbi inter horribilia inſerit, nõ
erat, qui ſepeliret. unde Valerius lib. 5. de ingratis, reꝑ-
hendit Athenienſes, qui Melchiadẽ in carcere mor-
tuum ſepeliri non ꝑmiſerunt, niſi Cymo, aliàs Amon
ipſius filius carcerem intraret. unde ibi. c. ſe. de ple. er-
ga parẽtes, dicit Valerius. Nec te quidem Cymo, aliàs
Amon. ſilentio inuoluam, qui patri tuo ſepulturam
uoluntariis uinculis emere non dubitaſti. nã & ſi ma-
ximũ tibi poſtea & ciui & duci euadere cõtingit: plus
tamen laudis in carcere, quàm in curia aſſecutus es.
his conuenit, ꝙ eodem c. dr. exemplo. 12. de Scithis,
qui reſponderunt Dario, ꝙ non pugnabant niſi ꝓpa-
4 rentum tumulis defendendis. ¶ Eſt tamẽ ſciendum,
ꝙ ſepultura, & exequiæ tales fieri debẽt ſine luctu. 13.
q. 2. quàm præpoſterum, cum tribus capitulis ſequen-
tibus, in quibus etiam ponuntur illa uerba. j. ad Theſ-
ſa. 4. Nolumus uos ignorare fratres &c. facit, quod in
Hiero. ſcripſit ad Celantiam poſt prin. Et in epiſt. Ne-
potiani, & in conſolatoria ad Paulã ſuper morte Bræ-
ſillæ, per totum. & ad Tyraſium ſuper morte filiæ, per
totum, & quod dicit de limo. ;licet Heli. in prin. unde
Thobiæ in fi. legitur de Thobia iuniori, quod eius co
gnatum cum gaudio ſepeliuit illum. Valerius etiã lib.
2. c. 1. circa fi. commendat Marſilicñ. qui diem funeris
ſine luctu finiebãt domeſtico ſacrificio, & neceſſario
rũ. i. conſanguineorum conuiuio, ſubdens, quid atti-
net aut humano dolori indulgeri, aut diuino numini
inuidiam fieri, ꝙ immortalitatem ſuam nobiſcũ par-
tiri noluerit. ibi, etiam ſequitur de Thracis, qui plora-
bant natale, & ridebant exequias: & de Lyciis, qui ſu-
mebant in funeribus ueſtem muliebrem, ut cito ue-
ſte depoſita deponerent mærorem. de diuerſis autem
modis per diuerſitates prouinciarum ſepeliendi, &
plangendi defunctos, uide in libro, qui dicitur Bon
compagnus, in fine primi libri.

SVMMARIVM.

1 In ſepulchro maiorum ſepelitur decedens inteſtatus, niſi elegerit, & ſi non ſit ſepulchrum maiorum, ubi ſepeliatur.
Parochialis eccleſia habebit tertiam eius, quod relinquit eccleſiæ ſepulturæ, & quo modo id intelligatur, num. 3. & 4. & quando danda, num. 5. circa fi. & 6. in fi. uide nu. 10.
Viatores, clerici, monaci, & uxor, ubi ſepeliantur.
2 Sepeliendi, funerandi, uel ius quæ eccleſia habeant.
Sepulturæ electionem quid aliquando impediat, quæ fieri poteſt, & num. 1. & 7. & quid conferat eligendi ſepulturæ poteſtas. eo. num. 7.
3 Chriſti actio eſt noſtra inſtructio.
4 Canonica portio epiſcopo, & parochiali eccleſiæ quãdo debeatur, & quo danda tempore, nu. 5. & 6. & quo ad primum, nu. 10.
Iudicium defuncti includit hæredis inſtitutionem.
Diſpoſitio defuncti quæ comprehendat.
Teſtamenti fundamentum hæredis inſtitutio.
5 Pro anima relictum quid dicatur.
Teſtamentorum ſolennitas non requiritur ſuper quibus relictis.
Accipere eſt quandocunque accipere.
6 Dare, pro relinquere hic.
Conſolari quis dicitur ex retributione.
Poſſeſsiones hic, pro laboribus, & quas patiatur eccleſia.
Laicorum uita, & mors quid afferat clericis.
Vt, pro ſicut.
7 Excommunicationis non fertur ſententia niſi pro peccato mortali.
Deteſtari, pro reprobare.
8 Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 9.
Commoda cuiuſque ſequuntur eum, quem ſequuntur incommoda, & num. 11.
10 Additio gloſſarum.
Archidiaconus in decretales has ſcripſit.
11 Terminos ſuos quando quis parochianus, & alij hic deſcripti tranſgredi dicantur, §. fina.

CAPVT I.

1 NOs inſtituta. Caſus. Decedẽs inteſtatus ſepe
litur in ſepulchro maiorum: aliàs ſe-
pelit, ubi elegerit; tamen parochialis
eccleſia habebit tertiã eius, quod re-
linquit eccleſiæ, ubi ſepelit. & ſm hoc
ſunt tres partes, ut ſunt tria dicta. ſecũ-
da ibi, Nulli tñ, tertia ibi, ſed quia [*Vnumquenque*] intelle-
tũ, Pe. & Abb. [*Maiorum*] & ſi non habet ſepulchrũ ma
iorũ, ſepelitur in parochiali, j. eo. in noſtra. Viatores ſe
a pelianturin eccleſia cathedrali.[a] clerici uerò in eccle-
ſiis, ubi ſunt. ubi moriunt, etiã ſi monaci ſũt. 13. q. 2. ubi
cũq; 16. q. 1. s. de oſ. archiepi. officiũ. uide qđ dicã, j. c. 1.
2 lib. 6. ſup gl. De uxore dicet. j. eo. de uxore. Sciaſt tñ,
ꝙ nõ oĩs eccleſia hẽt cœmeteriũ. i. ius funerãdi, aut cor
pora ſuſcipiẽdi, etiã ſi ꝓ fratribus ſuis, uel certis pſonis
id habeãt: ſed illę tñ. q hñt populũ, uel ſuper hoc ſunt
priuilegiatæ, hñt ius funerãdi: & facit qđ dixi. s. de cle-
b ri. nõ reli. q a nõnulli.[b] ſed & qñq; pacta huius electio-
nẽ impediũt, puta ꝙ nullos, uel non certos parochia-
nos ad ſepulturã recipiãt, de cõſe. di. 1. certũ, ſm Inno.
& Hoſt. & de hoc ultimo dic, ut infra de pact. c. 1. li. 6.
& de materia huius gl. dicã, infra eo. certificari, in 1. q.
[*Exitus*] i. mors. Pet. & Abb. [*Docet*] Gen. 23. 26. 49. [*Pro
priam*] i. in propria eccleſia, Abb. [*Alienam*] i. in aliena
3 eccleſia, Abb. [*Dominus*] quaſi actio Chriſti ſit inſtru-
ctio noſtra, de elec. ſignificaſti. 2. q. 1. Deus [*Elegit*] ipſo
facto ſm Io. & Ho. & hr hoc Io. 19. in fi. [*Dignus*] Mart.
10. & 12. q. 2. quicunque ſuffragio [*Tertiam partem*] di-
cunt quidam, ubi eſt conſuetudo. Idem dic ſecundũ
Innocen. ubi non eſt conſuetudo, dummodo non ſit
4 conſuetudo contraria [*Sui iudicij*] iam uidi contra e-
piſcopos, & parochiales eccleſias allegari, quòd cã-
nonica eis non debeatur de relictis iure inſtitutionis.
Item nec de legatis, niſi in eis ſit expreſſum, quòd le-
gantur pro anima. Ad primum adducunt, ſupra titu.
2. officii, & capitu. requiſiſti, & capitu. fi. infra de uer.
ſignifica. ex parte. 3. quæ iura utuntur uerbo relicti, &
legati. Ad ſecundum inducunt prædictam decre. re-
quiſiſti, in prin. & quod no. infra eo. cum ſuper, in 1.
glo.

gl.& c.in noſtra,ſuper ver.reliqnit. Tu dicas contrariũ
in utroq; membro.& in primo probet id identitas ra-
tionis,ſupra de transla.c.2.de confir.uti.uel inu. cũ di-
lectæ,& leges ibi alle.in 3.gl.hoc idem probẽt hæc de-
cre.& infra proxima,& infra c.de his. & c. cum ſuper.
iſta enim dicit de iudicio defuncti deberi canonicã.
Iudicium autem defuncti hæredis inſtitutionem in-
cludit.facit,C.de ſacroſan.eccle.l.1.infra eo.tit. c.pen.
lib.6.& quod no.eo.lib.de reg.iur.in iudiciis.decr.ꝓx.
dicit canonicam deberi de omni eo,quod diſponit te
ſtator,etiam ſi ſit immobile. ſed diſpoſitio,eſt uerbũ
generale comprehendens inſtitutionẽ hæredis, fidei-
commiſſa,& legata,ut patet de teſta.quia nos, C. eo.
in teſtamẽtis.infra eo.in noſtra. comprehendit etiam
electionem ſepulturæ,infra c.cum liberum.nec mirũ
quia etiã adiectum perſonæ, cui relinquitur, ſapit in-
ſtitutionem hæredis,ſ.de teſta. cum tibi.inde pſal. 88.
Diſpoſui teſtamentum electis meis,& Actu.3. in fi.te-
ſtamentum,quod diſpoſuit deus ad patres ueſtros. ſi
ergo de omni,quod pro anima diſpoſuit, debetur, &
hæredis inſtitutio diſpoſitio eſt,& eſt probatum.ergo
etiam de eo debetur, quod per inſtitutionẽ habetur.
Item de immobilibus,ut ibi. In decr.uero,de his,aper
tè eſt caſus. cõſtat enim, ꝙ ibi monaſterium eſt hæres
ingreſsi, & tenetur ad debita, & legata; tamen ex quo
oblatio perſonæ,& rerum,uel perſonæ ſimpliciter fa-
cta eſt in infirmitate,de qua deceſsit,debetur canoni-
4 ca,ut ibi.Decre.uerò,cum ſuper,infra eo.dicit de te-
ſtamento deberi canonicam.Fundamentum uero te
ſtamenti eſt hæredis inſtitutio, inſti.de leg.§. ante hæ-
redis.ergo includit etiam quod ex inſtitutione obue-
nit.Item ius ultimum in materia canonicæ,ſcilicet de
cre. ſuper cathedram,innouata per concil.Vien.de ſe
pul.dudum.§. huiuſmodi,ibi,Nec nõ de datis &c.ap-
tè facit pro hac parte. ad hoc etiã uideri poſſet, quod
no.Hoſt.in ſumma huius tit §. uetus eſt quæſtio, ſub.
§.& de quibus.Ad alle.in contrarium reſpondetur,ꝙ
uerbum relicti & hæredis inſtitutionem includit,ſup.
titu.2.Rainutius.& c.ſi hæredes, & uer.legati, eo. titu.
Rainaldus,poſt princ.facit.C. de teſta. quoniam indi-
5 gnum,& l.in teſtamentis. ¶Circa ſecundum† articu-
lum aduertendum,ꝙ nũquam de relicto eccleſiæ,vel
pio loco dubitatum eſt,quin illud dicatur pro anima
relictum,ſed de relicto prælato,uel rectori pij loci, de
hoc dubitabatur,an intelligatur pro anima relictum,
& canon apertè dicit,ꝙ ſi fiat ab extraneo, pro ſalute
animæ dicitur eſſe factum.hoc habetur. 12.q.3. ponti
fices,cuius uerba ponuntur,ſupra tit.2.requiſiſti,uer,
nec eſt.Si ergo relictum prælato,quia cenſetur relictũ
eccleſiæ,dicitur pro anima relictum, fortius expreſsè
relictum eccleſiæ. Item conſtat, ꝙ de funeralibus de-
betur,& illa non leganturꝫ ergo nec pro anima legan-
tur. Ad contrarium ergo ſit reſponſum, ꝙ in non ex-
preſſo intelligitur,ſicut ſupra de reſcriptis,c.2.cum ſi-
milibus.Itẽ conſtat,ꝙ ſuper relictis eccleſiis,licet non
addatur pro anima, non requiritur ſolennitas teſta-
mentorum,ſupra titu.2.relatum.1.ad hoc uide,quod
dicam,infra eo.in noſtra,in glo.ſi quis eligit, in princ.
[*Dari cenſemus*] antequam eligat, ut innuunt ſequentia,
uel poſt:quia accipere eſt quandocunque accipere. 1.
q.1.eos,in fi.dicit Hoſt.ꝙ prima expoſitio magis con-
ſonat menti iuris per literam, & ſic demum, ubi dicã
*ſtatim.Nec ob.contrarium: quia ibi non erat tempus
terminatum:ſecundum tene,& ita ſeruatur: tamẽ cõ-
tra conſuetudinem Hoſt.remittit ad no.de treu.& pa.
c.1.dicit etiam hoc æquum. & ideo ſtatutum eſt, ne
contingat parochiales eccleſias defraudari.Permitte-
rent enim illos clamare,ſi prius corpus ſepeliretur.ui-
de remedium no.in cle.eo.tit.dudum,in §. huiuſmo-
6 di,in gl.per hoc,& dicam,infra eo.de his.¶Quod† au
tem hic dari ponatur pro relinqui,patet.ĩ.c.prox.& c.
de his.Apoſtolũ.2.ad Cor.1.A.[*Conſolationum*]ſ.partici-
patione temporalium. unde & pater dicitur cõſolari
de redditiõe doris filiæ mortuæ,ff de iure do.iure ſuc-
curſum eſt.Ad idem,ff. ad l.Rhodi. de iac.l.4.§. cũ au-
tẽ paſsiones uerò appellat labores, quos pro ouibus
ſibi commiſsis patitur. Eccleſia, orando, prædicãdo,
& ſacramenta exhibendo.potes notare ſm Abb.ꝙ ui
ta laicorũ eſt clericis paſsio mors uerò cõſolatio.ſunt
ergo corui,qui de morte paſcuntur. 2.q.7. nõ omnis
[*Vt*] pro ſicut [*Et ſic demum*] ergo nõ ante.ſm Hoſt. ad
quod etiã inducit,quod ſequiꝛ, Aliter ne fiat; qđ põt
exponi.i. ne recipiatur quis in alia eccleſia, niſi paro-
chiali detur canonica. alii exponũt.i. ne quis recipiat
alienum parochianum, niſi apud eum elegerit ſepeli-
ri [*Domini noſtri*] cuius uicarii ſumus.de transla c.2.[*Di*
7 *cens*] prouerb.21.G.[*Sub anathemate*] cum igitur† talis ex
cõicari debeat,patet,ꝙ mortaliter peccat: aliàs nõ ex-
cõicareꝛ.ad hoc.11.q.3.nemo epõtũ, ſm Hoſt.[*Dete-*
ſtamur] i.reprobamus factũ,Hoſt.[*& contradicimus*] ſ.ne
fiat,ſm Hoſt. ſm quẽ ſi ꝫ factum fuerit,nõ tenebit, ni
ſi ratione priuilegii aliud cõtingat, Cõceditur.n.qñq;
aliquibus ꝙ ſepelire poſsint eligẽtes, ſalua iuſtitia pa-
rochianorũ.à quibus mortuorũ corpa &c.quę indul
gentia ſm cũ operaꝛ tria. primò ꝙ tenet electio, & ſi
canonica data nõ ſit, licet dari debeat poſtea. ſecũdò
ꝙ tenet, & ſi locus ſit minus religioſus. tertio ꝙ qñq;
diminuit de quantitate conſue. puta exprimendo de
quarta. ꝓ parochiali tamen eccleſia poſſet allegari,ꝙ
8 non ad plenũ ſua iuſtitia ſeruaꝛ ſm cũ. ¶Quinta† glo.
rũdet per ob.& ſo. ¶Vlti.gl.ponit qnq; modos,qbus
9 quis tranſgrediꝛ terminos. ¶[*In† glo.pen.ibi,ſecundum natu*
ram] ſequitur.eſt cõmoda cuiuſq; rei eũ ſeq.quem ſe-
10 quunꝛ incõmoda. ¶[*In† gl.2.in fi.*] & melius in c. Ebrõ.
¶[*In gl. quia, ibi,in Bethleem*] Matth.2.A.quẽ locũ Hie.de
quinq; cõmendat ad Marcellã quinta G.[*& ibi,in Na-*
zareth] Luc.2.gl & in fin.Matth.28. G. ¶[*In gl. quòd reli-*
quit,ibi,ſepulturam] idẽ no.ĩ.eo.cũ ſuper,& c.certificari,
in 1.gl.q̃ fuit.T.& idẽ Inn.ĩ.c.proxi.ubi tenet, ꝙ eccle-
ſia parochialis habet canonicã ſolũ de relictis eccle-
ſiæ,ubi ſepeliꝛ,uel ad quã cõuertitur [*& in fi.*] inf.c.in
noſtra.Hoſt.ꝫdicens, hoc generale uerbũ generaliter
intelligendũ cuicunq; eccleſiæ ſit relictũ: & exponit,
ſui iudicii.i.relicti pro anima in ſpecie,uel genere, uel
qualitercũq;,ſiue conſiſtat in pecunia, uel re mobi.i,
uel immobili, ſalua donatione inter uiuos; qđ dic, ut
inf. c.de his,& c.in nr̃a, & ſaluo pſonali relicto; quod
dic,ut ſupra de teſt. requiſiſti.§.fi. & ſaluis aliis caſib⁹,
no.Infra c.1.huic opinioni uidetur cõcordare Pe. ex-
ponẽs,iudicii.i. relictorum eccleſiis, uel monaſteriis.
Expreſsius autem id tenet, infra cap.in noſtra, & ipſe
Egi.infra tit.proxi.ad quod inducit uer.ibi, Omnium
rerum &c. vbi etiam hoc uidebatur tenuiſſe gloſſ. 3.
Opinio gloſſ.placet Abba. maximè iſta ratione: quia
ſi iſte in propria parochia ſepelire iuſsiſſet, & aliis ec-
cleſiis aliqua legaſſet,parochialis eccleſia de illis nihil
perciperet. Quare ergo grauarentur illæ eccleſiæ ex
electione ſepulturæ. Idem Archid. infra eod.c.2.lib.6.
& ſic corrigit, quod olim hic tenuerat, ſcilicet cum
Hoſtien.ad hanc gloſſ. remitto in clemen.eo.titu. ca-
pitu.dudum. §. uerum, in gloſſ. quarto. ¶[*In gloſſ.2. ad*
11 †*quem,ibi, Emolumentum*] & econtra, ea.diſtin.rationis,
ubi de hoc,& plenius infra de regulis iuris, qui ſentit,
lib.6.ponit Hoſtien.ver.Commoda.qui ſentis,iungas
onus emolumentis. ¶[*In glo.ult.ibi,admittit*] multo for-
tius, ſi allicit, & contra hos eſt prouiſum, infra eod.
capitu.1. libro ſexto,in concil. Vien. de pœniten. cu-
picntes, in fine [*& ibi. Nequitia*] & ibi nota,qua pœna
talis puniri debeat [*& ibi, recepit*] ſine licentia proprij
ſacerdotis [*& in fine*] Item cum eum recepit diebus

dominicis,infra tit.j.nullus. Item cum quis ſciẽter ius alterius occupat,de elect.uenerabilem , in prin.Item quando religioſus tranſgreditur terminos ſuæ primæ inſtitutionis,de ſtatu mo,recolentes.Item cum magiſter antiqua iura ſine cauſa corrigit, de hoc infra, de regu.ad Apoſtolicam. Item cum quis priuilegio ſuo abutitur, de priuile.porrò.

ANNOTATIONES.

a ¶In eccleſia cathedrali. Vide glo.quæ incipit,& ita uidetur, infra eo.in noſtra.
b ¶Quia nonnulli. Vide Arch.& Io.And.in c.1.de pact. lib.6.
c ¶Debetur canonica. Vide Bart.in l.1.ff.de teſta. & d.Pe.de Peru. in ſuo opere quartæ epiſcopalis,uerſi.uenio ad ſextum cap. principale.

SVMMARIVM.

1 *Rei appellatione hic non continetur poſſeſſio.*
Canonica de quibus & cui debeat,& à quibus, & num.2. & 5. & quo tempore danda,& quibus caſibus ceſſet,nu.3. & à quibus eam habeat epiſcopus,& qua ratione,eo.nu.1.
2 *Eam ſi petere negligat,uel deceſſerit presbyter,an & qualiter eam epiſcopus poterit petere, & an pro ſua portione tantum.*
Epiſcopo rector pro ſua canonica portione agere uolens anteponendus.
Specialis adminiſtrator generali præfertur,in prin.
4 *Epilogus,& additio gloſſarum num.5.*
Monaſterium qui ingreditur,mori dicitur, & de quibus bonis eius canonica portio, & cui debeatur.

CAPVT II.

1 RElatum. Breue† eſt,nec diuiſionem recipit [*Rerum*] mobilium, & ſe mouẽtiũ, ut quod de poſſeſſionibus ſequitur,nõ comprehendat[a], & ſic de omnibus eſt dãda cañ.ad hoc,infra eo.in noſtra [*Eccleſiæ*] ſcilicet parochiali.& no.cañ. dari eccleſiæ parochiali, & non epõ ad idẽ s.c.proxi. contra de teſta. officij, & c.requiſiſti.Rñ.conſuetudinẽ in his ſeruandã. uel dic, ꝙ minores eccleſiæ inter ſe diuident:ſed eps partẽ ſuã ab utraq; recipiet,ſi ſunt ambæ in ſua diœc.ſed ſi ſunt in duabus partib⁹,uterq; eps à ſua eccleſia recipiet canonicam.una uerò eccleſia nõ tenebitur ad duas canon.epiſcopales.Item quartam ſuam nõ recipiet epiſcopatus ꝑꝑ ſepulturã, cum nec illum ſepeliat, ſed ꝓ ſuo iure epali, & ꝑꝑ cõionẽ, quam habet cum eccleſiis,ut in prædictis iuribus. Monaſteria uerò,& alia loca etiam exempta,templarij,& hoſpitalarij ab hac canonica non dico epo, ſed parochiali eccleſiæ debita non ſunt exempta,infra eo.in noſtra, ſm Inn. ſuꝑ his remittit Hoſt.ad ſummam,eo.ti.ſub §.uetus eſt qò.§.
2 & uerũ,& §.& à quibus.¶Illud† no.ſm Inn.ꝙ ſi pſbyter negligens eſt in petẽdo ſuam cañ.eps nomine ſuæ
b parochialis[b] eccleſiæ illã petet,ad quod.s.titu.1.c.fi.tñ quia primitiuo iure hęc omnia ad manus epiſcoporũ uenire debebant,& per ipſum diſpẽſari. 12.q.1.eps, &
c c.percipimus,& q.2.nobis,Vulteranę,& c.ſe.[c] ſic ergo ſi illud ius primitiuum attẽderemus, & pro ipſis aget eo iure,quo recipit,& diſpenſat.Si tamẽ rector nõ negligat, ſed agere uelit, erit epiſcopo præferendus, ad hoc de iudi.cum deputati,de reſcr.edoceri, ubi no. ꝑ quæ patet poſtea conſtitutũ ſacerdotẽ & miniſtrum ꝓ rebus ad ſuã eccleſiã pertinentibus agere; uide qđ dicam,j.eo.de his,in gl.dicunt quidã. & per hoc patet ꝙ ſi Rex,Dux,uel magna perſona moritur,& alicubi ſepelitur, ꝙ epiſcopus oĩa data pro ſepultura debeat accipere,& dare ſuam partẽ eccleſiæ,quæ ſepeliuit,& de reſiduo partes facere inter eccleſias, à quibus ꝑ anni circulum percipiebat ſacramenta. ad hoc de deci. qm,& per dicta c.nobis,& Vulteranæ,ſm Inn.& facit quod poſt eum dicam,de deci.nouũ,in glo.mag.ner. Item nõ credit,& probatur j.eo. cum quis,lib.6. hoc non placet Hoſ.cum alia ſit cañ.epiſcopi,& alia parochialis eccleſiæ;ſuper quo remittit,de teſta.c.fina.fatetur tamen uacante parochiali eccleſia, uel rectore negligente,poteſt epiſcopus ſuam portionem exigere non ſibi appropriandam,ſicut faciunt quidã.ſed futuro rectori conſeruandã. uel iam inſtituto reddẽdã, de of.or.cum uos,detractis expenſis,ff.fami.ercil.fundus qui,de procu.cum pro cauſa.hæc autem cañ. ſm Inn.nõ ſolum deducitur de relictis ꝓ ſepulturis, imò & de oblatis pro aliis cauſis,& ſacramẽtis, puta benedictione nubentium,pœnitentiis,extrema unct.& ſi. cum eadem ſit ratio,ſ. ꝙ dignus eſt operarius mercede &c.Satis enim eſt,ꝙ offertur ꝓ eccleſiaſticis ſacramentis,uel pro his,quæ ſacramentis eccleſiæ ſunt annexa.Dicit autem Hoſt. etiam de aliis ſacramẽtis hoc ſatis expreſſum,de uer.ſig.cum inter,& ibi uide in gl.
3 10.excep.[*Relinquat*] antequam† ſepulturam eligat ſm Hoſt.s c.1.& ponit hic caſus, in quib⁹ ceſſat cañ.ſ. ꝑꝑ priuilegiũ, s.tit.2.officiũ, in fi. quod uidendum eſt, de priui.porro. Itẽ qñ à teſtatore relinquit certa portio, ita,ꝙ plus nõ exigatur,quod dic ut ibi, & fauor terræ ſanctæ,infra eo.in noſtra.& quando relinquitur obtẽtu perſonæ,vt in c. requiſiſti.in fi.uel ad cultum diuinum,de teſta.ſupra c.fi.ceſſat ẽt propter violentiã illatam.j.eo.cum liberum.vide quod dicam infra c.certi
4 ficari, in x.q.¶Glo ſ.iij.† ponit tres caſus exceptos.
5 ¶[*In† glo. 2.in fine*] Dicit Inn.quod quia mori dicit,cum monaſteriũ ingreditur.xix.q.3.quia ,& auc.ſi qua.& ſi ſanus ingrediat, & poſtea multũ viuat:de oĩbus tantũ quæ tũc ꝓ aĩa ſua dat mona.ad qđ tranſit, habebit parochialis eccła canoñ.de aliis vero bonis ſimpliciter datis monaſterio nõ habebit parochialis eccleſia partẽ ſuã,niſi vt dr j. eo.de his.Hoſti.verò ibi remittit. ¶[*In glo.ſup.ibi,pauperibus*] ar.C.ad l.Falc.auc.ſimiliter,& vide quod dicam de conuer.con.dudum,ſuper verſi.
d pauperum[d] [*& ibi Ala.*] & Vin.& Phi.

ANNOTATIONES.

a ¶Comprehendat. Et tamen omnia iſta appellatione rei continentur,ff.de uer.ſig.l.rei,& uide l.fi.ff.de uſuf.leg.
b ¶Parochialis.Maximè quia in illa quartam habet,inf.eo.de his,in princip.glo.mag.per Io.And.
c ¶Et c.ſe.Et hoc facit ad q.quæ quarta prius deducatur,quia uidetur,quòd epiſcopalis.uide infra eo.certificari, io q.fi.
d ¶Verſi.pauperum.Vide Bald.in l.ſi quis ad declinãdam.C.de epiſ.ſeo.& cle.quæ.l.5.ubi autem facit contra iſtam glo.& contra dictum Io.And.in c.dudum. & uide in opere dicunt Pe. de Peru.c. uenio, ad quintum.5.6.quæritur.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio decretalis.*
Canones debent epiſcopi ſcire,licet ignorent multi.
Eccleſiarum nomine hic ſeculares accipiuntur.
Religioſi qui dicantur hic.
Sepulturam eligentibus quando non contradicendum,ad dictio.contradicendum.
Nouum quo reſpectu hic dicatur ad dictio.noua.
2 *Abbatis ſenioris commentatoris decretalium magiſter quis.*
Facti ſpecies huius decretalis.
Ad maiora datur gradus,non minora,& nu.1.circa ſi. & nu.6.
3 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.num.4.*
Defuncti uoluntas quo caſu hic non ſequenda.
5 *Additio gloſſarum.*
Oratio generalis an tanti ualeat,quanti ſpecialis.
Honor maior qui cæteris anteponitur,licet æqualiter alij fruãtur.
Religioſam magis eccleſiam eligere licet alia relicta.

C A P V T III.

1 Faternitatem. Propter † uarietatẽ opinionũ
hodie deciſarum non ſummo. Et ſunt partes.prima ponit ius. ſecunda narrat factũ,
ibi, unde ſi.tertia concludit ibi, Quocirca[*Ignorare*]debent.n.epiſcopi ſcire canones. unde conſecrans quærit à conſecrando noſti canones:& eſt ſcripta reſponſio, Doce nos domine. Melius eſſet,ꝙ primò didiciſſet. 1.q.7.conuenientibus,& multi ignorant, de tẽ.or. uel non eſt [*Eccleſias*] etiam ſeculares, ſecundum Gof. [*Ab antiquo*] hoc intellige,ut dixi ſupra capitulo pri.in gl. & ſi. [*Religioſorum*] ex uitæ conuerſatione',& officij frequentatione [*Contradicendum*] imò annuendum. C. de ſac.ſan.ecc.l.1.de teſta.tua.ꝙ intelligit Hoſti.quando ꝓprias eccleſias relinquũt maioris religionis cauſa, & canonicam relinquunt proprijs eccleſijs: aliter ne fiat &c. ſupra capitulo primo [*Aliorumque*] facit ad not.infra eo.is qui,in glo.2.libro ſexto [*Nona*] quò ad hoc, ꝙ parentes ſui non fuerant ibi ſepulti alias, Petr. [*Inſtitutionem*] alias conſuetudinẽ [*De caſtello*] Dicebat
2 Abb.ꝙ † magiſter ſuus dicebat ſe uidiſſe locum, & ꝙ ipſius magiſter.ſ.Ia.de Alber.fuerat aduocatus in cauſa,dicens,ꝙ eccleſia eſt Genuæ,& mona.extra ciuitatem, prope tamen, & eſt ordinis Ciſterciẽ. in eccleſia de Caſtello, iſte elegerat ſepulturam,monaci repetebant eum: papa mandat,ut ſequitur [*Mandauit*] relinquendo ſepulchrum maiorũ de mona.ſancti Stephani,& eligẽdo cœmeterium loci minus, religioſi [*Præiudicat*] i. præiudicare non debet [*Rationi*] quæ ſemper
3 conſideranda eſt, de præben.ratio. ¶Glo.3. † obijcit, & ſoluit. ¶[*Gl.ex hoc*] reſpondet per quæſtionem,an in ſepultura ſit neceſſe locum plus religioſum eligere: ponit opi.Hug.& ſequacium,ꝙ ſic.ponit contrariam Lau.& ſe.primam approbat, & reſpondet contrario. ¶[*In gl.pe.ibi, filius*] uide de ſen.excom.ſi uerè,ſuper ulglo.[*& ibi, quidam*] uide ſupra titu.2.tua in gloſſ.2. ¶[*In*
4 † *glo.hac ratio*] non ſequẽda uoluntas defuncti, qui ultra iuſtam rationem pro modo facultatum mãdauit
5 in funus impendi. ¶[*In* † *glo.3.ibi,celebrantur*] adde quod no.13.q.2.cum grauia [*& ibi,non mediocriter*] ibi dicitur non minus ualere pſalmum,uel miſſam pro centum dicta,ſicut ſi pro illorũ quolibet diceretur [*& ibi, præſumptio*] & ratio, ut dicam in fin. [*& in fin.*] ſecundum Ro. modici paſſus, qui dabat ſi. de caniſtro pomorũ oblato abbati, abbas maiorem honorem conſequit̃, & omnes pariter gaudent, Vin.Idem Inno.qui dabat aliud ſi.Quod maior honor eſt habere canonicatum eccleſiæ cathedralis, q̃ alterius, licet æqualiter abundent.Hoſt. remittit ad ſummam, de pę.& re.§.quibus mortuis,ſub.§.notandum,uer.hæc ſuffragia,ubi uide uſque ad ſi. Dat Ab.aliud exemplum de ſocio,qui cũ ſocijs exiſtens ſine lumine facit portari ſuum lumen, ultra illa,quæ ſatis plenè no. Hoſti. ut ſupra,dicas, ꝙ ſi ualorem orationis,& aliorum ſuffragiorum conſideramus ex uirtute charitatis, quæ unit membra eccleſiæ,tantus eſt,ſi fiat pro multis, ſicut ſi pro uno: quia charitas non minuitur, ſi affectus diſtribuitur in multos: imò potius augetur. non enim charitas eſt inuidia,nec quærit,quæ ſua ſunt, de pœn.diſt.2.charitas.& optime facit,de pę.diſt.6.capitulo primo, uer.credendum. Inquantum uerò oratio,uel ſuffragium ſunt ſatisfactoria ꝓ defuncto, maior eſt ſatisfactio pro uno facta, quàm ſi fiat pro multis. ex diuina enim iuſtitia diuidit̃ illud in multos, pro quibus fit, & ſic diuiſum minus remanet,ſupra de conſti.cũ.M.de con.præben. ca.ſi.c.non mediocriter, cuius uerba ſupra poſui, patet non obſtare, & uide quod ibi not. in glo.ſed nunquid,vbi duas ſolutiones inuenies,quas etiam hic po
6 ſuit Io. ¶[*In gl.ex* † *hoc.c.ibi,religioſam*] vnde nec æquè religioſa ſufficeret ſecundum Ala.[*& ibi,& Io.*] hoc no. 13.qu.2.§.at illi,alias incipit, nunc quæritur. & Rai.in ſumma.Goffr.hic.& ſupra capitulo primo.& in ſumma.§.apud quam.& approbatur hæc opi.infra eo cũ quis, in ſi.lib.6. [*& ibi, præfero*] Dixit Hoſti.prima opi. magis conſonat iuri.ſecundam magis approbat conſuetudo,remittit tamen ad ſummã.eo.ti.§.apud quã.

S V M M A R I V M.

1 *Canonicam portionem parochialis eccleſia habebit de bonis oblati cum ſuis monaſterio, & quo caſu, & de quibus. pro ea quæ competant actiones, cui, & aduerſus quos, nu.2.& inter quos & quando diuidatur, ibid.& nu.8.in ſi.& quando ſucceſſori reſeruanda, ibid.num.2.*
Monaſterium ingrediens fingitur mori.
Cedere actionem quando quis conueniatur & ſi non eſt qui cedat, quid iuris. uer. ſed ſi.
Subtilitas actionum iure canonico reſpuitur, cir.fin.
Agere quilibet poteſt, quatenus ſuo intereſt, contra illum, qui habet facultatem reſtituendi, non expreſſo nomine actionis, & ratio, ibid,
3 *Canonica portio à quo debeatur epiſcopo, & quis eam primò deducat.*
4 *Pro animo dediſſe quo caſu dicatur offerens ſe & ſua monaſterio.*
In confratrem ſi quis aſſumatur alicuius eccleſiæ, retentis rebus ſuis, non eximentur ab epiſcopo, nec præiudicat canonicæ portioni.
5 *Ademiſſe peculium manumittens quando dicatur.*
Donatio cuilibet fieri poteſt, niſi prohibeatur ut meretrici. & quãdo uideatur perfecta mortis cauſa facta, & talis, num.8.
6 *Epilogus, & ſuffragium, & additio gloſſarum. nu.7.8.*
Sepulcrum quilibet in uita facere poteſt etiam ultra uires patrimonij, ſecus in morte.
In uita quid licet, quod non in morte, in duobus hic caſibus.
Confeſſio defuncti quando noceat hæredi.
9 *Monaſterium ingreſſus cauſa probationis, ſi intra tempus moriatur probationis, parochianus cuius eccleſiæ dicatur quo ad canonicam.*

C A P V T IIII.

1 De his. C.Si quis † in ægritudine.de qua decedit. ſe & ſua mona. offerat, parochialis eccleſia habebit inde canonicam. Secus,ſi in ſanitate hoc fecerit. ſecunda ibi,ſi verò.& dicit Inno.hanc decre.loqui,quando quis tranſit, & ibi ſe, & ſua confert,ut ſit profeſſus,infra eo.in noſtra,de priuil.ut priulegia. Si enim ibi profiteretur,de omnibus,quæ daret illi eccleſiæ,haberet eccleſia parochialis canonicam, etiam ſi longo tempore poſt ingreſſum moriatur: quia tũc fingitur mori,& ſic loquitur,ſupra e.relatum. Dicit tamen,ꝙ poteſt aliquid ſpecialiter relinquere pro anima ſua,& de illo tantum habet paroch. canon. & alia poteſt relinquere pro ſuſtentatione ſua 26.qu.6.de lapſis, uel pro ſeruitijs prius à monaſterio receptis. attenditur enim ſolum fraus, qua timetur, ne velit eccleſiã fraudare, de teſta.officij,& c.requiſiſti. Dicit autẽ, ꝙ multi plus approbant, quod dixi ſecundum eum,ſupra e. relatũ
2 [*Tibi, uel eccleſiis*] dicunt † quidam, ꝙ parochialis non ſolùm habet actionem, ſ.condi. ex hac decre. contra eccleſiam,quæ relictum recepit,ſed etiam contra hæredes defuncti habet actionem ex teſtamẽto, & alias, de quibus ſupra de teſta. Rainaldus,ſuper gl.tunc prodeſt: quia & ſi teſtator dixit, relinquo tali eccleſiæ, nomine illius intelligitur, & alia. ſ. parochialis, cum una ſit eccleſia. 24.q.1.loquitur, & c.quoniam uetus, & quò ad iſtud legatum ſunt hic, imo, quod plus eſt, epiſcopus poterit agere pro parte ipſum contingente,

gente. cum & epiſcopus ſit in eccleſia.6.quæſtio.1.ſci
re debes. & aget non ſolum contra ſibi ſubditam, ſed
& contra eccleſiam alterius diœce. ſi ſibi nominatim
legatum ſit, contra hæredes.nam ab adita hæreditate
legatum tranſit ad ipſum epiſcopũ recta uia.ff.de ſur.
à Titio, cui non poteſt teſtator præiudicare tacitè,uel
expreſsè, ſupra de teſtamen.requiſiſti. agit ergo,& ſi
de ipſo expreſſa mentio facta non ſit:quia ratione cõ
munionis uidetur tacitè facta,ad hoc de teſta.requiſi
ſti.§.ſecus. ſicut alias, qui non eſt expreſsè inſtitutus
hæres,pro inſtituto habetur.C.de inoffi te.ſi maritus.
C.hæredi. inſti.quot. & non ſolũ poteſt agere pro ſua
parte,ſed & pro partibus eccleſiarum ſuarum.de hoc
ſupra capitulo ſecundo. Sed debet tunc in libello ex-
primere, quòd pro eis petit.eccleſia uerò parochialis
ſi agit,non tenetur dicere,ꝙ pro epiſcopo agat.ſibi e-
nim ad totam cõpetit actio ſuo nomine. Sed poſtea
de ſua parte tenetur ipſi reſpondere, ſ.per condictio-
nem ex docre, requiſiſti, de teſta. epiſcopus uero ſuo
nomine non habet actionem niſi ad ſuam partẽ. Alij
dicunt, ꝙ epiſcopus, uel eccleſia nõ habet actionem
ex teſtamento,ſed tantum condictionem ex canoni-
bus.12.q.3.pontifices.de teſta.requiſiſti. Alij, ꝙ cõtra
hæredes non competit actio niſi eccleſiæ, cui relictũ
eſt,epiſcopus,& eccleſiæ.quæ in legato ius habẽt, poſ
ſunt auctoritate iudicis obtinere,ut mittantur in poſ-
ſeſsionem nominum,uel iuris agendi.& poſtea agẽt,
ut faceret illa eccleſia,cui relictũ erat.ff.ut in poſſ.leg.
ſi inutiles.ff.de relig. & ſump.fu.ſi quis ſepulchrũ. uel
obtinebunt à iudice, ꝙ det eis prætorium pignus. C.
de præ.pi.le.1.& 2.uel poterunt agere cõtra debitores
ſui debitoris.ſ.illius eccleſiæ,cui relictum erat.C.quã-
do fiſ.uel pri.l.2.& 3.li.1 t.uidetur rationabilius. ꝙ cõ-
a tra hæredes teſtatoris agere poſsit illa ſola eccleſia,[a]
cui relictum erat, & ꝙ ſola parochialis agat contra ec
cleſiam,cui eſt relictum, & epiſcopus cõtra parochia
lem. Sed ſi parochialis, uel illa, cui relictum eſt, nolit
agere,tunc epiſcopus,uel alius, ad quem aliquod cõ-
modum pertinet ex legato, poteſt agere, ꝙ is, ad quẽ
primo loco ſpectat exactio, cedat ſibi actiones ſuper
hoc competentes, arg.ff.de pecu. quod debetur. ubi
uerò non eſt, qui uelit, uel poſsit cedere, recurrendũ
eſt ad remedium ſupradictum, ſ.miſsionis,uel præto-
rij pignoris, uel cõdictionis ex præ.le.1.C.quando fiſ.
uel pri. nec uidetur iuri congruum, ꝙ actio ex teſta-
mento detur alteri eccleſiæ,quàm legatariæ:quia nec
de alia in teſtamento fuit facta mẽtio, nec rei uen.uel
hypothecaria,cum illæ competant legatario,nec po-
teſt eſſe dominium inſolidum apud duos:ſed nec cõ-
dictio ex prædictis ll.prius,quàm agere debuit, fuerit
in defectum cedẽdi. illud autem concedendũ uidetur,
ꝙ epiſcopus ad prædicta poſsit agere nomine eccle-
ſiarum ſuarum,ſecundum no.ſupra c.relatum,de re-
ſti.ſpoli.olim, ſed non pro ſua parte ſecundum Inno.
cuius quaſi ad literam fuit hæc gl.Hoſti.dixit has ſub-
tilitates ſibi non placere dicens, ꝙ ueritate & natura
canonici iuris inſpecta, alia eſt canonica parochialis,
alia epiſcopalis,aliud ius funeris,de quo ſupra dixi.ca
pitulo primo,& dicit,unuſquiſque, quatenus ſua in-
tereſt,poteſt agere cõtra illum, qui facultatem habet
reſtituendi non expreſſo nomine actionis, ar.de elec.
cũ inter. R.de iudi dilecti, de dolo & contu. capitulo
primo,ſufficit.n.ꝙ ius meum oſtendã in eo, quod pe-
to mihi adiudicari ab eo, qui tenet, quod mihi debe-
tur.14.q.5.forte,& c.ſi quid, & c.ſe.& q.6.ſi res & facit
quod no.de teſta.filius.imo etiam ſecundum le.ſi pe-
cunia mea ad te peruenit exploſa pernitioſa ſubtilita-
te,bonum & equum eſt, ut mihi reddas.ff.ſi cer.pet.ſi
me & Titiu.Io.de De.lib.1.quæſtio.39.tenuit ab hære-
de canonicam peti poſſe, per le.ſi arrogatorum.ff.de
adopt.ff.de leg.1.ſi cui.§.fi. & l.ſeruo legato.§. ſi teſta-
tor[*Pabulum*]expoſitum eſt ſupra capitulo primo[*Ec-*
3 *cleſiis*] no.ꝙ † de eccleſiis,& de epiſcopo quærebatur,
& ſolum de eccleſiis reſpondetur. Quid ergo de epi-
ſcopo?dic ꝙ ſi monaſteriũ eſt exemptum.nil habebit
alias hẽbit ſuã canonicã, ſi ẽ in ſua diœc.de hoc dixi de
teſta. requiſiſti, & ſupra cap. 2. deducit autem primò
parochialis eccleſia, de qua parte epiſcopus habebit
ſuam partem, ſecundum Pet & Abb.& de hoc ſupra
dixi,& dicã infra eo.certificari.in ult.q.[*Exhiberi*] quia
4 ex †quo tranſiuit in infirmitate,de qua deceſsit,intel-
ligitur pro anima dediſſe,quicquid dedit monaſte.ad
quod tranſiuit ſecundùm Innoc.[*In ſanitate*] uel in in-
firmitate,dummodo de illa non deceſſerit:quia tunc
intelligitur dare pro ſuſtentatione uitæ, Inn. [*Tranſtu-*
lerint] quid ſi quis aſſumitur in cõfratrem alicuius ec-
cleſiæ non oblatis rebus ſuis,ſed retentis? Reſpondeo
ſecundum Goff.& Hoſti.nec eximitur à iuriſdictione
epiſcopali, nec præiudicetur per hoc canonicæ por-
tioni,quo minus ſuo tempore debeatur, de priuil.cũ
& plantare.§ de confratribus, & ea.ut priuilegia.§.1.
non poſſunt hi, qui ſe tranſtulerint [*Impartiri*] ſi. C.de
5 pecu.eius, qui liber.me.l.una.ubi manumittens in ui-
ta dicitur conceſsiſſe peculium,niſi ademerit,uel ma
numittens in teſtamẽto dicitur ademiſſe, niſi expreſ-
sè conceſſerit.ratio huius ibi not.quia hæredem inſti
tuendo uoluit omnia ſua bona ad illum peruenire,in
ter quæ eſt peculium, & ſic dicitur ademiſſe [*Confert*]
poteſt.n.cuilibet fieri donatio, niſi prohibeatur.C.de
do.nec ambigi.& l.in extraneos,& ff.eo.l.abſenti. Mi-
les meretrici ſuæ prohibetur donare. C. de donat. in-
ter uir.& ux.ſi ancillam.fortius & clericus,qui eſt mi-
les dei,ar.de ſer. non or.eo libentius, de ſen.ex.ſi con-
cubinæ.30.q.3.ita diligere.16.q.1.ca.fi. ¶Glo.1.arguit
6 † licet in uita, &c.¶Glo.2.quærit.ponit.3.opp.La.pri-
ma,ꝙ diuident.ſecũda pro eccleſia dimiſſa. tertia pro
7 parochiali ¶*In † glo.1.ibi non uidetur*] ſequitur,perfecta
donatio mortis cauſa facta ante, quàm mors ſequatur.
¶*In glo.ulti.ibi, hi qui*] hæretica nulli in hæreditate ſuc-
8 cedunt,& à nemine ſcribuntur hæredes.¶*In † gl.1 ibi,*
cauſa mortis] ex quo in ægritudine donationẽ facit. de
morte faciẽs mentionem,cauſa mortis hoc feciſſe ui-
detur inter uiuos donare.ff.de dona. cauſa mor.l.2.&
3.& C.e.l.fi.ſecus, ſi ſimpliciter donet.tũc uidetur inter
uiuos donare.ff.de dona.cauſa mor.l. Seia.§.fi.uel po
teſt dici illud ſpeciale, quando donat filio, uel alicui,
cui ſpeciali affectione ſit aſtrictus. ar. C.de lega. cum
alienam[*& ibi, ad hæc*] uide quod ibi dixi in tex.& ſu-
per gl.2.[*& ibi, conſimile*] niſi per iudicem occurratur.
ff.de tu.& cu.is,q expedit.n.&c.l.1.inſti.de his,qui ſui,
uel alie.iur.ſunt.§ ſed hoc tempore[*& ibi, exhære.libe-*
rorum] Itẽ quilibet in uita poteſt ſibi facere ſepulchrũ
etiam ultra uires patrimonii, quod non licet in mor-
te.ff.de reli. & ſumpt.fun.le.ſed & ſi quis.§. hæc actio.
Item confeſsio debiti facta in uita nocet hæredi.C.de
non nu.pecu.generaliter. in morte non, niſi teſtator
iuret.C.de prob.auct.quod obtinet,[b] & de hoc,ſupra
titu.1.c.fi. Hoſtiẽ. ¶*In glo.2.ibi.c.ult.T.*] & idem Goff.&
Phi.& idem dixerunt omnes prædicti, & Inno quan-
do in capella audit diuina,& ĩ baptiſmali eccleſia recĩ
pit ſacramenta, ſcilicet ꝙ illæ inter ſe diuident[*& ibi,*
& melius]& eum ſequitur Hoſtiẽ.[*& ibi, iſtius*] ſup.ſe-
pulti ſunt[*& ibi, Alij*] Inno.hic [*& in fi.*]Sed approba-
tur infra eo.titu.capitulo ſecundo.lib.6. 1.reſpon.¶*In*
9 *gl.pe.ibi.reddendo*]Si uero ingreditur † probationis cau-
ſa,& infra tempus probationis moritur ſecundum T.
& Archi infra eo.cap. 1.lib.6.ubi uide, intelligitur pa-
rochianus primæ eccleſiæ quò ad canonicam, arg.de
regula.ſuper eo, & cap.conſuluit.Go.contra.quia non
moriatur profeſſus, fuit plenè tamen conuerſus, nec
uolun-

uoluntatem mutauit, quod placet Hoſti. cum ſolùm uideatur uoluiſſe mutare domiciliū, & deſijt eſſe parochianus primæ eccleſiæ, infra titu. 1. cap. fin. & facit quod poſt Inno. dixi ſupra eo. relatum, ſuper 2. gloſſ. ¶[*In glo. ult. in fi.*] & infra de hæreti. ſi quis,

ANNOTATIONES.

a ¶Sola eccleſia. Et hanc op. tenet do. Oldr. q. lix. & utilis eſt inueſtigatio iſta ꝓpter plurima quæ ponit do. Pet. de peru. in ſuo opere. c. uenio ad tertium capitu um. 5. eſt autem hoc utile.

b ¶Quod obtinet. Ibi uide per doc. & in l. generaliter C. de non numerata pecu. per d. Bar. de Salic. utrobique, & per Bar. in le. cum quis, §. codicillis, & §. te. ff. de leg. 3. & Bal. in d. l. generaliter.

SVMMARIVM.

1 *Parochianum alienum qui ſepeliunt, quæ reſtituere debeant.*
Compulſionem præcedit monitio.
Corpus non reſtituitur defuncti, niſi petatur.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
Funus mortui impedientia ſi quæ fiant, non ualent, & impediens in quod incurrat damnum, uide & nu. 4.
Ex defuncti perſona non poteſt quis moleſtari niſi diebus. 9. tranſactis.
4 *Additio gloſſarum.*
Sepultura mortui ob debita non impeditur, & ſupra nu. 3.

CAPVT V.

1 Ex parte. C. qui † ſepeliūt parochianum alienum, quem ſepelire non debent, coguntur reſtituere corpus, & quę ratione ipſius obuenerūt, hoc dicit. & prima pars narrat querelam ſecunda dat iudicem ibi, Man. quatenus [*Ad nos fact. an*] per ipſos canonicos [*Sua eccleſia*] i. cęmeterio ſuę eccleſię vel propriè [*Compellas*] ſi monitioni non paret [*Corpus reſtituat*] hic non reſtituitur, niſi petatur. ad hoc infra eo. titu. lib. 6. & facit, quod dicam infra c. in noſtra, in fi. [*Conueniat*] ſic infra de decim. ſuggeſtum, de depoſito capitulo. 1.
2 ¶Glo. 2. † obijcit, & ſoluit. ¶*In* † *glo. 2. ibi, l. ult.*] confeſſiones, pignora, uel fideiuſſores recepti per creditores impedientes funus mortui non ualet, & negotiū principale in priſtinum ſtatum deducitur [*& ibi, Item qui domum*] qui mortui exequias prohibet circa funus, ab actione cadit, & tantundem ſoluit hęredibus iniuriati: publicatur tertia pars bonorum ipſius, & notaſ infamia [*& ibi, ſed nec ante*] ſequitur, 9. dies ab obitu numerādos nulla prorſus fiat moleſtia aduerſus quęlibet ex perſona defuncti, ſi qua enim cautio, ſi quid
3 ſimile fiat, inutile erit. ¶*In* † *glo. 1. in fi.*] idem Inno. & Hoſti. Pe. ¶*In glo. 2. in fi.*] & eſt ſimile, de elec. cum nobis olim, in prin. ſcire debes, ꝙ ſupra de ap. qua frōte, in parte decīſa dicebatur, ꝙ propter appellationē creditoris petētis ſibi debita, differebatur ſepultura, ſi hæres erat ſoluendo. Dicebāt ibi Ro. & Ala. ꝙ ibi loquebatur ſecundum conſuetudinem Anglicorum. & dicebat Tan. ꝙ eis ut Anglicis erat credendum. Dicebat Vinc. ꝙ aut debebat ex contractu, & tunc non impediebatur ſepultura: aut ex maleficio, & tunc per app. impediebatur: uel illud. cum apparebat malitia hæredum. Tan. intelligebat illud locum habere, quādo defunctus fuit condemnatus in vita de furto, rapina, vel
a uſura, uel crimen eius erat notorium [a], & noluit ſatisfacere in uita. hodie illa pars ut iniquitatem continens eſt ſublata de textu.

ANNOTATIONES.

a ¶Crimen eius erat notorium. Vide de uſur. quia in talibus, & uide l. 2. ff. de in ius uo. & in l. fi. C. de ſepul. ui. & in auct. ibi poſita, & ſuper illis, D. Bar. de Sal.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorio an agi poſſit pro corpore ſepulto.*
Corpus humatum an ſit reſtituendum.
Clauſula, ſi ita, quæ reſpiciat.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
Fructus qui ueniant in petitione hæreditatis.
4 *Additio gloſſarum.*
Canonica portio perditur ob uiolentiam.
Delictum perſonæ extenditur etiam ad alios hic, quàm ad auctorem.
5 *Corpus ſepultum, & beneficia ex eius funere prouenientia, qua actione poſtulentur.*
De actione a canoniſtis non curandum.

CAPVT XVIII.

Cum liberum. Summatū eſt. 3. p. xi. & diuiditur ut illa. ſecunda ibi. Man. quatenus [*eandem*] [eccleſiā ſancti Martini [*Violenter*] licet † poſ-
1 ſent agere poſſeſſorio: non tamen credimus ꝙ ꝑ hoc donec plenè conſtet corpus defuncti, ſit reſtituendū: quia ſic etiam tertiò reſtituendum eſſet ei, qui obtinet in proprietate, & corpora defunctorum non ſunt ſic tractanda ff. de re. & ſump. fun. le. nec corpora, & l. diui, Inno. Dicit Hoſti. ꝙ illa iura hoc non probāt, licet conueniat hoc æquitati. de rigore uidetur contra, ne inutiliter agat [*Si ita*] uiolentiam, & omnia alia ſuperiora reſpicit, ſupra de reſcriptis, olim. §. fin. [*Fratribus*] ſancti Martini, apud quos ſepeliri debebat. ¶ Glo. ſe-
2 cunda † opponit, & quæſtionem ſoluit. ¶*In* † *glo. ulti-*
3 *ma, ibi, ſi de poſſeſſione*] uide in præalle. cap. graui, ſuper 3. [*& ibi l. 1. in fin.*] in petitione hæreditatis ueniunt poſt
4 lit. conteſt. fructus etiā qui percipi poterant. ¶*In* † *glo. 3. in fin.*] & ex eo quod dicit textus, Preſbyter quidam, præmittitur, quod de illius parochia erat mulier, uel ſi dicas, quòd parochiana fuit illorum, ſecundum Hoſt. propter uiolentiam perdunt canonicam, ff. ui bono. rapto. per totum. C. unde ui. ſi quis in tantam, de præben. cum qui, libro ſexto, non ob. quòd delictum perſonæ &c. quia illud in graui damno, uel in immobilibus. uel cum communiter non deliquit eccleſia, de hoc infra de reg. iur. delictum. libro. 6. ¶*In glo. 2. ibi, ex*
5 *canone iſto*] hoc † quandō agit eccleſia, apud quam eſt electa ſepultura, aget condictione ex decr. ſupra proxi. ſi elegit: ſed ſi electio non tenuit, cōdictione ex decre. ſupra eo. fraternitatem. Sed ut dicit Hoſtienſis, canoniſtę non eſt de his curandum, ſupra de iudicijs, dilecti [*& in fi.*] ad huius intellectum uide, quod no. in ſpec. de actio, uel peti. §. ſequitur, uer. ſi autem uelis, & duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Sepulturā mulier maritata ſibi, & pater filijs impuberibus poteſt eligere, & quando. & an monacus, & alius in poteſtate conſtitutus poſſit, & num. 2.*
Diſtinctio pro differentia.
Potius, pro tantum.
2 *Sepultura ubi eſſe debeat conſuetudine ceſſante.*
In poteſtate aliena qui ſunt nec pro anima quid legare, nec donare poſſunt, niſi in caſu, & quo.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Vxor ex mariti perſona quæ conſequatur.
Donatio cauſa mortis etiam inter coniuges fit.
4 *Additio gloſſarum.*
Mulier ſi plures uiros habuit, ubi ſepelienda.
Mors omnia ſoluit.
5 *Pater impuberi filio ſepulturam poteſt eligere, & ſubſtituere etiā in bonis maternis.*

C A-

C A P V T VII.

1 DE uxore. Caſus. Mulier † maritata
liberè poteſt eligere ſepul-
turã. pater filios impuberes põt, vbi vult,
ſepelire, ſi hoc habet conſuetudo. ſecunda
ibi, utrum [*Sepulturam*] i. electionem ſepulturæ [*Diſtin-
cti*] ideſt differentia [*Potius*] i. tantùm, Hoſt. q. d. Ele-
ctio ſepulturæ reſpicit ſtatum ſoluti uinculi. nõ enim
ſepelitur uiuens, ſed mortua: & per hoc uoluit dicere
ipſe Hoſti. ꝙ monacus poterat eligere ſepulturam, cũ
electio referat ad tẽpus, quo ſolutus erit à iugo obe-
dientię. hoc eſt reprobatum, infra eo. c. fi. li. ſexto. Re-
ſpondebat ad capitulum primum. 16. quæſtio. 1. illud
intelligi de monaco, qui nõ eligit ſepulturam. & idẽ
2 eadem ratione dicebat de filiofamil [a] ſeruo & quoli-
bet alio in poteſtate conſtito [*Quo uoluerit*] ſ. in ſepul-
chris parentum. uel ubi percipiunt ſacramenta, Inn.
2 uel alibi, Hoſti. [*Conſuetudini*] ut ſi ſit † conſuetudo, ſe-
peliat eos pater, quo uoluit: ubi non eſt conſuetudo,
ſunt eum maioribus, uel in parochiali eccleſia tumu-
landi. infra eod licet, lib. 6. [*Relinquendum*] quamuis hi,
qui ſunt in poteſtate conſtituti, ex quo naturalẽ con-
ſenſum, habent, poſsint ſepulturam eligere, cum in ſa-
cramentis non ſit differẽtia liberi, & ſerui. infra de cõ-
iu. ſeruo. capitulo primo, tamẽ hi, qui carent proprio,
ſine conſenſu illorum, quibus ſubſunt, nil poterunt
ꝓ anima legare, ſicut nec alicui poſſent donare, etiã
ſi eſſent filii tami. habẽtes liberam adminiſtrationẽ. ff.
b de dona. filiusfa. [b] quæ uero hic deficiũt, uide in ſum-
ma huius titu. §. & apud quam. ſecundum Hoſt. ¶ Gl.
3 1. † ſignat contrarium, & dupliciter ſoluit. ¶ [*In gl. 1. ibi,
mulieres*] ſequitur honore maritorum erigimus, gene-
re nobilitamus, forũ ex perſona præſtatuimus, & do-
miciliũ mutamus [*& ibi, filij. 2. reſponſo*] incipit, Vidua.
uide de foro cõp. ex parte, ſup. uli. glo. [*& ibi. l. ult. §. 3.*]
Mulier nupta eſt incola ciuitatis mariti, & unde du-
xit originem, non cogitur muneribus fungi. ¶ [*In glo.
2. ibi, quòd ſponſa*] vide de adul. capitulo primo, in 1. glo.
[*& ibi. §. ulti. & l. ſeq.*] inter coniuges bene fit donatio
cauſa mor. quia reſpicit tempus, quo coniuges non
4 erunt. ¶ [*In † glo. 1. ibi, filij*] per quam. l. dicimus. ſecun-
dum Pe. & Abb. ꝙ ſi plures uiros habuit, & inteſtata
decedat, debet cum illo ultimo ſepeliri, ut no. 12. q. 2.
unaquæque, & terminatum eſt, infra c. is qui, in fi. li. 6.
[*& in fi.*] uel illud de honeſtate: hoc de iure commu-
ni. T. & Inn. Item contra. 32. quæſtio. 5. quos deus. So.
quos mors ſeparat, quæ omnia ſoluit, in auct. de nup.
§. deinceps, col. 4. homo non ſeparat, Hoſti. ¶ [*In glo. pe.
ibi. §. igitur*] & infra de teſta. c. 1. lib. 6. Dicebat Vincen.
5 ꝙ † pater filio impuberi poterat eligere ſepulturam,
cum expenſæ funeris filij ſpectent ad patrẽ. ff. de in rẽ
uerſo le. filius. & pater filio impuberi ſubſtituit etiam
in bonis maternis. ff. de vul. & pup. l. 1. Goff. autem re-
ſpondebat ad hanc decre. infra c. in noſtra, ꝙ & ſi non
ſit diffinitum, diffiniri poteſt. ff. de teſti. leg. ſcio quæſi-
tum. non ob. 2. quæſtione. 5. conſuluiſti, quia loqui-
tur de ſuperſtitioſa adinuentione.

ANOTATIONNES.

a ¶ De filiofam. De quo uide in c. licet, eo. ti. in fi. libro ſexto.
b ¶ Filiuſ. Vide Bar. in l. qui in poteſtate, ff. de teſta. & l. tam is. §. 1.
ff. de don. cau. mor. & Cyn. & d. Bar. de Salr. in l. ſeruũ, C. qui teſt.
fa. poſ. & uide. c. licet, ad finem, iſto titu. libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Statuere, ideſt ſtatutum declarare.*
*Papæ ſtatutum de una eccleſia, & ſententia faciunt ius genera-
le, niſi de contrario conſtet.*
2 *Canonica portio quo tempore ab eligente ſepulturam relinquenda,
Sepulturæ electio tenet, licet ante nõ relinquatur canonica portio.
Quartæ duplicis detractio quo caſu fiat.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 4.*

C A P V T VIII.

1 CVm ſuper. Breue eſt [*ſtatuimus*] i.
ſtatutũ † declarauimus.
Impropriè enim dicitur, ꝙ papa de una ec-
cleſia faciat conſtitutionem: potius eſſet
illud priuilegium, ſecundum Innoc. Dicit Hoſtien. ꝙ
ſtatutum de una eccleſia habitum per principem, ex
quo in iure redactum eſt, generale uidetur, niſi & cõ-
ſtet de principis intentione contraria, inſti. de iur. nat.
a ſed quod princi. C. de legi. ſi imperialis. [a] §. de conceſ.
præb. conſtitutus, in fi. nec mirum: quia ſententia ip-
ſius inter cęteras perſonas facit ius generale, de re iu-
di. in cauſis, & de hoc. de reſcri. ſi quando [*Veſtrorum*]
ſ. eccleſię cathedralis, & loquitur de ſpeciali parochia.
2 [*Relinquatur*] intelligit † Hoſtien. ꝙ parochialis de ne-
ceſsitate relinquenda eſt ante electionem ſepulturæ,
epiſcopalis nõ: & eſt diuerſitatis ratio: quia parochia-
li minus potenti reſpectu epiſcopi plus fuit prouidẽ-
dũ. hoc non placet: imò relinquat, uel non relinquat,
tenebit electio ſepulturæ: & ſatis eſt, ꝙ eccleſia ſuum
proſequitur in legatis factis eccleſiæ, apud quam ſepe-
litur, vt tenet glo. Scias autem. ꝙ hic fiet detractio du-
plicis quartæ, capitulum. n. percipiat quartam, ſicut
quælibet alia parochialis capella diuidendum eſt epi-
ſcopo, ſupra de teſta. requiſiſti, & nihilominus epiſco-
pus detrahit ſuam quartã, ut ſic altera iure parochia-
li, & altera iure epiſcopali percipiat. unde dicebat Pe.
ꝙ quandoque duo epiſcopi exigunt quartam, ſ. quã-
do parochialis, & eccleſia ſepulturæ, uel legataria ſũt
in diuerſis diœceſibus, & dicam infra c. proxi. in 19. q.
3 ¶ Glo. 1. † reſpondet per quæſtionem. ¶ Glo. 2. arguit
4 eccleſiam cathedralem &c. ¶ [*In † glo. 1. ibi, eccleſia*] Ho-
ſti. plene hoc intelligit. ſatis dixi, ſupra c. 1. ¶ [*In glo. 2. ibi,
cathedralis*] qualis erat iſta, ſcilicet Fauentina.

ANNOTATIONES.

a ¶ Imperialis. ibi uide docto. & in l. 1. ff. de conſti. prin.

SVMMARIVM.

1 *In canonica quantitate, quæ debetur eccleſiæ parochiali, conſue-
tudo ſeruatur.*
Diuiſio decretalis.
Certitudo quid, & tenenda eſt.
2 *Quomodo, interdum duæ ſint dictiones, aliquando una, & quibus
modus ſumatur.*
3 *Clauſula diuerſis modis accipitur, & quibus.*
Sepulturæ priuilegium qui dare poſſint.
Iuſtitia pro canonica hic.
Eccleſiarum nomine etiam monaſteria includuntur hic.
Funus unde leuandum.
5 *Ad ornatum quandoque uerba adduntur, ut hic.*
Articulus ut ſumatur, remittit.
Diuerſa oportet ſint aduerſa ad inducendum uarietatem.
Cenſere pro definire.
6 *Hieronymi beati mentio in decretalibus quibus fiat. eius gloſſæ
pro decretalibus habentur. patronus Ioan. And.*

C A P V T IX.

1 CErtificari. In quantitate † Cano-
nicę, quę debetur ec-
cleſiæ parochiali, cõſuetudo ſeruatur. Cõ-
munis diuiſio. ſecunda ibi, Cum autem.
Hęc ſubdiuiditur: quia primò ponit tres diuerſas anti-
quorum, quas ſecundò ibi, uos tales, ad uarias cõſue-
tudines

tudines referendo cōcordat, auctoritatem interſerēs
ibi, ut ſicut [*Certiſicari*] certitudo eſt determinatio in-
tellectus ad unum. & hæc eſt tenenda. de pœn.diſt.7.
capitulo ſecundo, alias 3.in fi.[*A nobis*] uide, quod di-
xi de excep.à nobis, in prin. Ioan. [*Quomodo*] interdum
2 ſunt † duæ dictiones, Lucæ. 1. Quomodo fiet iſtud &c.
ut no. 27.quæſtio.2.§.cum ergo, poſt priu. interdum
una compoſita, uel congeries uocum pro una dictio
ne ſumpta, & acceruatur ut una, & ponitur pro qua-
liter. ad prędicta facit. 22.q.4.ecce, & c.quando. Hiero.
ſępe utebaẜ hac dictione pro ſicut. hoc patet. 11. q.3.
quomodo ſacerdos. 31.quæſtio. 1.quomodo uirgini-
bus, concor. Prouer. 27. vltra medium, ver. quomodo
3 probatur [*Clauſula*] dicitur clauſula † quandoque per-
fecta oratio: ſic ſumitur, de ſent. excommu. à nobis. i.
& de uerb. ſig. ex parte. 1. ſed talis magis propriè dici-
tur articulus, uel capitulum. unde auctor illius decre.
ex parte, quod ibi dixerat clauſulam, in ſequenti cap.
cum olim, in prin. uocauit capitulum. ad idem. eo. tit.
abbate, uer. ex priuilegijs, & ver. ſe. de fi. inſtru. contin-
git, de priuileg. cum perſonæ. 1 reſponſo, in fi. libro. 6.
Communius dicitur clauſula breuis in oratione ſen-
tentia. Exemplum, ſi in oratione, uel in reſcripto po-
ſita, quantum de iure fuerit, hæc iteratis uicibus dici-
tur clauſula, de reſcrip. cauſam quæ. uel, Sicut ſine pra
uitare prouidè facta eſt, de confir. vti. uel inuti. cap. pe.
unde duæ dictiones in oratione faciunt clauſulam, vt
appellatione remota, de ap. inquiſitioni. quidam alij,
de reſcrip. capitulo ſecūdo, libro ſexto, rebus aliis, de
reſcrip. Rodulphus. uos, uel alter, de off. deleg. cū plu-
res, lib. 6. Proprio motu, de præb. ſi motu proprio, in
fi. eo. lib. plus, una compoſita dictio tantum. ℂ In ſoli-
dum, eſt clauſula, de elect. c. pe. lib. 6. de procu. ſi duo,
eo. li. ff. de procur. l. pluribus. & tamen omnia iſta per
ſe, niſi eſſent in oratione incluſa. nil ſonarent, ut per
te uides: ita & hic nihil ſonaret hæc clauſula, niſi eſſet
alteri orationi adiecta [*Priuilegijs*] in antiqua dicebaẜ,
4 Noſtris, ſublatum eſt, ne † credatur ſolum papam da-
re poſſe priuilegium ſepulturæ, ut infra dicam. & dic
de priuil. quibus conceditur aliquibus libera ſepultu-
ra, ſalua iuſtitia &c. [*Solet apponi*] intelligitur, & ſi non
apponatur, ut dicam infra [*Salua*] materialiter ponū-
tur hæc uerba. ſic ſupra de uſu. pal. capitulo primo, de
off. deleg. cum in iure. ſed nō ſic in antiqua, in qua di-
cebatur, De iuſtitia illarum &c. [*Iuſtitia*] quæ alias di-
citur canonica, ſupra eo. de his, infra eod. cum quis. 1.
& 2. reſponſo, lib. 6. & quare ſic, & an hæc differant, in-
fra dicam [*Eccleſiarum*] includit monaſteria. 54. diſt. §.
hac auctoritate, dummodò habeāt parochiam. facit
infra cap. proxi. Nam & tunc etiam percipiunt deci-
mas, infra titu. 2. dilecti, & ca. ſuggeſtum [*A quibus*] i. à
quarum parochijs, infra cap. proxi. ſi tamen conſuetu
do eſſet, ꝙ de ipſa eccleſia leuareẜ funus, ualet, ut no.
in cle. eo. titu. dudum. §. huiuſmodi, in glo. ita ꝙ. Hoſt.
exponit, ideſt à quarum adminiſtratione. ℂ quo ad of-
ficia, & ſacramenta. uel. i. à quibus ſpiritualiter paſce-
bantur [*Et exponit*] additum † ad ornatum rhetoricū.
ſufficiebat. n. uerbum præcedēs. ſicut ſupra de uſu pa.
capitulo primo, de uerbor. ſigni. quid per nouale, in
prin. [*Articulo*] diuerſimodè ſumitur, ut dicā de teſti.
præſentiū, li. 6. ſuper gl. articulus. huic concor. de elec.
cū in iure, in prin. de of. dele. ſuper quæſtionū, in prin.
[*Diuerſa*] & aduerſa, ut infra patet, ubi hanc uocat ua-
rietatem. ad hoc ſupra de teſt. in noſtra, in prin. [*Ante-
ceſſorum*] uide quod dicā de pac. c. ulti. in prin. li. 6. [*Cen-
ſentibus*] i. diffinientibus. facit ſupra c. 1. uide, quod no.
in clem. de proba. literis, & de conceſ. præben. ca. uno
5 [*Beatus Hiero.*] Glorioſus † patronus meus, qui huius
repetitionis eſt cauſa, de quo in textu decretalium hu
ius compil. habetur, de his, quæ fi. à præla. cum apo-
ſtolica. ſed alibi non habetur, ſuæ tamen gloſſæ pro de
cretalibus habentur, ſupra de conſti. nā concupiſcen-
tiam. & c. ne innitaris. ſupra de præſump. ex ſtudijs. c.
ſcribā. Ꝑ. tl. a c. 1. de homici. cum iuramento. de furtis.
qui cum fure. & in quinque primis capitulis. infra de
uer. ſig. De Ambroſio & Auguſtino fit mentio, infra
de presby. non bap. c. 2. de ipſo Aug. de uſur. cum tu.
De Gregorio, infra de verb. ſign. in his. Et puto ꝙ ma-
le, ut ſcripſi ad fi. Hieronymiani. vbi tractat de. c. quod
præcipiẜ. 13. q. 5. Habetur tamē de ipſo de ęta. & qua. à
multis. de reſt. ſpo. lſas, uer. opinioni. de ap ſcdō requi
ris. de ſta. mona. cū ad mona. poſt prin. Quę expreſsè
beato Grego. loquuntur, hoc dico: quia decre. cum
haberet, de eo qui duxit, decre. laudabilem. de frigi. &
decre. crimina, de collu. de alio Gregorio poſſent in-
telligi. De his quattuor. & ipſorum ueneratione ha-
betur de reliqui. c. vno, lib. 6. Senſu bono, & rationa-
bili, facit, quod ſequitur, & uide quod not. de conſti.
c. 1. In ult. glo. Abundet, loquitur ibi Hiero. de ieiunijs
nō indictis, vt aduentu, & ſimilibus. cui concor. 12. di.
illa, in fi. in iudicijs autem ſecus, de hoc ſatis ſcripſi de
obſer. ieiu. ſuper rubrica. Regionis, idem uer. 23. diſt.
prohibere, infra titu. 2. in aliquibus regionibus, & ſu-
pra de cleri. coniu. cum olim, ad fi. de obſer. ieiu. ca. 2.
§ 3. & pe. de cle. pere. c. 1. de fer ca. 2. de ui. & hone. cle.
ut clericorum, in fi. ff. de uſur. le. 1. in prin. C. lib. 10. de
exac. tribu. l. penul. circa medium, cle. de ſta. mo. ne in
agro. poſt prin. & uer. uerum. Dicitautem regio quā-
tum deriuatur à rege prouinciam, uel patriam deno-
tet regi ſubiectam. ut no. in præ. c. ne in agro. non pu-
to tamen, quod totius regni, uel prouinciæ conſue-
tudo requiratur in hoc caſu, ſed ſufficiet conſuetudo
diœceſis vel loci. facit litera, quę ſequitur, fateor tamē,
quod ſi propria conſuetudo non apparet, ad conſue-
tudinem uicinorum locorum uel prouinciæ recur-
retur, ad hoc. 1. d. c. conſuetudo. de conſue. cum olim,
de cenſi. ſuper eo. de cogna. ſpi ſuper eo. Attendatur,
hoc non habet locum in prædicatoribus, & minori-
bus, in quibus reuocatis conſuetudinibus contrarijs
taxata eſt quarta per conſtitutionē Bonifa. innouatā
per cle. de ſepul. dudum, ut ibi patet circa fin. uer. nos
etenim. De hæremitis, & carmelitis idem, vt ibi dixi in
§. uerum, ſuper glo. ut patet. Dicebat hic Hoſti. quod
quando aliquid eſt obſcurum, vel circa id quod quę-
ritur eſt ius aduerſum, recurri debet ad cōſuetudinē
ut hic. ff. de legibus. le. de quibus, de conſue. cum dile-
ctus. Deficiente conſuetudine ſi naturali ratione uel
argumētis terminari poteſt, quod quęritur, bene qui-
dem, ad hoc de præben. rō. de cle. pe. ca. 2. uel dicendū
eſt ut. 20. di. de quibus. Si uerò dubium eſt tale. quod
ſalua conſcientia iudex iudicare nō poſsit recurritur,
ad principalē. qui fi. ſint leg. per uenerabilem. §. ratio-
nibus, uide quod dixi in conſue. cum olim, ſuper ulti.
gl. ¶ Primo no. quod dixi in ſumma, cui eſt ſimile, ꝙ
de quantitate cathedratici dicitur, infra de cēſi. olim.
¶ Secundo uerò, quęrendam certitudinem in incer-
tis, facit quod ſcripſi in Hier. parte ſecunda, in fi. legē-
dę, & 30. q. ult. de ſpon. de muliere, cum concor. inſti.
de act. §. curare ¶ Tertio no. ꝙ in dubiis maxime diffi
nitionū papaliū recurrendum ad papā, de hoc ſatis, q
fi. ſint le. per uenerabilem. ¶ Quarto no. ex dictis do-
ctorū eccleſiæ negocia uel cauſas diffiniri. faciunt iu-
ra quæ allegaui in tex. ſuper uer. beatus Hier. & habe-
tur mā. 20. di §. 1. & per totum. ¶ Quinto no. uerbum
beati Hier. quod hic habetur in tex. & in caſu quē all.
gl. cui cōuenit. ff. de offi. proconſu. obſeruare. ¶ Sexto
no. caſum, quo ualet cōſuetudo. alios caſus huius cō-
pil. ſexti, & cle. colleg. s̄. de cōſue. ſup rubrica. ¶ Vlt. gl.
q̄rit & ſoluit. ¶ In ul. gl. ibi, ſi plures, ſi tres ſunt arbitri,
& unus cōdēnat in. 15. alter in. 10. alter in. 5. ualet ſnīa

cap. 1,

in 5. ¶ In glo. 1. in fi. hæc. glo, quæ fuit Tā. inducebā. ſ. c. 1. ad partē illā. ꝙ de relictis alijs eccleſijs parochialis non habeat canonicā, & hæc uera, vt ibi plenè dixi ſuper gl. quod reliquit, de hoc in cle. e. ti. dudū. §. uerū, in gl. quęro. ¶ In gl. vlt. in fi. & e. ti. de arbi. c. j. li. 6. idē Goſ. ſ c. 1. ad hoc j. de cenſi. ex parte, & quia in obſcuris ſequimur minimum j. de reg. iur. in obſcuris, li. 6. Et quia noua iura ſic illa nominauit, de offi. or. cōquerēte, de pſcrip. de quarta de cēſi. cū olim. niſi ex conſtōne, pacto uel cōſuetudine aliꝰ noſcetur, de uer. ſig. ex parte. 3. ſm Ho. ¶ Nūc expediamus dicēda, & prius illa quę in tex. tetigi. Et primo: quia dixi illud noſtris, erat in antiqua ſublatū, quæro qs dare poſsit priuilegiū ſepulturæ? Circa hoc dicēdū, ꝙ oīs parochialis eccleſia ex iure parochiali habet ius funerandi, quod eſt de iuribus parochialibus, ut dicā j. ti. proxi. ſuper rubrica, hoc tamen uerū ſi per epm fuerit cimiteriū deſignatum, & benedictum ſm formam canonis, de cō. di. 1. nemo, ꝙ cimiterium ſm antiqua iura debet eſſe. 40. paſſuū, in circuitu in maioribus eccleſijs, in alijs. 30. 17. qu. 4. ſicut antiquitus, niſi eccleſię ſint intra caſtella uel loca acta. e. quæſtione: quiſquis, in fine. Et tamen nec in locis latis ſeruatur, ꝙ tot paſſus deſignētur. Illud ergo ſolum, ꝙ per epm fuerit deſignatū, habebit eccleſia ꝓ cimiterio. Prædicta uera ubi cimiterium aſsignatum eſt & liberum, hoc dico: quia interdū in parochia alterius, puta matricis, uel bapriſmalis eccleſię ſit capella vel eccleſia ſine cimiterio: quia ius funerandi reſeruatur matrici, de præſcrip. ex tranſmiſſa, vel cum cimiterio nō tñ libero, puta quia nō poſſunt niſi infantes, uel impuberes uel fęminas ſepelire, talia enim in ordinationem, & in pactum uenire poſſent, & ſic poteſt loqui decr. ad audientiā. primo, de eccle. ædif. pater de pac. c. 1. li. 6. & adde quod ibi ſcripſi, in gl. dicunt quidā ſicut & reſeruari poteſt ſcrutiniū & baptiſma, de ma. & obe. his quæ, de capel. mo. dilectus, ſic & per ius cōmune reſeruantur illæ decimæ prædiorū reſidētiū infra nouā parochiā. 16. q. 1. eccleſiæ, & c. quicunque, & c. ſtatuimus, & de hoc. j. ti. 2. cū contingat, ergo nō mirum. ſi reſeruari pōt ſepultura, uel libera, uel modificata. Illæ autē eccleſiæ, quæ [*ut prius*] dixi parochiales conſtituuntur, & cum libero cimiterio, potius ex iure cōmuni quàm ex priuilegio dicūtur habere ius funerandi, ut dixi. ſ. c. 1. in pñn. & illatū cimiteria q̄ qñq; dicunť atria. 12. q. 1. nulla. 11. q. 1. pcipiēdū. 17. q. 4. ſiqs in atrio, & c. ſiqs cōtumax. qñq; poliandra, ut in pōtificali patet, à iure cōi hñt īmunitatē. res uiolari debēt nec pollui, nec in eis negociationes uel nundinę fieri uel cauſę maximè criminales tractari per iudices ſeculares. Patet primū, de immu. eccl. inter. Secūdū de cō. eccle. uel al. cōſuluiſti. Tertiū de immu. eccle. cū eccl'a e. ti. decre. li. 6. Quare de his. principaliꝰ ñ eſt qō, ſed dubium qōnis eſt, circa eccl'as non habētes parochiam, nec cimiteriū, nūquid alius à papa poſsit illis dare ius cimiterij, & liberā ſepulturā. Et uideť, ꝙ nō, cū hoc papa concedat in cle. e. ti. dudū. §. huiuſmodi. Itē de iure cōi ſepultura cōpetit eccl'æ parochiali, ut dixi ad hoc, j c. ꝓx. j. eo, licet. 1. rñſo. in fi. li. 6. Illud ergo ius cōe eps uel alius q̄ papa in præiudiciū parochialis eccl'æ tollere no poterit, ad hoc. j. de excel. pla. c. 2. cū concor. etiā legatus. ſ. de cōfir. uti. uel inuti. c. fi, Tu dic ꝯ, & ita ſeruať, ꝙ epi in ſuis dięceſibꝰ religioſis parochiā vel populū nō habētibus dāt liberā ſepulturā. Nā, qđ plus ē eccl'æ q̄ pro ſepulturis, uolūt amplificare, poſſunt donare centeſimā de bonis epatus 12. q, 2. bonæ rei. ſ de dona. apoſtolicæ, facit. 12. qu. 2. aurum, & ob hoc fuit ſublata illa dictio nřis, ut dixi. Ad ꝯria rñdeť, ꝙ generale priuilegiū ſepulturæ ꝑ totū orbē dat ſolꝰ papa. ſic loquitur. § huiuſmodi. Quod dicitur de pſiudicio parochialis eccleſiæ: nō ob. q a ēt alibi parochiani poterant eligere ſepulturā. j. e. c. 2. in fi. li. 6. nec illud priuilegiū illos cogit, & eſt ſi. qđ dř de. c. peruenit. 11. q. 1. Fateor tamen, ꝙ quia intra alterius parochiā nouū cimiteriū erigit, id facere debet de conſenſu capituli ſui, & ex cauſa iuſta, plenè no. de relig do. cōſtitutus. Et aūt huic ſimile, qđ dicā. j. de priui. in his, in gl. idē priuilegiū. ¶ Secūdo quęro, ſi priuilegiū liberę ſepulturę cōcedatur per papā nō adiecta clauſula de iuſtitia vel canonica parochialis eccleſiæ: an parochialis habet canonicā? uideť ꝙ nō: q a alꝰ uerborū illorū adiectio nihil opatur ꝯ id de priuil. ſi papa. 2. rñſo. in fi. Itē ſi papa id voluiſſet expreſsiſſet, de decimis ad audientiā. Item ꝯ libertatē ſepulturæ conceſſam eſſet, priuilegiatos ſic alijs teneri, facit de præben. licet. a li. 6. ut ibi dicā ſuper uer. de iure. Ite minores, & pdicatores ob hoc ſoluūt quartā: quia vt patet in cle. e. ti. dudū. §. huiuſmodi, tali libertati annectiť modificatio, dicit enim, liberā ut ſequitur, habeant ſepulturā, ſecus ergo vbi modificata nō eſt. Tu dic ꝯ. ſ. ꝙ parochialis habebit canonicā licet in priuilegio non ſit clauſula niſi ꝯriū in priuilgio exprimatur: quia ꝑ priuilegiū æquiparanť habētibus parochiā, & populū, & ſepulturam, de iure cōi: ſed illi ſoluūt canonicā: ergo & iſti, nec plus intendit cōcedere iſtis q̄ habeāt illi, qui ſepeliūt, de iure cōi. C. de inoffi. teſt. ſi qñ ſ. de reſcrip. c. j. alꝰ ſequereť ꝙ ſepelire poſſent, ꝯ cle. e. ti. c. 1. & his ſimilia, quę dixi ſuper rubrica. Nunquid enim ſubdiaconus: quia poteſt eligi in epm ſicut diaconus uel ſacerdos, de ætate, & qua. à multis, in fi. per hāc libertatē plus habebit, q̄ illi duo? conſtat, ꝙ nō. ſatis eſt. n. ꝙ illis æq paratur: ſic & in alijs exēplis iuriū, quæ allegaui in decre. prę. ſicet. Et patet per pdicta ꝙ priuilegiū multū cōfert, facit de uſu pal. ex tuarū. Et ſic nō ob. de priuil. in his, concordat huic ſolutioni, qđ no. de pęni. & remi. oīs, in 6. gl. Ad all. pri. rñde ꝑ id qđ dixi de reſcrip. mandatū, ſuper gl. 2. ſ. ꝙ nulla abſurditas in reſcriptis uel priuilegijs exprimi cōditiones, uel clauſulas ſubintellectas. Quod allegatur ſecundo locū habet in clauſulis nō ſubintellectis: ut de conſti. cū. M de reſcrip. c. 2. Ad tertiū rñdeť, ꝙ ſolutio canonicæ nō eſt ꝯria libertati ſepulturę, qđ ꝑ ſe patet, liberē. n. ſepeliunt, ſed poſtea ſoluūt: ut dicā in qōe ſequēti. Quod vltimo allegatur facit pro, patet. n. per id, qđ iura ſic uolūt, ēt per priuilegiatos ſolui canonicā. Quæ dixi de can. parochiali repetita intelligāť de can. epali, ubi illi priuilegiati exēpti non eſſent, alias ſecus quo ad illā, ut dicā. j c. proxi. & dixi. ſ. de his, & ſ. de reſta. reg ſiſti. ¶ Tertio quæro, an inter has clauſulas, ſalua iuſtitia, & ſalua canonica ſit dřia. Hoſti. dixit hic, ꝙ eſt dřia. nā primo caſu, cū dř ſalua iuſtitia, oportet ſolui canonicā eccleſiæ parohiali, antequā ſepeliať, dicit enim hoc iuſtū. facit. ſ. c. 1. & qđ ibi poſt cū dixi in glo. antequā, & ſequitur, ubi uide, in ſecundo caſu dicit, ꝙ corpus prius poterit ſepeliri, & poſtea ſoluetur canonica. & fortius ſi diceretur ſoluta rantūmodo quarta parte &c. j. c. prox. & uide, qđ dixi. ſ. cñ ſup, in ulti. glo. Ego hanc diſtinctionē nō approbo quę habet, ꝙ minus importet canon q̄ iuſtitia. Itē nec habet cōſuetudo optima iuris interpres, ꝙ tales priuilegiati ſoluant ante ſepulturā, nec mirū. nā iſta canonica aut de legatis uenit ſoluenda. aut de funerabilibus, ſed legata nō tā cito ſoluit hæres, nec tā cito ad illa ſoluenda poſſet urgeri. ſ. tit. 2. nos quidē, & c. ſi hæredes, facit. C. de ſepul. uio. auct. ſed nec ante, cuius tex. poſui in ſuffra. ſ. eo, ex parte. ergo eccleſia legataria illorū quotā ſoluere nō pōt, ſi uero canonica conſiſtat in funeribus, illa cū funere portanť, nec debēt tolli: ergo nec diuidi niſi poſt funus. ¶ Quarto quęro an id qđ hic dř de cōſuetudine retineatur ſolū ad alterā, de quotis hic expreſſis an vero procedat in maioribus quotis, puta, ꝙ tres partes haēt parochialis eccleſia: uel minoribus, puta,

quod

quod nõ habeat niſi decimã, uel minus: quia lr̃a hic
requirit cõſuetudinẽ eſſe debere rõnabilẽ, & hãc re-
ſtringat ad iſtas quotas. ergo vr̃, ꝙ in alijs non ualeat
quaſi minimũ uel nimiũ nõ ſit rõnabile, inter mediã
igir, & quartã incluſiue approbat cõſuetudo. ſi. inf. ti.
2. c. 1. Ho. hic remittit ad ſum. e. t. ſub. §. uetus. §. & quo
ta ſit, & ibi finaliter tenet. ꝙ de alia quota ualet cõſue-
tudo, dũtamẽ ſit ꝑſcripta, per decr. olim. de cẽſi. all. C.
de inof. te. par ẽribus. ſ. de teſta. officij, de re iudi. qđ ad
conſultationẽ in fi. uerũ eſt ꝙ ibi loquitur. de canoni
ca ep̃ali, de qua etiam ſcripſi poſt Inno. de teſta. requi-
ſiſti, in gl. licet multa. Sed per hãc remiſſionẽ vr̃ ꝙ idẽ
intelligat de iſta. Et pro iſto dicto. benefacit de teſta.
Rainutius, ad fi. Ad allegata reſpõdeo ꝙ quo ad iſtas
quotas hic expreſſas nõ requirit, ꝙ conſuetudo ſit ꝑ-
ſcripta, & uide, qđ no. de cõſue. c. ul. li. 6. in 3. gl. ad hãc,
q. & ſequentẽ. facit, qđ dixi poſt Di. in regula indultũ,
de reg. iur. li. 6. ¶ Quintò quæro. an ualeat cõſuetudo,
ꝙ nil detur? Abbas hic no. Guil. na. dixiſſe, ꝙ non: quia
eſt ꝯ Ap̃lm dicentẽ. ſint conſolationũ ſocij &c. ſup. c. i.
Item eſt alia ratio ſm Rai. quia per illã auferrur eccl'ię
tota cõmoditas rei ſuæ. i. ſui parochiani, qđ eẽ nõ de-
bet, ar. opti. ff. cõia prę. l. vẽditor fundi. in fi & idẽ Goſ.
in ſumma huius ti. uer. quid ſi ſit conſuetudo, & vide,
qđ dixi de teſta. requiſiſti, in prin. ſuper uer. debent, &
ſuper uer. regulariter. Ho. in quarta ep̃ali hoc tenet in
prædicto. §. niſi conſuetudo lĩme ſit præſcripta. & cũ
cap̃lo, & ſic loquatur decr. de quarta ſup. de ꝑſcrip. &
ipſe Hoſt. e. ti. §. an licitũ uer. quid ſi cõſuetudo ubi de
hac quarta parochiali q̃õnem format poſita opinio-
ne Go. quã prę miſi, remittit ad illũ. §. & quota. per qđ
vr̃ idẽ intelligere de parochiali, ut dixi iq̃õnę ꝓxima.
¶ Sexto quæro, qd petens canonicã hẽat ſpecificare.
Et modo aggreditor Inn. qui de his. quæ ſubdã. ꝓlixe
ſatis confuſe locutus eſt. Et pro tanto Speculator, qui
aĺs exquirebat tales mãs, hanc non poſuit: ſed huc re-
miſit in ſpe. e. ti. uer. utrũ's qui, & Ho. etiã ſuccinte rñ-
ſiuit. Et primo ſciẽdũ, ꝙ portio cõſuetudinaria dr̃ ca-
nonica ſm eũ nõ inuẽtione, ſed approbatione: & hic
& ſup. de teſta. requiſiſti, in prin petens ergo vr̃ ꝙ ex-
primere debeat, an petat can. uel cõſuetudinariã cum
aliter reus deliberare nõ poſſet. ff. de edẽ l. Nõ ob. de
reli. do. cõſtitutus, ubi petit ius ep̃ale: quia illud certũ
eſt & à iure diffinitũ, de offi. ordi. cõquerẽte, ſed cano
nica portio eſt incerta. Sed huic rõſioni obſtat, ꝙ etiã
ius ep̃ale pp cõſuetudines eſt incertũ unde. ſ. de præ-
ſcrip. auditis, ſolutio vel collectio denariorũ ſci Petri,
cõputat inter iura ep̃alia. Dicit Inn. ꝙ ex quo ius ep̃a-
le eſt principale & certũ accedit illi oẽ id qđ & ſpecia-
li iure priuilegij, uel conſuetudinis uel alio mõ cõpe-
tit, cõcurrẽt ergo iſta in petitione. & in ſolutione. ſed
petitio canonicę nõ habet aliquod tale principale. itẽ
canonica cũ cõſuetudinaria nõ concurrũt in petitio
ne, nec in ſolutione, ergo &c. Dicit Inn ꝙ ſi petens eſ-
ſet incertus, q̃ portio in illa terra ſoluatur, recipietur
libellus ſine expreſſione. eũ licet plus exprimi poſſet,
nõ eſt tamen reus penitus incertus. cũ certũ ſit aliquã
portionẽ deberi, ar. ff. de rei uen. quæ de tota. §. 1. & de
hoc de libel. ob. c. 2. Per ꝑdicta vr̃ Inn. ſenſiſſe de petẽ-
te conſuetudinariã, licet & aliter poſſit intelligi. Vnde
dicebat Ho. ꝙ petẽs canonicã, ſi aliud nõ exprimat, in
telligit petere quartã per ea. quæ dixi ſup ult. gl. ¶ Se-
ptimo quęritur, quid ſi petit partẽ certã fundi, uel feu
dorũ, nunquid illius vel illorũ fines ſpecificare tenet?
An uerò ſatis eſt dicere: peto talẽ partẽ fundi, uel feu-
dorũ tibi ꝑ talẽ in teſtõ relictorũ? Dicũt Inn. & Hoſ. ꝙ
exprimere tenet per. l. ff. de rei uen. ſi in rem. facit ſup.
de libel. ob. c. 2. ¶ Octauò quæro an ꝓcedet hæc peti-
tio, peto quartã oĩum rerũ tibi per talem in teſtõ reli-
ctarũ: vel oĩum tibi obueniẽtiũ ex eius bonis ſm Inn.

uel ſm Hoſtiẽ. peto quartã iudicij talis defuncti paro-
chiani mei, uel peto quartã oĩum, q̃ pro ſalute aĩæ re-
ligi. uel peto oĩa quę pro ſepultura eius recepiſti. Vi-
det. ꝙ ſic. quia admittit petitio gregis & armenti ſine
expreſſione capitũ. ff de rei uen. l. 1. §. fi. & l. ſe. ex lega-
to tamen uniuerſitatis legatarius ad res ſingulas poſ-
ſet agere. ff. de pecu. le. ſi peculium, de l. 1. ſi chorus, in
prin. Dicit Inn. ꝙ ſibi placet reſponſio, ſed non allega
tio, per quã cõcedit. ꝙ petat uniuerſitas realis, ſed hęc
legata. nec uniuerſitatẽ rerũ cõſtituũt, vt grex, uel ar-
eccleſia cathedrali, uel alia, oblationes ſpectant ad ip-
ſum, in uer. quid ergo, ſi eps [*Arbor*] Matt. 7. [*Proſtra-
tus*] quaſi colliſus, extenſus, confuſus. concor. cle. de
4 elec. in pleriſque, uer. quid ſi. ¶ Secunda † gl. quærit, &
ſoluit. 4. rõnes inducens, & unũ ſimile. & demũ ſolu-
tionẽ declarat, & antiquæ pmiſsionis cauſam reddit.
5 ¶ [*In* † *gl. 2. ibi, Peruenit*] ubi de hoc [*& ibi, Nõ ius, ſed corpus*]
abb. inſtabat expõnib. uer. & hoc intẽdit lex. vẽdicato
uitu-

uitulo non agit emptor de uaccæ euictione: quia nec corpus uenditum ipſius uaccæ, nec ius fruendi uendicatur. Aliud enim eſt uendicare fructū, aliud ius fruēdi. Ad propoſitum aliud eſt concedere fructum decimæ: aliud ius percipiendi [*& ibi, prohibitum*] per concilium Laterañ. in parte deciſa, infra c. 2. ad hoc. eo. titu. c. 2. lib. 6. §. illas autem. Alii dicunt per Vrbanum. & ipſius concil. Turon. ad hoc in lib. feu. quibus mo. fe. a. §. itē ſi epiſcopus, aliàs eſt. c. ſub Rub. epiſcopū, abbatem, uel abbatiſſam feu. dare non poſſe. & uide quod no. Hoſt. in ſum. eo. titu. §. & utrum præſcribi, uer. qd ſi laicus [*& ibi, ab antiquo conceſſas*] quid ſi non apparet quanto? quærebat hic Hoſt. & ſupra de his, quæ fi. à præla. cum apoſtolica, & ibi uideas in fi. ¶ *In gl. ult. ibi, donec &c.*] ſi. de ęta. & quali. quęris [*& ibi, ipſa pietas &c.*] intelligo in excommunicatione, ſi intendit laico ius ſpirituale conferre. Laur.

S V M M A R I V M.

1 *Decimam an colonus ſoluat eccleſiæ prædiali, an parochiali, ſtatur conſuetudini, quod an ſit uerum, uide latis, num. 4.*
Vinearum cultores Bononienſes ubi maneant.
Continens pro contento ponitur, ad uer. de terris.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 3.*
Seruis aduerſus dominos conſiſtere licet, & quando.
4 *Additio gloſſarum.*
Dubium huius decretalis difficile, non facile.

C A P V T XVIII.

3 CVm ſit homines. Caſus. Stat † cōſuetu. an colonus decimā ſoluat eccleſiæ, in cuius parochia ſitum eſt prædium; an illi, in qua percipit, & audit diuina. & in prima conſultatio. in ſecunda reſponſio ibi, ſanè [*Parochia*] habebat enim domicilium in illa, & ibi percipiebat eccleſiaſtica ſacramenta [*In alia*] Commune eſt iſtud cultoribus uinearum circa Bonoñ. qui ut plurimum manent in ſuburbiis ciuitatis [*De terris*] ideſt fructibus terrarum [*In diuerſis*] ut ſi colonus, qui habitat in finibus diœce. Bonoñ. colit prædium ibi uicinū, tñ in diœc. Mutiñ. [*Confundi*] maxime, qa uno attētato facile uſurpantur alia,
2 maximè in dubio, infra de reli. do. c. 1. ¶ Secunda † gl. rñdet p qō. qualis erat iſta diuerſitas. ¶ Vlt. glo. ponit
3 duas lect. ¶ *In † gl. ult. ibi, uix certis*] ſequitur, ex cauſis aduerſus dominos ſeruis cōſiſtere permiſſum eſt, & enu
4 merat. 8. ¶ *In † glo. 2. ibi, ſed facile eſt ſoluere*] ita dixerunt oēs antiqui & moderni, qui iudicio meo nō uiderunt dubium decr. quod ſoluere non eſt facile. & ſm eos fruſtra papa ſic pōderauit hoc dubium. loquitur autem decre. de colono partiario, qui pro cultura certā partem fructuum recipit, puta dimidiam. de hac ſua parte cui eccleſiæ ſoluere debeat decimam, forte dubiū eſt, Nam hæc pars uidetur ſibi prouenire ex opera culturæ, & ſic decimabitur ut perſonale. e cōtra ſi ex prædio ꝓuenit, & ibi principaliter operatur manus dei, & ſic inter prædiales cōputanda uidetur. & ſi hac ratione ꝓ prędiali diffinias, per hoc fraudabitur parochialis eccleſia, quę nullas perſonales habebit, cum ille forte aliud opus non faciat. Item ſi ſingulis diebus, menſibus, uel annis iſte reciperet precium operarū, illius precii daretur decima parochiali. ſic uidetur de hac parte, quæ ſuccedit loco precii. Si contra prædialem diffinias, id uidetur abſurdū, cū de omni fructu illius prædii ſibi decima debeatur. & ſi ipſe dominus ſuis expenſis coli faceret, uel coleret, ſolueret integram decimam, nō deductis expenſis culturę, ſ. eo. cū homines. ĵ. eo. non eſt. Ergo nec pars debita cultori tranſibit ſibi nō decimata. Textus uidetur uelle conſuetudinem eſſe ſequendam, de qua ſi non appareret, ſatis uideretur partē coloni bis decimādam. primò eccleſiæ prædiali, in reſiduo eccleſiæ parochiali. & in prima nō detraher ſumptus. in ſecūda detrahet, ĵ. eo. paſto. & ſit ſimile, ſi pro ſalario doctrinæ, uel aduocationis das mihi fructus prædii tui. nā parochialis prædii habebit illorū fructuum prædialem decimam, reliquæ partis, q̄
a mihi eſt lucrum perſonale, parochialis[a] domicilii habebit decimam. Vnde dicebat Hoſt. inf. eo. tua. 2. ꝙ ſi colonus de aceruo non decimato donet mihi. 10. corbes, illud bis decimabitur. primo eccleſiæ prædiali. &
b reſiduum meę parochiali,[b] ſicut de eodē legato datur duæ canonicæ. de hoc de teſta. c. ſi. & facit etiā ad hoc, quod dixi ſecundum Goff. ſupra de feu. licet, ſuper gl. fi. ſed Inn. & Hoſt. infra eo. a nobis, dicebant hoc caſu unicam ſolam decimam & prædialem deberi, quando colonus pro cultura partem fructuū percipit, uel certas menſuras, dummodo ita ſit. ꝙ de fundo menſuras percipiat, & non aliunde. i. ſi ſunt in fundo, illas percipit: aliàs ſibi menſuræ illę non ſoluentur. & idem uidetur, ſi de fructibus non debet ſolui merces coloni, ſed in pecunia. hoc tamen acto, ꝙ illa pecunia deberetur de fructibus prædii: aliàs non, ſi fructus non eſſent ad illius æſtimationem, arg. ff. de uſur. hactenus, ff. de iu-
c di. fideicommiſſum[c]. Si autem colonus ſit penſionarius, cui perſona dñi ſit obligata ad ſoluēdam mercedē, etiam ſi nil percipiatur de fundo, quem colit, ſiue in pecunia, ſiue in alio conſiſtat merces, tūc debet colonus decimam ſoluere nō eccleſiæ prædiali, ſed ſuæ parochiali, ubi percipit diuina. & hoc caſu uidetur loqui. 16. q. 1. quæſti. & arg. ff. de contra. hen. emp. l. fin. Et eſt ratio diuerſitatis horum caſuum: quia primo caſu omnes fructus ſunt decimandi ante, quam diuidātur ſiue deductione expenſarum, infra eo. tua. 2. uer. & cū de cunctis. ergo, ex quo ſemel ſunt decimati, ulterius non debent decimari ab his, ad quos ex debito prouenjūt, ſicut ſunt coloni, infra eo. paſtoralis §. 1. In ſecundo uero caſu agitur de lucro proueniente ex opera manuum coloni, de quo patet deberi decimam eccleſiæ parochiali, vbi audiunt diuina. Item in primo caſu totus fructus eſt de terra, licet exinde ꝓueniat operante manu hominis, ſupra eo. non eſt, infra eo. cum non ſit. & ideò illi tantum eccleſiæ, in qua ſita ſunt prædia, dabuntur decimæ, ex quo nil habet de mercede colonus, niſi ex fructibus prædii proueniat. In ſecūdo uerò caſu lucrum. & merces coloni ex opa manuum ſuarū prouenit, non ex fundo, ex quo mercedē illam habere debet, ēt ſi fundus ſit omninò ſterilis, ſm Inno. licet fateatur Hoſti. contrariā conſue. tenendam, ſi de illa conſtet, ut hic, & infra c. 2. Licet ſatis iuri & æquitati conſonum reputetur. quod ſ. dixi. partē coloni bis decimandā: tamen quia id non ſeruatur, ſtari pōt ſatis probabiliter huic dicto Inno. & Ho. ubi nō apparet conſuetudo cōtraria, ut prædixi. pro qua multum facit: quia ſi ipſe idem dominus coleret, nec aliud opus faceret, non eſt tñ reperire, ꝙ parte illorum fructuū decimet ut lucrum. ad hoc tamen reſpōderi poſſet per decre. ſupra eo. dilecti. & ad materiā facit, quod dicam. ĵ. eo. non eſt, in glo. iſtæ ſunt, & ĵ. eo. tua. 2. ſuper glo. hoc intellige. ubi pro colono partiario redditur ratio, ꝙ ſubmittit mercedem ſuam fortunæ, & dei miſericordiæ, unde merces illa potius in fructu, q̄ in lucro conſiſtit. ¶ *In gl. ult. ibi, uix certis*] infra de eo. epi. c. 2. lib. 6. [*& ibi, intelligitur*] & ſm hoc dixit Goff. ꝙ difficultas hic præponderatur reſpectu ſcandali prouenientis ex perceptione decimarum unius eccleſiæ in alienus diœceſi. [*& ibi, impoſſibile*] facit 2. q. 6. biduum, uerſic. ſi aduerſus. ff. ad Velleia. tutor. 1. reſpon. & l. ulti. in prin. [*& in fine*] ſecundum Dama. Phi. & Innocen. prima lectura magis placuit Tan. & Vincen.

ANNOTATIONES.

a ¶Parochialis. Illud dictum uidetur ſi bene ponderas contra gl. in uer. excolendas, in cle. eo. titu. io ulti. q. ſ. quando poſſeſſio eſt priuilegiata, non perſona: quia dicit ibi colonum exemptum a decimis, & bene conſidera, quæ infra dicit poſt Inno. & Hoſt.

b ¶Parochiali ſicut. Donatarius ergo ſoluit decimam perſonalem, ad quod facit quod no. Io. An. de percipiente eleemoſynam, ſup. eo. cum homines, in gl. tunc ſi. in prin. donator autem nõ, uide ipſum, ſupra eo. commiſſum, ſuper gl. fi. & hoc idem, quod hic no. Io. And. uoluit gl. mag. infra eo. tua, & ſuper illa Io. And. & ad id quod dixi de donatore, facit quod uo. Ioan. And. infra de iure patrona. nobis, in glo. inops.

c ¶Fideicommiſſum. Quod ergo dicit Bart. in l. ſi apes, ff. de fur. de colonis triplicis generis, limitari poteſt, ut addatur aliud genus, ſcilicet eius, qui colit pro nomis, uel pro alia ſpecie limitando ſolutionem. ſi ſic & inquantum naſcuntur fructus in fundo, & ille æquiparatur partiario, ut hic per Innocen.

SVMMARIVM.

1 *Decima ullo modo poßunt in alios laicos transferri, uide nu. 3.*
Translationis modi qui.
Monitionem præcedere debere intelligitur pœnam.
Sepultura Chriſtiana quibus caſibus quis priuetur, niſi prius reddito debito, num. 4. remiſſ.
2 *Epilogus. & additio gloſſarum. nu. 4.*
Decimas retinere prohibitum regulariter, & quando fallat.
Indefinitè quod dicitur, intelligitur regulariter, ut hic.

CAPVT XIX.

PRohibemus. Breue eſt. ponit ꝓhibitionẽ, cui pœnam ſubdit ibi, ſi quis [*Aliquo modo*] cõpre-
1 hendit † ergo omnem modum translationis. ſcilicet feudationis, uenditionis, donationis, permutationis, & his ſimiles [*Receperit*] nõ punit hic expreſsè transferentem [*Non reddiderit*] monitus [*Priuetur*] etiã per hæredes hoc fieri iubeat. nec ob. ſupra de ſepul. c. fin. quia iſte eſt caſus ſpecialis, quo non ſepelitur, niſi prius reddantur, ut uer. intelligatur cũ effectu, de cleri. non reſi. relatum, ſicut & alii caſus de torne. c. 1. cũ
2 ſi. ſecundum. Gui. na. ¶Secunda † gl. protogat, quærit,
3 & ſoluit diſtinguendo. ¶[*In † gl. 2. ibi, quòd illas poßunt*] tutius eſt tenere contrarium. ſecundum Hoſt. ad hoc, ſupra eo. tit. ad hæc. & c. quamuis, & infra eo. tua nobis, & c. ulti. nec ob. ꝙ hic dicit, Cum animarum ſuarum periculo: quia ſubaudiendum eſt regulariter, quamuis interdum & ſine periculo ipſas retineant, ſcilicet ab antiquo conceſſas. Boa. uerò dicebat id dictum, ut facilius inducantur ad illas diminuẽdas. Potes cõſtruere ita, ꝙ illud, Cũ animarum periculo, reſpiciat, uer. transferre, non uerbum, detinentes, Pet. de. & Abb. ꝓbabant hoc per decr. cum apoſtolica, hic alle. nam ſi ibi ſpecialiter conceditur, ꝙ habens decimam in feudum ab antiquo poſsit eam concedere alteri eccleſiæ de conſenſu epiſcopi, ergo niſi concedatur eccleſiæ, conſenſus epiſcopi non ſufficeret. Innoc. alternatiuè utrunque dictum ponebat. pro primo dicto facit, quia ubi feudum tale eſt, in quo non ſuccedant niſi filii, ſacile eſſet uaſallo non habenti filios eccleſiam fraudare. Idem uidetur de uaſallo, qui intenderet felloniam facere contra eccleſiam, de qua. infra de pœn. in quibuſdam, uel aliam, propter quã perdere deberet feu-
4 dum. ¶[*In † gl. ult. in fi.*] & in aliis caſibus, qui no. & quos dixi, ſupra de ſepultu. ex parte.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ perſonales cur, & cur prædiales debentur, nu. 2. in fi.*
Vngari transferunt ædificia lignea ex una in aliam diœceſim.
Parochia, pro diœceſi.
2 *Decimarum retentio, uel diminutio per conſuetudinem non licita, ſed clericis inter ipſos prodeſt.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloßarum. nu. 4.*
Decimæ pecoris ſiue animalium prædiales nu. 5. in prin. & fi.
Fundo inſtructo legato pecus quando cedit.
5 *Additio gloßarum.*
Boues de quo fundo intelliguntur eſſe.
Mora ubi fit, non attenditur, ſed labor.
Arbor cuius ſoli cenſetur.
Ex urbanis natus mancipiis, licet alibi nutriatur, urbanus cẽſetur.

CAPVT XX.

1 AD apoſtolicæ. Caſus. Decimæ † pſonales debentur eccleſiæ parochiali: prædiales eccleſiæ in cuius parochia ſitum eſt prædium, niſi aliud habeat conſuetudo. & in 1. conſultatio. in ſecunda reſponſio ibi, Noueritis igitur [*Et infra*] deciditur, licet immeriti dignatione diuina uocati omnibus ſumus eccleſiæ filiis debitores, & pro ſciẽtiæ noſtræ modulo reſpondere cogimur conſultationibus ſingulorum [*In Vngaria*] Dicit Abb. ꝙ ſæpe Vngari ponunt aliqua lignea ædificia in una diœceſi, & poſtea ſe, & ędificia transferunt ad alias diœceſes [*De parochia*] id eſt diœceſi. ſic de dona. apoſtolicæ, circa princ. [*Tempora*] forte decem annos, C. de incol. l. 2. li. 10. [*Sunt facti*] no. pro his, quæ dixi, ſup. de of. archipresby. c. 3. [*Conſuetudi-*
2 *nem*] licet † attendatur hæc cõſuetudo circa perceptionem decimarum inter eccleſias, non tamen inter laicos circa retentionẽ. uel diminutionẽ ipſarũ. Inno. & Hoſt. Subdit Inn. ꝙ ſi de cõſuetudine nõ cõſtat, ꝓdiales debẽtur baptiſmali, & pſonales capellæ. 16. q. 1. de decimis, ſup. eo. nuncios, ubi idẽ dixerat Tan. [*Innoue-*
3 *ris*] aliàs, noueris ¶Secunda gl. ꝑmittit tria circa decimas pſonales. ſecundo quærit de animabus, & ſoluit, Et iterũ quærit, & ſoluit. per quã ſolutionẽ duas alias
4 expedit qõnes. ¶[*In † gl. 2. ibi, pecoris paſcendi*] ſequitur. ſeruitutes, Itẽ ad aquas appellendi, maximè ſi prædii fructus in pecore conſiſtat, prædii magis, ꝗ perſonę uidetur [*& ibi l. 2.*] legato fundo, ſicut inſtructus eſt, pecora, quæ ſtercorandi, uel paſcendi cauſa ibi ſunt, ut fundus fiat inſtructior, cedunt legato ſicut fundo [*& ibi, aſſumptio*] habet quis duo domicilia in utroq; ſe æqua-
5 liter collocando. ¶[*In † glo. 2. poteſt dici*] ſecundũ Ala. [*& ibi l. 2.*] de hoc. 13. q. 1. §. 2. [*& ibi, qui paſcit*] & per Goff. hic, & in ſum. huius tit. in prin. pro hoc dicto facit, quia boues de illo fundo intelligunt, in quo laborant, nõ in quo morantur, ff. de fun. inſtruct. cum quidam. & arbor illius ſoli cenſetur, in quo uiuit, non in quo vſ cõſiſtere, ff. arbo. fur. cæſarum, ſi plures. §. ſi radicibus. Sed contra: quia cuſtodia paſtoris eſt neceſſaria. infra de regulis iuris, c. penul. unde conſideranda uidetur parochia paſtoris. nam & natus ex urbanis mãcipiis, licet ad uillã mittatur nutriẽdus, nõ ideo minus cenſetur vrbanus, ff. de uer. ſi. is qui natus. ſic loquitur Hoſti. tenẽs, ut ſequitur in gl. [*& ibi, Vlteriua*] & inf. de ſepul. cum quis. a. reſpon. li. 6. [*& in fi.*] facit, quod no. de maio. & obe. omnes principes. Hoſt. remit. de his ad ſummam, co. ti. §. cui danda ſit. quando autem ſit ſoluenda, ſcripſi in Specu. eo. ti. ſuper. v. libello.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ de omni fructu prædii ſoluendæ, etiam eo anno prouenien te, nume. 2.*
Eas non ſoluens, mortale, & deferri debent ad horreum ſacerdotis.
2 *Additio gloſſarum.*
Decima cui debentur, poteſt interdicere domino fundi, ne fructus colligat, uel exportet, niſi ſe, uel ſuo nuncio præſente.
Fundi partem habet, qui eius fructuum partem habet, & ratio.

CAPVT XXI.

1 EX parte. Caſus. Det omni fructu prædii ſoluendę ſunt decimę. & prima pars ponit querelam. ſecūda dat iudicem ibi, Mandamus, quatenus [*Diuerſa ſemina*] puta granum, & rapas, uel linum, uel milium in hortis maximè hoc apparet [*Prædiorum*] aliàs prędictorum, ſcilicet ſeminum [*Compellas*] ergo eſt mortale nō ſolum decimam non ſoluere, ſed de ipſa aliquid dimi
2 nuere, de hoc. ſupra eo. peruenit, Hoſt. ¶ [*In glo. 1. in fi.*] ſecundum T. & dominus totum donat. unde de toto ſibi decima debetur. 16. q. 1. decimæ. Goff. ¶ [*In gl. ult. in*
a *fi.*] & ut dixit hic. T. & Vin. ſuis expenſis debet illas deferre ad horreum ſacerdotis. 16. q. 1. reuertimini. & q. 7. c. 1. & in his. c. idem no. Io. No. autem Guil. in Spec. eo. tit. ad fi. ꝙ is, cui debentur decimæ. poteſt petere interdici domino fundi, ne fructus colligat, uel exportet, niſi eo, uel eius nuncio præſente, C. lib. 10. quandò & qui. quar. pars de. l. 2. ibi, ſub aſpectu curialium, ff. de rei uen. nō ſolum. melius, ſi uero. & quia ſi habet partem in fructibus, & in fundo. ſunt enim fructus pars fundi, ff. de rei ven. fructus. & iure communi &c. ff. cō muni diui. Sabinus. Item Goff. Na. dicens magiſtrum ſuum Ala. hoc tenuiſſe, & ſe ſic conſuluiſſe, per l. Paulus, ff. de procu. ff. de inof. teſt. ſi ſuſpecta, & C. de litig. auct. nunc ſi hęres. & hoc recitat Guido, ſupra eo. quoniam, concor. ad allegata de procu. 2. in fi. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Expenſis. Super hoc uide Bald. qui ſubtiliter loquitur, in l. cum quidam, C. de condi. inſer. & ponit ibi etiam de eo, quod hic ſequitur. & facit, quod no. Io. And. de pig. ſignificante, in glo. quicunque, & doct. in l. acceptam, C. de uſuris.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ ſoluendę ſunt non deductis expenſis, & de quibus tribuendæ, & num 2.*
Perſonales quæ, & cur ita dictæ.
De uenatione, & piſcatione, an ſint perſonales, an prædiales, & cui eccleſiæ ſoluendæ.
Perſonale quando quid exiſtimetur, ex his diſputatis colligitur.
Contra libertatem antequam ſi dominus adicatur, quis contra faciens, quando non eſt puniendus, uer. quid ergo.
2 *De arboris uno loco exciſa, ubi 10. ualebat, & delata ad portum ubi mille ualebat, utroque pretio decima ſoluenda, & cui.*
Decima tribuitur deductis expenſis, & quo caſu hic, uer. tu dicas.
3 *Bona quæ dicantur, & unde, & horum appellatione etiam indefinite comprehenduntur immobilia etiam.*
4 *In mora reſtituendi decimas quis non dicitur, neq; mortaliter peccat, niſi monitus contradicat.*
Decima eſt in præcepto.
In opinionibus diuerſis diffinitio Papæ ſequenda.
5 *A[...]tia gloſſarum.*
Congregatum cum peccato, cum damno perditur.
Quæſita malè non habeant bonos euentus.

CAPVT XXII.

1 NOn eſt Caſus. Decimæ † ſoluēdæ ſunt non deductis expenſis. & primò ponit exordium. ſecundò narrationē ibi, Reuera. 3. cōcluſionem ibi. Volumus [*Hominum*] quia neque qui plantat &c. 19. di. ſecundū, & infra c. cum non ſit [*Hortis*] aliàs omis [*Militia*] ideſt ipſius ſtipendiis, quod intelligas in bello iuſto. ad hoc
2 quod no. infra c. proxi. Hoſt. [*Venatione*] iſtæ ſunt † decimæ perſonales; ideò ſic dictæ: quia miniſterio, & opera hominis proueniunt: & inde decimæ ſolui debēt, licet feræ, uel aues, uel piſces in terra, uel mari. uel in aqua nutriantur ex beneficio, & nutrimento terræ, & ideò iſtæ decimæ dandæ ſunt illi eccleſiæ in qua is, qui talia percipit per anni circulum, diuina officia audit, quod intelligas uerum, ubi quiſque liberè uenatur, uel piſcatur, nulla parte piſcationis, uel precio data. Alioquin furtum committeret, niſi precium daret: uel certam partem illi, cui de iure dari debet, & illam dat, tunc de illa parte, uel precio danda eſſet decima eccleſiæ baptiſmali, ſeu parochiali, infra cuius limites talia percipiantur: quia illa pars, ſeu precium, non ex miniſterio hominis. ſed ex aqua. & terra prouenit. Igitur, ſi ſit locus publicus. in quo licet unicuique uenari liberè, ſeu piſcari, potius reputatur hoc perſonale, quàm prædiale, & idem in ſimilibus ſecundum Inno. Quid ergo, ſi antiquitus fuerit libera venatio, vel piſcatio omnibus, nunc autem dominus facit præconizari ſub certa pœna, ꝙ nullus de tali loco uenetur, uel piſcetur? vtiq; ſi hoc facit contra uoluntatem hominum, ſiue populi, quorum intereſt, uiolētia eſt, & eſſet ex hoc dominus puniēdus, nec oportet contra uenientem timere furtum: timeat tamen, ne de facto cogatur pœnā ſoluere: ſi hoc facit de conſenſu illorum, quorum intereſt, iuſte fit, & tranſgreſſor eſt puniendus. probatur hoc inſti. de rerum diui. §. 3. & ſeq. & §. feræ igitur beſtiæ. ff. de acqui. re. do. & ne quid in loco pu. & de aqua quo. & æſti. per totum, & in eo, quod le. & no. ſup. de conſt. c. 2. & de temp. or di. ſi archiepiſcopus, de off. archipreſ. c. fi. & de maio. & obe. c. fi. & in ſum. de pœniten. §. fi. & ſub. §. fi. Hoſt. Item uidetur, ꝙ ſi aliquis capiat piſces in mari, uel aqua fluminali, & apponet in ſtagnum, in quo ipſos nutrit, decima talium eccleſiæ, in cuius parochia ſtagnum ſitum eſt, dari debet, & idem uidetur, ſi beſtiæ recludantur in recluſorio, ſiue parco, cum ibi viuant beneficio aquę. uel terrę in eadem parochia ſitæ, ſup. eo. c. reſpon. 1. & inf. eo. cum non ſit in homine. Aliis tamen uidetur, ꝙ de prædictis nō baptiſmali eccleſię, ſed illi, in qua percipiens talia audit diuina officia. decima ſit ſoluenda: quia omnia talia proueniunt opera, & artificio hominis: nec ob. inf. eod. cum non ſit: quia ibi nō prouenit fructus artificio hominis, ſed ex ſola gratia Dei: quod inde apparet: quia ſemen mortificatur, & ideo non homine operante uiuificatur, & fructum plus affert. Sed piſces, & animalia miniſterio hominis recluduntur, nec ſicut grana moriuntur, ut poſtea cum maiori fructu reuiuiſcant. ſecundum Innocen. ſed Hoſtien dicit, quod talis decima, nec merè prædialis, nec merè perſonalis cenſenda eſt ſed mixta quod dic, ut not. ſupra, eod. apoſtoli-
3 cę §. primo. ¶ Quid ſi † arborem de ſilua exciſam non ualentem ibi, decem libr. ducat quis ad portum, ubi ualet mille? reſpondeo, non ſolum de decem, ſed & de mille danda eſt decima, deductis tamen expenſis, quæ bona fide fiunt in deducendo uſq; ad portū ſm Inn. & reuertendo uſq; ad hoſpitiū, niſi & in aliis deducendis negocietur, in quibus lucretur. Alii dicunt, ꝙ de 10. lib. tm̄ dare debet decimā. & alia cedūt lucro. Tu dicas ſm Hoſt. ꝙ de. 10. libris tm̄ danda eſt decima illi eccleſiæ, intra cuius parochiam arbor exciſa fuit; & ſic eſt uera hæc ultima opinio. De alio uero lucro deductis expenſis dāda eſt decima illi eccleſiæ, in qua ductor arboris percipit eccleſiaſtica ſacramēta, ī c. paſtoralis. & ſic intellige primam opi. ſm Hoſt. & Abb. & facit ad ea, quæ dixi. ſ. eo. cum ſint. quædā alia, quæ no. hic Inn. & Hoſt. dicam. ī. c. paſtoralis, ſuper glo. ex
4 hoc [*De omnibus bonis*] bona † dicuntur illa, quorum dominium habemus, uel quæ bona fide poſsidemus, ff. de uerb. ſignifi. l. bonorum appellatione. Et dicuntur bona, quia nos beant, Goff. & no. Hoſtien. quod non

ſolum dixit, bonis, ſed addidit, omnibus: ſed ſine illo
addito comprehēderet immobilia, fortius cum illo.
facit de teſta. relatum. 2. & facit ad ea, quæ no. & dicā,
infra eo. paſtoralis [*Miniſtris*] habita diſtinctione inter
perſonales, & reales, de qua ſup. eo. ad apoſtolicæ [*Ne*
4 *glexerint*] uidetur ergo, ꝙ non ſint† in mora, nec pec-
cent mortaliter, donec moniti reſtituere contradicāt
ut hic. & ſupra eo. peruenit. ibi de hoc. ibi no. contra-
rium Hoſt. [*Præcipimus*] quod præcipitur &c. infra de
uerb. ſignifica. in his. & præmiſit diſtrictè, ut omnino
ſcirent ſentientes contrarium decimam eſſe in præce
pto. ad idem. infra eo. tua. 2. uer. nimis profectò, maxi
mè cum in diuerſis opi. ſit ſequenda diſſinitio papæ, q.
ſi. ſint legi. per uenerabilē, §. rationibus. & eſt hoc ue-
rum etiam de quotitate, ut hic in fin. patet ſm Hoſt.
5 ¶ [*In† glo. 2. ibi, reuocari meretur*] Greg. ad reginam Franco
rum. Crede mihi, quod cum peccato cōgregatur, cū
damno perditur. Quid ius ſine titulo. Non habet cuſ-
tus ſordida ꝑda bonos. Claudianus. Quas male colle-
git fallacis dextra parētis, Has pęnis nati dextra refun-
dit opes. uide quod dicam de cenſi. ꝓcura. in glo. ut ſi.

SVMMARIVM.

1 *De molendini ad uentum fructibus decimæ ſoluendæ.*
Infidelis an ſoluere eas teneatur, remittit.
Dei uirtus in omnibus elementis operatur.
3 *Molendini ad uentum ubi uſus.*
Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.
Ex illicitis cauſis quod ſocius acquiſiuit, non cogi tur conferre.
Honoribus prohibitus à quibus non excludatur, nec à muneribus.
5 *Additio gloſſarum, num. 6.*
Decima, & eleemoſyna an tribuenda de illicitè acquiſitis, nu. 6.
Ex pecunia illicitè quæſita an eccleſia fabricata, deſtruenda.
Meretrix promiſſum petere non poteſt, licet ſolutum ei non re-petatur.
6 *Mamona, quid.*
Iniquitas hic, pro ſolicitudine.
Ab excommunicato, & meretrice an recipienda eleemoſyna, uel oblatio.

CAPVT XXIII.

1 EX tranſmiſſa. Caſus. De fructib⁹
†molendini ad uē-
tum ſoluendæ ſunt decimæ. & primò po-
nit deciſam querelam. ſecundò dat iudicē
ibi, Quia. ubi præmittit generalem rationem, ex qua
infert concluſionem ibi, Mandamus, quatenus [*Fide-
lis*] de infideli dic, ut ſup. eo. de terris, & infra de uſu.
quanto, ad fi. [*Acquirere*] & de facto acquirit [*Ad ſolu-
tionem*] ſup. faciendam ſine diminutione &c. [*Ad uen-
tum*] uidebatur decimam nō eſſe dandam de his, quę
ex uento proueniunt, quaſi uenti per ſe naſcātur, nec
dei uirtus in eis operetur: ſed non eſt ita. †Nam mare,
& uenti obediunt ſibi, Goff. ut Matth. 8. Et qui fecit
aquam, fecit & aera. ut gene. 1. c. Dixit. T. & Vin. Mo-
lendinum fundatum eſt in terra, de qua decima daba
tur. & eius fructus incommodatur. Præterea ſufficit,
5 ꝙ ſit honeſtum lucrum. Dixit Hoſt. ꝙ† talia molendi
na ſunt Marſiliæ, & Arelatæ, & in multis locis [*Compel-
latus*] per ſententiam excommunicationis, de hoc, ſu-
3 pra eo. peruenit, Hoſt. ¶ Prima† gl. reſpondet per qō.
an de illicitè acquiſitis ſoluenda ſit decima. arguit ꝙ
non à cōtrario huius literæ. alle. etiam canonem, tres
auctoritates. & unam. l. Ad contrarium alleg. tres. l. &
unam auctoritatem. ponit opi. demū ſoluit diſtinguē
4 do. ¶ [*In 1. † glo. ibi. §. ulti.*] ſocius etiam omnium bono-
rum non cogitur conferre, quod ex illicitis cauſis ac-
quiſiuit [*& ibi, accipit*] licet turpiter faciat [*& ibi, deli-
ctum, uel pœna*] unde prohibitus honoribus, tenetur ad
munera, & etiam ad honores, qui mixtam habēt mu-
5 neris cauſam. & hoc uult. §. ulti. ¶ [*In† glo. 1. in prin.*] quæ-
re hanc gl. 14. q. 5. in ſumma [*& ibi, ubi de hoc*] ibi etiam
notatur, an demoliri debeat eccleſia conſtructa de pe
cunia ſimoniaca. & quid tunc de iure pa. & an de fru-
ctibus rei emptæ de pecunia ſimoniaca eleemoſyna
fieri poſſit [*& ibi, Iuxta illud*] Deute. 23. [*& ibi, Iſaias*] nō
credo hoc eſſe de textu Iſaiæ, imò nec Bibliæ [*& ibi, ho
norabis*] prouer. 3. [*& ibi, turpiter accipit*] nunquid dans
peccet, quare no. 86. diſ. qui uenatoribus [*& ibi. §. quo-
tiens*] & ut ibi no. licet ſolutum ſibi non repetatur, pro
miſſum, tamen ipſa petere non poteſt, cum turpis fue
a rit promiſſionis cauſa, ff. de uet. obli. generaliter[a] [*&
6 ibi, Euangelij*] Lucæ. 16. [*& ibi, de mamona*] Mamona† dæ-
monium, quod præeſt diuitiis. Iniquitas, hic ſumitur
pro ſolicitudine, ut patet in concor. & not. 12. q. 1. c. 2.
in gl. 2. [*& ibi, alij dicunt*] Io. inf. eo. paſtora. Goff. ſup. c.
proxi. Phi. Inn. Hoſt. hic [*& ibi, eleemoſynam*] quomodo
in excommunicato diſtinguitur inter eleemoſynam
eius, & oblationem, dicam, infra de ſent. excom. cum
uoluntate, ſuper uer. eleemoſynas [*& ibi, à meretrice*]
quæ non pœnitet, ſed poſt pęnitentiam bene poterit
recipi, ſecundum Lau. & Inn. ne deſpiciatur ex eo, qđ
fuit, 1. diſt. ferrum. Si uerò nō pœnitet, faciat inde elee
moſynam de diœceſani conſenſu, arg. cōtra de Iudæ.
cum ſit, de uſur. cum tu, ſecundum Hoſt. & ſic eſſet
inſolubile, quod inſurgit ex eo, ꝙ tenetur ſoluere, &
ſoluere non poteſt, cum illud non recipiat eccleſia. &
dicit ſic ſupplenda, no. eo. titu. in ſumma, §. de quibus
b rebus[b] [*& ibi, uſura*] hoc exemplum conuenit ſecun-
do membro, ſ. ꝙ transfertur, ſed competit repetitio;
de hoc. 14. q. 4. ſi quis uſuram [*& ibi, inuaſore*] idem no.
Io. 16. q. 1. decimas, Goff. ſupra c. proximo.

ANNOTATIONES.

a ¶Generaliter. Ibi uide Bart. & in le. affectionis, ff. de dona. & Cy. Bart. Bald. & d. Bar. de Saly. in l. 1. C. de condi. ob turpem cauſam.
b ¶De quibus rebus. De ludo, & de quæſitis in ludo uide Io. And. ſupra de ui. & hone. cleri. clerici, ſuper gl. 3. & Bald. in rubrica, C. de condictio. ob turp. cauſam, & an quæſitū in ludo, dicatur quæſitum ex cauſa lucratiua, uide Bald. C. ſi in fraudem patro. l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Locator, & conductor tenentur ad decimas.*
Ius commune qui habet pro ſe, habet intentionem fundatam.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Decimas concedere laicis ex diſpenſatione papa poſſit.
Præcepta diuina an recipiant eiuſdem diſpenſationem, & interpre tationem, & quæ.
3 *Decimarum tempora tria, & de hoc. num. 9. uer. nec ob.*
4 *Cuius efficiæ erant, & qua ratione manent, & quæ tempora reſpiciant, num. 6. uer. adueniente.*
5 *Quatuor modis conſiderantur in ſacra ſcriptura.*
6 *Earum quatuor genera, & quæ nunc durent, & quod ſit euacuat, num. 9.*
Ex præcepto etiam imperatorum debentur, uer. adueniente autem, & quo, uide num. 9.
Lombarda ex quorum legibus conſtat, ibid.
7 *Decimarum ius ab eccleſia dependet, & earum limitatio cur facta.*
Harum & eccleſiaſticorum aliorum iurium ſummus pontifex inter pretator, moderator & arbiter.
Ab eis poteſt eximere, & quomodo.
8 *Eas qui non integraliter ſoluit, quando mortaliter peccet, & quando excommunicandus.*
9 *Ab earum ſolutione non excuſantur ex delicto clericorum, nec ex alijs hic memoratis.*

C A P V T XXIIII.

A Nobis. C. Locator† & conductor te-
1 nentur ad decimas, niſi ſe im-
2 munes oſtendant. huius pars de coha. cle-
ri. à nobis. & diuide ſic, ſupra proximam. [Et infra] hic deciditur, ꝙ dantes poſſeſſiones ad cenſum ſe excuſabant, ꝙ non tenebantur ad decimas allegantes in hoc conſue. [Exemptus] ſupra eo. ex parte, & infra de ec. ædi. capitulo ſecundo [Ad fictum] quod no. hic Inn. & Hoſt. dixi ſupra eo. cum ſint. ſuper gl. 2. [Oſtendatur] ius enim commune fundat intentionẽ eccleſię parochialis, & ideo reus habet neceſſe probare. 100. di. contra morẽ, de præſcrip. capitulo primo, li. 6.
2 ¶ Secunda † glo. obijcit, & dupliciter ſol. ¶ [In glo. 2. ibi, etiam laico] idem no. Io. 16. quæſtio. 1. §. ſi ergo. & eſt ſimile, infra de uſur. ſalubriter, eum ſi. Dixit autẽ Ala. ꝙ omnibus laicis id concedere non poſſet niſi ad tẽpus ex cauſa, ut fecit Gallicis idem Vinc. ſupra eo. parochianos. Ad oppo. reſpondetur, ut recitat Hoſti. ꝙ ſpeciale ſit in hoc præcepto, ꝙ diſpenſationem, & interpretationẽ papæ recipiat, quod nõ eſt in alio mo-
a rali a. & ſit ratio: quia in alijs uerſatur honos dei irremiſſibilis, uel utilitas humana publica indiſpenſabilis, ut eſt uidere in præceptis decalogi, quorum nullum etiam in parte remitti põt ſine offenſione dei, vt non habebis deos alienos uel proximi: vt honora patrem: non occides &c. Nã naturalis ratio oſtendit talia non poſſe remitti. In hoc autẽ præcepto conſideratur honor dei, ut decima detur, & hoc per papam uniuerſaliter remitti nõ poteſt. Item ꝙ ab omnibus & de omnibus detur clericis, & eccleſijs, & hoc reſpicit ipſorũ temporale commodum. Cum autẽ papa ſit omniũ eccleſiarum, & clericorum rector, & vicarius generalis cum libera adminiſtratione, non eſt mirum, ſi in hoc multum poteſt [& in fi.] hanc glo. poſuit La. ſu. p. eo. peruenit. Ala. ſupra eo. ſane. Dicit Hoſti. & facit eius
3 additio uſque in finem Ad cuius† materiæ plenã noticiam tria tempora ſunt attendenda, & cuius efficaciæ erant decimæ tẽpore legis naturæ, & ꝙ quattuor modis cõſiderantur decimæ in ſacris ſcrip. & ꝙ quattuor ſunt genera decimarum. Tria tempora ſunt. tẽpus legis naturę, quo non erant decimæ in præcepto, ſed in conſilio tantum: tempus legis ſcriptæ, quo fuerunt in pręcepto: tempus gratię. quo libertati ſpiritus uidẽtur relictæ: unde Hug. de ſan. uic. in libro de ſacramentis, li. 10. parte. 11. capitulo. 4. loquens de decimis ita dicit. Primum ante legem paruulos conſilio erudiuit. Poſtea ſub lege exercitatos præcepto tentauit: nouiſſimè ſub gratia perfectos in libertate ſpiritus ambulare permittit, & ita uidetur, ꝙ non ſint hodie in p̃cepto, ſed re ſponde, ut no. infra eo. glo. ſub §. nec co-
4 ſtat. ¶ Et cuius† efficaciæ erant, dicendum ꝙ in remedium culpæ originalis, in ſignum debitæ recognitionis, ſeu diuini dominij uniuerſalis, & figuram futuræ redemptionis. In remediũ culpæ originalis: quia tũc temporis erant decimæ de numero ſacramentorum: ſic & oblationes, & ſacrificia, ſicut circunciſio tempore legis gratiæ, licet inter hæc magna ſit differentia quantum ad obligationem, & quantum ad ſignificationem, & uirtutem. De differentia obligationis. Dicit Hug. in eadem parte capitulo. 3. Illa inquit ex uoto celebrata ſunt, iſta ex præcepto, neq; enim æſtimãdum eſt illa prima naturalis legis ſacramenta, ſiue decimas uidelicet, ſiue ſacrificia, ſiue oblationes ita homini ex neceſsitate indicta, vt qui ea nõ executus fuiſſet, reatum præuaricationis incurreret, quẽadmodũ ille, qui ea fideliter coleret, meritum ſuæ deuotionis inueniret. Nuſquam enim legimus, ꝙ ante legẽ ſcriptam deus homini dixerit, Qui decimas non dederit, qui ſacrificia nõ obtulerit, ſicut poſtea per legem dixit, Maſculus, cuius præputij caro circunciſa non fuerit, peribit anima illa de populo ſuo. Et ſicut ſub gratia terribiliter intonuit, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei. De differentia etiam ſignificationis uirtutis. Idẽ Hug. in eadem parte. c. 8. Sciendum inquit, ꝙ diuinæ diſpenſationis ordo & ratio hoc popoſcit, ut ſicut ab initio percurrente tempore magis ſemper, ac magis aduentus ſaluatoris appropinquabat, Sic ſemper magis & magis affectus ſalutis accreſceret, & cognitio ueritatis. Erant hoc tempore decimæ in figuram futurę redemptionis, ſignificabant enim futurum redẽptorem, cuius perfectio noſtrum imperfectum ſine culpæ, ſiue pœnæ penitus euacuaret. Quod colligitur ex prima datione decimarum, quãdo. ſ. Abraam patriarcha dedit decimas omnium ſacerdoti ſibi uictori occurrẽti benedicẽti Melchiſedech, ſcilicet qui erat ſacerdos dei ſummi, ſicut legitur Geneſi. 14. Qui quidem Melchiſedech expreſſè figurabat Chriſtũ, ſicut oſtendit apoſtolus ad Hebræ. 7. ubi incipit proſequi iſtã hyſtoriam ad declarandam excellẽtiam Chriſti & ſacerdotij nouæ legis. Sed & erant in ſignum debitæ recognitionis, ꝙ ſ. deus eſt perfectus nullo indigens: quia ſecundum philoſophum. perfectum eſt, quod nullo indiget, ex ſe maxime quod eſt perfectum vniuerſaliter qualis perfectio cõuenit deo, ſic ut dicit idẽ Hugo li. parte. 3. cap. 18 & Aug. ſuper gen. 8. c. Ille, inquit, noſtra ſeruitute non indiget: nos uero donatione ſua indigemus. ut operetur, & cuſtodiat nos. nam ſi nobis indigeret, eo ipſo non uerus dominus eſſet, cũ per nos eius adiuuaretur neceſsitas. ſub qua & ipſe ſeruiret. Ideo decima in hoc, ꝙ eſt ſignũ dictæ pfectionis, eſt ſignũ dominij uniuerſalis. Igitur pfectus eſt deus, & ideo oĩm dñs propter quod dicuntur dari decimæ in ſignũ uniuerſalis dominij. J. e. tua nobis. §. 1. uer. nimis pfectò. Significatur igitur perfectio diuina per decimã: quia denarius numerus eſt perfectus, unde idẽ Hug. in eo. ca 8. Denarius, inquit, quoniam perfectus numerus, eſt ſignũ bonitatis, & uirtutis, quæ deo attribuitur, & in homine à deo eſſe cognoſcitur. Nouenarius autem quia minus à perfecto habet, & uitium corruptionem ſignificat, quod merito homini deputatur, propterea ergo homo decimã dare deo, & nouem ſibi retinere præcipitur, ut quod bonũ eſt in ſe, à deo, & quod uero malum eſt, à ſe habere confiteatur: & hoc idem tangit Aug. 16. qu. 1. decimæ. Sic ergo decimæ tempore legis naturæ operabantur. primò quia erant in remedium culpæ originalis, quæ uacuatur p ſacrm̃ efficaciæ plenioris. ſicut & circũciſio p baptiſmum, ut infra de bap. maiores. §. ad hoc autem, uerſi. ſi. & §. caute tamen. Secundò quia erant in figuram futuræ redemptionis, & hoc euacuatum eſt per exhibitionem promiſſæ ueritatis. ut patet in eo, quod leg. & no. infra de celeb. miſ. cum Marthæ. uer. cæterum. & §. ex eo autem. Tertio quia erant in ſignum debitæ recognitionis, ſeu dominii uniuerſalis, & quia hoc tertium uidetur includere quid morale, quod eſt de rationis dictatione, recognoſcere, ſcilicet uniuerſalitatem dominii domini. & per diuinam inſpirationem, & per proprietatis, ipſius decimæ conſiderationem ratio aducta dictat. quòd iſta recognitio conuenientiſſimè ſit per decimę partis ſeparationem. & dationem. Ideo ratione huius tam debiti & tam conuenientiſsimi ſigni decimæ manent & reſpiciunt omne tempus ſiue naturæ, ſiue legis, ſiue gratiæ; propter quod huic tanquam fundamento & immobili innititur auctoritas eccleſiaſtica, infra eo. tua nobis §. 1, uer. nimis profectò, & c. cum non ſit in homine. §. 1. quod eſt concilium generale, & 16. q. 1. decimæ, ubi dicit Augu. non igitur dominus Deus præmium poſtulat, ſed honorem.

5 rem. Quattuor † autem modis conſiderantur deci-
mæ in Sacra ſcriptura. ¶ Primò enim conſiderantur
decimæ, ſecundum quod fuerunt de numero ſacra-
mentorum. de quo iam ſatis tactum eſt. ¶ Secundo
tempore legis ſcriptæ conſiderabantur uno modo,
ſecundum quod includebantur in ritu ſacrificiorũ, ſi
cut habetur Numeri 15 & 27. & 29. per totum, & illa
ſacrificia cærimonialia erant, & umbræ & figuræ fu-
turorum: certum eſt, quòd decimæ hoc modo con-
ſideratæ penitus euacuatæ ſunt, ſicut & cætera cæ-
rimonialia, ut patet in eo, quod le. & no. infra de pu-
rificatione poſt partum. c. 2. ¶ Tertiò conſiderabau-
tur eodem tempore, prout pertinet ad propriam cõ-
ſolationem, ſicut habetur Deutero. 14. decimam par
tem ſeparabis de cũctis fructibus tuis, qui naſcuntur
in terra, per annos ſingulos, & comedes in conſpe-
ctu domini Dei tui in loco, quem elegerit, ut in eo
nomen illius inuocetur, quod eſt tertium genus de-
cimarum, ut patet ſupra eo. c. 1. uer. erant quoque, &
infra e. glo. ſub §. 1. uer. tertium. Et quia in hoc con-
deſcẽdebat lex populo illi carnali & rudi & duræ cer-
uicis, ut ſaltem per carnalem conſolationem, & tem-
poralem promiſſionem poſſet ab idolatria reuoca-
ri: quia etiam determinatum locum includit tem-
plum illud, uidelicet, quod omnino fuit figurale. id-
eo iſtud tanquàm imperfectum & cærimoniale per
euãgelicam perfectionem & ueritatis exhibitionem
euacuatum eſt. ¶ Quartò conſiderabantur, ſecũdum
quod pertinebant ad debitam ſubuentionem; & de
his inueniuntur tria genera? Vnde uidẽdum eſt, quot
6 ſint † genera decimarum, & quidẽ tempore legis ſcri-
ptæ fuerũt. 4. genera, primum illud, quod populus da-
bat leuitis: ſecundum illud, quod leuitæ dabant ſacer-
dotibus. tertium, quod unuſquiſque ſeparabat in ſuis
horreis ad comedendum in templo. quartum, quod
pauperibus erogabant, ſicut patet, ſup. eo. c. 1. reſpon.
1. Genus tertium dabatur in conſolationem. Tria ue-
ro genera, quæ remanent, dabantur ad ſubuentionẽ,
ſiue prouiſionẽ. De primo, quod dabatur leuitis, ha-
betur in Leui. Omnes decimę terrę ſiue de frugibus &c.
& Numeri. 18. filiis Leui dedi omnes decimas Iſrael,
& c. Malach. 3. inferte omnem decimam &c. & in aliis
multis auctoritatibus no. ſupra eo. in ipſo. capitulo. 1.
Adueniente autem tempore gratiæ conſiderauit ec-
cleſia, quid in hac materia eligendum eſſet, & ſtatuen
dum: & attendens ſignum uniuerſalis domini, quod
quaſi fundamentum poſuit, ut no. ſupra eo. gl. ſub. §.
& cuius efficaciæ, uerſ. ideo, & ꝙ in ueteri teſtmento
deus primũ genus decimarũ ſibi retinuit, & populo,
ipſas decimas daret leuitis præcepit, & quod ratio na-
turalis dictabat, ut qui domino pro populo miniſtra-
bant, debebant à populo ſuſtentari, & ſic erat debitũ
quoddam morale, nec conuenientius pro iſta ſuſten-
tatione aliam portionem, quàm illam, quæ propria
domini erat, debuit eccleſiæ ſuæ aſsignaræ, ſtatuit &
& præcepit, ꝙ populus decimas daret, & redderet ec-
cleſiis, & clericis, ſicut patet in hoc ti. & 16. q. 1. §. deci-
mas, & ca. ſequentibus. Sed & quia laici proni ſunt ad
detrahendum ſtatutis eccleſiaſticis, & ipſi imperato-
res, quorum ſaltem legibus ipſi laici aſtringuntur. C.
de legibus, leges, ad ipſorum laicorum ora obſtruen-
da, hoc receperunt & approbauerunt: pręceptum
ꝙ diſtringerentur ad ſolutionem huiuſmodi facien-
dam, ut in Lombarda, de decimis, per totum, li. 6. quæ
ſunt leges Caroli, Lotharij, & Ludouici imperatorũ,
& ſic fuit iſtud debitum, ſiue præceptum iudiciale ſe-
cũdum æquitatem. Quamuis igitur ſit tranſlatum ſa-
dotium quantum ad ritum colendi: tamen quia in ſa
cerdotio nouæ legis manet onus miniſterij, propter
quod eſt uerè & propriè communicatio bonorũ, &
ſpiritualium propter excellentiam ſacramẽtorũ. quæ
efficiunt, quod figurant, & continent, quod ſignificãt
ſaltem quãtum ad ſubſtantiã præcepti remanet iſtud
debitum ut morale. uel quaſi, in corde enim cuiuſli-
bet ſcriptum eſt, ut communicanti & ſeminanti ſpiri-
tualia communicentur, & miniſtrentur temporalia:
firmatur nihilominus ut iudicale quãtum ad formã,
hoc eſt quantum ad taxationem & determinationẽ
decimæ partis, & quantum ad illas eccleſias, quibus
ex debito eſt reddendũ. Quinimò & ſi dicamus, quod
hoc præceptum maximè quantum ad ſolutionẽ de-
terminatæ partis non ſit morale naturæ, uel quaſi, ad
minus eſt morale diſciplinæ, hoc eſt legis, per quã ha-
bet uita humana regi obediendo inſtitutioni diuinæ
& humanę, ſupra de iura. calum. c. 2. §. prætetea, ſupra
de conſti. capitulo primo. Eſt ergo morale diſciplinæ:
quia legis ſcriptæ humanæ ac canonicæ, ut eſt dictũ,
& quod plus eſt, euangelicæ. Matthæ. 24. & Lucæ. 11.
ubi dicit: hoc oportuit facere, & illa non omittere: &
in hoc etiam concordant ſancti, ſiue quattuor doctò
res eccleſiæ principales, ut plenè no. in ſum. eo. 11. §. fi.
ſub. §. 7. uer. per prædictas auctoritates. Patet igitur. ꝙ
decima eſt in præcepto: & ꝙ hoc pręceptũ poteſt di-
ci morale naturæ uel quaſi. ſiue morale diſciplinę, ſi-
ue iudiciale ſecũdum ęquitatem. Sed ſiue ſic, ſiue ſic,
7 hoc certum eſt de iure † decimarũ, ꝙ ab eccleſia de-
pendet, & ad ipſam pertinet, nec cadit in laicum: tum
quia ius ſacerdotum eſt. 16. q. 7. decimas: tum quia ius
diuinum eſt. 16. q. 1. cap. fin. tum quia ſanctuarium dei
eſt, ſupra e. ad hoc: tum quia nec à laico poſsideri põt
ſupra de pręſcrip. cauſam quę. in fi. ſupra eo. prohibe-
mus, & c. quamuis: fructus etiam exinde prouenien-
tes ſunt clericis exhibendi, infra eo. tua nobis. horum
omnium ſummus pontifex interpretator eſt mode-
rator, & arbiter, ſicut & aliorum iurium eccleſiaſtico
rum, & etiam quorumcunque dubiorum, quę occur-
rere poſſunt, ut patet in eo, q̃d legit. & no. ſupra de trã
ſla. epiſcopi. ca. 1. in prin. & infra qui fi. ſint legi. per ue-
nerabilem. §. rationibus. potuit ergo de iure pręcipe-
re ꝙ decima ſolueretur, & pars decimę, ſicut ſonat, ut
ſupra eo. non eſt in poteſtate, in fi. & c. cum homines:
& exprimere de quibus ſit ſoluẽda, ſupra e. peruenit,
& in quibus. ſupra eo. quoniam Vnde, ne remaneret
confuſa ſolutio, & ne diceretur aliqui, nobis magis de-
betur, quàm aliis tum ratione paupertatis, tum ratio-
ne uitę perfectioris, ſtatuit & determinauit, ꝙ limita-
tio parochiarum in ſolutione huiuſmodi attẽdatur,
ſupra de his, quę fi. à prę. paſtoralis, de ſepul. c. 1. §. ſiet,
infra eo. tua nobis. §. fi. & per totum, & cõſuetudo in-
ter eccleſias approbata. ſupra e. ad apoſtolicę, & c. cũ
ſint, & ꝙ ſuper his poſsit compo[...]u, ſupra eo. ex multi-
plici, & de tranſla. ca. 2. Poteſt etiam quos uult exime-
re in totum, uel in partem, ut ſupra eod. ex parte. & c.
ſuggeſtum, & de his aliter diſpenſare, prout placet dũ
modo, ut dictum eſt, in primum ius non tollat, ut
patet in eo, quod le. & no. in ſum. de reſcriptis. § & ſu-
per quibus, ſub. §. poteſt autem quis impetrare: quia
non ſunt talia contra idem, & ideo ei in omnibus his
eſt parendũ, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra de cõ-
8 ceſ. pręben. propoſui. § fi. ¶ Quicunque igitur † cano-
nicè monitus non ſoluit integraliter decimam, nega-
ri nõ poteſt, quin mortaliter peccet: quia tranſgreſſor
diuinę & humanę legis. nec non & iudici contumax
reperitur. unde & excommunicari poteſt, ſupra e. ex
parte canonicorum, in fi. & c. peruenit: & hoc appro-
bat Ludouicus imperator, inhibens, ne prętextu ince
ſtus clericorum retineatur, ſed inceſtuoſi ſecundum
canones penitentiam agant. Qui vero decimam poſt
tertiam admonitionem, & prędicationem ſacerdotũ
dare neglexerit, excommunicetur, ut in Lombarda
de

ne decimis.l.ſi. Et per hoc dicunt quidam ꝙ in regio-
dibus illis, in quibus de more non ſoluitur decima,
nec prędicatur. nec exigitur, non peccant mortaliter
homines non ſoluēdo, quaſi Romana eccleſia videa-
tur in his ſaltem quo ad præterita diſpenſare, ne tantā
multitudinem contingat ex cauſa damnari, arg. inſ.e.
in aliquibus. reſpon 1. & in eo, quod le. & no. infra de
cogna. ſpū. ſuper eo. Sed ſi poſt prædicationē, & mo-
nitionem ipſam retineant, mortaliter peccant, arg. in
eo, quod le. & no. infra de conſe. ecc. aqua, & de cleri-
co excom. miniſtrā. ſi celebrat. §. 1. & ſup. ne præ. c. pe.
§. 1. Alij uerò dicunt, ꝙ cum ad ſolutionem decima-
rum quilibet facto, vel ex precepto ſit obligatus, ſem-
per peccat non ſoluens. arg. ſupra c. ex tranſmiſſa, & c.
cum homines, Exo. 22. Decimas, & primitias tuas nō
tardabis offerre, & in eo, quod le. & no. ſupra de treu.
& pa. c. 1. reſpō. 1. in ſi. & ſemper eſt in mora, ſicut fur.
ff. de condi. fur. l. ult. in ſi. Et hæc opinio uidetur ſecū-
dum rigorē iuris præferenda: prima tamen benignor
& æquior eſt, & ideo ad uitandum animarum pericu
lum expreſſè per conſtitutionem ſedis apoſtolicę ap-
probanda ar. in eo quod le. & no. ſupra de tranſac. c. ſi.
& de ap. oblatæ. §. penul. ¶ Illud autem pro † certo te-
neas, ꝙ quantumcunque clerici delinquant, uel deci-
mis abutantur, nunquam tamen de hoc habent lai-
ci diſputare, uel iudicare, nec debent propter hoc de-
cimas retinere, ut infra eod. tua nobis §. 1. uer. ſi. unde
Aug. ſuper Gen. 8. c. dominus, inquit, cur iuſſerit, ui-
derit, faciendum eſt autē à ſeruiente quod iuſſit. Nec
excuſat conſuetudò laicos, nec præſcriptio aliqua, ut
patet in eo, quod le. & no. ſupra de conſuc. ca. ſi. ſupra
de præſcrip. c. ſi. niſi ſit per ſedem apoſtolicam appro-
bata, & ſic poteſt intelligi, infra eo. in aliquibus, in ſi.
Nec ob. ꝙ ſupra e. glo. ſub. §. tria tempora, uer. primū:
quia dici poteſt, ꝙ illud intelligit de decima, quę erat
pauperibus eroganda. vt patet, infra e. glo. ſub. §. circa
quartum. poſt prin. in ſi. uer. ergo in ſum. uel ſi intelli-
gas illud de primo genere, dic, ꝙ Hug. nō intendit ex-
cludere obligationem præcepti, ſed potius oſtendere
interiorem motum animi, quoniā ex charitate, & ſic
libero ſpiritu debet implere hoc pceptū uerus Chri-
ſtianus, quod ex timore ſeruili implebat Iudæus. ar. in
fra de reg. iur. qui ex timore, & infra de regularibus, li
cet, in ſi. Quod ſi Hug. per illa uerba præceptū de de-
cimis intendit excludere, magis ſtandum eſt expreſſis
uerbis ſanctorum Greg. Ambro. Aug. Hiero. & ſum-
morum pontificum, quàm dicto ipſius, uel magiſtri
alterius cuiuſque, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra
de conſti. ca. 1. & c. ne innitaris. De ſecundo etiam ge-
nere dic, ut le. & no. infra eo. cap. 2. tertium uerò eua-
cuatum eſt, ut no. ſupra eo. ſub. §. quattuor. uer. tertiò.
Circa quartum autem, quod erat pauperibus erogan
dū, conſiderauit eccleſia, ꝙ & ſi de ipſo expreſſè one-
raret laicos, immineret eis periculum, ꝙ nec unū tā-
tum ſoluere uolunt. Conſiderauit etiam, ꝙ in illa de-
cima, ſicut dicunt doctores legis, imperfectio notaba
tur, quam imperfectionem euacuauit Chriſtus, & eis
prouidit plenius, quando dixit Luc. 6. omni petenti
tribue, & 11. quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ec-
ce omnia mūda ſunt uobis, in quo oſtendit, ꝙ voluit
verum Chriſtianum eſſe liberaliſſimū ad pauperes, in
quibus teſtificatur ſe recipi, & repelli, Matth. 25. Io. &
Aug. dicit, ꝙ ſoluta decima, ſ. primi generis, de. 9. par-
tibus, quæ remanent, eleemoſyna fiat. 16. quæſtio. pri.
decimæ: & de hoc genere poteſt intelligi, quod dicit
Hug. ut no. ſupra eo. glo. ſub. §. proxi. in prin. Nihilo-
minus tamen & in primo genere decimarū hoc quar
tum genus induxit eccleſia, & plenius prouidit eccle-
ſia pauperibus. unde & ſtatuit, ꝙ nedum decima, qui-
nimo & omnes oblationes, & reditus eccleſiaſtici di-
d uidantur in quattuor [d] partes, quarum unam paupe-
ribus aſſignauit. 12. q. 2. nobis, & c. qui & humanis. &
c. ſeq. Quod & ſecutus eſt Carolus imperator in Lō-
barda, de decimis l. an decima populi. Et licet hęc ſan-
cta ordinatio ſit in pluribus eccleſiis uſurpata, nihilo-
minus tamen pro laicis remanebunt clerici pauperi-
bus obligati, ut patet. 42. di. §. 1. per totum. 47. di. hi. 86.
diſtin. non ſatis. 12. q. 2. aurum. & c. gloria epiſcopi. 16.
q. 1. cap. fina. Aug. ad Bonifacium comitem. Dum pri
uatim, inquit, quæ nobis ſufficiant, poſſidemus, non
ſunt illa noſtra, ſed pauperum, quorum procuratio-
nem quodammodo gerimus, non proprietatem no-
bis uſurpatione dānabili uendicamus 12. quęſtio. pri.
cap. ſi. & ſi de proprio patrimonio ſufficienter uiuere
poſſumus, illa. ſ. bona eccleſiarum, de quibus præmi-
e ſerat, non ſunt noſtra, [e] & idem dicitur 1. qu. 2. paſtor.
Bona ergo eccleſiarum nulli appropriantur, unde &
epiſcopus procurator cenſetur, non dominus, ſupra
de dona. c. 2. in prin. qui & habet omnibus indigenti-
bus prouidere. 93. diſt. diaconi. 12. q. 1. epiſcopus, & c.
præcipimus. Ideo uerè loquendo non poteſt dici, ꝙ
clerici poſſeſſiones habeant, ſicut aliæ tribus, qđ dic
ut no. ſupra ca. in ipſa. 1. reſpon. Ergo in ſumma, ut ex
prædictis poteſt colligi, primum genus decimæ om-
nino ſtat in precepto, licet limitatum. Secundum etiā
remanet, ſed declaratum. Tertium autem tanquam
cœremoniale eſt ex toto euacuatum. Quartum uerò
liberū relinquitur, ſed perfectius informatum, & de
hoc poteſt intelligi dictū Hug. ut not. ſupra eo. gl. ſub.
§. prox. in prin. hoc teneas ſecundum Hoſt. cuius hęc.
G. per quā dicit ſupplendū, quod no. in ſum. eo. ti. § &
utrum, ſub. §. 7. ubi copioſè materia diſputatur. ¶ *in
glo. ult. in fine*] vel niſi ſuper hoc facta eſſet compoſitio,
quæ præſcripta eſſet, ſecundum Hoſti. qui remittit, de
tranſactio, capitulo 2. & ſupra eo. cum homines.

ANNOTATIONES.

a ¶ Alio morali. Vide ad materiam iſtam plenè per Goffr. io ſumma
de reſcrip. & per Bal. in l. omnes, C. ſi cōtra ius, uel uti. publicam.
& facit quod no. Io. An. de conſti. quæ in eccleſiarū, ſuper glo. pri.
b ¶ Incurreret. Illæ ergo decimæ, quas Abel ſoluebat, erant uolun-
tariæ, non neceſſario indictæ.
c ¶ Perfectus. Vide in proœmio lib. 6. in glo. ſuper 5. per fraudem.
d ¶ Quatuor. Hæc diuiſio locum habet ſolum in minoribus eccle-
ſijs, ut no. Io. An. ſupra ea. quæſtio. ſuper uerbo, facies.
e ¶ Noſtra. An hoc ſit uerum, uide glo. fina. & ſuper illa Ioan. An. in
capitulo epiſcopus, ſupra de præben.

SVMMARIVM.

1 *Decimas remittere non poteſt imperator, & nu 3. 4.*
*Decimę noualium non accreſcunt laico habens ab antiquo decimas
in feudum, uel ex alia cauſa, & qua nu. 4.*
2 *Specialia in multis magis proſunt, quàm generalia, fallit tamen in
fundo dotali, & iure patronatus.*
3 *Impenatori, uel laico leges quæ dant circa hic expreſſa poteſtatem,
corriguntur.*
4 *Imperator quæ poteſt concedere imperiali lege, poteſt & ẏemit-
tere.*
Decimationem facere non poteſt inferior pontifice.
*De noualibus decimam non ſoluere priuilegium, & quod nō excu-
ſat, & num. 1.*
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 6. 7.*

CAPVT XXV.

1 Va, & infra. Caſus. In genere vel in ſpecie imperator decimas remittere non poteſt: & decimæ noualium non accreſcunt laico, qui ab antiquo decimas in feudum habuit. ſecūda ibi, Nec occaſione.

caſione. Et primi dicti rationẽ præmittit: ſecũdi ſub-
mittit ibi, Cum in talibus. & erat olim prima pars in
tertia cõpilatione, de iudi. capitulo primo, & tota de-
2 cre. in quarta [*Generaliter*] melius † dixiſſet, Specialiter,
cum in multis plus proſint ſpecialia, quam generalia.
ff. de pigno. obli. de procura. qui ad agendum, lib 6. cũ
ſimili. dicit Hoſt. ꝙ licet plus ualeat ſpecialis, quàm ge
neralis conceſsio, cum id concedens concedere po-
teſt: quando tamen id ſpecialiter non poteſt cõcede-
re, plus poſſet ualere conceſsio generalis, ut patet in
fundo dotali. & in iure patro. ff. de fundo do. l. 1. de in-
re patro. ex literis. ff. de acquiren. rerum do. l. quędam:
& ideo dixit, Quantuncunque generaliter, ſecũdum
Hoſt. qui etiam per hunc textum arguit ad ea, quæ di-
xi de uot. Infra ne clerici, uel mona. ſicut te [*Eximere*]
3 [*Eximere*] contra, imperator † remittit iuramentum,
quod etiam obligat de iure diuino. ff. ad munici. le. fi.
Solutio. omnes leges, quæ imperatori, uel laico dant
circa talia poteſtatem, corriguntur etiam de mẽte iu-
ris ciuilis in auct. ut clerici apud ꝓprios epiſcopos. §. ſi
uerò eccleſiaſticum, colla. 7. & in l. contraria impera-
tor non remiſit iuramẽtum, ſed fecit gratiam illi, qui
iurauerat. ꝙ domini iuramentum nõ reciperet. & po-
a ſtea recepit in eo, ꝙ ab illo ordine nõ remouet[a]. Ho.
4 [*Diuina*] q. d. Si † deberentur. l. imperiali. illas concede-
re poſſet [*antiquæ*] uel de nouo per apoſtolicum, factę,
quod inferior facere non poſſet, ſupra eo. ad hæc, &
c. quamuis: dic, antiquæ. etiam in religioſos tranſlatæ,
ſic infra capitulo 2. in fi. lib. 6 [*Noualium*] per quod di-
cit Hoſt. ē ꝙ ſi laicus priuilegiatus, ne ſoluat de terris
ſuis decimas, faciat noualia, de illis decimam ſoluet.
Item ꝙ ſi laicus priuilegium habeat de percipiẽdis de
cimis parochię, nõ percipiet de noualibus, nec enim
ſine peccato, niſi priuilegium excuſaret, laici ipſas ꝑ-
ciperent, ſupra c. prohibemus, & in hoc eſt odiũ [*Ex-
tendenda*] quod hic no. Inn. dicam, infra eo. cum con-
5 tingat, ſuper glo. penul. ¶ Prima † gl. ponit tres caſus,
in quibus laicus &c. ¶ Vlti. glo. ſignat contrarium, &
6 remittit. ¶ [*in † ult. glo. ibi, cum quidam*] uide de uerbo. ſig.
7 cum in partibus, ſuper ult gl. ¶ [*In † glo. 1. in fi.*] & in ca-
ſu, infra de elec. ubi periculum. § præterea, li. 6. & quã-
dam quæſtionem Vin. hic, an incidẽter cognoſcat de
numero, uide ad lucram in ſpecu. de recon. §. 2. poſt
princi. & quod hic ſubdit, ibi uide in uer. & no. ¶ [*In gl.
ult. in fine*] & infra de regulis iuris, odia, libro ſexto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Remouetur. Vel ibi iuramentum erat illicitum, quaſi de nõ pa-
rendo mandato ſuperioris, ut ibi ſentit Bar. & de materia, an per
l. ciuilem, uel ſtatutum poſſit diſponi ſuper iuramento, uide doc.
& Bal. & d. Bar. de Sali. in l. non dubium C. de legib. & Bar. in le. ſi
quis pro eo, ff. de fideiuſſ. & plenè per. d. Bar. de Sali. in auct. ſacra-
menta, C. ſi aduer. uen. in quæſtione fi. & uide bonum tex. in le. ſi
quis inquili nos. §. fi. ff. de leg. 1. & ibi Bal.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio decretalis.*
*Decimarum ſoluere dominus, & colonus debent abſque deductio-
ne ſeminis, uel ſumptuum, & cui, & nu. 2. & 3 ubi excipitur,
& num. 12.*
2 *Debet potius augmentari, quàm diminui, & nu. 3 in fin.*
De negotiatione deducitur capitale in eius ſolutione, ibid.
Nec ex delicto clericorum retinenda.
3 *Statutum pro parte ſtatuta, uel debita.*
4 *Decima debetur ex præcepto.*
Ex quo iure non cadat, & quo cadat in laicum.
Iure uno quid denegatur, quod ex alio conceditur, ut hic.
5 *In decimarum cauſis qualiter procedatur.*
*Partiarius colonus nunquid habere debeat partem arborum, uel
ipſarum fructum.*
6 *Dominus. & qui pro eo habetur, comparantur.*
Clerici non ſunt domini propriè rerum eccleſiaſticarum.
Diœceſis ciuitatẽ includit, & pro parochia ſumitur, uel epiſcopatu.
9 *Decimam nolenti ſoluere quando appellationis remotio non obſtet.*
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum nu. 9.*
Multæ moderatoris prouinciæ quantitas, & item proconſulis.
10 *Additio gloſſarum.*
Decimas qui non præſcribant.
*Comparantur tributis, & in quibus. & per quam petantur actio-
nem. num. 11.*
11 *Confeſſoria, uel negatoria quando utenda in eis petendis.*
12 *De decimato æterno, & penſione quando danda decima.*
*Inter colonum partiarium, & mercenarium differt in decimæ ſo-
lutione.*
23 *Decima an tribuenda ſimoniaco, uel fornicatori notorio.*
14 *Eas non ſoluenti pœnæ quæ.*
A banni hic memorati executione quando abſtinendum.

CAPVT XXVI.

1 TVa nobis. Caſus. In prima † parte
ponit tres machinatio-
nes per ordinem. In ſecunda ibi, uerũ. re-
ſpondet per ordinem. In tertia ibi, Quo-
niam. concludit. & h. d. Sine deductione ſeminis, uel
ſumptuum debent dominus, & colonus decimã ſol-
uere, & non cui uoluerunt eccleſiæ, uel pauperibus,
ſed parochiali, cui debetur: nec ab hoc excuſantur ꝓ-
pter malitiam clericorum [*Peruerſis*] multæ uiæ homi
nibus ad malum, in auct. de nup. §. mitiores, colla. 3.
Hoſtiẽ. [*Quidam enim*] prima machinatio [*Semen*] ut di-
2 xit † Ala. ſupra eo. non eſt, deus primum ſemen mini-
ſtrauit. & illius quaſi uſufructum conceſsit agricolæ:
unde ſemẽ ſaluum de fructu eius eſſe debet inſtar pe-
cuniæ in uſufructum datæ. ff. de uſufru. ea. re. quæ uſu
con. le. 2. & ad inſtar gregis in uſufru. cõceſsi. ff. de uſu-
fru. uetus fuit, & l. ſeq. Sed Hoſti. allegabat etiam, ꝙ in
negociatione deducitur capitale, infra eo. paſtoralis.
reſpondebat cum Goffre. ꝙ primum ſemen non fuit
conceſſum in uſufructum, ſed gratis datum. Item in
negociatione principalius operatur manus hominis,
& ibi pecunia ſalua manet: ſemen verò mortificatur,
& ibi principalius operatur manus dei. Item decima
prædialis eſt tributum, in quo ſoluendo non deducũ-
tur expenſæ, uel ſemen, ut ſequitur [*Alio uerò*] ſecunda
machinatio [*Capellis ſuis*] forte quarum ſunt patroni,
uel quarum ſunt parochiani, cum tamen non paro-
chiali, ſed prædiali debeantur [*Alios*] forte pios credẽ-
tes per hoc excuſari, puta quia faciunt pontes ad tran
ſitum neceſſarios, maritant pauperes mulieres, & his
ſimilia [*Nonnulli*] tertia machinatio [*Deteſtantes*] & ma-
le. 1. q. 1. multi [*Ob hoc*] ſ. ꝙ uitam abhominabilem du-
cunt [*Diminuere*] hoc propriè reſpicit primam machi-
nationem: debent autem potius augmẽtare, argu. de
conſti. ex parte. C. de ſa. ſan. eccle. l. pen. [*Cuius eſt terra*]
pars domini eſt terra, & 12. q. 3. in eccleſiaſtico [*Statu-
3 tum*] i. pars † ſtatuta. conuenta, uel debita, & ſic ſoluit
hic quæſtio no. in ſpecu. de loca. §. poſtquam, uer. qd
ſi tibi [*Neceſſariò*] colens enim terram ad aliquam quo
tam, puta tertiam, quartam, uel aliam non deducit ſe-
men, uel alias expenſas de conſuetudine generali, ſed
nec de iure, niſi id fieret per pactum ſpeciale ſecundũ
Inn. [*Cum integritate*] i. ſine diminutione, uel deductio-
4 ne [*Præcepit*] ergo debetur † ex præcepto. de hoc, ſu-
pra c. à nobis, Hoſt. [*Aſſeuerans*] Leui. ult. G. Numeri. 25.
[*Vel*] pro imò, ſecundum Hoſt. [*Pro ſuo cultu*] i. pro ſuo
ſeruitio faciendo, & hoc ius cum ſit mere ſpirituale,
non cadit in laicum, ſecundum Tan. ſed eo reſpectu,
quo ſoluuntur in ſignum dominij, poſſunt laici illas
habere ex priuilegio, ius enim cum temporale ſit, ca-

dit

dit in laicum, de hoc remittit Hoſtië. ſupra eo. à nobis
5 [*Cogendi*] & procedi poteſt † ſimpliciter, & de plano
abſque iudiciorum ſtrepitu, & figura, ut in concilio
Vien. de iudi. diſpendioſam [*Et cum de cunctis*] ſupra re-
ſpondet ſecundæ machinationi [*Fructuum*] nunquid
colonus fundi partiarius debeat habere partem arbo
rum, vel ipſarum fructuum. no. ſatis in ſpecu. de loca.
§. 1. ad finem: de colono uerò, qui plantauit arbores,
no. ff. de ſerui. ruſti. prędio. l. certo generi, in principio
6 [*Præpter † domini*] uel eius, qui habeatur loco domini.
16. quæſtio. 1. c. 1. ſi. ſupra de his, quę fi. à præla. cū apo-
ſtolica, propriè enim clerici non ſunt domni rerū ec-
cleſiaſticarum, de dona. capitulo ſecundo, Hoſt. [*Quo-
niam igitur*] generalis concluſio ad prædicta [*Diœceſis*]
ciuitatē includit, & ſic ſumitur pro parochia, uel epi-
ſcopatu: ſic de officio ordi. capitulo primo. Hoſ. [*Ap-
7 pellatione † remota*] hoc uerum ſecundum Hoſti. quan-
do laicus appellat ſolam præſcriptionem, vel conſue-
tudinem prætendens. Secus, ſi proponeret ſufficientē
exceptionem, puta priuilegium, vel compoſitionē;
ut patet ex notatis ſupra eo. à nobis, de appella. ut de-
bitus. Item ſecus, cum eccleſiæ ſuper hoc litigant, ſu-
8 pra de exceptio. dilectæ. ¶ Prima † gl. ponit duas diffe-
rentias inter decimas, & tributa: ſecundò quærit, po-
nit tres opiniones, mediam approbat, & ſoluit obſta-
culum. ¶ [*In glo. hoc intellige*] quærit, dubium aperit, &
ſoluit. ¶ [*Glo. hoc ideò*] quærit, arguit, negatiuè ſoluit cō-
9 trarium. ¶ [*In † glo. 1. ibi. l. 3.*] hanc & ſequen. uide de pe-
culio clericorum, inquirendū, ſuper gl. 2. [*& ibi. l. una*]
& uide de ſepul. cum liberum, in gloſſ. 2. ¶ [*In glo. 2. ibi,
eos*] moderator prouincię mulctat in duabus uncijs tan
tum, proconſul in ſex. ¶ [*In glo. hoc intellige, ibi, baſtenus*]
uide de fide inſtru. G. perpetuus, in prima glo. [*& ibi,
inter debitorem*] uide in præce. decre. plerique, in prima
glo. ¶ [*In glo. antepe. ibi, non eſt nouum*] uide de iure patro.
cura, ſuper ulti. glo. ¶ [*In glo. prima ibi, bene admittitur*] tex.
hic in fine contra. dicut ibi dixi [*& ibi, ad aures*] intel-
10 lige † ſanè, quod hic de præſcriptione dicitur, ſcilicet
in caſibus iſtorum iurium: quia laici, uel hi, qui prin-
cipales debent, decimas non præſcribunt, ut no. infra
eo. in aliquibus, in ult. glo. Item dici poſſunt tributa:
quia ſicut in eis compenſatio non admittitur, ſic nec
in decimis, C. de compenſa. in ea. 16. q. 7. omnes deci-
mę: quod intellige, vt no. de rebus eccle. non alienan.
ut ſuper, & de rerum permuta. capit. vltimo. Item ſe-
quuntur poſſeſſorem ut tributa, vt infra no. In gl. hoc
11 intellige [*& ibi, Confeſſoria*] de † confeſſoria, & negato-
ria, ſupra de iudi. examinata [*& ibi, rei uendicatione*] hoc
placet Da. hoc titu. quæſtio. 2. per. l. 3. §. fi. ff. de rei uen-
dica. vbi vendicatur pars rerum cōmixtarum, & con-
fuſarū [*& ibi, Moderamine*] ubi plene de hoc dixit Hoſt.
hæc in ſubtilitate potius, quàm in utilitate conſiſtūt:
quia non habemus neceſſe proponere actionem, de
iudi. dilecti: poſſet tamen dici ſecundum eum, ꝙ con-
feſſoria agitur inter duas eccleſias, quarum utraque
dicit ſe ius habere: uel cum colonus negat ſe teneri,
rei uendicatio. cum eſt ſegregata, uel ſaltem fructus à
fundo ſeparati: fructibus uerò pendentibus, condi-
ctio ex lege diuina per ius canonicū declarata. Si ue-
rò agat extranea eccleſia, condictio. ex lege conſuetu
dinaria per ius canonicum approbata [*& in fine*] ſecū-
dum Io. Tan. Goff. idem Ala. ſupra eo. quoniā, & Vin-
cen. ſupra eo. prohibemus. iſtud autem argumē. legis
ultimò allegatum intelliges per notata, ſup. de ſepul.
cum liberum, in glo. ſecunda. ¶ [*In glo. 2. in fine*] ad hoc
infra de hæreticis, uergentis. ¶ [*In glo. hoc intellige, ibi bona
fides*] & eo. titu. bona fides, lib. 6. [*& ibi, Prædiorum*] hoc
12 † uerum, ſi loquatur de domino prædij, qui habet il-
los corbes ex fructu prædij ſui. Sed ſi intelligas in do-
mino tributorum, uel cenſuum, non domino prędij,
poſſet habere locum, quod dixit Vincen. infra c. cum
non ſit. Quòd ſi eſt priuata perſona, ſoluat, ubi habet
domicilium. Si rex, ubi habet ſedem regalem. C. de ſe
nato. l. 2. parochiali enim eccleſiæ prædij nil abeſt. un-
de etiam dicebat ibi Innocen. ꝙ ubi penſio nō datur
ratione dominij, uel uſusfructus terræ. ſed pro aliquo
ſeruitio, uel cuſtodia, uel defenſione danis uel ſimili
cauſa, tunc quantumcunque decimatus ſit aceruus,
danda eſt decima de tali penſione, ſicut de militia, &
uenatione, ſupra eo. nō eſt. Si verò gratis daretur pen-
ſio ſine ullo ſeruitio, uel cauſa, tunc ſi illa pēſio prius
ſit decimata, non uidetur, ꝙ iterum à donatario de-
beat decimari, ſecundùm Inno. Hoc uerum de eccle-
ſia prædiali: ſed decimandum eſt parochiali, ut dixi,
ſupra eo. cum ſint homines. Dixit autem Inno. hanc
eſſe rationē, quare colonus partiarius decimato acer
uo non tenetur poſtea partem ſuam decimare: quia
colonus ius habet in fructibus: ſecus in colono mer-
cenario, ſiue ſit merces in pecunia, ſiue in rebus alijs
etiam decimatis: dicit tamen, ꝙ aliqui contrà, cū mer
ces hic ſuccedat loco fructuum, quos colonus perci-
pere deberet: unde debet eodem iure cenſeri, de cen-
ſi. olim cauſam, ut lit. pen. eccleſia, inſta in fi. Sed dicit
ipſe hanc ſucceſſionem nec conſue. introductam, qđ
ſi eſſet, tolerari poſſet, quod dicunt. Et ſi quæris, qua-
re ſit in hoc melioris cōditionis partiarius, quàm pē-
ſionarius, reſpondet Inno. ibi: quia partiarius exponit
operas ſuas miſericordiæ dei, & fortunæ, ſed mercena
rius ſemper eſt in tuto & certo [*& ibi, æquius*] & iuſtius
ſecundum Hoſtiē. qui etiam hic no quod dixi ſecun-
13 dum eū, ſupra c. cum ſint. ¶ [*In gl. hoc ideò, ibi, danda † ſunt
illi*] idem Goff. Phi. Vincen. ſed Hoſt. contra, ne uidea-
tur in ſuo peccato nutriri, argumē. 5. quæſtio. 6. ſi om
nis, ſi ibi, utilius eſurienti &c. tamen parochianus, ne
ipſas ſibi tunc lucri faciat, de auctoritate diœceſani in
utilitatem eccleſiæ illas conuertat, argu. infra de Iu-
dæ. cum ſit, ſupra de ſucceſ. ab inteſta. cap. ultimo, de
offi. ordi. cū uos nec ob. quod dicitur de Iudeo: quia
licet ipſe non audiat officium, tamē is, cui præſtat de-
cimas, ipſum facit: unde propter illius indeuotionem
non amittet ius ſuum, & id dixit de notorio fornica-
tore. ¶ [*In glo. eccleſiaſtica, in fine*] de hoc plenius, infra de
reg. iur. nemo poteſt plus. lib. 6. ¶ [*In glo. ultima, ibi, bannu-
14 tum*] vt ſcilicet † iniungatur ſub pęna pecuniaria. ꝙ in-
tra certum diem ſoluat, tale enim bannum, uel pęnā
exigit eccleſia à rebelle clerico, uel laico. 21. q. 5. ſi qs
cuilibet. nam hoc ſolum bene aguut, & cęiera. abſti-
nendum tamen eſt diebus feriatis ab executione hu-
ius banni, ut ibi: ſic intelligit Hugo, & Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *De decimis laborum priuilegium noualia comprehendit.*
Labores pro terris laboratis.
Per priuilegium hic impetratur id, quod cōmuni iure debebatur.
Satis, pro uerè.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 3.*
Plus cui licet, & id quod minus eſt, licet.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPIT XXVII.

1 EX parte. Caſus. Priuilegium de de-
cimis laborū noualia cō-
prehendit, & in prima deciſa conſultatio,
in 2. reſpōſio ibi, Cum tibi [*Conceſſum*] per
priuilegium [*De laboribus*] i. de terris laboratis per uos
[*Tuarum*] ratione iuris patronatus, qđ habebat in eis,
ſecundum Innocen. uel legas planè. & ideò forte im-
petrauit priuilegium: quia conſuetudo erat contra-
ria ſecundum Abb. & Pe. uel expone, ideſt parochia-
norum

tur, quòd uippa propriè in uino: offa in aliis liquoribus. Satis puto, quod is, quem prædixi teneri, ſcilicet qui iniuſtè combuſſit, teneatur ad æſtimationẽ eius, quod conſideratis aliis annis percipere ſolebat, & poterat eccleſia: nec excuſetur per caſum grandinis, uel ſimilem ſecutum, cum à principio fuerit in dolo: & ſatis ſit, ꝙ poterat non perire, ff. de leg. 1. cum res, §. ſi, uide in Spe. de iniur. §. ſequitur, ultra medium, uerſi. ſed quomodo, & omnino uide, quod ibi addam.

ANNOTATIONES.

a ¶Cum olim. Vide plenius Io. And. in c. ſi. de offi. archipre. in glo. no. hic, & in glo. in ſimilibus, ubi facit differentiam inter conſuetudinem, & præſcriptionem.

b ¶Ad æſtimationem decimarum. Non autem ad fructus, ſed ad illos, ſi extarent, datur actio domino; uide in l. arboribus, infra allegata.

SVMMARIVM.

1 *Monitioni non parens excommunicatur.*
Decima eſt in præcepto, & illam non ſoluere mortale.
Excommunicationis non fertur ſententia niſi pro mortali.
Quòd decimæ de blado, & uino ubique terrarum bene ſoluantur, optat Hoſtien.
2 *Additio gloſſarum.*
Decimæ de quibus ſoluantur, epilogus.

CAPVT V.

1 PEruenit. Breue eſt [*Si † opus fuerit*] quia monitioni non paret
[*Excommunicationis*] ergo decima eſt in præ-
cepto, & illam non ſoluere eſt mortale:
alias non excommunicarentur, ſecundum Hoſtiẽ. ad
idem infra c. proxi. & c. de terris, & c. ex parte, & capit.
ex tranſmiſſa, & cap. tua nobis, cum ſimilibus. & idem
Pe. infra eo. parochianos [*Et lana*] optat Hoſtien. quod
ubique terrarum bene ſoluerentur de blado, & uino
[*Debentur*] de iure. vel conſuetudine, infra eodem, cum
2 ſint, & c. ad apoſtolicæ, Hoſtien. ¶[*In † glo. ſecunda in ſi.*]
& de tempore, de conſecra. diſtin. 5. quadrageſima.
Dicebat Goffred. de omni fructu terræ, pomis arborum, herbis hortorum, & paſcuorum, apibus, nutrimentis animalium, lana, lacte, fœno, lignis, piſcationibus, uenationibus, fictis, penſionibus, molendinis, furnis, balneis, fullonicis, argentariis, metallariis, la-
a pidicinis[a]. Item de negociis, artificiis, officiis, & omnibus bonis decimam ſoluendam, ut patet, infra in multis capitulis, & 16. quæſtio. 1. decimæ ſunt, & q. 7. quicunque, & cap. omnes. ¶[*In gloſſa ultima, in fine*] ff. de uſufruct. l. in pecudum, & inſtitut. de rerum diuiſione. §. in pecudum.

ANNOTATIONES.

a ¶Lapidicinis. Et de iſtis omnibus, quoniam ueniunt duæ decimæ. una realis, alia perſonalis, ut poteſt uideri, infra in diſcurſu iſtius tituli.

SVMMARIVM.

1 *De apibus decima ſoluitur, & quomodo id intelligatur.*
Earum natura fera, & quando fiant alicuius.
Perſoluere quid ſignificet.

CAPVT VI.

1 NVncios. Breue eſt [*De apibus*] i. earum
† fructu, ſcilicet, melle, & cera, non intelligas de uolatilibus, ſecundum Goff. & Inno. Apium natura fera eſt. & licet ſint in arbore mea, tamen ante, quàm includantur non ſunt meæ, inſti. de re. diui. §. apium. Vin. [*Perſolue-*
re] ideſt cum integritate ſoluere [*Diſtinctione*] concor.
2 ſupra c. proxi. ¶[*In † glo. 1. ibi, ex tranſmiſſa*] ubi de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Decima fructuum ſtatim, cum collecti ſunt, ſolui debet, non deductis expenſis, & integra, & nu. 2. ubi excipitur, & exponitur.*
Ex eius ſolutione quæ utilitas.
Ab ea quod ſupereſt, qualiter diſpenſandum.
Decima papalis quo differat à communi decima.
3 *Decima ſoluenda & à paupere, etiam ſi reditus non ſufficiat ad ſuſtentationem, & poteſt uendicari.*
Meledus iuriſconſul. ſcripſit ante Vincentium hic.
Paupertatis prætextu non debet quis tenere aliena, uel peccare.
Reddi, uel reſtitui ſi quid præcipiatur, quid inferat.
4 *Compenſatio, compoſitio, & retentio in decimis quando admittatur.*
Ad decimam præſcribendam quæ non iuuent laicos, ſed clericos.
Eam poſſidere laici quando poſſint.
Et ſoluere eſt in præcepto.
Præſcriptio in quibus non habeat locum.
6 *Ad decimas retentas recuperandas contra quos agatur.*
Perſonalia perſonam comitantur.
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Mora cui noceat.
5 *Additio gloſſarum.*

CAPVT VII.

1 CVm homines, C. Decima † fructuum ſtatim cũ
collecti ſunt, ſolui debet, non deductis ex-
penſis. primò ponit factum reprehenſibile
quod ſecundò corrigi mandat. ſecunda ibi, Man. [*Par-*
tibus] no. contra opi. quæ habet, ꝙ ſufficit aliquid dari
pro decima. Dicit Aug. qui vult peccatorum indulgẽ-
tiam promereri, reddat decimam, & de 9. partibus fa-
ciat eleemoſinam. 16. q. 1. decimæ. q. d. de decima non
põt facere eleemoſynam quaſi de alieno. ad hoc, infra
eo. tua, uer. prætextu, ſm Hoſti. [*Id faciant*] i. decimam
ſoluãt [*de reſiduo*] quod ſupereſt ad debita mercenario-
rum. & in hoc differt decima papalis à cõi decima; ut
2 patet in declarationibus, ſoluta [*Statim*] ſed nonne † ſuf-
ficit, ꝙ infra annum ſoluat. 16. q. 1. reuertimini, ibi, ec-
ce annus &c. die, ut ibi (*Fructibus collectis*) ante tẽpus ſol-
uendo liberatur ruſticus. ff. de ſolu. qui ad certum tẽ-
pus, quod in nutrimentis animalium locum non ha-
bet. non enim ſtatim agnus natus dari debet, ſed lacta
tus, & impinguatus. ff. de an. lega. l. eum qui, Goff. & ad
de quod no. de conſe. di. 1. ſoleni (*Perſoluant*) etiã ſi redi-
3 tus † non ſufficiant eis ad ſuſtentationem. de hoc. 16.
q. 1. quia tua, in glo. ulti. nam & de eleemoſynis uidet
teneri pauper ad decimam, arg. 12. q. 1. habebat. Dixit
Vin. infra de cenſi. licet, Meledum dixiſſe, ꝙ is, qui nõ
abundat, ſed tantum habet, quod ſibi & familiæ ſuæ
ſufficit, non tenetur ad tributa, ut ibi. Sed decimæ ſunt
tributa, infra eo. tua. 2. & melius eſt non ſoluere, quàm
ſolutum repetere. ff. de compen. l. 3. facit 86. di. non ſa
tis, in fi. aliàs incipit, ſingulis, ibi, Ne ueſtimentis, alimentiſque ſuis parcant, miſericordiæ tamen pro poſ-
ſibilitate conditionis humanæ menſura ſeruetur, ut
non ſibi quiſque totum eripiat &c. Item facit. 44. di. §.
1. ibi, aliena rapere conuincetur, qui ultra neceſſaria ſi
bi retinere probatur; ergo neceſſaria non tenetur ſub-
trahere. ipſe tamen Vincen. ibi tenet contrarium, quia
prætextu paupertatis non debet quis tenere aliena, vel
peccare. ff. de ritu nupt. palam. Decima autem eſt de-
bita. vnde dicunt iura reddi, uel reſtitui, non propriè
dari, infra eo. ad apoſtolicæ, & poteſt vendicari. de hoc
4 infra eod. tua. 2. (*De ſubtractis*) in his † ergo admittitur
compenſa-

cõpenſatio.vnde dixit Hoſt.id, quod dixerat hic Goſ.
in decimis nõ admitti compenſationem,ſicut nec in
tributis,uerum quò ad decimas ſoluendas in poſterũ
ſine quò ad libertatem terrarum, de quibus decimæ
ſolui debent. nam quò ad fructus decimarum hacte-
nus non ſolutarum,& compenſatio,& retẽtio admit-
tentur.quod dic ut ſupra de re ecc.non alie. ut ſuper,
de re.permu.c.fi.& probatur de tranſac.ueniens.in fi.
Quod autem dixi,ꝙ ſuper decimis in poſterum com-
penſatio nõ admittitur,hoc verum quò ad laicos,ſu-
per hoc ſine auctoritate iudicis componẽtes. Clerici
enim ſine iudicis auctoritate cõponere poſſunt,j.eo.
5 c.1.in fi.§.eo.ex multiplici.Sic nec† cõſuetudo, nec p̄-
ſcriptio iuuat laicos quò ad decimã pręſcribendã,uel
retinendam,ſupra de præſcri.cauſam: quæ tñ iuuat ec
cleſias,j.eo.cum ſint homines,& c.ad apoſtolicæ. Ra-
tio,quia laicus talia nõ põt poſsidere, ſed eccleſia, ſic
infra eo.ad hæc.& c.quamuis. & quia non multũ re-
fert,quę eccleſiarum decimam percipiat,dummodò
eccleſia habeat.patet de his,quæ fi.à præla.cũ apoſto-
lica,uer. auctoritates. Sed & ubi auctoritas iudicis in-
teruenit,admittitur poſſeſsio laicorum ſm Hoſt. qui
remittit,ſup.de tranſact.ſtatuimus.Si ex hoc cõcludas
ergo redditio decimæ non eſt in præcepto.quia tunc
nulla cõpenſatio admitteret̃,ſupra de tranſact.c.fi.di-
cit Hoſ.rñdendum,ut no.ſupra eo.à nobis [*Et retentis*]
6 hoc† uerum, ſi poſſederunt p̄dia: aliàs contra, inf.eo.
paſtoralis, ff.de pub. imperatores. uel eſt in poteſtate
eccleſiæ,contra quem agere uclit,arg.de re.ec. nõ ali.
ſi quis,& c.ad audientiam,ubi de hoc.hoc de prædia-
libus. in perſonalibus uerò ſemper obligatur pſona,
& hæres eius,ff.ad Treb.l.1.§.ſi hæres,de hoc de ſepul.
7 c.fi.Hoſt.¶ Pen.†glo.quærit,& ſoluit.¶ [*In gl.pen.ibi,cum res,§.ult.*] uide de vſuris,cum tu,ſuper gl.& licet [*& ibi, qui 10.*] debens.10. ſi obtulit illa creditori, qui recuſa-
uit ſine iuſta cauſa illa recipere, ſi illa ſine culpa pdit,
doli mali exceptione tutus eſt,etiam ſi aliqñ prius in-
terpellatus non ſoluiſſet [*& ibi.§.quòd ſi*] Si conuenit,
ꝙ emptor Cal. pretium ſolueret, & per eum nõ ſtetit,
ſed per uenditorem, poſtea ſterit per emptorẽ, debet
emptor uſuras [*& ibi,§.pen.*] ponit caſum,qñ per nun-
tiatoſẽ ſtetit,quominus ſatiſdetur, & poſtea p eũ non
ſtat [*& ibi,§.ulti.*] ponit caſum,qñ per legatarium, uel
bonorũ poſſeſſorem ſtetit,quominus ſatiſdaretur, &
modò paratus eſt ſatiſdare [*& ibi,illud*] uide de pœnis,
conſtitutus,ſuper gl.2.[*& ibi,ſi debitor*] Si debitor cõſi-
gnauit pecuniam oblatam, quam creditor recipere
noluit,ceſſant uſuræ. Sed ſi poſtea cõuentus,ut ſolue
8 ret,moram fecit,incipient currere.¶ [*In† glo.1.ibi,uerum eſt*] & quod dicit,cuius parochiæ ſunt,ſup.& infra cu-
ius parochiani colunt prædia, ſecundum Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Super decimis priuilegiati non ſoluendis, de quibus intelligatur num.3.*
Læſio ubi eſt enormis,non habet locum ſtatus modificatio, ſed purgatio.
2 *Epilogus,& additio gloſſarum.*
Scribentis,intentio,& uerborum uis conſideranda.

C A P V T VIII.

a
1 Dilecti. Caſus. Priuilegiati† ſuper deci-
mis non ſoluendis de prædiis,
quæ conducunt ab aliis, decimas ſoluere
debent.ſecunda ibi, Vnde quoniam [*Ad firmam*] ideſt annuum cenſum,ne præ.ui.fu.c.fi.ſupra de
loca.c.2.[*Conſueuerunt*] ſicut nobis aſſeruerunt.uel ſup.
maximè, uel dictũ,qa ſi cõduxiſſent à priuilegiatis nil
ſoluentibus,nec ſoluerent iſti cõductores,inf.eo. nu-
2 per,ubi de hoc [*Plenariè*] no.ꝙ† ubi enormis eſt læſio,
non reducitur ſtatus ad modificationẽ, ſed totus pur-
3 gatur,infra c.proxi.inf.eo.nuper, Vin. ¶ Prima† gl.rñ-
det per ob.& ſol. ¶ [*In glo.1.ibi clericis*] ſm Vin. Idẽ Inn.
& Hoſt.[*& ibi,in fi.*] ubi idẽ no.in 1.glo. ¶ [*In glo.pen.ibi, Conductitias*] ſicut nec econuerſo,inf.eo.licet [*& ibi,intentio*] & uis uerborum. & ſic nõ ob.quod dici poſſet,
fortius eis prouidendum in conductitiis, quàm in
a propriis[a], cum de primis penſionem ſoluant;de ſecũ-
dis non, ſecundum Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Quam in propriis. Si priuilegium illos eximit à decimis prædiorum ſuorum,bene procedit tex. propter relatiuum ſuorum. Sed ſi dicit,ut dicit glo.de laboribus ſuis,uidetur maius dubium.uide Bart.in l.qui cætus,ff.de auro,& argen.lega.& in proœ.ff.noui,& gl.2.in princ.inf.eo.ex parte, & in c.licet, quæ hic determinat.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium ſuper decimis non ſoluendis reuocatur, ſi incipiat nocere,& quo modo noceat, & nu.2.*
2 *Compoſitio ſuper decimis quando admittatur, & quomodo fiat.*
Scandalum quod uitandum.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu.4.*
Modum ſui beneficij quem uelit eſſe princeps æſtimat.
5 *Additio gloſſarum.*
Priuilegium quibus caſibus amittatur.

C A P V T IX.

1 Suggeſtum. Caſus.Priuilegiũ† cõ-
ceſſum ſup decimis
nõ ſoluendis reuocatur, ſi incipit eſſe no-
ciuum.& in prima conſultatio.in ſecunda
ibi, diſcretioni.reſpõſio [*Monaſterii*] quod habebat cer-
tam & limitatam parochiam. facit quod no. ſup.ti.2.
in noſtra,in 1.gl [*A nobis*] priuilegiatis [*Et infra*] decidi-
tur rñſio aduerſariorũ.qũo dicebãt ſe grauatos enor-
miter, cum illi ferè omnia prædia parochiæ collegiſ-
ſent,ſm Hoſt. [*Et fratribus*] qui per priuilegium ueſtrũ
2 læduntur enormiter [*Componatis*] ſupra eo.ex† multipli
ci, & ſupra c.proxi. component ſorte, de.20. uel alia
quota [*Nam quando*] reſpondet ad id, quod allegaba-
tur de priuilegio [*Rara*] & raras poſſeſsiones habebãt,
ut ſequitur [*De iure*] hoc dicit,quia non omne ſcanda-
lum de iure uitandum. de hoc de renun. niſi cum pri-
dem,§.pro graui [*Augmentare*] ideſt multiplicare,ſcili-
cet Abbatiæ [*Ditatæ*] & ſic per conſequens parochia-
les eccleſiæ depauperatæ, propter quas percipere ſo-
3 lebant,& nunc non percipiebant. ¶ Prima† gl.arguit,
alleg.tria iura,& duo alle.in cõtrarium, & ſoluit dans
4 regulam,& 5. caſus exceptos. ¶ [*In 1 † gl.ibi.1.*] uide in
c.cum acceſsiſſent.ſuper glo.pen. ¶ [*In gl.2.ibi, Neratius, in fi.*] æſtimat princeps, quem modum ſui beneficij eſ-
ſe uelit [*& ibi,ex facto*] uide de iureiuran.quanto,ſuper
5 glo.2. ¶ [*In† gl.1.ibi.c.1.& 2.*] de regulis iuris decet, lib.
6.ubi de hoc [*& ibi, priuilegium*] ubi de hoc. ibi etiam
no.an propter delictum canonicorum eccleſia per-
dat priuilegium [*& in fi.*] 6. per contrariam ſenten-
tiam,ſupra de re iudicata,inter moñ.& capitu. ſubor-
ta.7. per ſecundum priuilegium contrarium faciens
mentionem de primo, ſupra de præſcriptio. uenicns,
8. per renunciationem tacitam, uel expreſſam,ſupra
de reſcrip. nonnulli, de foro competen. dilecti, no-
nus. per ſpeciale priuilegiũ poſtea impetratum, quia
forſan derogat generali, etiam de illo mentione non
facta. ſecundum Hoſtien. qui remittit, ſupra reſcrip.
capitulo primo 10.ratione ſcandali,ut hic,& ſupra de
præſcrip.capit.2.per reſcriptum, quod continet clau-
a ſulam, Non ob.[a] &c.de fo.compe. dilecti,in fi.12. ob-

ſtat priuilegio ſpecialis conuentio. uel pactum. §. eo. ex multiplici. cum ſuis concor. ſm Hoſt. uide in Spe. de inſtru. edit. §. nunc autem, in fine.

ANNOTATIONES.

a ¶Non ob. Vide glo. in l. hæres abſens, & ibi Bart. & in auth. qua in prouincia, & ibi doctores, C. ubi de crimine agi oportet.

SVMMARIVM.

1 *Decimas, qui laborum, de hortis, nutrimentis animalium, uel nouaIibus, & quibus non ſoluant, nu. 2. & 3.*
2 *Per ferè, dictionem fit temperamentum & quod.*
Maiori conceſſo, & minus intelligitur conceſſum, in fi.
3 *Priuilegium quod, ius commune faciat, & inter quos.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 5.*
Munus, pro decima.
Monaci etiam ad decimas antiquitus tenebantur, iuncta gl.
Innocentij gloſſa tranſportata quæ.

CAPVT X.

1 EX parte. Caſus. Ciſtercienſes † templarii, & hoſpitalarij decimas laborum nō ſoluunt. Alii uero religioſi nō ſoluunt decimā de hortis, nutrimentis animalium, uel nouaIibus, quæ ſuis manibus, uel ſumptibus excolunt. & in prima conſultatio. in ſecunda reſponſio, Vincen. autem ponebat uerſus. Quos manibus, ſumptuque ſuo colnere labores, Omnes Cyſtercienſes, templo dedit, hoſpitioque. At reliquis hortus dat nutrimenta nouale [*Noueris*] ſciebat archiepiſcopus, quòd miſerat: tunc certificatur, φ nuncius peruenerat, Hoſtien. [*Iuriſdictionis*] pro quibus etiam agere poterat, de ſucceſ. ab inteſt. c. fi. [*Præſumunt*] quare certificari petebas, qui religioſi ſuper hoc priuilegiati eſſent, & qualiter. Hoſti. [*Ferè*] philoſophicum † temperamentum. uel dicit hoc propter leproſos, qui ſuper
2 nouaIibus non ſunt priuilegiati, inf. de eccle. ædi. c. 2. Hoſt. Sed dic, quòd illi non ſunt religioſi. ut ibi dicam [*Adrianus*] in decr. quæ incipiebat, quoniam in eminēti, quam hodie non habemus. Goff. [*Suorum*] requiritur ergo, quòd prædia ſua ſint, & quod illa per ſe colant, ſupra eo. dilecti infra c. pxi. [*Cæteris*] albis, nigris, griſis, & quibuſcunque monacis, & nihilominus Cy-
a ſtercienſibus: quia ſi maius conceditur[a], &c. infra eo. ex parte. & eſt efficax argum. ſecundum Hoſtien. φ
3 † priuilegium in corpore iuris clauſum ius commu-
b ne facit inter illos[b], inter quos conceditur: aliàs contra. de excel. præla. nimis, 1. & 2. de conceſ. præben. conſtitutus [*Suis*] requiritur ergo, quòd terra noualis ſua ſit. & quod illam colant. & de quo nouali intelligatur glo. reddit. [*Proprijs*] Si ergo alii extirpatunt nouale, licet poſtea perueniat ad manus priuilegiatorū, ceſſat priuilegium, Hoſti. [*Manibus, uel ſumptibus*] ſcilicet per operarios conductionis, uel per familiam ſuam, Pet. [*Suorum*] de immiſcentibus aliena, uel his, qui ſua tradunt aliis tenenda, prouiſum eſt per concil. Vien. eo. titu. religioſi [*Hortis*] uide quod dicam, infra de eccle. ædifi. cum dicat [*Perſoluant*] ſi ſequitur in litera, conceſſit, fac hic punctum ſuſpenſiuum [*Quem*] Adrianum [*De alijs rebus*] ſi facis hic punctum. expone, quod ſequitur, eccleſiæ ſuæ. ſcilicet cui ſoluēdæ ſunt decimæ [*Vendicare*] niſi his amplius per ſpeciale priuilegium con-
4 cedatur. ¶ Glo. 2. † tractat tria tempora circa decimas monacorum primitiuorum, Paſcal. & Adriani, & ul-
5 timo 4 caſus excipit. ¶ [*In 1 glo. 2. ibi, alia eſt cauſa*] quidam reprehendunt, ut Gui. hanc concor. & duas ſeq. dicentes, quod non faciunt. Tu dic, quòd bene faciunt, prima enim probat exponendo, ut ibi no. munus, idest decimam. ſecunda probat monacos laicos. tertia probat laicos teneri ad decimas [*& ibi, recipere*] gl. principaliter tractat de iure non ſoluendi, non de iure percipiendi. concor. quod dicam, ſ. c. pen. [*& ibi, moderamine*] & ſupra duobus. c. proxi. [*& in fi.*] de hoc. 16. quæſtio. 1. §. de his. hæc gloſſ. habetur per Inno. forſan errore ſcriptoris, ſupra c. proxi.

ANNOTATIONES.

a ¶Si maius conceditur. Facit ad quæſtionem de eo, qui relinquit cuilibet fratri ueſtem, & priori biblia, an prior etiam habeat ueſtem, uide doct. in l. cum quæſtio. C. de le.

b ¶Facit inter illos. Et ſublato iure an tollatur priuilegium, uide Io. And. de iudi. nouit. ſuper gl. ſed cum, & Bar. ff. de iuſtitia & iure. l. omnes populi, in tertio membro, & bonum text. in l. fi. C. de dona. inter uirum & uxo.

SVMMARIVM.

1 *Super decimis priuilegiati laborum ad quas terras.*
Non extendatur priuilegium, & qui alij ad eas non teneantur, num. 2.
Decimas de quibus non ſolui impedientes quas incidant pœnas.
2 *Additio gloſſarum.*
Priuilegium non in corpore iuris clauſum comparatur clauſo.

CAPVT XI.

1 LIcet. Caſus. Priuilegiati † ſuper decimis laborum decimas ſoluunt de terris, quas tradunt aliis excolendas. non diuiditur [*Laboribus*] & ſic etiā antiqua prædia comprehendit, infra c. proxi. [*Propter hoc*] ſcilicet priuilegium laborum. q. d. poſſet aliud priuilegiū latius competere, quod in his eximeret; ſed iſtud nō eximit [*Alijs*] ſiue colonis cēſualibus, ſiue partiariis. de utriſque no. infra eo. tua. 2. [*Excolendas*] & ſi prohibeāt, uel impediant de his decimas ſolui, incurrunt pœnam cōcilii Vien. eod. titu. religioſi, uer. ſeu qui de terris. ¶ [*In*
2 † 1 *glo. in fi.*] idem tamen in quibuſcunque aliis etiam non religioſis, quibus idem competeret ex ſpeciali priuilegio, licet non corpore iuris clauſo.

SVMMARIVM.

1 *De decimis laborum priuilegium etiam non noualia comprehendit.*
Aduocatorum interpretationes quæ reprobata.
Praua dixiſſe de rectis non facilis uenia.
Labores exemptorum à decimis qui hic intelligantur.
Nominum diſtinctio, rerum diſtinctionem deſignat, in fi.
2 *Suffragium gloſſarum.*
Priuilegium, & liberalitas principis ut interpretanda.
Patri quæ non acquirantur filio donata.
Manumiſſo quando peculium conceſſum intelligatur, in fi.
3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XII.

1 AD audientiam. Caſus. Priuilegium † de decimis laborū, & nō noualia cōprehēdit. primò ponit prauam interpretationem, quā ſecūdo reprobat ibi. Man. [*Praua*] hæc quotidie faciūt aduocati non permittentes iura in ſua natura manere. C. man. ab Anaſtaſio, circa prin. & per ſuas verſutas interpretationes obſcuritatem inducunt. in auth. conſtitutio quæ ex aſcripti. & libera matre. in reſpon. in prin. & poſt prin. col. 5. quod reprobatur in his præcipuè quæ ſpectant ad cultum diuinū, infra de priui. in his. Hier. ad Aſellam. B. Non facilis noſtra praua dixiſſe ue recti.

ctiſ[*Quo*] capitulo priuilegii [*Nonalia*] tantum intelli-
ge. Pet. dicebant ſorſan iſti ideo in priuilegio nonalia
nocari labores, quia cum multo labore perduci ſo-
lent ad culturam, cuius laboris prætextu priuilegium
exceptionis decimarũ dicebanr fore conceſſum [*Po-
neremus*] concor. 8. di. ueritate, ibi, non dixit &c. de ce-
le. miſ. in quadam. & diſtinctio nominum, diſtinctio-
nẽ rerũ deſignat. de hoc. 25. di. olim. licet ſit ar. cõrra.
2 99. di. c. 1. ¶ [*In† gl. 1. ibi, cum multa in fi.*] quæ princeps, uel
Auguſta donarunt filiofa. patri non acquirũtur etiã
quò ad uſuſructum, ſed quaſi caſtrenſe peculium ad
ipſum pertinet, ut principis liberalitas præcipuũ cul-
tum habeat [*& ibi, quidam conſulebant*] uide de oſ. dele.
cum uiceſimum, in gl. 2. [*& ibi. l. pen.*] uide de uer. ſig.
c. pen. ſuper 1. gl. ¶ [*In gl. ult. ibi, non uliter*] uide de uer. ſig.
propterea, in gl. 2. [*& ibi. §. ſi uerò*] uide de cleri. nõ reſi.
cum dilectus, ſuper gl. 2. [*& ibi. l. nun*] manumiſsis inter
uiuos tacitè conceditur peculium, ſi non adimatur:
manumiſſo in teſtamento adimitur, niſi expreſsè da-
3 tum fuerit. ¶ [*In† gl. ult. in fi.*] dic, ut infra de uer. ſig. præ-
pterea, & 22. q. 5. humanæ, in ultima glo.

S V M M A R I V M.

1 *Decimæ nonalium cui debeantur, & in dubio parochiæ, num. 2.*
*De boni s, ſeu rebus eccleſiæ & cuius ſicienda quatuor portio-
nes.*
2 *In dubio parochiæ decimæ nonalium ad quam pertineant eccle-
ſiam.*
Decimam deputare alicui eccleſiæ an ſolus poſſit epiſcopus.
3 *Epiſcopi ſibi omnia uendicare dicuntur.*
Decima militis, quam renunciat, uel dedit epiſcopo, cui competat.
Epiſcopus, & rector quaſi partionarÿ ſunt.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 5.*
Inſulæ pars cuius ſint.
6 *Additio gloſſarum.*
Decimæ pars debetur epiſcopo, & quota.
Cap. Queſti. 16. q. 2. intellectus, §. fin.

C A P V T XIII.

1 QVoniam. Caſus. Decimæ† nonaliũ debentur eccleſiæ, in cu-
ius inſurgunt parochia. Si uero nõ ſunt in
certa parochia diœceſano debentur. Cõis
diuiſio. ſecunda ibi, Reſpondemus. in qua diſtinguit,
& ſecundum membrum proſequitur ibi, Alioquin
[*Statuendum*] ideſt cui ſint aſsignandæ, vel an debeãtur
eccleſiæ [*Facias*] arguit Hoſt. capitula. 12. q. 2. quatuor,
& in c. proximis, q̃ dicunt de rebus eccleſiæ fieri qua-
tuor portiones, loqui de matricibus. In capellis enim
ſalua portione epiſcopi omnia ſunt rectoris, ut hic, j.
eo. titu. cum contingat, de pact. plerique, de his quę ſi.
2 à præ. paſtoralis [*Alioquin*] ideſt ſi non ſunt† in alicuius
parochia, Inn. Pet. & Abb. & Egi. uel ſi incertum eſt,
de cuius ſint parochia, quia limites non ſunt certi, ſecundum
Hoſt. Credo, quòd ſi conſtaret noualia eſſe inter alte-
ram duarum parochiarum, ſed neſcitur, intra quam
illarum, quia illo loco, ubi inſurgit nouale, non appa-
rent limites, ſed bene apparẽt in locis uicinis, quod inter
illas deberet fieri diuiſio. ad hoc de ſepul. cum quis, §.
1. lib. 6. [*Deputare*] de conſenſu capituli, ſecundum G.
Na. de his, quæ ſi. a præ. tua, & de dona. paſtoralis, cũ
ſit alienatio. 12. q. 2. fine. Io. de deo contra. cum nulli
eccleſiæ auferat, ſed acquirat, de his, quæ ſi. à prę. cum
apoſtolica. Item quia non haberet aliàs liberã optio-
nem retinendi, ut ſequitur [*Vel ad opus*] Dicit Hoſtien.
3 quod† ueretur, ne epiſcopi iſtud, uel, quod ponitur
diſiunctiuè, recipiant expoſitiuè. nam ſibi omnia ven
dicant. 93. diſt. diaconi, ult. uer. non autem. Quærit au-
tem de decima, quam miles tenebat, infra limites ali-
cuius parochiæ, quam ad exhortationem epiſcopi re
nunciauit in ipſius manibus, cui competat, an ipſi epi
ſcopo. an eccleſiæ parochiali? & dicit per hoc. c. termi
nari, ſcilicet quod epiſcopus habebit partẽ ſuam, reliquũ
parochialis eccleſia. ad idem de cenſi. cum olim. Sunt
enim quaſi partionarii epiſcopus, & rector, ergo dã-
num. & lucrum pro rata ſentire debent, ff. loca. ſi mer
ces. §. apparet. argum. infra de uerbo. ſigni. cum inter.
Quid ſi miles dediſſet decimam epiſcopo auctorita-
te metropolitani ipſo epiſcopo, & capitulo conſentiẽ
te? Dicit Hoſ. quod tunc competeret epiſcopo in totum,
dummodò fuiſſet forma ſeruata, de qua ſupra de his,
quæ ſi. à præla. cum apoſtolica, §. quia uerò. & forſan
ſecundum eum ſufficeret conſenſus capituli, arg. de
dona. paſtoralis, de his quæ ſi. à præla paſtoralis, ut cc.
bene. c. uno, ad fi. ſicut & ſufficit auctoritas contuto-
ris, ff. de auct. tu. l. pupillus. Si uerò clandeſtinè & ſine
prædictorum auctoritate fiat, non præiudicat eccle-
ſiæ, argum. ff. de admini. tu. non exiſtimo, de offi. dele.
conſuluit, de elect. quia propter, in fi. Sed nec ipſe epi-
ſcopus in proprio negocio fiet auctor, ff. de auct. tu. l.
1. arg. infra de cenſi. prohibemus, & clemen. de re. ec-
4 cle. non alienan. ſi una. ¶ Secunda† glo. quærit, & ſol-
uit. ¶ Tertia ſignat contrarium, & remitiũ. ¶ Vltima
5 obiicit, & ſoluit. ¶ [*In† gl. 2. ibi, inſulæ*] ſequitur, Italiæ pars
Italiæ ſunt & cuiuſque prouinciæ. ¶ [*In gl. ult. ibi, impera-
tores*] uide ſupra eo. commiſſum, ſuper glo. 2. [*& ibi, §.
6 ſi uero*] uide ſupra titu. 1. c. fi. in ult. glo. ¶ [*In† glo. 1. in fi.*]
Goff. & eſt ſimi. quod nota. infra de elect. ubi pericu-
lum. §. porrò. in 1. gl. lib. 6. ¶ [*In glo. 2. ibi, & non maiorem*]
quid ſi nullam partem de facto percipit, ſicut eſt ferè
in uniuerſis eccleſiis? Dicit Hoſtien. quòd nihilomi-
nus quarta pars de iure debetur epiſcopo, ut apertè
probatur, infra eo dudum. 10. q. 1. unio. poteſt autem
eſſe tertia, uel media de conſuetudine ſpeciali, ut ſeq-
tur in glo. ¶ [*In glo. ult. ibi, reſpondeo non*] ſecundum Rub. qui dixit
hic confundi cardinalem, & ſequaces, & c. queſti. loq
tur, quando prędia ſunt in ipſa parochia: uel loquitur
de perſonalibus [*& ibi, decima*] intelligas prædiales.

S V M M A R I V M.

1 *Decima à quibus præceptæ. & per quas actiones exigantur, nu. 2.*
Debitum intelligitur, quod exigitur ab in to.
2 *Additio gloſſarum.*

C A P V T XIIII.

1 PArochianos Breue eſt [*Ab† homi-
ne*] ſup. tantum, uel
loquitur de primæua inſtitutione. poſtmo
dum enim præceptum fuit tempore ſub
lege ab Ezechia rege. vt patet. 2. Paralipo m. 31. B. & tẽ-
pore gratię à principibus eccleſiaſticis, & ſecularibus.
de hoc infra eodem à nobis, ſecundum Hoſti. [*Quaſi
debitum*] id debitum intelligitur, quod exigitur ab in-
uito, ff. de uerbo. ſignifica. debitor [*Poſſunt*] per quas
actiones, tractant hic Innocen. & Hoſtien. & no. infra
2 eo. tua. 2. ¶ [*In† gl. 2. ibi, ſicut illud*] Io. t. uel pro tanto di-
cit, quaſi, ſecundum Hoſtien. quia licet eccleſia cũ pa
rochianis non contraxerit; ab eis tamen petit, ut ſic
ſint ex quaſi contractu obligati, ad hoc inſti. de obli.
quæ ex quaſi contractu. & ſic poteſt legi ſimilitudina
riè, nec per hoc excludet ueritatem debiti.

S V M M A R I V M.

1 *Decima laico nullo iure tenenda concedi poteſt, niſi ad formam &
ad tempus.*
Sepulchrum, licet ſit religioſum, hæreditario iure poſſidetur.

Liberè, aduerbij uis hic.
2 *Additio gloßarum.*

CAPVT XV.

1 AD hæc. Caſus. Decima† laico hæredi
tario iure tenenda cõcedi po
teſt [*Per ſucceſsionem*] & ſic non poteſt dari
iure hæreditario, nec in feudũ, nec in em-
phyteuſim, nec in locationem ad longũ tempus, nec
ſuper ea iniri aliquis contractus, per quem alienatio
perpetua poſsit notari, ff. ſi ager vectig. l. ſi. ff. de ſup ſi.
l. 1. de re. eccle. non alie. nulli. ad firmã concedi poteſt
ad tempus, ſupra de loca. c. 2. Inno. uide quod dixi, de
his, quæ ſi. à præ. cum apoſtolica. in gl. obiicitur, ad ſi.
[*Hæreditario*] ſepulchrum, licet ſit religioſum, iure hæ-
reditario poſsidetur, ff. de ſerui. ſeruitutes. 3. Vinc. [*Lai
cum*] qui decimam per ſucceſsionem tenendam rece-
pit [*Liberè*] id eſt nil in ea retento, nec proinde aliquid
2 extorquendo. Hoſt. ¶ [*In† glo. 1. in ſi.*] & ſupra de inſt. ad
decorem, de filiis presbyterorum, ad extirpandas.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi coguntur decimas ſoluere prædiales, uel illa prædia dimitte-
re, & quando æſtimationem, nu. 3.*
Occaſio mali tollenda.
2 *Suffragium, & additio gloſſarum. nu. 3.*

CAPVT XVI.

1 DE terris. Caſus. Iudæi† coguntur præ
diales decimas ſoluere, aut
prædia illa dimittere [*Colunt*] ſup. quæris, u-
trum & qualiter ad ſoluendas decimas cõ
pellantur [*Ne forte*] ſup. ſi contrarium diceretur [*Occa-
ſione*] traderent enim forte mali Chriſtiani terras illas
excolendas, vt decimis priuarent eccleſias, infra eo. in
2 aliquibus. Hoſt. ¶ [*In† glo. . ibi. §. peu.*] uide de præſcrip.
auditis, ſuper glo. 2. [*& ibi, balteum*] vide de ſi. inſtru. G.
perpetuus, in 1. gl. [*& ibi, §. ſi uerò*] uide ſupra ti. 1. c. ſi. in
3 ulti. gl. ¶ [*In† gl. 1. in ſi.*] licet ſoluant æſtimationem eius,
quod perceptura erat eccleſia à catholico parochia-
no: quod dic, ut infra de uſur. quanto, in ſi. ¶ [*In glo. ult.
in ſi.*] & infra de iudæis, & ſi iudæos, & c. poſtulaſti.

SVMMARIVM.

1 *Laico ſi prælatus concedit decimas, uel oblationes, punitur, & quã
do id habeat locum, nu. 3. & quæ pœna, ibid. in ſin.*
Per excommunicationis pœnam uertitur anima à deo.
Fomes quid.
*Duces recti itineris quos credimus, timendum ne habeamus erro-
ris.*
2 *Quòd laicus tenere poſſit eccleſiam, an de neceſſitate diſpenſari
poſſet.*
An religioſus, uel conuerſus habere poſſet.
*Templarijs, & hoſpitalarijs eccleſiæ, & decimæ conceduntur, &
qua ratione.*
Ordini quid concedere differt à conceſſione perſonali.
*Eccleſiæ regimen niſi clericis fratribus, uel alijs permittitur, &
quo caſu hic.*
Prælatus æquiparatur corno, & quando, in fin.
3 *Oblatio comparatur hic decimæ, & an ſit in præcepto ſicut & de-
cima, & epiſcopo celebrante competit, in fin.*
Proſtratus quid, in fin.
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 5.*
Vitulo uendicato non agit emptor de uaccæ euictione.
Fructum uendicare aliud eſt à uendicatione iuris fruendi.
*Decimæ fructum licet, laico concedere, non ius percipiendi eam in
feudum dare olim licebat, & quando prohibitum.*

CAPVT XVII.

1 QVamuis. Caſus. Punitur† prælatus,
qui laicis concedit oblatio-
nes, uel decimas. & primò ponit conciliũ
factũ reprehenſibile: ſecũdo pœnalẽ huius
prohibitionẽ ibi, Statuimus [*Animaduerſione*] uertitur
anima à deo ꝑ excõicationis pœnã, de quo remit. Hoſt.
ſup. de of. or. paſt. ibi, uel animaduertere [*Quidam*] ſup.
illud [*Fomitem*] i. nutrimẽtũ, & originẽ [*Erroris*] Hiero.
ad Celanciã. d. timendum eſt, ne quos duces recti iti-
neris hĩe nos credimus, eos comites habeamus erro-
ris [*Dicuntur*] ipſi laici [*Inuenire*] uide quod no. de ſepul.
2 c. 1. lib. 6. in 1. gl. [*Eccleſias*] an† de neceſsitate diſpenſari
poſſet, ꝙ laicus teneret eccleſiam, remit. Hoſt. ſup. de
æta. & qua. c. 2. [*Et eos*] laicos. ſ. [*Impellunt*] prælati. ſ. [*Præ
dicationem eorum*] ſ. ꝑlatorũ. 43. di. Epheſiis [*Remanens*] er-
go à contrario laicus conuerſus & religioſus hĩe põt
eccleſiam: ad hoc de re. ec. non ali. poſſeſsiones. quod
poteſt intelligi de eccleſia rurali, & ſine cura quaſi ad
ſuſtentationem: uel pro tanto dicit hoc. quia hoſpita-
lariis, & templariis eccleſiæ. & decimæ quotidie cõfe-
runt. & ipſas hñt & tenent, ſm Hoſt. Per. & Abb. inf. c.
dudum. Dicit tamen Hoſt. illã collationẽ potius fieri
ordini, ꝗ perſonis, arg. inf. de iure pa. illud, ſupra de do
na. conſultationibus, ff. de annu. le. l. annua, ff. de cõdi.
& demon. l. ciuibus. Neceſſe tñ eſt, ꝙ regimẽ eccleſiæ
habeant clerici uſ fratres ſui, uel alii, & non laici per iu-
ra, quę alle. 1. gl. ad idẽ. 10. q. 1. quia [*Decimam oblationem*]
ex horũ uoracitate prælatus æquiparatur corno, & ex
3 aliis, quæ no. 2. q. 7. non omnis. Et quia hæc lr̃a† æqui-
parat decimã, & oblationem, vr̃, ꝙ ſicut decima eſt in
præcepto, ſic & oblatio. facit quod dixi. ſupra c. 1. ſup
uer. inuitaret. Rai. in ſum. de oblationibꝰ dicit, ꝙ quo
ad hanc materiã ſunt tres ſpecies oblationũ: una do-
natio rei facta inter uiuos deo, uel eccleſiæ. ſecũda fa-
cta, ut ſupra cauſa mortis, ꝗ redacta eſt ad inſtar lega-
torum. tertia uſualis, quã fideles faciunt ad altare, uel
ad manum ſacerdotis. Mutando verba Rai. conſtat, ꝙ
prima eſt uoluntaria: & cum data eſt, non plus de illa
quærimus: ſed ſi ſolum eſſet promiſſa, cõſtat, ꝙ eſt de
bita. de ſecunda non dubitatur, quin ſit debita. unde
non ſoluentes ſacrilegi dicuntur, & homicidæ, & ne-
catores egentium: patẽt hæc per ordinem. 12. q. 2. nul-
li, & c. qui abſtulerit, & 13. q. 2. qui oblationes, ubi de
hoc. de tertia ſpecie principaliter quæritur: & uidetur
ꝙ ſit debita. 22. di. præter hæc. 16. q. 1. ſtatuimus, de cõ.
diſt. 1. omnis. & in his omnibus de hoc, & per Archi.
ſatis in ipſo. c. omnis. Rai. tamen tenet iſtas nõ debitas,
ut ab inuitis exigi poſsit. ad quod Tho. alle. Exo. 25. in
prin. reſpondet ad c. omnis, ut ibi not. quod loquitur
de oblatione interiori, uel bonorum operum. uel de
conſilio. alia duo, c. intelligit de prima, uel ſecũda ſpe
cie oblationum, de qua, ſupra ſaluo eo, quod ibi not.
de paupere ſacerdote. Item ſalua pia laudabili conſue
tudine, ſi qua eſſet de oblatione aliqua, puta certis fe-
ſtiuitatibus facienda, ad quam ſeruandam coget epi-
ſcopus, non ſacerdos, de ſimo. ad apoſtolicam. & idẽ
Tho. licet mutet uerba, ſecunda ſecundæ. q. 86. arg. 1.
ut dixi, ſupra titu. proxi. ſub Rub. hæc omnia plenius
uide per Hoſtien. in ſum. de parochia. §. in quibus. ubi
etiam inuenies, quòd quando epiſcopus celebrat in
eccleſia cathedrali, uel alia, oblationes ſpectant ad ip-
ſum, in uer. quid ergo, ſi epũs [*Arbor*] Matt. 7. [*Proſtra-
tus*] quaſi colliſus, extenſus, confuſus. concor. cle. de
4 elec. in pleriſque, uer. quid ſi. ¶ Secunda† gl. quærit, &
ſoluit. 4. rõnes inducens, & unũ ſimile. & demũ ſolu-
tionẽ declarat, & antiquæ ꝑmiſsionis cauſam reddit.
5 ¶ [*In† gl. 2. ibi, Peruenit*] ubi de hoc [*& ibi, Nõ ius, ſed corpus*]
abb. inſtabat expõnib. uer. & hoc intẽdit lex. vẽdicato
uitu-

uitulo non agit emptor de uaccæ euictione:quia nec
corpus uenditum ipſius uaccæ,nec ius fruendi uendi
catur. Aliud enim eſt uendicare fructũ.aliud ius fruẽ-
di. Ad propoſitum aliud eſt concedere fructum deci-
mæ:aliud ius percipiendi [*& ibi, prohibitum*] per conci-
lium Lateranẽ.in parte deciſa,infra c.2.ad hoc. eo.titu.
c.2.lib.6.§.illas autem. Alii dicunt per Vrbanum.& ip
ſius concil. Turon. ad hoc in lib.feu. quibus mo.fe.a.
§.itẽ ſi epiſcopus, aliàs eſt.c.ſub Rub. epiſcopũ, abba-
tem,uel abbatiſſam feu.dare non poſſe. & uide quod
no.Hoſt.in ſum.eo.titu.§.& utrum præſcribi, uer. qd
ſi laicus[*& ibi, ab antiquo conceſſas*] quid ſi non apparet
quanto? quærebat hic Hoſt. & ſupra de his, quæ fi. à
præla.cum apoſtolica, & ibi uideas in fi. ¶ *In gl. ult. ibi,
donec &c.*]ſi. de ętà.& quali. quęris[*& ibi, ipſa pietas &c.*]
intelligo in excommunicatione, ſi intendit laico ius
ſpirituale conferre. Laur.

SVMMARIVM.

1 *Decimam an colonus ſoluat eccleſiæ prædiali, an parochiali, ſtatur
conſuetudini, quod an ſit uerum, uide latis, num.4.*
Vinearum cultores Bononienſes ubi maneant.
Continens pro contento ponitur, ad uer. de terris.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu.3.*
Seruis aduerſus dominos conſiſtere licet, & quando.
4 *Additio gloſſarum.*
Dubium huius decretalis difficile, non facile.

CAPVT XVIII.

Cum ſit homines. Caſus. Stat
1 †cõſuetu.an
colonus decimã ſoluat eccleſiæ, in cuius
parochia ſitum eſt prædium;an illi, in qua
percipit,& audit diuina.& in prima conſultatio. in ſe-
cunda reſponſio ibi,ſanè[*Parochia*] habebat enim do-
micilium in illa, & ibi percipiebat eccleſiaſtica ſacra-
menta[*In alia*] Commune eſt iſtud cultoribus uinea-
rum circa Booõ. qui ut plurimum manent in ſubur
biis ciuitatis [*De terris*] ideſt fructibus terrarum [*In
diuerſis*]ut ſi coloous, qui habitat in finibus diœcc.Bo-
noñ.colit prædium ibi uicinũ,tñ in diœc.Mutiñ.[*Con-
fundi*] maxime,qa uno attẽtato facile uſurpantur alia,
2 maximè in dubio,infra de reli.do.c.1. ¶ Secunda† gl.
rñdet p qõ. qualis erat iſta diuerſitas. ¶ Vlt. glo. ponit
3 duas lect.¶ *In† gl. ult. ibi, uix certis*]ſequitur, ex cauſis ad-
uerſus dominos ſeruis cõſiſtere permiſſum eſt,& enu
4 merat.8.¶ *In† glo.2.ibi, ſed facile eſt ſoluere*]ita dixeruot oẽs
antiqui & moderni,qui iudicio meo nõ uiderunt du-
bium decr.quod ſoluere noo eſt facile. & ſm eos fru-
ſtra papa ſic põderauit hoc dubium. loquitur autem
decre.de colono partiario, qui pro cultura certã par-
tem fructuom recipit,puta dimidiam.de hac ſua par-
te cui eccleſiæ ſoluere debeat decimam, forte dubiũ
eſt,Nam hæc pars videtur ſibi prouenire ex opera cul
turæ,& ſic decimabitur ut perſonale. ecõtra ſi ex præ
dio ꝓuenit,& ibi principaliter operatur manus dei,&
ſic inter prædiales cõputanda uidetur. & ſi hac ratio-
ne ꝓ prędiali diffinias,per hoc fraudabitur parochia-
lis eccleſia,quę nullas perſonales habebit,cum ille for
te aliud opus non faciat.Item ſi ſingulis diebus, men-
ſibus, uel annis iſte reciperet precium operarũ, illius
precii daretur decima parochiali. ſic uidetur de hac
parte, quæ ſuccedit loco precii. Si contra prædialem
diffinias, id uidetur abſurdũ, cũ de omni fructu illius
prædii ſibi decima debeatur.& ſi ipſe dominus ſuis ex
penſis coli faceret,uel coleret,ſolueret integram deci
mam,nõ deductis expenſis culturę,ſ.eo.cũ homines.
j.eo.non eſt.Ergo nec pars debita cultori tranſibit ſi-
bi nõ decimata. Textus uidetur uelle conſuetudinem
eſſe ſequendam,de qua ſi non appareret,ſatis uideret
partẽ coloni bis decimãdam. primò eccleſiæ prædia-
li,in reſiduo eccleſiæ parochiali.& in prima nõ detra-
her ſumptus.in ſecũda detrahet,j.eo.paſto. & ſit ſimi-
le,ſi pro ſalario doctrinæ, uel aduocationis das mihi
fructus prædii tui. nã parochialis prædii habebit illo-
rũ fructuum prædialem decimam, reliquæ partis, q
a mihi eſt lucrum perſonale,parochialis[a] domicilii ha-
bebit decimam. Vnde dicebat Hoſt.inf.eo.tua.2. ꝙ ſi
colonus de aceruo non decimato donet mihi, 10.cor
bes,illud bis decimabitur.primò eccleſiæ prædiali, &
b reſiduum meę parochiali,[b] ſicut de eodẽ legato dant
duæ canonicæ.de hoc de teſta.c.fi.& facit etiã ad hoc,
quod dixi ſecundum Goff.ſupra de feu.licet, ſuper gl.
fi.ſed Inn.& Hoſt.inſra eo.a nobis, dicebant hoc caſu
un..m ſolam decimam & prædialem deberi, quando
colonus pro cultura partem fructuũ percipit, uel cer
tas menſuras,dummodo ita ſit. ꝙ de fundo menſuras
percipiat,& non aliunde.i.ſi ſunt in fundo, illas perci-
pit:aliàs ſibi menſuræ illę non ſoluentur.& idem vide
tur,ſi de fructibus non debet ſolui merces coloni,ſed
in pecunia.hoc tamen acto, ꝙ illa pecunia deberetur
de fructibus prædii:aliàs non, ſi fructus non eſſent ad
illius æſtimationem,arg.ff. de uſur.hactenus,ff.de iu-
c di.fideicommiſſum[c]. Si autem colonus ſit penſiona-
rius, cui perſona dñi ſit obligata ad ſoluẽdam merce-
dẽ,etiam ſi nil percipiatur de fundo, quem colit,ſiue
in pecunia,ſiue in alio conſiſtat merces,tũc debet co
lonus decimam ſoluere nõ eccleſiæ prædiali, ſed ſuæ
parochiali,ubi percipit diuina.& hoc caſu uidetur lo-
qui.16.q.1.quæſti.& arg.ff.de contrahen.em.p.l.fin. Et
eſt ratio diuerſitatis horum caſuum:quia primo caſu
omnes fructus ſunt decimandi ante, quàm diuidã:ur
ſine deductione expenſarum,infra eo.tua.2.uer.& cũ
de cunctis.ergo,ex quo ſemel ſunt decimati, ulterius
non debent decimari ab his, ad quos ex debito pro-
ueniũt,ſicut ſunt coloni,infra eo.paſtoralis §.1. In ſe-
cundo uerò caſu agitur de lucro proueniente ex ope
ra manuum coloni,de quo patet deberi decimam ec
cleſiæ parochiali,vbi audiunt diuina.Item in primo ca
ſu totus fructus eſt de terra,licet exinde ꝓueniat ope-
rante manu hominis,ſupra eo.non eſt, inſra eo. cum
non ſit. & ideò illi tantum eccleſiæ, in qua ſita ſunt
prædia,dabuntur decimæ,ex quo nil habet de merce-
de colonus, niſi ex fructibus prædii proueniat. In ſe-
cũdo uerò caſu lucrum.& merces coloni ex opa ma-
nuum ſuarũ prouenit, non ex fundo, ex quo merce-
dẽ illam habere debet,ẽt ſi fundus ſit omninò ſterilis,
ſm Inno.licet fateatur Hoſti.contrariã conſue.tenen-
dam,ſi de illa conſtet,ut hic,& infra c.2. Licet ſatis iu-
ri & æquitati conſonum reputetur, quod.ſ.dixi,partẽ
coloni bis decimandã tamen quia id non ſeruatur,ſta
ri põt ſatis probabiliter huic dicto Inno.& Ho. ubi nõ
appareat conſuetudo cõtraria,ut prædixi.pro qua mul
tum facit:quia ſi ipſe idem dominus coleret,nec aliud
opus faceret, non eſt tũ reperiri, ꝙ partẽ illorum fru-
ctuũ deciomet ut lucrum.ad hoc tamen reſpõderi poſ-
ſet per decre.ſupra eo.dilecti.& ad materiã facit,quod
dicam.j.eo.non eſt,in glo.iſtæ ſunt,& j. eo.tua.2.ſuper
glo.hoc intellige. ubi pro colono partiario redditur
ratio,ꝙ ſubmittit mercedem ſuam fortunæ,& dei mi-
ſericordiæ, unde merces illa potius in fructu, q̃ in lu-
cro conſiſtit. ¶ *In gl. ult. ibi, uix certis*] infra de co. ipi.c.2.
lib.6.[*& ibi, intelligitur*]& ſm hoc dixit Goff. ꝙ difficul-
tas hic præponderatur reſpectu ſcandali prouenientis
ex perceptione decimarum unius eccleſiæ in alterius
diœceſi.[*& ibi, impoſſibile*] facit 2.q.6. biduum, uerſic.ſi
aduerſus.ff.ad Velleia. tutor.1. reſpon.& l.ulti.in prin.
[*& in fine*]ſecundum Dama. Phi.& Innocen.prima le-
ctura magis placuit Tan. & Vincen.

ANNOTATIONES.

5 ¶Parochialis. Illud dictum uidetur ſi bene ponderas contra gl. in
uer. excolendas, in cle. eo. titu. in ulti. q. ſ. quando poſſeſsio eſt pri
uilegiata, non per ſona: quia dicit ibi colonum exemptum a deci-
mis, & bene conſidera, quæ infra dicit poſt Inno. & Hoſt.
b ¶Parochiali tieur. Donatarius ergo ſoluit decimam perſonalem,
ad quod facit, quod no. Io. An. de percipiente eleemoſynam, ſup.
eo. cum homines, in gl. tunc ſi. io prin. donator autem nõ, uide ip-
ſum, ſupra eo. commiſſum, ſuper gl. ſi. & hoc idem, quod hic no.
Io. And. uoluit gl. mag. inf. a eo. tua, & ſuper illa Io. And. & ad id
quod dixi de donatore, facit quod no. Ioan. And. infra de iure pa-
trona. nobis, in glo. inops.
c ¶Fideicommiſſum. Quod ergo dicit Bart. in l. ſi apes, ff. de for. de
colonis triplicis generis, limitari poteſt, ut addatur aliud genus,
ſcilicet eius, qui colit pro numis, uel pro alia ſpecie limitando ſo
lutionem, ſi ſic & inquantum naſcuntur fructus in fundo, & iſte
æquiparatur partiario, ut hic per Innocen.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ ullo modo poſſunt in alios laicos transferri, uide nu. 3.*
Translationis modi qui.
Monitionem præcedere debere intelligitur pœnam.
*Sepultura Chriſtiana quibus caſibus quis priuetur, niſi prius red-
dito debito, num. 4. remiſſ.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 4.*
Decimas retinere prohibitum regulariter, & quando fallat.
Indefinitè quod dicitur, intelligitur regulariter, ut hic.

CAPVT XIX.

PRohibemus. Breue eſt. ponit ꝓ
hibitionẽ, cui pœ-
nam ſubdit ibi, ſi quis [*Aliquomodo*] cõpre-
1 hendit† ergo omnem modum translatio-
nis, ſcilicet feudationis, uenditionis, donationis, ꝑmu
tationis, & his ſimiles [*Receperit*] nõ punit hic expreſsè
transferentem [*Non reddiderit*] monitus [*Priuetur*] etiã
per hæredes hoc fieri iubeat. nec ob. ſupra de ſepul. c.
fin. quia iſte eſt caſus ſpecialis, quo non ſepelitur, niſi
prius reddantur, ut uer. intelligatur cũ effectu, de cle-
ri. non reſi. relatum, ſicut & alii caſus de torne. c. 1. cũ
2 ſi. ſecundum. Gui. na. ¶Secunda † gl. prorogat. quærit,
3 & ſoluit diſtinguendo ¶[*In† gl. 2. ibi, quòd illas poſſunt*] tu-
tius eſt tenere contrarium. ſecundum Hoſt. ad hoc, ſu
pra eo. tit. ad hæc. & c. quamuis, & infra eo. tua nobis,
& c. ulti. nec ob. ꝙ hic dicit, Cum animarum ſuarum
periculo: quia ſubaudiendum eſt regulariter, quam-
uis inicidum & ſine periculo ipſas retineant, ſcilicet
ab antiquo conceſſas. Boa. uero dicebat id dictum, ut
facilius inducantur ad illas diminuẽdas. Potes cõſtrue
re ita, ꝙ illud, Cũ animarum periculo, reſpiciat, uer.
transferre, non uerbum, detinentes, Pet. de. & Abb. ꝓ
babant hoc per decr. cum apoſtolica, hic alle. nam ſi
ibi ſpecialiter conceditur, ꝙ habens decimam in feu-
dum ab antiquo poſsit eam concedere alteri eccleſiæ
de conſenſu epiſcopi, ergo niſi concedatur eccleſiæ,
conſenſus epiſcopi non ſufficeret. Innoc. alternatiuè
utrunque dictum ponebat. pro primo dicto facit, ꝗa
ubi feudum tale eſt, in quo non ſuccedant niſi filii, fa
cile eſſet uaſallo non habenti filios eccleſiam frauda-
re. Idem uidetur de uaſallo, qui intenderet felloniam
facere contra eccleſiam, de qua. infra de pœn. in qui-
buſdam, uel aliam, propter quã perdere deberet feu-
4 dum. ¶[*In† gl. ult. in ſi.*] & in aliis caſibus, qui no. & quos
dixi, ſupra de ſepultu. ex parte.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ perſonales cur, & cur prædiales debentur, nu. 2. in fi.*
Vngari transferunt ædificia lignea ex una in aliam diœceſim.
Parochia, pro diœceſi.
2 *Decimarum retentio, uel diminutio per conſuetudinem non laicis,*
ſed clericis inter ipſos prodeſt.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 4.*
Decimæ pecoris ſiue animalium prædiales nu. 5. in prin. & ſi.
Fundo inſtructo legato pecus quando cedit.
5 *Additio gloſſarum.*
Boues de quo fundo intelliguntur eſſe.
Mora ubi ſit, non attenditur, ſed labor.
Arbor cuius ſoli cenſetur.
Ex urbanis natus mancipiis, licet alibi nutriatur, urbanus cẽſetur.

CAPVT XX.

AD apoſtolicæ. Caſus. Decimæ
1 † ꝑſonales deben
tur eccleſiæ parochiali: prædiales eccleſiæ
in cuius parochia ſitum eſt prædium, niſi
aliud habeat conſuetudo. & in 1. conſultatio. in ſecun
da reſponſio ibi, Noueris igitur [*Et infra*] deciditur, li-
cet immeriti dignatione diuina uocati omnibus ſu-
mus eccleſiæ filiis debitores, & pro ſciẽtiæ noſtræ mo
dulo reſpondere cogimur conſultationibus ſingulo-
rum [*In Vngaria*] Dicit Abb. ꝙ ſæpe Vngari ponunt
aliqua lignea ædificia in una diœceſi, & poſtea ſe, &
ędificia transferunt ad alias diœceſes [*De parochia*] ideſt
diœceſi. ſic de dona. apoſtolicæ, circa princ. [*Tempora*]
forte decem annos, C. de incol. l. 2. li. 10. [*Sunt facti*] no.
pro his, quæ dixi, ſup. de of. archipresby. c. 3. [*Conſuetudi
2 nem*] licet† attendatur hæc cõſuetudo circa perceptio-
nem decimarum inter eccleſias, non tamen inter lai-
cos circa retentionẽ. uel diminutionẽ ipſarũ. Inno. &
Hoſt. Subdit Inn. ꝙ ſi de cõſuetudine nõ cõſtat, ꝑdia-
les debẽtur baptiſmali, & ꝑſonales capellæ. 16. q. 1. de
decimis, ſup. eo. nuncios, ubi idẽ dixerat Tan. [*Inuene-
3 ris*] aliàs, noueris ¶Secunda gl. ꝑmittit tria circa deci-
mas ꝑſonales. ſecundo quærit de animabus, & ſoluit.
Et iterũ quærit, & ſoluit. per quã ſolutionẽ duas alias
4 expedit q̃ones. ¶[*In† gl. 2. ibi, pecoris paſcendi*] ſequitur. ſer-
uitutes, ſtẽ ad aquas appellendi, maximè ſi prædii fru
ctus in pecore conſiſtat, prædii magis, q̃ perſonę uide
tur [*& ibi l. 2.*] legato fundo, ſicut inſtructus eſt, peco-
ra, quæ ſtercorandi, uel paſcendi cauſa ibi ſunt, ut fun
dus fiat inſtructior, cedunt legato ſicut fundo [*& ibi,
aſſumptio*] habet quis duo domicilia in utroq; ſe æqua-
5 liter collocando. ¶[*In† glo. 2. poteſt dici*] ſecundũ Ala. [*&
ibi l. 2.*] de hoc. 13. q. 1. §. 2 [*& ibi, qui paſcit*] & per Goff.
hic, & in ſum. huius tit. in prin. pro hoc dicto facit, ꝗa
boues de illo fundo intelligunt, in quo laborant, nõ
in quo morantur, ff. de fun. inſtruct. cum quidam. &
arbor illius ſoli cenſetur, in quo uiuit, non in quo vẽ
cõſiſtere, ff. arbo. fur. cæſarum, ſi plures. §. ſi radicibus.
Sed contra: quia cuſtodia paſtoris eſt neceſſaria. infra
de regulis iuris, c. penul. unde conſideranda uidetur
parochia paſtoris. nam & natus ex urbanis mãcipiis,
licet ad uillã mittatur nutriẽdus, nõ ideo minus cen-
ſetur vrbanus, ff. de uer. ſi. is qui natus. ſic loquitur Ho
ſti. tenẽs, ut ſequitur in gl. [*& ibi, Vulterana*] & inf. de ſe-
pul. cum quis. 2. reſpon. li. 6. [*& in fi.*] facit, quod no. de
maio. & obe. omnes principes. Hoſt. remit. de his ad
ſummam, eo. ti. §. cui danda ſit. quando autem ſit ſol
uenda, ſcripſi in Specu. eo. ti. ſuper. v. libello.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ de omni fructu prædii ſoluendæ, etiam eo anno prouenien
te, nume. 2.*
Eas non ſoluens, mortale, & deferri debent ad horreum ſacerdotis.
2 *Additio gloſſarum.*
*Decimæ cui debentur, poteſt interdicere domino fundi, ne fructus
colligat, uel exportet, niſi ſe, uel ſuo nuncio præſente.*
*Fundi partem habet, qui eius fructuum partem habet, & ra-
tio,*

C A-

CAPVT XXI.

1 EX parte. Caſus. De† omni fructu præ
dii ſoluendę ſunt decimę. &
prima pars ponit querelam. ſecũda dat iu-
dicem ibi, Mandamus, quatenus [*Diuerſa ſe-*
mina] puta granum. & rapas, uel linum, uel milium in
hortis maximè hoc apparet [*Prædiorum*] aliàs prędicto
rum, ſcilicet ſeminum [*Compellat*] ergo eſt mortale nõ
ſolum decimam non ſoluere, ſed de ipſa aliquid dimi
2 nuere, de hoc. ſupra eo. peruenit, Hoſt. ¶ [*In† glo. 1. in fi.*]
ſecundum T. & dominus totum donat. unde de toto
ſibi decima debetur. 16. q. 1. decimæ. Goff. ¶ [*In gl. ult. in*
a *fi.*] & ut dixit hic. T. & Vin. ſuis expenſis a debet illas de
ferre ad horreum ſacerdotis. 16. q. 1. reuertimini. & q.
7. c. 1. & in his. c. idem no. Io. No. autem Guil. in Spec.
eo. tit. ad fi. ꝙ is, cui debentur decimæ. poteſt petere in
terdici domino fundi, ne fructus colligat, uel expor-
tet, niſi eo, uel eius nuncio præſente, C. lib. 10. quando
& qui. quar. pars de. l. 2. ibi, ſub aſpectu curialium, ff. de
rei uen. nõ ſolum. melius, ſi uero. & quia ſi habet par-
tem in fructibus, & in fundo. ſunt enim fructus pars
fundi, ff. de rei ven. fructus. & iure communi &c. ff. cõ
muni diui. Sabinus. Item Goff. Na. dicens magiſtrum
ſuum Ala. hoc tenuiſſe, & ſe ſic conſuluiſſe, per l. Pau
lus, ff. de procu. ff. de inof. teſt. ſi ſuſpecta, & C. de litig.
auct. nunc ſi hęres. & hoc recitat Guido, ſupra eo. quo
niam, concor. ad allegata de procu. 2. in fi. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Expenſis. Super hoc uide Bald. qui ſubtiliter loquitur, in l. cum quidam, C. de condi. inſer. & ponit ibi etiam de eo, quod hic ſequitur. & facit, quod no. Io. And. de prę. ſignificante, in glo. quicunque, & doct. in l. acceptam, C. de uſuris.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ ſoluendæ ſunt non deductis expenſis, & de quibus tribuen-*
dæ, & num 2.
Perſonales quæ, & cur ita dictæ.
De uenatione, & piſcatione, an ſint perſonales, an prædiales,
& cui eccleſiæ ſoluendæ.
Perſonale quando quid exiſtimetur, ex his diſputatis colligitur.
Contra libertatem antequam ſi dominus adicatur, quis contra fa-
ciens, quando non eſt puniendus, uer. quid ergo.
2 *De arboris uno loco excisa, ubi 10. ualebat, & delata ad por-*
tum ubi mille ualebat, utroque pretio decima ſoluenda, & cui.
Decima tribuitur deductis expenſis, & quo caſu hic, uer. tu dicas.
3 *Bona quæ dicantur, & unde, & horum appellatione etiam in-*
definite comprehenduntur immobilia etiam.
4 *In mora reſtituendi decimas quis non dicitur, neq; mortaliter pec-*
cat, niſi monitus contradicat.
Decima eſt in præcepto.
In opinionibus diuerſis diffinitio Papæ ſequenda.
5 *Additio gloſſarum.*
Congregatum cum peccato, cum damno perditur.
Quæſita malè non habeant bonos euentus.

CAPVT XXII.

1 NOn eſt Caſus. Decimæ† ſoluẽdæ ſunt
non deductis expenſis. & pri-
mò ponit exordium. ſecundò narrationẽ
ibi, Reuera. 3. cõcluſionem ibi, Volumus
[*Hominum*] quia neque qui plantat &c. 19. di. ſecundũ,
& infra c. cum non ſit [*Hortis*] aliàs ouis [*Militia*] ideſt
ipſius ſtipendiis, quod intelligas in bello iuſto. ad hoc
2 quod no. infra c. proxi. Hoſt. [*Venatione*] iſtæ ſunt† deci
mæ perſonales; ideo ſic dictæ: quia miniſterio, & ope-
ra hominis proueniunt: & inde decimæ ſolui debẽt,
licet feræ, uel aues, uel piſces in terra, uel mari, uel in
aqua nutriantur ex beneficio, & nutrimento terræ,
& ideò iſtæ decimæ dandæ ſunt illi eccleſiæ in qua is,
qui talia percipit per anni circulum, diuina officia au
dit, quod intelligas uerum, ubi quiſque liberè uena-
tur, uel piſcatur, nulla parte piſcationis, uel precio da-
ta. Alioquin furtum committeret, niſi precium da-
ret: uel certam partem illi, cui de iure dari debet, & il
lam dat, nunc de illa parte, uel precio danda eſſet deci
ma eccleſiæ baptiſmali, ſeu parochiali, infra cuius li-
mites talia percipiantur: quia illa pars, ſeu precium,
non ex miniſterio hominis, ſed ex aqua. & terra pro-
uenit. Igitur, ſi ſit locus publicus, in quo licet unicui-
que uenari liberè, ſeu piſcari, potius reputatur hoc
perſonale, quàm prædiale, & idem in ſimilibus ſecun
dum Inno. Quid ergo, ſi antiquitus fuerit libera vena
tio, vel piſcatio omnibus, nunc autem dominus fa-
cit præconizari ſub certa pœna, ꝙ nullus de tali loco
uenetur, uel piſcetur? utiq; ſi hoc facit contra uolun
tatem hominum, ſiue populi, quorum intereſt, uio-
lẽtia eſt, & eſſet ex hoc dominus puniẽdus, nec opor
tet contra uenientem timere furtum: timeat tamen,
ne de facto cogatur pœnã ſoluere: ſi hoc facit de con
ſenſu illorum, quorum intereſt, iuſte fit, & tranſgreſ-
ſor eſt puniendus. probatur hoc inſti. de rerum diui.
§. 3. & ſeq. & §. feræ igitur beſtiæ. ff. de acqui. re. do. &
ne quid in loco pu. & de aqua quo. & æſti. per totum,
& in eo, quod le. & no. ſup. de conſt. c. 2. & de temp. or
di. ſi archiepiſcopus. de off. archipreſ. c. fi. & de maio.
& obe. c. fi. & in ſum. de pœniten. §. fi. & ſub. §. fi. Hoſt.
Item uidetur, ꝙ ſi aliquis capiat piſces in mari, uel a-
qua fluminali, & apportet in ſtagnum, in quo ipſos
nutrit, decima talium eccleſiæ, in cuius parochia ſta-
gnum ſitum eſt, dari debet, & idem uidetur, ſi beſtiæ
recludantur in recluſorio, ſiue parco, cum ibi uiuant
beneficio aquę, uel terrę in eadem parochia ſitæ, ſup.
eo. c. reſpon. 1. & inf. eo. cum non ſit in homine. Aliis
tamen uidetur, ꝙ de prædictis nõ baptiſmali eccleſię,
ſed illi in qua percipiens talia audit diuina officia. de-
cima ſit ſoluenda: quia omnia talia proueniunt ope-
ra, & artificio hominis: nec ob. inf. cod. cum non ſit:
quia ibi nõ prouenit fructus artificio hominis, ſed ex
ſola gratia Dei: quod inde apparet: quia ſemen morti
ficatur, & ideo non homine operante uiuificatur, &
fructum plus affert. Sed piſces, & animalia miniſte-
rio hominis recluduntur, nec ſicut grana moriun-
tur, ut poſtea cum maiori fructu reuiuiſcant, ſecun-
dum Innocen. ſed Hoſtien dicit, quod talis decima,
nec merè prædialis. nec merè perſonalis cenſenda
eſt ſed mixta quod dic, ut not. ſupra, cod. apoſtoli-
3 cę §. primo. ¶ Quid ſi† arborem de ſilua exciſam non
ualentem ibi, decem libr. ducat quis ad portum, ubi
ualet mille? reſpondeo, non ſolum de decem, ſed &
de mille danda eſt decima, deductis tamen expenſis,
quæ bona fide fiunt in deducendo uſq; ad portũ ſcd̃m
Inn. & reuertendo uſq; ad hoſpitiũ, niſi & in aliis de-
ducendis negocietur, in quibus lucretur. Alii dicunt,
ꝙ de 10. lib. tñ dare debet decimã. & alia cedũt lucro.
Tu dicas ſcd̃m Hoſt. ꝙ de. 10. libris tñ danda eſt decima
illi eccleſiæ, intra cuius parochiam arbor exciſa fuit;
& ſic eſt uera hæc ultima opinio. De alio uero lucro
deductis expenſis dãda eſt decima illi eccleſiæ, in qua
ductor arboris percipit eccleſiaſtica ſacramẽta. j. c. pa
ſtoralis. & ſic intellige primam opi. ſcd̃m Hoſt. & Abb.
& facit ad ea, quæ dixi. ſ. eo. cum ſint. quædã alia, quæ
no. hic Inn. & Hoſt. dicam. j. c. paſtoralis, ſuper glo. ex
4 hoc [*De omnibus bonis*] bon. † dicuntur illa, quorum do
minium habemus, uel quæ bona fide poſſidemus, ff.
de uerb. ſignifi. l. bonorum appellatione. Et dicuntur
bona, quia nos beant, Goff. & no. Hoſtien. quod non

ſolum dixit, bonis, ſed addidit, omnibus: ſed ſine illo
addito comprehēderet immobilia, fortius cum illo.
facit de teſta. relatum. 2. & facit ad ea, quæ no. & dicā,
infra eo. paſtoralis [*Miniſtris*] habita diſtinctione inter
perſonales. & reales, de qua ſup. eo. ad apoſtolicæ [*Ne*
4 *glexerint*] uidetur ergo, ꝙ non ſint† in mora, nec pec-
cent mortaliter, donec moniti reſtituere contradicāt
ut hic. & ſupra eo. peruenit. ibi de hoc. ibi no. contra-
rium Hoſt. [*Præcipimus*] quod præcipitur &c. infra de
uerb. ſignifica. in his. & præmiſit diſtrictè, ut omnino
ſcitent ſentientes contrarium decimam eſſe in præce
pto. ad idem. infra eo. tua. 2. uer. nimis profectò, maxi
mè cum in diuerſis opi. ſit ſequenda diffinitio papæ, q
ſi. ſint legi. per uenerabilē, §. rationibus. & eſt hoc ue-
rum etiam de quotitate, ut hic in fin. patet ſm Hoſt.
5 ¶[*In† glo. 2. ibi, reuocari meretur*] Greg. ad regiuam Franco
rum. Crede mihi, quod cum peccato cōgregatur, cū
damno perditur. Quid ius ſine titulo. Non habet euē-
rus ſordida ꝑda bonos. Claudianus. Quas male colle-
git fallacis dextra parētis, Has pœnis nati dextra refun-
dit opes. uide quod dicam de cenſi. ꝓcura. in glo. ut ſi.

SVMMARIVM.

1 *De molendini ad uentum fructibus decimæ ſoluendæ.*
Infidelis an ſoluere eas teneatur, remittit.
Dei uirtus in omnibus elementis operatur.
2 *Molendini ad uentum ubi uſus.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
Ex illicitis cauſis quod ſocius acquiſiuit, non cogitur conferre.
Honoribus prohibitus à quibus non excludatur, nec, à muneribus.
5 *Additio gloſſarum, num. 6.*
Decima, & eleemoſyna an tribuenda de illicitè acquiſitis, nu. 6.
Ex pecunia illicitè quæſita an eccleſia fabricata, deſtruenda.
Meretrix promiſſum petere non poteſt, licet ſolutum ei non re-
petatur.
6 *Mamona, quid.*
Iniquitas hic, pro ſolicitudine.
Ab excommunicato, & meretrice an recipienda eleemoſyna, uel
oblatio.

CAPVT XXIII.

1 EX tranſmiſſa. Caſus. De fructib' †molendini ad uē-
tum ſoluendæ ſunt decimæ. & primò po-
nit deciſam querelam. ſecundò dat iudicē
ibi, Quia. vbi præmittit generalem rationem, ex qua
infert concluſionem ibi, Mandamus, quatenus [*Fide-*
lis] de infideli dic, ut ſup. eo. de terris, & infra de uſu.
quanto, ad fi. [*Acquirere*] & de facto acquirit [*Ad ſolu-*
tionem] ſup. faciendam ſine diminutione &c. [*Ad uen-*
tum] uidebatur decimam nō eſſe dandam de his, quę
ex uento proueniunt, quaſi uenti per ſe naſcātur, nec
dei uirtus in eis operetur: ſed non eſt ita. Nam mare,
& uenti obediunt ſibi, Goff. ut Matth. 8. Et qui fecit
aquam, fecit & aera. ut gene. 1. c. Dixit. T. & Vin. Mo-
lendinum fundatum eſt in terra, de qua decima daba
tur, & eius fructus incommodatur. Præterea ſufficit,
2 ꝙ ſit honeſtum lucrum. Dixit Hoſt. ꝙ† talia molendi
na ſunt Marſiliæ, & Arelatæ, & in multis locis [*Compel-*
latis] per ſententiam excommunicationis, de hoc, ſu-
3 pra eo. peruenit, Hoſt. ¶ Prima† gl. reſpondet per qō.
an de illicitè acquiſitis ſoluenda ſit decima. arguit ꝙ
non à cōtrario huius literæ. alle. etiam canonem, tres
auctoritates, & unam. l. Ad contrarium alleg. tres. ll. &
unam auctoritatem. ponit opi. demū ſoluit diſtinguē
4 do. ¶[*In 1. † glo. ibi. §. ulti.*] ſocius etiam omnium bono-
rum non cogitur conferre, quod ex illicitis cauſis ac-
quiſiuit [*& ibi, accipit*] licet turpiter faciat [*& ibi, deli-*
ctum, uel pœna] unde prohibitus honoribus, tenetur ad
munera, & etiam ad honores, qui mixtam habēt mu-
5 neris cauſam. & hoc uult. §. ulti. ¶[*In† glo. 1. in prin.*] quæ-
re hanc gl. 14. q. 5. in ſumma [*& ibi, ubi de hoc*] ibi etiam
notatur, an demoliri debeat eccleſia conſtructa de pe
cunia ſimoniaca. & quid tunc de iure pa. & an de fru-
ctibus rei emptæ de pecunia ſimoniaca eleemoſyna
fieri poſſit [*& ibi, Iuxta illud*] Deute. 23. [*& ibi, Iſaias*] nō
credo hoc eſſe de textu Iſaiæ, imò nec Bibliæ [*& ibi, ho*
norabis] prouer. 3. [*& ibi, turpiter accipis*] nunquid dans
peccet, quare no. 86. diſ. qui uenatoribus [*& ibi. §. quo-*
tiens] & ut ibi no. licet ſolutum ſibi non repetatur, pro
miſſum, tamen ipſa petere non poteſt, cum turpis fue
a rit promiſſionis cauſa, ff. de uer. obli. generaliter[a] [*&*
6 *ibi, Euangelij*] Lucæ. 16. [*& ibi, de mamona*] Mamona† dæ-
monium, quod præeſt diuitiis. Iniquitas, hic ſumitur
pro ſolicitudine, ut patet in concor. & not. 12. q. 1. c. 2.
in gl. 2. [*& ibi, alij dicunt*] Io. inf. eo. paſtora. Goff. ſup. c.
proxi. Phi. Inn. Hoſt. hic [*& ibi, eleemoſynam*] quomodo
in excommunicato diſtinguitur inter eleemoſynam
eius, & oblationem, dicam, infra de ſent. excom. cum
uoluntate, ſuper uer. eleemoſynas [*& ibi, à meretrice*]
quæ non pœnitet, ſed poſt pęnitentiam bene poterit
recipi, ſecundum Lau. & Inn. ne deſpiciatur ex eo, qđ
fuit, l. diſt. ferrum. Si uerò nō pœnitet, faciat inde elee
moſynam de diœceſani conſenſu, arg. cōtra de Iudæ.
cum ſit, de uſur. cum tu, ſecundum Hoſt. & ſic ceſſet
inſolubile, quod inſurgit ex eo, ꝙ tenetur ſoluere, &
ſoluere non poteſt, cum illud non recipiat eccleſia. &
dicit ſic ſupplenda, no. eo. titu. in ſumma, §. de quibus
b rebus[b] [*& ibi, uſura*] hoc exemplum conuenit ſecun-
do membro, ſ. ꝙ transfertur, ſed competit repetitio
de hoc. 14. q. 4. ſi quis uſuram [*& ibi, inuaſore*] idem no.
Io. 16. q. 1. decimas, Goff. ſupra c. proximo.

ANNOTATIONES.

a ¶Generaliter. Ibi uide Bart. & in le. affectionis, ff. de dona. & Cy. Bart. Bald. & d. Bar. de Saly. in l. 1. C. de condi. ob turpem cauſam.
b ¶De quibus rebus. De ludo, & de quæſitis in lodo uide Io. Aod. ſupra de ui. & hone. cleri. clerici, ſuper gl. 3. & Bald. in rubrica, C. de condictio. ob turp. cauſam, & an quæſitū in ludo, dicatur quæſitum ex cauſa lucratiua, uide Bald. C. ſi in fraudem patro. l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Locator, & conductor tenentur ad decimas.*
Ius commune qui habet pro ſe, habet intentionem fundatam.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Decimas concedere laicis ex diſpenſatione papa poſſit.
Præcepta diuina an recipiant eiuſdem diſpenſationem, & interpre
tationem, & qua.
3 *Decimarum tempora tria, & de hoc. num. 9. uer. nec ob.*
4 *Cuius efficiæ erant, & qua ratione manent, & qua tempora reſpi-*
ciant, num. 6. uer. adueniente.
5 *Quatuor modis conſiderantur in ſacra ſcriptura.*
6 *Earum quatuor genera, & quæ nunc durent, & quod ſit euacuat,*
num. 9.
Ex præcepto etiam imperatorum debentur, uer. adueniente autem,
& quo, uide num. 9.
Lombarda ex quorum legibus conſtat, ibid.
7 *Decimarum ius ab eccleſia dependet, & earum limitatio cur fa-*
cta.
Harum & eccleſiaſticorum aliorum iurium ſummus pontifex inter
pretator, moderator & arbiter.
Ab eis poteſt eximere, & quomodo.
8 *Las qui non integraliter ſoluit, quando mortaliter peccet, & quan-*
do excommunicandus.
9 *Ab earum ſolutione non excuſantur ex delicto clericorum, nec ex*
alijs hic memoratis.

C A-

CAPVT XXIIII.

1 A Nobis. C. Locatori & conductor te
2 nentur ad decimas. nisi ſe im munes oſtendant. huius pars de coha. cleri. à nobis. & diuide ſic. ſupra proximam. [*Et infra*] hic deciditur, ꝙ dantes poſſeſsiones ad cenſum ſe excuſabant, ꝙ non tenebantur ad decimas allegantes in hoc conſue. [*Exemptus*] ſupra eo. ex parte, & infra de ec. ædi. capitulo ſecundo [*Ad ſectionem*] quod no. hic Inn. & Hoſt. dixi ſupra eo. cum ſint. ſuper gl. 2. [*Oſtendatur*] Ius enim commune fundat intentionē ec cleſiæ parochialis, & ideo reus habet neceſſe probare. 100. di. contra morē, de præſcrip. capitulo primo, li. 6.
3 ¶ Secunda gl. obijcit, & dupliciter ſol. [*In glo. 2. ibi, etiam laico*] idem no. 10. 16. q. 1. ſi ergo, & eſt ſimile, infra de uſur. ſalubriter, cum ſi. Dixit autē Ala. ꝙ omnibus laicis id concedere non poſſet niſi ad tēpus ex cauſa, ut fecit Gallicis idem Vinc. ſupra eo. parochianos. Ad oppo reſpondetur, ut recitat Hoſti. ꝙ ſpeciale ſit in hoc præcepto, ꝙ diſpenſationem, & interpretationē papæ recipiat, quod nō eſt in alio morali. & ſit ratio: quia in alijs uerſatur honos dei irremiſſibilis, uel utilitas humana publica indiſpenſabilis, ut eſt uidere in præceptis decalogi, quorum nullum etiam in parte remitti pōtſine offenſione dei, vt non habebis deos alienos uel proximi: vt honora patrem: non occides &c. Nā naturalis ratio oſtendit talia non poſſe remitti. In hoc autē præcepto conſideratur honor dei, ut decima detur, & hoc per papam uniuerſaliter remitti nō poteſt. Item ꝙ ab omnibus & de omnibus detur clericis, & eccleſijs, & hoc reſpicit ipſorū temporale commodum. Cum autē papa ſit omniū eccleſiarum, & clericorum rector, & vicarius generalis cum libera adminiſtratione, non eſt mirum, ſi in hoc multum poteſt [*& in ſi.*] hanc glo. poſuit La. ſup. eo. peruenit. Ala. ſupra e. ſane. Dicit Hoſti. & facit eius
3 additio uſque in ſinem Ad cuius materiæ plenā notitiam tria tempora ſunt attendenda, & cuius efficaciæ erant decimæ. tēpore legis naturæ, & ꝙ quattuor modis cōſiderantur decimæ in ſacris ſcrip. & ꝙ quattuor ſunt genera decimarum. Tria tempora ſunt. tēpus legis naturæ, quo non erant decimæ in præcepto, ſed in conſilio tantum tempus legis ſcriptæ. quo fuerunt in præcepto: tempus gratiæ. quo libertati ſpiritus uidetur relicta unde Hug. de ſan. uic. in libro de ſacramentis, li. 10. parte. 11. capitulo. 4. loquens de decimis ita dicit. Primum ante legem paruulos conſilio erudiuit. Poſtea ſub lege exercitatos præcepto tentauit: nouiſſimè ſub gratia perfectos in libertate ſpiritus ambulare permittit, & ita uidetur, ꝙ non ſint hodie in præcepto, ſed reſponde, ut n. infra eo. glo. ſub §. nec obſtat.
4 ¶ Et cuius efficaciæ erant, dicendum ꝙ in remedium culpæ originalis, in ſignum debitæ recognitionis, ſeu diuini dominij uniuerſalis, & figuram futuræ redemptionis. In remediū culpæ originalis: quia tūc temporis erant decimæ de numero ſacramentorum: ſic & oblationes, & ſacrificia, & ſicut circunciſio tem pore legis gratiæ, licet inter hæc magna ſit differentia quantum ad obligationem, & quantum ad ſignificationem, & uirtutem. De differentia obligationis. Dicit Hug. in eadem parte capitulo. 3. illa inquit ex uoto celebrata ſunt, iſta ex præcepto, neq; enim æſtimādum eſt illa prima naturalis legis ſacramenta, ſiue decimas uidelicet, ſiue ſacrificia, ſiue oblationes ita homini ex neceſsitate indicta, vt qui ea nō executus ſuiſſet, reatum præuaricationis incurreret, quēadmodū ille, qui ea fideliter coleret, meritum ſuæ deuotionis inueniret. Nuſquam enim legimus. ꝙ ante legē ſcriptam deus homini dixerit, Qui decimas non dederit, qui ſacrificia nō obtulerit, ſicut poſtea per legem dixit, Maſculus, cuius præputij caro circunciſa non fuerit, peribit anima illa de populo ſuo. Et ſicut ſub gratia terribiliter intonuit, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei. De differentia etiam ſignificationis uirtutis. Idē Hug. in eadem parte. c. 8. Sciendum inquit, ꝙ diuinæ diſpenſationis ordo & ratio hoc popoſcit, ut ſicut ab initio percurrente tempore magis ſemper, ac magis aduentus ſaluatoris appropinquabat, Sic ſemper magis & magis affectus ſalutis accreſceret, & cognitio ueritatis. Erant hoc tempore decimæ in figuram futuræ redemptionis, ſignificabant enim futurum redēptorem, cuius perfectio noſtrum imperfectum ſine culpæ, ſiue pœnæ penitus euacuaret. Quod colligitur ex prima datione decimarum, quādo. ſ. Abraam patriarcha dedit decimas omnium ſacerdoti ſibi uictori occurrēti benedicēti Melchiſedech, ſcilicet qui erat ſacerdos dei ſummi, ſicut legitur Geneſi. 14. Qui quidem Melchiſedech expreſsè figurabat Chriſtū, ſicut oſtendit apoſtolus ad Hebræ. 7. ubi incipit proſequi iſtā hyſtoriam ad declarandam excellētiam Chriſti & ſacerdotij nouæ legis. Sed & erant in ſignum debitæ recognitionis, ꝙ ſ deus eſt perfectus nullo indigens: quia ſecundum philoſophum, perfectum eſt, quod nullo indiget, ex ſe maxime quod eſt perfectum vniuerſaliter qualis perfectio cōuenit deo, ſic ut dicit idē Hug eo li. parte. 3. cap. 18 & Aug. ſuper gen. 8. c. Ille, inquit, noſtra ſeruitute non indiget: nos uerò donatione ſua indigemus. ut operetur. & cuſtodiat nos. nam ſi nobis indigeret, eo ipſo non uerus dominus eſſet, cū per nos eius adiuuaretur neceſſitas. ſub qua & ipſe ſeruiret. Ideo decima in hoc, ꝙ eſt ſignū dictæ pfectionis, eſt ſignū dominij uniuerſalis. Igitur pfectus eſt deus, & ideo oīm dñs propter quod dicuntur dari decimæ in ſignū uniuerſalis dominij. ſ. e. tua nobis §. 1. uer. nimis pfectō. Significatur igitur perfectio diuina per decimā: quia denarius numerus eſt perfectus, unde idē Hug. in eo. ca 8. Denarius, inquit, quoniam perfectus numerus, eſt ſignū bonitatis, & uirtutis, quæ deo attribuitur, ut à homine à deo eſſe cognoſcitur. Nouenarius autem quia minus à perfecto habet, & uitium corruptionem ſignificat, quod merito homini deputatur, propterea ergo homo decimā dare deo, & nouem ſibi retinere præcipitur, ut quod bonū eſt in ſe, à deo, & quod uero malum eſt, à ſe habere confiteatur: & hoc idem tangit Aug. 16. qu. 1. decimæ. Sic ergo decimæ tempore legis naturæ operabantur. primò quia erant in remedium culpæ originalis, quæ uacuatur p ſacrm efficaciæ plenioris, ſicut & circūciſio p baptiſmum, ut infra de bap maiores. §. ad hoc autem, uerſi. ſi. & §. caute tamen. Secundò quia erant in figuram futuræ redemptionis, & hoc euacuatum eſt per exhibitionem promiſſæ ueritatis. ut patet in eo, quod leg. & no. infra de celeb. miſ. cum Marthæ. uer. cæterum. & §. ex eo autem. Tertio quia erant in ſignum debitæ recognitionis, ſeu dominij uniuerſalis, & quia hoc tertium uidetur includere quid morale, quod eſt de rationis dictatione, recognoſcere, ſcilicet uniuerſalitatem dominij domini, & per diuinam inſpirationem, & per proprietatis, ipſius decimæ conſiderationem ratio adducta dictat, quod iſta recognitio conuenientiſſimè ſit per decimæ partis ſeparationem, & dationem. Ideo ratione huius tam debiti & tam conuenientiſsimi ſigni decimæ manent & recipiunt omne tempus ſiue naturæ, ſiue legis, ſiue gratiæ; propter quod huic tanquam fundamento & immobili innititur auctoritas eccleſiaſtica, infra eo. tua nobis §. 1. uer. nimis profectò, & c. cum non ſit in homine. §. 1. quod eſt concilium generale, & 16. q. 1. decimæ, ubi dicit Augu. non igitur dominus Deus præmium poſtulat, ſed honorem.

5 rem. Quattuor † autem modis conſiderantur decimæ in Sacra ſcriptura. ¶ Primò enim conſiderantur decimæ, ſecundum quod fuerunt de numero ſacramentorum. de quo iam ſatis tactum eſt. ¶ Secundo tempore legis ſcriptæ conſiderabantur uno modo, ſecundum quod includebantur in ritu ſacrificiorũ, ſicut habetur Numeri 15 & 27. & 29. per totum, & illa ſacrificia cærimonialia erant, & umbræ & figuræ futurorum: certum eſt, quòd decimæ hoc modo conſideratæ penitus euacuatæ ſunt, ſicut & cætera cærimonialia, ut patet in eo, quod le. & no. infra de purificatione poſt partum. c. 2. ¶ Tertio conſiderabantur eodem tempore, prout pertinet ad propriam cõſolationem, ſicut habetur Deutero. 14. decimam partem ſeparabis de cũctis fructibus tuis, qui naſcuntur in terra, per annos ſingulos, & comedes in conſpectu domini Dei tui in loco, quem elegerit, ut in eo nomen illius inuocetur, quod eſt tertium genus decimarum, ut patet ſupra eo. c. 1. uer. erant quoque, & infra c. glo. ſub §. 1. uer. tertium. Et quia in hoc condeſcẽdebat lex populo illi carnali & rudi & duræ ceruicis, ut ſaltem per carnalem conſolationem, & temporalem promiſsionem poſſet ab idolatria reuocari: quia etiam determinatum locum includit templum illud, uidelicet, quod omnino fuit figurale. ideo iſtud tanquàm imperfectum & cærimoniale per euãgelicam perfectionem & ueritatis exhibitionem euacuatum eſt. ¶ Quartò conſiderabantur, ſecũdum quod pertinebant ad debitam ſubuentionem; & de his inueniuntur tria genera? Vnde uidẽdum eſt, quot

6 ſint † genera decimarum, & quidẽ tempore legis ſcriptæ fuerũt. 4. genera. primum illud, quod populus dabat leuitis: ſecundum illud, quod leuitæ dabant ſacerdotibus. tertium, quod unuſquiſque ſeparabat in ſuis horreis ad comedendum in templo. quartum, quod pauperibus erogabant, ſicut patet, ſup. eo. c. 1. reſpon. 2. Genus tertium dabatur in conſolationem. Tria uero genera, quæ remanent, dabantur ad ſubuentionẽ, ſiue prouiſionẽ. De primo, quod dabatur leuitis, habet in leui. Omnes decimę terrę ſiue de frugibus &c. & Numeri. 18. filijs Leui dedi omnes decimas Iſrael, &c. Malach. 3. inferte omnem decimam &c. & in aliis multis auctoritatibus no. ſupra eo. in ipſo, capitulo. 1. Adueniente autem tempore gratiæ conſiderauit eccleſia. quid in hac materia eligendum eſſet, & ſtatuendum: & attendens ſignum uniuerſalis dominij, quod quaſi fundamentum poſuit, ut no. ſupra eo. gl. ſub. §. & cuius efficaciæ, uerſi. ideo, & ꝙ in ueteri teſtmento deus primũ genus decimarũ ſibi retinuit, & populo, ipſas decimas daret leuitis præcepit, & quod ratio naturalis dictabat, ut qui domino pro populo miniſtrabant, debebant à populo ſuſtentari, & ſic erat debitũ quoddam morale, nec conuenientius pro iſta ſuſtentatione aliam portionem, quàm illam, quæ propria domini erat, debuit eccleſiæ ſuæ aſsignatæ, ſtatuit & & præcepit, ꝙ populus decimas daret, & redderet eccleſijs, & clericis, ſicut patet in hoc ti. & 16 q. 1. §. decimas, & ca. ſequentibus. Sed & quia laici proni ſunt ad detrahendum ſtatutis eccleſiaſticis, & ipſi imperatores, quorum ſaltem legibus ipſi laici aſtringuntur. C. de legibus, leges, ad ipſorum laicorum ora obſtruenda, hoc receperunt & approbauerunt: præceptum ꝙ diſtringerentur ad ſolutionem huiuſmodi faciendam, ut in Lombarda, de decimis, per totum, li. 6. quæ ſunt leges Caroli, Lotharij, & Ludouici imperatorũ, & ſic fuit iſtud debitum, ſiue præceptum iudiciale ſecũdùm æquitatem. Quamuis igitur ſit tranſlatum ſacerdotium quantum ad ritum colendi: tamen quia in ſacerdotio nouæ legis manet onus miniſterij, propter quod eſt uerè & propriè communicatio bonorũ, & ſpiritualium propter excellentiam ſacramẽtorũ, quæ efficiunt, quod figurant, & continent quod ſignificãt ſaltem quãtum ad ſubſtantiã præcepti remanet iſtud debitum ut morale, uel quaſi, in corde enim cuiuſlibet ſcriptum eſt, ut communicanti & ſeminanti ſpiritualia communicentur, & miniſtrentur temporalia: firmatur nihilominus ut iudicale quãtum ad formã, hoc eſt quantum ad taxationem & determinationẽ decimæ partis, & quantum ad illas eccleſias, quibus ex debito eſt reddendũ. Quinimò & ſi dicamus, quod hoc præceptum maximè quantum ad ſolutionẽ determinatæ partis non ſit morale naturæ, uel quaſi, ad minus eſt morale diſciplinæ, hoc eſt legis, per quã habet uita humana regi obediendo inſtitutioni diuinæ & humanę, ſupra de iura. calum c. 2. §. præterea, ſupra de conſti. capitulo primo. Eſt ergo morale diſciplinæ: quia legis ſcriptæ humanæ ac canonicæ, ut eſt dictũ, & quod plus eſt, euangelicæ. Matthæ. 24. & Lucæ. 11. ubi dicit: hoc oportuit facere, & illa non omittere: & in hoc etiam concordant ſancti, ſiue quattuor doctores eccleſiæ principales, ut plenè no. in ſum. eo. ti. §. fi. ſub. §. 7. uer. per prædictas auctoritates. Patet igitur, ꝙ decima eſt in præcepto: & ꝙ hoc pręceptũ poteſt dici morale naturæ uel quaſi, ſiue morale diſciplinę, ſiue iudiciale ſecũdum ęquitatem. Sed ſiue ſic, ſiue ſic,

7 hoc certum eſt de iure † decimarũ, ꝙ ab eccleſia dependet, & ad ipſam pertinet, nec cadit in laicum: tum quia ius ſacerdotum eſt. 16. q. 7. decimas: tum quia ius diuinum eſt. 16. q. 1. cap. fin. tum quia ſanctuarium dei eſt, ſupra c. ad hoc: tum quia nec à laico poſsideri põt ſupra de pręſcrip. cauſam quę. in fi. ſupra eo. prohibemus, & c. quamuis: fructus etiam exinde prouenientes ſunt clericis exhibendi, infra eo. tua nobis. horum omnium ſummus pontifex interpretator eſt moderator, & arbiter, ſicut & aliorum iurium eccleſiaſticorum, & etiam quoruncunque dubiorum, quę occurrere poſſunt, ut patet in eo, qđ legit. & no. ſupra de trãſla. epiſcopi. ca. 1. in prin. & infra qui fi. ſint legi. per uenerabilem. §. rationibus. potuit ergo de iure pręcipere ꝙ decima ſolueretur, & pars decimę, ſicut ſonat, ut ſupra eo. non eſt in poteſtate, in fi. & c. cum homines: & exprimere de quibus ſit ſoluẽda, ſupra c. peruenit, & in quibus, ſupra eo. quoniam. Vnde, ne remaneret confuſa ſolutio, & ne dicerent aliqui, nobis magis debetur, quàm alijs tum ratione paupertatis, tum ratione uitę perfectioris, ſtatuit & determinauit, ꝙ limitatio parochiarum in ſolutione huiuſmodi attẽdatur, ſupra de his, quę fi à prę. paſtoralis. de ſepul. c. 1. §. fiet, infra eo. tua nobis. §. fi. & per o tum, & cõſuetudo inter eccleſias approbata. ſupra c. ad apoſtolicę. & c. cũ ſint, & ꝙ ſuper his poſsit co po ni, ſupra eo. ex multiplici, & de tranſla. ca. 2. Poſſit e i am quos uult eximere in totum, uel in partem, ut ſu ra eod. ex parte. & c. ſuggeſtum, & de his aliter diſpenſare, prout placet: dũ m do, ut dictum eſt, in ſummum ſum ius non tollat, ut patet in eo, quod le. & no. in ſum de reſcriptis. § & ſuper quibus, ſub. §. poteſt autem quis impetrare: quia non ſunt talia contra idem, & ideo ei in omnibus his eſt parendũ, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra de cõceſ. pręben. propoſui. § fi. ¶ Quicunque igitur † canonicè monitus non ſoluit integraliter decimam, nega-

8 ti nõ poteſt, quin mortaliter peccet: quia tranſgreſſor diuinę & humanę legis. nec non & iudici contumax reperitur. unde & excommunicari poteſt, ſupra c. ex parte canonicorum, in fi. & c. peruenit: & hoc approbat Ludouicus imperator, inhibens, ne pręrextu inceſtus clericorum retineatur, ſed inceſtuoſi ſecundum canones penitentiam agant. Qui verò decimam poſt tertiam admonitionem, & prędicationem ſacerdotũ dare neglexerit, excommunicetur, ut in Lombarda de

ne decimis.l.fi. Et per hoc dicunt quidam ꝙ in regiodibus illis, in quibus de more non ſoluitur decima, nec prędicatur. nec exigitur. non peccant mortaliter homines non ſoluēdo, quaſi Romana eccleſia videatur in his ſaltem quoad præterita diſpenſare, ne tantā multitudinem contingat ex cauſa damnari, arg. inf. e. in aliquibus, reſpon 1. & in eo, quod le. & no. infra de cogna. ſpū. ſuper eo. Sed ſi poſt prædicationē, & monitionem ipſam retineant, mortaliter peccant, arg. in eo, quod le. & no. infra de conſe. eec. aqua, & de clerico excom. miniſtrā. ſi celebrat. §. 1. & ſup. ne præ. c. pe. §. 1. Alij uerò dicunt, ꝙ cum ad ſolutionem decimarum quilibet facto, vel ex precepto ſit obligatus, ſemper peccat non ſoluens, arg. ſupra c. ex tranſmiſſa, & c. cum homines, Exo. 22. Decimas, & primitias tuas nō tardabis offerre, & in eo, quod le. & no. ſupra de treu. & pa. c. 1. reſpō. 1. in fi. & ſemper eſt in mora, ſicut fur. ff. de condi. fur. l. ult. in fi. Et hæc opinio uidetur ſecūdum rigorē iuris præſerenda: prima tamen benignor & æquior eſt, & ideo ad uitandum animarum periculum expreſſè per conſtitutionem ſedis apoſtolicę approbanda ar. in eo quod le. & no. ſupra de tranſac. c. fi. & de ap. oblatæ. §. penul. ¶ Illud autem pro † certo teneas, ꝙ quantuncunque clerici delinquant, uel decimis abutantur, nunquam tamen de hoc habent laici diſputare, uel iudicare, nec debent propter hoc decimas retinere, ut infra eod. tua nobis §. 1. uer. fi. unde Aug. ſuper Gen. 8. c. dominus, inquit, cur iuſſerit, uiderit, faciendum eſt autē à ſeruiente quod iuſſit Nec excuſat conſuetudò laicos, nec præſcriptio aliqua, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra de conſue. ca. fi. ſupra de præſcrip. c. fi. niſi ſit per ſedem apoſtolicam approbata, & ſic poteſt intelligi, infra eo. in aliquibus, in fi. Nec ob. ꝙ ſupra e. glo. ſub. §. tria tempora, uer. primū; quia dici poteſt, ꝙ illud intelligiť de decima, quę erat pauperibus eroganda. vt patet, infra e. glo. ſub. §. circa quartum. poſt prin. in fi. ner. ergo in ſum. uel ſi intelligas illud de primo genere, dic, ꝙ Hug. nō intendit excludere obligationem præcepti, ſed potius oſtendere interiorem motum animi, quoniā ex charitate, & ſic libero ſpiritu debet implere hoc pceptū uerus Chriſtianus, quod ex timore ſeruili implebat Iudæus. ar. infra de reg. iur. qui ex timore, & infra de regularibus, licet, in fi. Quod ſi Hug. per illa uerba præceptū de decimis intendit excludere, magis ſtandum eſt expreſſis uerbis ſanctorum Greg. Ambro. Aug. Hiero. & ſummorum pontificum, quàm dicto ipſius, uel magiſtri alterius cuiuſque, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra de conſti. ca. 1. & c. ne innitaris. De ſecundo etiam genere dic, ut le. & no. infra eo. cap. 2. tertium uerò euacuatum eſt, ut no. ſupra eo. ſub. §. quattuor. ner. tertiò. Circa quartum autem, quod erat pauperibus erogandū, conſiderauit eccleſia, ꝙ & ſi de ipſo expreſſè onerarer laicos, immineret eis periculum, ꝙ nec unū tātum ſoluere uolunt. Conſiderauit etiam, ꝙ in illa decima, ſicut dicunt doctores legis, imperfectio notabatur, quam imperfectionem euacuauit Chriſtus, & eis prouidit plenius, quando dixit Luc. 6. omni petenti tribue, & 11. quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia mūda ſunt uobis, in quo oſtendit, ꝙ voluit verum Chriſtianum eſſe liberaliſſimū ad pauperes, in quibus teſtificatur ſe recipi, & repelli, Matth. 25. Io. & Aug. dicit, ꝙ ſoluta decima, ſ. primi generis, de. 9. partibus, quæ remanent, eleemoſyna fiat. 16. quæſtio. pri. decimæ: & de hoc genere poteſt intelligi, quod dicit Hug. ut no. ſupra eo. glo. ſub. §. proxi. in prin. Nihilominus tamen & in primo genere decimarū hoc quartum genus induxit eccleſia, & plenius prouidit eccleſia pauperibus. unde & ſtatuit, ꝙ nedum decima, quinimo & omnes oblationes, & reditus eccleſiaſtici di-

d uidantur in quattuor [d] partes, quarum unam pauperibus aſſignauit. 12. q. 2. nobis, & c. qui & humanis. & c. ſeq. Quod & ſecutus eſt Carolus imperator in Lōbarda, de decimis l. an decima populi. Et licet hęc ſancta ordinatio ſit in pluribus eccleſijs uſurpata, nihilominus tamen pro laicis remanebunt clerici pauperibus obligati, ut patet 42. di. §. 1. per totum. 47. di. hi. 86. diſtin. non ſatis. 12. q. 2. aurum. & c. gloria epiſcopi. 16. q. 1. cap. fina. Aug. adBoniſacium comitem. Dum priuatim, inquit, quæ nobis ſufficiant, poſſidemus, non ſunt illa noſtra, ſed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis uſurpatione dānabili uendicamus 12. quęſtio. pri. cap. fi. & ſi de proprio patrimonio ſufficienter uiuere poſſumus, illa. ſ. bona eccleſiarum, de quibus præmi-
e ſerat, non ſunt noſtra, [e] & idem dicitur 1. qu. 2. paſtor. Bona ergo eccleſiarum nulli appropriantur, unde & epiſcopus procurator cenſetur, non dominus, ſupra de dona. c. 2. in prin. qui & habet omnibus indigentibus prouidere. 93. diſt. diaconi. 12. q. 1. epiſcopus, & c. præcipimus. Ideo uerè loquendo non poteſt dici, ꝙ clerici poſſeſſiones habeant, ſicut aliæ tribus, qđ dic ut no. ſupra ca. in ipſa. 1. reſpon. Ergo in ſumma, ut ex prædictis poteſt colligi, primum genus decimæ omnino ſtat in pręcepto, licet limitatum. Secundum etiā remanet, ſed declaratum. Tertium autem tanquam cœrimoniale eſt ex toto euacuatum. Quartum uero liberū relinquitur, ſed perfectius informatum, & de hoc poteſt intelligi dictū Hug. ut not. ſupra eo. gl. ſub. §. prox. in prin. hoc teneas ſecundum Hoſt. cuius hęc, G. per quā dicit ſupplendū, quod no. in ſum. eo. ti. §. & utrum, ſub. §. 7. ubi copioſè materia diſputatur. ¶ *in glo. ult. in fi. e*] vel niſi ſuper hoc facta eſſet compoſitio, quæ præſcripta eſſet, ſecundum Hoſti. qui remittit, de tranſactio, capitulo 2. & ſupra eo. cum homines.

ANNOTATIONES.

a ¶ Alio morali. Vide ad materiam iſtam plenè per Goffr. in ſumma de reſcrip. & per Bal. in l. omnes, C. ſi cōtra ius, uel uti publicam. & facit quod no. Io. An. de conſti. quæ in eccleſiarū, ſuper glo. pri.
b ¶ Incurreret. Illæ ergo decimæ, quas Abel ſoluebat, erant uoluntariæ, non neceſſario indictæ.
c ¶ Perfectus. Vide in proœmio lib. 6. in glo. ſuper 5. per fraudem.
d ¶ Quatuor. Hæc diuiſio locum habet ſolum in minoribus eccleſijs, ut no. Io. An. ſupra ea. quæſtio. ſuper uerbo, facies.
e ¶ Noſtra. An hoc ſit uerum, uide glo. fina. & ſuper illa Ioan. An. in capitulo epiſcopus, ſupra de præben.

SVMMARIVM.

1 *Decimas remittere non poteſt imperator, & nu 3. 4.*
Decimę nonalium non accreſcunt laico habens ab antiquo decimas in feudum, uel ex alia cauſa, & qua nu. 4.
2 *Specialia in multis magis proſunt, quàm generalia, fallit tamen in fundo dotali, & iure patronatus.*
3 *Imperatori, uel laico leges quæ dant circa hic expreſſa poteſtatem, corriguntur.*
4 *Imperator qua poteſt concedere imperiali lege, poteſt & remittere.*
Decimationem facere non poteſt inferior pontifice.
De nonalibus decimam non ſoluere priuilegium, & quod nō excuſat, & num. 1.
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 6. 7.*

CAPVT XXV.

1 TVa, & infra. Caſus. In genere vel in ſpecie imperator decimas remittere non poteſt: & decimæ nonalium non accreſcunt laico, qui ab antiquo decimas in feudum habuit. ſecūda ibi, Nec occaſione.

caſione. Et primi dicti rationẽ præmittit: ſecũdi ſub-
mittit ibi, Cum in talibus, & erat olim prima pars in
tertia cõpilatione, de iudi. capitulo primo, & tota de-
2 cre. in quarta [*Generaliter*] melius † dixiſſet, Specialiter,
cum in multis plus proſint ſpecialia, quam generalia.
ff. de pigno. obli. de procura. qui ad agendum, lib. 6. cũ
ſimili. dicit Hoſt. ꝙ licet plus ualeat ſpecialis, quàm ge
neralis conceſſio, cum id concedens concedere po-
teſt: quando tamen id ſpecialiter non poteſt cõcede-
re, plus poſſet ualere conceſſio generalis, ut patet in
fundo dotali, & in iure patro. ff. de fundo do. l. 1. de iu-
re patro. ex literis. ff. de acquiren. rerum do. l. quędam:
& ideo dixit, Quantuncunque generaliter, ſecũdum
Hoſt. qui etiam per hunc textum arguit ad ea, quæ di-
xi de not. Infra ne clerici, uel mona. ſicut te [*Eximere*]
3 [*Eximere*] contra, imperator † remittit iuramentum,
quod etiam obligat de iure diuino. ff. ad munici. le. ſi.
Solutio. omnes leges, quæ imperatori, uel laico dant
circa talia poteſtatem, corriguntur etiam de mẽte iu-
ris ciuilis in auct. ut clerici apud ꝓprios epiſcopos. §. ſi
uerò eccleſiaſticum, colla. 7. & in l. contraria impera-
tor non remiſit iuramẽtum, ſed fecit gratiam illi, qui
iurauerat, ꝙ domini iuramentum nõ reciperet, & po-
a ſtea recepit in eo, ꝙ ab illo ordine nõ remouet[a]. Ho.
4 [*Diuina*] q. d. Si † deberentur. l. imperiali, illas concede-
re poſſet [*antiquæ*] uel de nouo per apoſtolicum, factę,
quod inferior facere non poſſet, ſupra eo. ad hæc, &
c. quamuis: dic, antiquæ. etiam in religioſos tranſlatæ,
ſic infra capitulo 2. in fi. lib. 6 [*Nonalium*] per quod di-
cit Hoſt. ẽ ꝙ ſi laicus priuilegiatus, ne ſoluat de terris
ſuis decimas, faciat noualia, de illis decimam ſoluet.
Item ꝙ ſi laicus priuilegium habeat de percipiẽdis de
cimis parochię, nõ percipiet de noualibus, nec enim
ſine peccato, niſi priuilegium excuſaret, laici ipſas ꝑ-
ciperent, ſupra c. prohibemus, & in hoc eſt odiũ [*Ex-
tendenda*] quod hic no. Inn. dicam, infra eo. cum con-
5 tingat, ſuper glo. penul. ¶ Prima † gl. ponit tres caſus,
in quibus laicus &c. ¶ Vlti. glo. ſignat contrarium, &
6 remittit. ¶ *In* † *ult. glo. ibi, cum quidam*] uide de uerbo. ſig.
7 cum in partibus, ſuper ult. gl. ¶ *In* † *glo. 1. in fi.*] & in ca-
ſu, infra de elec. ubi periculum. § præterea, li. 6. & quã-
dam quæſtionem Vin. hic, an incidẽter cognoſcat de
numero, uide ad literam in ſpecu. de recon. §. 2. poſt
princi. & quod hic ſubdit, ibi uide in uer. & no. ¶ *In gl.
ult. in fine*] & infra de regulis iuris, odia, libro ſexto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Remouetur. Vel ibi iuramentum erat illicitum, quaſi de nõ pa-
rendo mandato ſuperioris, ut ibi ſcrit Bar. & de materia, an per
l. ciuilem, uel ſtatutum poſſit diſponi ſuper iuramento, uide dne.
& Bal. & d. Bar. de Sali. in l. non dubium C. de legib. & Bar. in le. ſi
quis pro eo, ff. de fideiuſſ. & plenè per. d. Bar. de Sali. in auct. ſacra-
menta, C. ſi aduer. uen. in quæſtione fi. & uide bonum tex. in le. ſi
quis inquili nos. §. fi. ff. de leg. 1. & ibi Bal.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio decretalis.*
*Decimarum ſoluere dominus, & colonus debent abſque deductio-
ne ſeminis, uel ſumptuum, & cui, & nu. 2. & 3. ubi excipitur,
& num. 12.*
2 *Debet potius augmentari, quàm diminui, & nu. 3. in fin.*
De negotiatione deducitur capitale in eius ſolutione, ibid.
Nec ex delicto clericorum retinenda.
3 *Statutum pro parte ſtatuta, uel debita.*
4 *Decima debetur ex præcepto.*
Ex quo iure non cadat, & quo cadat in laicum.
Iure uno quid denegatur, quod ex alio conceditur, ut hic.
5 *In decimarum cauſis qualiter procedatur.*
*Partiarius colonus nunquid habere debeat partem arborum, uel
ipſarum fructum.*
6 *Dominus, & qui pro eo habetur, comparantur.*
Clerici non ſunt domini propriè rerum eccleſiaſticarum.
Diœceſis ciuitatẽ includit, & pro parochia ſumitur, uel epiſcopatu.
9 *Decimam uolenti ſoluere quando appellationis remotio non obſtet.*
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum nu. 9.*
Multæ moderatoris prouinciæ quantitas, & item proconſulis.
10 *Additio gloſſarum.*
Decimas qui non præſcribant.
*Comparantur tributis, & in quibus. & per quam petantur actio-
nem, num. 11.*
11 *Confeſſoria, uel negatoria quando utenda in eis petendis.*
12 *De decimato aeterno, & penſione quando danda decima.*
*Inter colonum partiarium, & mercenarium differt in decima ſo-
lutione.*
23 *Decimæ an tribuendæ ſimoniaco, uel fornicatori notorio.*
14 *Eas non ſoluenti pœna quæ.*
A banni hic memorati executione quando abſtinendum.

CAPVT XXVI.

1 TVa nobis. Caſus. In prima † parte
ponit tres machinatio-
nes per ordinem. In ſecunda ibi, uerũ, re-
ſpondet per ordinem. In tertia ibi, Quo-
niam, concludit. & h. d. Sine deductione ſeminis, uel
ſumptuum debent dominus, & colonus decimã ſol-
uere, & non cui uoluerunt eccleſiæ, uel pauperibus,
ſed parochiali, cui debetur: nec ab hoc excuſantur ꝓ-
pter malitiam clericorum [*Peruerſis*] multæ uiæ homi
nibus ad malum, in auct. de nup. §. mitiores, colla. 4.
Hoſtiẽ. [*Quidam enim*] prima machinatio [*Semen*] ut di-
2 xit † Ala. ſupra eo. non eſt, deus primum ſemen mini-
ſtrauit, & illius quaſi uſufructum conceſſit agricolæ:
unde ſemẽ ſaluum de fructu eius eſſe debet inſtar pe-
cuniæ in uſufructum datæ. ff. de uſufru. ea. re. quæ uſu
con. le. 2. & ad inſtar gregis in uſufru. cõceſſi. ff. de uſu-
fru. uetus fuit, & l. ſeq. Sed Hoſti. allegabat etiam, ꝙ in
negociatione deducitur capitale, infra eo. paſtoralis.
reſpondebat cum Goffre. ꝙ primum ſemen non fuit
conceſſum in uſufructum, ſed gratis datum. Item in
negociatione principalius operatur manus hominis,
& ibi pecunia ſalua manet: ſemen verò mortificatur,
& ibi principalius operatur manus dei. Item decima
prædialis eſt tributum, in quo ſoluendo non deducũ-
tur expenſæ, uel ſemen, ut ſequitur [*Alio uerò*] ſecunda
machinatio [*Capellis ſuis*] forte quarum ſunt patroni,
uel quarum ſunt parochiani, cum tamen non paro-
chiali, ſed prædiali debeantur [*Alios*] forte pios credẽ-
tes per hoc excuſari, puta quia faciunt pontes ad tran
ſitum neceſſarios, maritant pauperes mulieres, & his
ſimilia [*Nonnulli*] tertia machinatio [*Deteſtantes*] & ma-
le. 1. q. 1. multi [*Ob hoc*] ſ. ꝙ uitam abhominabilem du-
cunt [*Diminuere*] hoc propriè reſpicit primam machi-
nationem: debent autem potius augmẽtare, argu. de
conſti. ex parte. C. de ſa. ſan. eccle. l. pen. [*Cuius eſt terra*]
pars domini eſt terra, & 12. q. 3. in eccleſiaſtico [*Statu-
3 tum*] i. pars † ſtatuta, conuenta, uel debita, & ſic ſoluit
hic quæſtio no. in ſpecu. de loca. §. poſtquam, uer. q d
ſi tibi [*Neceſſariò*] colens enim terram ad aliquam quo
tam, puta tertiam, quartam, uel aliam non deducit ſe-
men, uel alias expenſas de conſuetudine generali, ſed
nec de iure, niſi id fieret per pactum ſpeciale ſecundũ
Inn. [*Cum integritate*] i. ſine diminutione, uel deductio-
4 ne [*Præcepit*] ergo debetur † ex præcepto. de hoc, ſu-
pra c. à nobis, Hoſt. [*Aſſeuerans*] Leui. ult. G. Numeri. 25.
[*Vel*] pro imò, ſecundum Hoſt. [*Pro ſuo cultu*] i. pro ſuo
ſeruitio faciendo, & hoc ius cum ſit mere ſpirituale,
non cadit in laicum, ſecundum Tan. ſed eo reſpectu,
quo ſoluuntur in ſignum dominij, poſſunt laici illas
habere ex priuilegio, ius enim cum temporale ſit, ca-
dit

dit in laicum, de hoc remittit Hoſtiẽ. ſupra eo. à nobis
5 [*Cogendi*] & procedi poteſt † ſimpliciter, & de plano
abſque iudiciorum ſtrepitu, & figura, ut in concilio
Vien. de iudi. diſpendioſam [*Et cum de cunctis*] ſupra re-
ſpondet ſecundæ machinationi [*Fructuum*] nunquid
colonus ſundi partiarius debeat habere partem arbo
rum, vel ipſarum fructuum. no. ſatis in ſpecu. de loca.
§. 1. ad finem: de colono uerò, qui plantauit arbores,
no. ff. de ſerui. ruſti. prędio. l. certo generi, in principio
6 [*Propter † domini*] uel eius, qui habeatur loco domini.
16. quæſtio. 1. c. 1. ſi. ſupra de his, quę fi. à præla. cũ apo-
ſtolica, propriè enim clerici non ſunt domni rerũ ec-
cleſiaſticarum, de dona. capitulo ſecundo, Hoſt. [*Quo-
niam igitur*] generalis concluſio ad prædicta [*Diœceſis*]
ciuitatẽ includit, & ſic ſumitur pro parochia, uel epi-
ſcopatu: ſic de officio ordi. capitulo primo, Hoſ. [*Ap-*
7 *pellatione † remota*] hoc uerum ſecundum Hoſti. quan-
do laicus appellat ſolam præſcriptionem, vel conſue-
tudinem prætendens. Secus, ſi proponeret ſufficientẽ
exceptionem, puta priuilegium, vel compoſitionẽ;
ut patet ex notatis ſupra eo. à nobis, de appella. ut de-
bitus. Item ſecus, cum eccleſiæ ſuper hoc litigant, ſu-
8 pra de exceptio. dilectæ. ¶ Prima † gl. ponit duas diffe-
rentias inter decimas, & tributa: ſecundò quærit, po-
nit tres opiniones, mediam approbat, & ſoluit obſta-
culum. ¶ [*In glo. hoc intellige*] quærit, dubium aperit, &
ſoluit. ¶ [*Glo. hoc ideò*] quærit, arguit, negatiuè ſoluit cõ-
9 trarium. ¶ [*In † glo. 1. ibi. l. 3.*] hanc & ſequen. uide de pe-
culio clericorum, inquirendũ, ſuper gl. 2. [*& ibi. l. una*]
& uide de ſepul. cum liberum, in gloſſ. 2. ¶ [*In glo. 2. ibi,
eos*] moderator ꝓuincię mulctat in duabus unciis tan
rum, proconſul in ſex. ¶ [*In glo. hoc intellige, ibi, hactenus*]
uide de fide inſtru. G. perpetuus, in prima glo. [*& ibi,
inter debitorem*] uide in præce. decre. plerique, in prima
glo. ¶ [*In glo. antepe. ibi, non eſt nouum*] uide de iure patro.
cura, ſuper ulti. glo. ¶ [*In glo. prima ibi, bene admittitur*] tex.
hic in fine contra. dic ut ibi dixi [*& ibi, ad aures*] intel-
10 lige † ſanè, quod hic de præſcriptione dicitur, ſcilicet
in caſibus iſtorum iurium: quia laici, uel hi, qui prin-
cipales debent, decimas non præſcribunt, ut no. infra
eo. in aliquibus, in ult. glo. Item dici poſſunt tributa:
quia ſicut in eis compenſatio non admittitur, ſic nec
in decimis, C. de compenſa. in ea. 16. q. 7. omnes deci-
mę: quod intellige, vt no. de rebus eccle. non alienan.
ut ſuper, & de rerum permuta. capit. vltimo. Item ſe-
quuntur poſſeſſorem ut tributa, vt infra no. in gl. hoc
11 intellige [*& ibi, Confeſſoria*] de † confeſſoria, & negato-
ria, ſupra de iudi. examinata [*& ibi, rei uendicatione*] hoc
placet Da. hoc titu. quæſtio. 2. per. l. 3. §. fi. ff. de rei uen-
dica. vbi vendicatur pars rerum cõmixtarum, & con-
fuſarũ [*& ibi, Moderamine*] ubi plene de hoc dixit Hoſt.
hæc in ſubtilitate potius, quàm in utilitate conſiſtũt:
quia non habemus neceſſe proponere actionem, de
iudi. dilecti: poſſet tamen dici ſecundum eum, ꝙ con-
feſſoria agitur inter duas eccleſias, quarum utraque
dicit ſe ius habere: uel cum colonus negat ſe teneri,
rei uendicatio. cum eſt ſegregata, uel ſaltem fructus à
fundo ſeparati: fructibus uerò pendentibus, condi-
ctio ex lege diuina per ius canonicũ declarata. Si ue-
rò agat extranea eccleſia, condictio. ex lege conſuetu
dinaria per ius canonicum approbata [*& in fine*] ſecũ-
dum Io. Tan. Goff. idem Ala. ſupra eo. quoniã, & Vin-
cen. ſupra eo. prohibemus. iſtud autem argumẽ. legis
ultimò allegatum intelliges per notata, ſup. de ſepul.
cum liberum, in glo. ſecunda. ¶ [*In glo. 2. in fine*] ad hoc
infra de hæreticis, uergentis. ¶ [*In glo. hoc intellige, ibi bona
fides*] & eo. titu. bona fides, lib. 6. [*& ibi, Prædiorum*] hoc
12 † uerum, ſi loquatur de domino prædij, qui habet il-
los corbes ex fructu prædij ſui. Sed ſi intelligas in do-
mino tributorum, uel cenſuum, non domino prędij,
poſſet habere locum, quod dixit Vincen. infra c. cum
non ſit. Quòd ſi eſt priuata perſona, ſoluat, ubi habet
domicilium. Si rex, ubi habet ſedem regalem. C. de ſe
nato. l. 2. parochiali enim eccleſiæ prædij nil abeſt. un-
de etiam dicebat ibi Innocen. ꝙ ubi penſio nõ datur
ratione dominij, uel uſusfructus terræ, ſed pro aliquo
ſeruitio, uel cuſtodia, uel defenſione danis uel ſimili
cauſa, tunc quantumcunque decimatus ſit aceruus,
danda eſt decima de tali penſione, ſicut de militia, &
uenatione, ſupra eo. nõ eſt. Si verò gratis datetur pen-
ſio ſine ullo ſeruitio, uel cauſa, tunc ſi illa pẽſio prius
ſit decimata, non uidetur, ꝙ iterum à donatario de-
beat decimari, ſecundùm Inno. Hoc uerum de eccle-
ſia prædiali: ſed decimandum eſt parochiali, ut dixi,
ſupra eo. cum ſint homines. Dixit autem Inno. hanc
eſſe rationẽ, quare colonus partiarius decimato acer
uo non tenetur poſtea partem ſuam decimare: quia
colonus ius habet in fructibus: ſecus in colono mer-
cenario, ſiue ſit merces in pecunia, ſiue in rebus aliis
etiam decimatis: dicit tamen, ꝙ aliqui contrà, cũ mer
ces hic ſuccedat loco fructuum, quos colonus perci-
pere deberet: unde debet eodem iure cenſeri, de cen-
ſi. olim cauſam, ut lit. pen. eccleſia, infra in fi. Sed dicit
ipſe hanc ſucceſſionem nec conſue. introductam, qđ
ſi eſſet, tolerari poſſet, quod dicunt. Et ſi quæris, qua-
re ſit in hoc melioris cõditionis partiarius, quàm pẽ-
ſionarius, reſpondet Inno. ibi: quia partiarius exponit
operas ſuas miſericordiæ dei, & fortunæ, ſed mercena
rius ſemper eſt in tuto & certo [*& ibi. æquius*] & iuſtius
ſecundum Hoſtiẽ qui etiam hic no quod dixi ſecun-
13 dum eũ, ſupra c. cum ſint. ¶ [*In gl. hoc ideò, ibi, danda † ſuat
illi*] idem Goff. Phi. Vincen. ſed Hoſt. contra, ne uidea-
tur in ſuo peccato nutriri, argumẽ. 5. quæſtio. 6. ſi om
nis, ſi ibi, vtilius eſurienti &c. tamen parochianus, ne
ipſas ſibi tunc lucri faciat, de auctoritate diœceſani in
utilitatem eccleſiæ illas conuertat, argu. infra de Iu-
dæ. cum ſit, ſupra de ſucceſ. ab inteſta. cap. ultimo, de
offi. ordi. cũ uos nec ob. quod dicitur de Iudeo: quia
licet ipſe non audiat officium, tamẽ is, cui præſtat de-
cimas, ipſum facit: unde propter illius indeuotionem
non amittet ius ſuum, & id dixi de notorio ſornica-
tore. ¶ [*In glo. eccleſiaſtica, in fine*] de hoc plenius, infra de
reg. iur. nemo poteſt plus, lib. 6. ¶ [*In glo. ultima, ibi, bannu-*
14 *tum*] vt ſcilicet † iniungatur ſub pęna pecuniaria. ꝙ in-
tra certum diem ſoluat, tale enim bannum, uel pęnã
exigit eccleſia à rebelle clerico, uel laico. 21. q. 5. ſi qs
cuilibet. nam hoc ſolum bene agitur, & cętera. abſti-
nendum tamen eſt diebus feriatis ab executione hu-
ius banni, ut ibi: ſic intelligit Hugo, & Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *De decimis laborum priuilegium noualia comprehendit.*
Labores pro terris laboratis.
Per priuilegium hic impetratur id, quod cõmuni iure debebatur.
Satis, pro uerè.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 3.*
Plus cui licet, & id quod minus eſt, licet.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPIT XXVII.

1 EX parte. Caſus. Priuilegium de de
cimis laborũ noualia cõ-
prehendit, & in prima deciſa conſultatio,
in 2. reſpõſio ibi, Cum tibi [*Conceſſum*] per
priuilegium [*De laboribus*] i. de terris laboratis per uos
[*Tuarum*] ratione iuris patronatus, qđ habebat in eis,
ſecundum Innocen. uel legas planè. & ideò forte im-
petrauit priuilegium: quia conſuetudo erat contra-
ria ſecundum Abb. & Pe. uel expone, idest parochia-
norum

tur, quòd uippa propriè in uino: oſſa in aliis liquoribus. Satis puto, quod is, quem prædixi teneri, ſcilicet qui iniuſtè combuſsit, teneatur ad æſtimationẽ eius, quod conſideratis aliis annis percipere ſolebat, & poterat eccleſia: nec excuſetur per caſum grandinis, uel ſimilem ſecuium, cum à principio fuerit in dolo: & ſatis ſit, ꝙ poterat non perire, ff. de leg. 1. cum res, §. ſi, uide in Spe. de iniur. §. ſequitur, ultra medium, uerſi. ſed quomodo, & omnino uide, quod ibi addam.

ANNOTATIONES.

a ¶Cum olim. Vide plenius Io. And. in c. ſi. de offi. archipre. in glo. no, hic, & in glo. in ſimilibus, ubi facit differentiam inter conſuetudinem, & præſcriptionem.
b ¶Ad æſtimationem decimarum. Non autem ad fructus, ſed ad illos, ſi extarent, datur actio domino; uide in l. arboribus, infra allegata.

SVMMARIVM.

1 *Monitioni non parens excommunicatur.*
Decima eſt in præcepto, & illam non ſoluere mortale.
Excommunicationis non fertur ſententia niſi pro mortali.
Quòd decimæ de blado, & uino ubique terrarum bene ſoluantur, optat Hoſtien.
2 *Additio gloſſarum.*
Decima de quibus ſoluantur, epilogus.

CAPVT V.

1 PEruenit. Breue eſt [*Si † opus fuerit*] quia monitioni non paret [*Excommunicationis*] ergo decima eſt in præcepto, & illam non ſoluere eſt mortale: alias non excommunicarentur, ſecundum Hoſtiẽ. ad idem infra c. proxi. & c. de terris, & c. ex parte, & capit. ex tranſmiſſa, & cap. tua nobis, cum ſimilibus. & idem Pe. infra eo. parochianos [*Et lana*] optat Hoſtien. quod ubique terrarum bene ſoluerentur de blado, & uino [*Debentur*] de iure. vel conſuetudine, infra eodem, cum
2 ſint, & c. ad apoſtolicæ, Hoſtien. ¶[*In † glo. ſecunda in ſi.*] & de tempore, de conſecra. diſtin. 5. quadrageſima. Dicebat Goffred. de omni fructu terræ, pomis arborum, herbis hortorum, & paſcuorum, apibus, nutrimentis animalium, lana, lacte, fœno, lignis, piſcationibus, uenationibus, fictis, penſionibus, molendinis, furnis, balneis, fullonicis, argentariis, metallariis, la-
a pidicinis ª, Item de negociis, artificiis, officiis, & omnibus bonis decimam ſoluendam, ut patet, infra in multis capitulis, & 16. quæſtio. 1. decimæ ſunt, & q. 7. quicunque, & cap. omnes. ¶[*In gloſſa ultima, in fine*] ff. de uſufruct. l. in pecudum, & inſtitut. de rerum diuiſione. §. in pecudum.

ANNOTATIONES.

a ¶Lapidicinis. Et de iſtis omnibus, quoniam ueniunt duæ decimæ. una realis, alia perſonalis, ut poteſt uideri, infra in diſcurſu iſtius tituli.

SVMMARIVM.

1 *De apibus decima ſoluitur, & quomodo id intelligatur.*
Earum natura fera, & quando fiant alicuius.
Perſoluere quid ſignifices.

CAPVT VI.

1 NVncios. Breue eſt [*De apibus*] i. earum † fructu, ſcilicet, melle, & cera, non intelligas de uolatilibus, ſecundum Goff. & Inno. Apium natura fera eſt. & licet ſint in arbore mea, tamen ante, quàm includantur non ſunt meæ, inſti. de re. diui. §. apium, Vin. [*Perſolue-re*] ideſt cum integritate ſoluere [*Diſtinctione*] concor.
2 ſupra c. proxi. ¶[*In † glo. 1. ibi, ex tranſmiſſa*] ubi de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Decima fructuum ſtatim, cum collecti ſunt, ſolui debet, non deductis expenſis, & integra, & nu. 2. ubi excipitur, & exponitur.*
Ex eius ſolutione quæ utilitas.
Ab ea quod ſupereſt, qualiter diſpenſandum.
Decima papalis quo differat à communi decima.
3 *Decima ſoluenda & à paupere, etiam ſi reditus non ſufficiat ad ſuſtentationem, & poteſt uendicari.*
Meledus iuriſconſul. ſcripſit ante Vincentium hic.
Paupertatis prætextu non debet quis tenere aliena, uel peccare.
Reddi, uel reſtitui ſi quid præcipiatur, quid inferat.
4 *Compenſatio, compoſitio, & retentio in decimis quando admittatur.*
Ad decimam præſcribendam quæ non iuuent laicos, ſed clericos.
Eam poſſidere laici quando poſſint.
Et ſoluere eſt in præcepto.
Præſcriptio in quibus non habeat locum.
6 *Ad decimas retentas recuperandas contra quos agatur.*
Perſonalia perſonam comitantur.
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Mora cui noceat.
8 *Additio gloſſarum.*

CAPVT VII.

1 CVm homines. C. Decima † fructuum ſtatim cũ collecti ſunt, ſolui debet, non deductis expenſis. primò ponit factum reprehenſibile quod ſecundò corrigi mandat. ſecunda ibi, Man. [*Partibus*] no. contra opi. quæ habet, ꝙ ſufficit aliquid dari pro decima. Dicit Aug. qui vult peccatorum indulgẽtiam promereri, reddat decimam, & de 9. partibus faciat eleemoſinam. 16. q. 1. decimæ. q. d. de decima non pōt facere eleemoſynam quaſi de alieno. ad hoc, infra eo. tua. uer. prætextu. ſm Hoſti. [*Id faciant*] i. decimam ſoluãt [*de reſiduo*] quod ſupereſt ad debita mercenariorum. & in hoc differt decima papalis à cõi decima; ut
2 patet in declarationibus, ſoluta [*Statim*] ſed nonne † ſufficit, ꝙ infra annum ſoluat. 16. q. 1. reuertimini, ibi, ecce annus &c. dic, ut ibi (*Fructibus collectis*) ante tẽpus ſoluendo liberatur ruſticus. ff. de ſolu. qui ad certum tẽpus, quod in nutrimentis animalium locum non habet. non enim ſtatim agnus natus dari debet, ſed lactatus, & impinguatus. ff. de an. lega. l. cum qui, Goff. & ad de quod no. de conſe. di. 1. ſolent (*Perſoluant*) etiã ſi redi-
3 tus † non ſufficiant eis ad ſuſtentationem. de hoc. 16. q. 1. quia tua, in glo. ulti. nam & de eleemoſynis uidet teneri pauper ad decimam, arg. 12. q. 1. habebat. Dixit Vin. infra de cenſi. licet, Meledum dixiſſe, ꝙ is, qui nõ adundat, ſed tantum habet, quod ſibi & familiæ ſuæ ſufficit, non tenetur ad tributa, ut ibi. Sed decimæ ſunt tributa, infra eo. tua. a. & melius eſt non ſoluere, quàm ſolutum repetere. ff. de compen. l. 3. facit 86. di. non ſatis, in fi. aliàs incipit, ſingulis, ibi, Ne ueſtimentis, alimentiſque ſuis parcant, miſericordię tamen pro poſſibilitate conditionis humanæ menſura ſeruetur, ut non ſibi quiſque totum eripiat &c. Item facit. 44. di. §. 1. ibi, aliena rapere conuincetur, qui ultra neceſſaria ſibi retinere probatur; ergo neceſſaria non tenetur ſubtrahere. ipſe tamen Vincen. ibi tenet contrarium; quia prętextu paupertatis non debet quis tenere aliena, vel peccare. ff. de ritu nupt. palam. Decima autem eſt debita. vnde dicunt iura reddi, uel reſtitui, non propriè dari, infra eo. ad apoſtolicæ, & poteſt vendicari. de hoc
4 infra eod. tua. 2. (*De ſubtractis*) in his † ergo admittitur compenſa-

cōpenſatio.vnde dixit Hoſt.id, quod dixerat hic Gof.
in decimis nō admitti compenſationem, ſicut nec in
tributis, uerum quò ad decimas ſoluendas in poſterū
ſiue quò ad libertatem terrarum, de quibus decimæ
ſolui debent. nam quo ad fructus decimarum hacte-
nus non ſolutarum, & compenſatio, & retētio admit-
tentur. quod dic ut ſupra de re ecc. non alie. ut ſuper,
de re. permu. c. fi. & probatur de tranſac. ueniens. in fi.
Quod autem dixi, ꝙ ſuper decimis in poſterum com-
penſatio nō admittitur, hoc verum quò ad laicos, ſu-
per hoc ſine auctoritate iudicis componētes. Clerici
enim ſine iudicis auctoritate cōponere poſſunt, j. eo.
5 c. 1. in fi. & eo. ex multiplici. Sic nec† cōſuetudo, nec p̄-
ſcriptio iuuat laicos quò ad decimā pręſcribendā, uel
retinendam, ſupra de præſcri. cauſam: quæ tñ iuuat ec
cleſias, j. eo. cum ſint homines, & c. ad apoſtolicæ. Ra-
tio, quia laicus talia nō pōt poſsidere, ſed eccleſia, ſic
infra eo. ad hæc. & c. quamuis. & quia non multū re-
fert, quę eccleſiarum decimam percipiat, dummodò
eccleſia habeat. patet de his, quæ fi. à præla. cū apoſto-
lica, uer. auctoritates. Sed & ubi auctoritas iudicis in-
teruenit, admittitur poſſeſsio laicorum ſcḋm Hoſt. qui
remittit, ſup. de tranſact. ſtatuimus. Si ex hoc cōcludas
ergo redditio decimæ non eſt in præcepto, quia tunc
nulla cōpenſatio admitteret̃, ſupra de tranſact. c. fi. di-
cit Hoſt. rñdendum, ut no. ſupra eo. à nobis [*Et retentis*]
6 hoc† uerum, ſi poſſederunt p̄dia: aliàs contra, inf. eo.
paſtoralis, ff. de pub. imperatores. uel eſt in poteſtate
eccleſiæ, contra quem agere uelit, arg. de re. ec. nō ali.
ſi quis, & c. ad audientiam, ubi de hoc. hoc de prædia-
libus. in perſonalibus uerò ſemper obligatur pſona,
& hæres eius, ff. ad Treb. l. 1. §. ſi hæres, de hoc de ſepul.
7 c. fi. Hoſt. ¶ Pen.† glo. quærit, & ſoluit. ¶ *In gl. pen. ibi, cum
res, §. ult.*] uide de vſuris, cum tu, ſuper gl. & licet [*& ibi,
qui* 10.] debens. 10. ſi obtulit illa creditori, qui recuſa-
uit ſine iuſta cauſa illa recipere, ſi illa ſine culpa pdit,
doli mali exceptione tutus eſt, etiam ſi aliqñ prius in-
terpellatus non ſoluiſſet [*& ibi. §. quòd ſi*] Si conuenit,
ꝙ emptor Cal. pretium ſolueret, & per eum nō ſtetit,
ſed per uenditorem, poſtea ſtetit per emptorē, debet
emptor uſuras [*& ibi, §. pen.*] ponit caſum, qñ per nun-
tiatosē ſtetit, quominus ſatiſdetur, & poſtea p eū non
ſtat [*& ibi, §. ulti.*] ponit caſum, qñ per legatarium, uel
bonorū poſſeſſorem ſtetit, quominus ſatiſdaretur, &
modò paratus eſt ſatiſdare [*& ibi, illud*] uide de pœnis,
conſtitutus, ſuper gl. 2. [*& ibi, ſi debitor*] Si debitor cōſi-
gnauit pecuniam oblatam, quam creditor recipere
noluit, ceſſant uſuræ. Sed ſi poſtea cōuentus, ut ſolue
8 ret, moram fecit, Incipient currere. ¶ *In† glo. 1. ibi, uerum
eſt*] & quod dicit, cuius parochiæ ſunt, ſup. & infra cu-
ius parochiani colunt prædia, ſecundum Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Super decimis priuilegiati non ſoluendis, de quibus intelligatur
num. 3.*
*Læſio ubi eſt enormis, non habet locum ſtatus modificatio, ſed pur-
gatio.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Scribentis, intentio, & uerborum uis conſideranda.

CAPVT VIII.

1 Dilecti. Caſus. Priuilegiati† ſuper deci-
mis non ſoluendis de prædiis,
quæ conducunt ab aliis, decimas ſoluere
debent. ſecunda ibi, Vnde quoniam [*Ad fir
mam*] ideſt annuum cenſum, ne præ. ui. ſu. c. fi. ſupra de
loca. c. 2. [*Conſueuerunt*] ſicut nobis aſſeruerunt. uel ſup.
maximè, uel dictū, qa ſi cōduxiſſent à priuilegiatis nil
ſoluentibus, nec ſoluerent iſti cōductores, inf. eo. nu-
2 per, ubi de hoc [*Plenariè*] no. ꝙ† ubi enormis eſt læſio,
non reducitur ſtatus ad modificationē, ſed totus pur-
3 gatur, infra c. proxi. inf. eo. nuper, Vin. ¶ Prima† gl. rñ-
det per ob. & ſol. ¶ *In glo. 1. ibi, clericis*] ſcḋm Vin. Idē Inn.
& Hoſt. [*& ibi, in fi.*] ubi idē no. in 1. glo. ¶ *In glo. pen. ibi,
Conductitias*] ſicut nec econuerſo, inf. co. licet [*& ibi. in-
tentio*] & uis uerborum. & ſic nō ob. quod dici poſſet,
fortius eis prouidendum in conductitiis, quàm in
a propriis[a], cum de primis penſionem ſoluant, de ſecū-
dis non, ſecundum Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶Quam in propriis. Si priuilegium illos eximit à decimis prædio
rum ſuorum, bene procedit tex. propter relatiuum ſuorum. Sed
ſi dicit, ut dicit glo. de laboribus ſuis, uidetur maius dubium. uide
Bart. in l. qui cætus, ff. de auro, & argen. lega. & in proœ. ff. noui, &
gl. 2. in princ. inf. eo. ex parte, & in c. licet, quæ hic determinant.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium ſuper decimis non ſoluendis reuocatur, ſi incipiat no-
cere, & quo modo noceat, & nu. 2.*
2 *Compoſitio ſuper decimis quando admittatur, & quomodo fiat.*
Scandalum quod uitandum.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 4.*
Modum ſui beneficij quem uelit eſſe princeps æſtimat.
5 *Additio gloſſarum.*
Priuilegium quibus caſibus amittatur.

CAPVT IX.

1 Suggeſtum. Caſus. Priuilegiū† cō-
ceſſum ſup decimis
nō ſoluendis reuocatur, ſi incipit eſſe no-
ciuum. & in prima conſultatio. in ſecunda
ibi, diſcretioni. reſpōſio [*Monaſterii*] quod habebat cer-
tam & limitatam parochiam. facit quod no. ſup. ti. 2.
In noſtra, in 1. gl [*A uobis*] priuilegiatis [*Et infra*] decidi-
tur tñſio aduerſariorū, qñ dicebāt ſe grauatos enor-
miter, cum illi ferè omnia prædia parochiæ collegiſ-
ſent, ſcḋm Hoſt. [*Et fratribus*] qui per priuilegium ueſtrū
2 læduntur enormiter [*Compouatis*] ſupra eo. ex† multipli
ci, & ſupra c. proxi. componeni forte, de. 20. uel alia
quota [*Nam quando*] reſpondet ad id, quod allegaba-
tur de priuilegio [*Rara*] & raras poſſeſsiones habebāt,
ut ſequitur [*De iure*] hoc dicit, quia non omne ſcanda-
lum de iure uitandum. de hoc de renun. niſi cum pri-
dem, §. pro graui [*Augmentare*] ideſt multiplicare, ſcili-
cet Abbatiæ [*Ditata*] & ſic per conſequens parochia-
les eccleſiæ depauperatæ, propter quas percipere ſo-
3 lebant, & nunc non percipiebant. ¶ Prima† gl. arguit,
alleg. tria iura, & duo alle. in cōtrarium, & ſoluit dans
4 regulam, & 5. caſus exceptos. ¶ *In 1† gl. ibi. l. 1.*] uide in
c. cum acceſsiſſent, ſuper glo. pen. ¶ *In gl. 2. ibi, Nerotius,
in fi.*] æſtimat princeps, quem modum ſui beneficij eſ-
ſe uelit [*& ibi, ex facto*] uide de iureiuran. quanto, ſuper
5 glo. 2. ¶ *In† gl. 1. ibi. c. 1. & 2.*] de regulis iuris decet, lib.
6. ubi de hoc [*& ibi, priuilegium*] ubi de hoc. ibi etiam
no. an propter delictum canonicorum eccleſia per-
dat priuilegium [*& in fi.*] 6. per contrariam ſenten-
tiam, ſupra de re iudicata, inter moñ. & capitu. ſubor-
ta. 7. per ſecundum priuilegium contrarium faciens
mentionem de primo, ſupra de præſcriptio. ueniens,
8. per renunciationem tacitam, uel expreſſam, ſupra
de reſcrip. nonnulli, de foro competen. dilecti, no-
nus, per ſpeciale priuilegiū poſtea impetratum, quia
forſan derogat generali, etiam de illo mentione non
facta, ſecundum Hoſtien. qui remittit, ſupra reſcrip.
capitulo primo 10. ratione ſcandali, ut hic, & ſupra de
præſcrip. capit. 2. per reſcriptum, quod continet clau-
a ſulam, Non ob.[a] & c. de fo. compe. dilecti, in fi. 12. ob-
lo. And. ſuper 3. Decr.

ſtat priuilegio ſpecialis conuentio, uel pactum, ſ. eo. ex multiplici. cum ſuis concor. ſm Hoſt. uide in Spe. de inſtru. edit. §. nunc autem, in fine.

ANNOTATIONES.

a ¶Non ob. Vide glo. in l. hæres abſens, & ibi Bart. & in auct. qua in prouincia, & ibi doctores, C. ubi de crimine agi oportet.

SVMMARIVM.

1 *Decimas, qui laborum, de hortis, nutrimentis animalium, uel noualibus, & quibus non ſoluant, nu. 2. & 3.*
2 *Per ferè, dictionem fit temperamentum & quod.*
Maiori conceſſo, & minus intelligitur conceſſum, in fi.
3 *Priuilegium quod, ius commune faciat, & inter quos.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 5.*
Munus, pro decima.
Monaci etiam ad decimas antiquitus tenebantur, iuncta gl.
Innocentij gloſſa tranſportata quæ.

CAPVT X.

1 EX parte. Caſus. Ciſtercienſes† templa
ril, & hoſpitalarij decimas la
borum nō ſoluunt. Alii uero religioſi nō
ſoluunt decimā de hortis, nutrimentis ani
malium, uel noualibus, quæ ſuis manibus, uel ſumpti
bus excolunt. & in prima conſultatio. in ſecunda re-
ſponſio, Vincen. autem ponebat uerſus. Quos mani-
bus, ſumptuque ſuo coluere labores, Omnes Cyſter-
cienſes, templo dedit, hoſpitioque. At reliquis hortus
dat nutrimenta nouale [*Nuncius*] dicebat archiepiſco-
pus, quòd miſerat: nunc certificatur, quod nuncius perue
nerat, Hoſtien. [*Iuriſdictionis*] pro quibus etiam agere
poterat, de ſucceſ. ab inteſt. c. fi. [*Præſumens*] quare cer-
tificari petebas, qui religioſi ſuper hoc priuilegiati eſ-
ſent, & qualiter. Hoſti. [*Ferè*] philoſophicum † tempe
ramentum. uel dicit hoc propter leproſos, qui ſuper
2 noualibus non ſunt priuilegiati, inf. de eccle. ædi. c. 2.
Hoſt. Sed dic, quòd illi non ſunt religioſi, ut ibi dicam
[*Adrianus*] in decr. quæ incipiebat, quoniam in eminē
ti, quam hodie non habemus. Goff. [*Suorum*] requiri-
tur ergo, quòd prædia ſua ſint, & quod illa per ſe co-
lant, ſupra eo. dilecti infra c. pxi. [*Cæteris*] albis, nigris,
griſis, & quibuſcunque monacis, & nihilominus Cy-
a ſtercienſibus: quia ſi maius conceditur[a], &c. infra eo.
ex parte. & eſt efficax argum. ſecundum Hoſtien. quod
3 †priuilegium in corpore iuris clauſum ius commu-
b ne facit inter illos[b], inter quos conceditur: aliàs con-
tra. de excel. præla. nimis, 1. & 2. de conceſ. preben. con
ſtitutus [*Suis*] requiritur ergo, quod terra noualis ſua
ſit, & quod illam colant. & de quo nouali intelligatur
glo. tenuit. [*Proprijs*] Si ergo alii extirparunt nouale, li-
cet poſtea perueniat ad manus priuilegiatorū, ceſſat
priuilegium, Hoſti. [*Manibus, uel ſumptibus*] ſcilicet per
operarios conductionis, uel per familiam ſuam, Pet.
[*Suorum*] de immiſcentibus aliena, uel his, qui ſua tra-
dunt aliis tenenda, prouiſum eſt per concil. Vien. eo.
titu. religioſi [*Hortis*] uide quod dicam. infra de eccle.
ædifi. cum dicat [*Perſoluant*] ſi ſequitur in litera, conceſ
ſit, fac hic punctum ſuſpenſiuum [*Quem*] Adrianum
[*De alijs rebus*] ſi facis hic punctum. expone, quod ſeq-
tur, eccleſiæ ſuæ. ſcilicet cui ſoluēdæ ſunt decimæ [*Ven
dicare*] niſi his amplius per ſpeciale priuilegium con-
4 cedatur. ¶ Glo. 2. †tractat tria tempora circa decimas
monacorum primitiuorum, Paſcal. & Adriani, & ul-
5 timo 4 caſus excipit. ¶ [*Int. glo. 2. ibi, alia eſt cauſa*] quidam
reprehendunt, ut Gui. hanc concor. & duas ſe. dicen-
tes, quod non faciunt. Tu dic, quòd bene faciunt, pri-
ma enim probat exponendo, ut ibi no. munus, id eſt
decimam. ſecunda probat monacos laicos. tertia pro
bat laicos teneri ad decimas [*& ibi, recipere*] gl. principa
liter tractat de iure non ſoluendi, non de iure perci-
piendi. concor. quod dicam, ſ. c. pen. [*& ibi, moderami-
ne*] & ſupra duobus. c. proxi. [*& in fi.*] de hoc. 16. quæ-
ſtio. 1. §. de his. hæc gloſſ. habetur per Inno. forſan er-
rore ſcriptoris, ſupra c. proxi.

ANNOTATIONES.

a ¶Si maius conceditur. Facit ad quæſtionem de eo, qui relinquit cuilibet fratri ueſtem, & priori biblia, an prior etiam habeat ueſtem, uide doct. in l. cum quæſtio. C. de le.
b ¶Facit inter illos. Et ſublato iure an tollatur priuilegium, uide Io. And. de iudi. nouit, ſuper gl. ſed cum, & Bar. ff. de iuſtitia & iure. l. omnes populi. in tertio membro, & bonum text. in l. fi. C. de dona. inter uirum & uxo.

SVMMARIVM.

1 *Super decimis priuilegiati laborum ad quas terras.*
Non extendatur priuilegium, & qui alij ad eas non teneantur, num. 2.
Decimas de quibus non ſolui impedientes quas incidant pœnas.
2 *Additio gloſſarum.*
Priuilegium non in corpore iuris clauſum comparatur clauſo.

CAPVT XI.

1 LIcet. Caſus. Priuilegiati† ſuper decimis
laborum decimas ſoluunt de ter
ris, quas tradunt aliis excolendas. non diui
ditur [*Laboribus*] & ſic etiā antiqua prædia
comprehendit, infra c. proxi. [*Propter hoc*] ſcilicet pri-
uilegium laborum. q. d. poſſet aliud priuilegiū latius
competere, quod in his eximeret; ſed iſtud nō eximit
[*Alijs*] ſiue colonis cēſualibus, ſiue partiariis. de utriſ-
que no. infra eo. tua. 2. [*Excolendas*] & ſi prohibeāt, uel
impediant de his decimas ſolui, incurrunt pęnam cō
cilii Vien. eod. titu. religioſi, uer. ſeu qui de terris. ¶ [*In*
2 †, 1 *glo. in fi.*] idem tamen in quibuſcunque aliis etiam
non religioſis, quibus idem competeret ex ſpeciali
priuilegio, licet non corpore iuris clauſo.

SVMMARIVM.

1 *De decimis laborum priuilegium etiam non noualia comprehendit.*
Aduocatorum interpretationes quæ reprobatæ.
Praua dixiſſe de rectis non facilis uenia.
Labores exemptorum à decimis qui hic intelligantur.
Nominum diſtinctio, rerum diſtinctionem deſignat, in fi.
2 *Suffragium gloſſarum.*
Priuilegium, & liberalitas principis ut interpretanda.
Patri quæ non acquirantur filio donata.
Manumiſſo quando peculium conceſſum intelligatur, in fi.
3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XII.

1 AD audientiam. Caſus. Priuile-
gium† de deci-
mis laborū, & nō noualia cōprehēdit. pri-
mò ponit prauam interpretationem, quā
ſecūdo reprobat ibi. Man. [*Praua*] hæc quotidie faciunt
aduocati non permittentes iura in ſua natura mane-
re. C. man. ab Anaſtaſio, circa prin. & per ſuas uerſutas
interpretationes obſcuritatem inducunt. in auct. con
ſtitutio quæ ex aſcripti. & libera matre. in reſpon. in prin.
& poſt prin. col. 5. quod reprobatur in his præcipuè quæ
ſpectant ad cultum diuinū, infra de priui. in his. Hier.
ad Aſellam. B. Non facilis mihi praua dixiſſe de re-
ctis.

ctiſ[*Quo*] capitulo priuilegii [*Nonalia*] tantum intelli-
ge, Pet. dicebant forſan iſti ideo in priuilegio noualia
uocari labores, quia cum multo labore perduci ſo-
lent ad culturam, cuius laboris prætextu priuilegium
exceptionis decimarũ dicebant fore conceſſum [*Po-
neremus*] concor. 8. di. ueritate, ibi, non dixit &c. de ce-
le. miſ. in quadam. & diſtinctio nominum, diſtinctio-
nẽ rerũ deſignat. de hoc. 25. di. olim. licet ſit ar. cõtra.
2 99. di. c. 1. ¶ [*In† gl. 1. ibi, cum multa. in fi.*] quæ princeps, uel
Auguſta donarunt filioſa. patri non acquirũtur etiã
quò ad uſufructum, ſed quaſi caſtrenſe peculium ad
ipſum pertinet, ut principis liberalitas præcipuũ cul-
tum habeat [*& ibi, quidam conſulebant*] uide de of. dele.
cum uiceſimum, in gl. 2. [*& ibi. l. pen.*] uide de uer. ſig.
c. pen. ſuper 1. gl. ¶ [*In gl. ult. ibi, non aliter*] uide de uer. ſig.
propterea, in gl. 2. [*& ibi. §. ſi uerò*] uide de cleri. nõ reſi.
cum dilectus, ſuper gl. 2. [*& ibi. l. una*] manumiſsis inter
uiuos tacitè conceditur peculium, ſi non adimatur:
manumiſſo in teſtamento adimitur, niſi expreſsè da-
3 tum fuerit. ¶ [*In† gl. ult. in fi.*] dic, ut infra de uer. ſig. præ-
pterea, & 22. q. 5. humanæ, in ultima glo.

S V M M A R I V M.

1 *Decimæ noualium cui debeantur, & in dubio parochiæ, num. 2.*
*De bonis, ſeu rebus eccleſiæ & cuius facienda quatuor portio-
nes.*
2 *In dubio parochiæ decimæ noualium ad quam pertineant eccle-
ſiam.*
Decimam deputare alicui eccleſiæ an ſolus poſſit epiſcopus.
3 *Epiſcopi ſibi omnia uendicare dicuntur.*
Decima militis, quam renunciat, uel dedit epiſcopo, cui competat.
Epiſcopus, & rector quaſi partionarij ſunt.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 5.*
Inſulæ pars cuius ſint.
6 *Additio gloſſarum.*
Decimæ pars debetur epiſcopo, & quota.
Cap. Queſti. 16. q. 1. intellectus, §. fin.

C A P V T XIII.

1 QVoniam. Caſus. Decimæ† noualiũ debentur eccleſiæ, in cu-
ius inſurgunt parochia. Si uero nõ ſunt in
certa parochia diœceſano debentur. Cõis
diuiſio. ſecunda ibi, Reſpondemus. in qua diſtinguit,
& ſecundum membrum proſequitur ibi, Alioquin
[*Statuendum*] ideſt cui ſint aſsignandæ, vel an debeãtur
eccleſiæ [*Facias*] arguit Hoſt. capitula. 12. q. 2. quatuor,
& in c. proximis, q̃ dicunt de rebus eccleſiæ fieri qua-
tuor portiones, loqui de matricibus. In capellis enim
ſalua portione epiſcopi omnia ſunt rectoris, ut hic, j.
eo. titu. cum contingat, de pact. plerique, de his quę ſi.
2 à præ. paſtoralis [*Alioquin*] ideſt ſi non ſunt† in alicuius
parochia, Inn. Pet. & Abb. & Egi. uel ſi incertum eſt,
de cuius ſint parochia, quia limites non ſunt certi, ſm
Hoſt. Credo, quòd ſi conſtaret noualia eſſe inter alte-
ram duarum parochiarum, ſed neſcitur, intra quam
illarum, quia illo loco, ubi inſurgit nouale, non appa-
rent limites, ſed bene apparẽt in locis uicinis, ꝙ inter
illas deberet fieri diuiſio. ad hoc de ſepul. cum quis, §.
1. lib. 6. [*Deputare*] de conſenſu capituli, ſecundum G.
Na. de his, quæ ſi. a præ tua, & de dona. paſtoralis, cũ
ſit alienatio. 12. q. 2. fine. Io. de deo contra. cum nulli
eccleſiæ auferat, ſed acquirat, de his, quæ ſi. à prę. cum
apoſtolica. Item quia non haberet aliàs liberã optio-
nem retinendi, ut ſequitur [*Vel ad opus*] Dicit Hoſtien.
3 quòd† uereretur, ne epiſcopi iſtud, uel, quod ponitur
diſiunctiuè, recipiant expoſitiuè. uam ſibi omnia ven
dicant. 93. diſt. diaconi, ult. uer. non autem. Quærit au-
tem de decima, quam miles tenebat, infra limites ali-
cuius parochiæ, quam ad exhortationem epiſcopi re
nunciauit in ipſius manibus, cui competat, an ipſi epi
ſcopo, an eccleſiæ parochiali? & dicit per hoc. c. termi
nari, ſcilicet ꝙ epiſcopus habebit partẽ ſuam, reliquũ
parochialis eccleſia. ad idem de cenſi. cum olim. Sunt
enim quaſi partionarii epiſcopus, & rector, ergo dã-
num, & lucrum pro rata ſentire debent, ff. loca. ſi mer
ces. §. apparet, argum. infra de uerbo. ſigni. cum inter.
Quid ſi miles dediſſet decimam epiſcopo auctorita-
te metropolitani ipſo epiſcopo, & capitulo conſentiẽ
te? Dicit Hoſ. ꝙ tunc competeret epiſcopo in totum,
dummodò fuiſſet forma ſeruata, de qua ſupra de his,
quæ ſi. à præla. cum apoſtolica, §. quia uerò. & forſan
ſecundum eum ſufficeret conſenſus capituli, arg. de
dona. paſtoralis, de his quæ ſi. à præla paſtoralis, ut ce.
bene. c. uno, ad fi. ſicut & ſufficit auctoritas conturo-
ris, ff. de auct. tu. l. pupillus. Si uerò clandeſtinè & ſine
prædictorum auctoritate fiat, non præiudicat eccle-
ſiæ, argum. ff. de admini. tu. non exiſtimo, de offi. dele.
conſuluit, de elect. quia propter, in fi. Sed nec ipſe epi-
ſcopus in proprio negocio fiet auctor, ff. de auct. tu. l.
1. arg. infra de cenſi. prohibemus, & clemen. de re. ec-
4 cle. non alienan. ſi una. ¶ Secunda† glo. quærit, & ſol-
uit. ¶ Tertia ſignat contrarium, & remittit. ¶ Vltima
5 obiicit, & ſoluit. ¶ [*In† gl. 2. ibi, inſulæ*] ſequitur, Italiæ pars
Italiæ ſunt & cuiuſque prouinciæ ¶ [*In gl. ult. ibi, impera-
tores*] uide ſupra eo. commiſſum, ſuper glo. 2. [*& ibi, §.
6 ſi uero*] uide ſupra titu. 1. c. fi. in ult. glo. ¶ [*In† glo. 1. in fi.*]
Goff. & eſt ſimi. quod nota. infra de elect. ubi pericu-
lum. §. porrò. in 1 gl. lib. 6. ¶ [*In glo. 2. ibi, & non maiorem*]
quid ſi nullam partem de facto percipit, ſicut eſt fere
in uniuerſis eccleſiis? Dicit Hoſtien. quòd nihilomi-
nus quarta pars de iure debetur epiſcopo, ut apertè
probatur, infra eo dudum. 10. q. 3. unio. poteſt autem
eſſe tertia, uel media de conſuetudine ſpeciali, ut ſeq-
tur in glo. ¶ [*In glo. ult. ibi, reſpondeo non*] ſm Rub. qui dixit
hic confundi cardinalem, & ſequaces, & c. queſti. loq
tur, quando prędia ſunt in ipſa parochia: uel loquitur
de perſonalibus [*& ibi, decima*] intelligas prædiales.

S V M M A R I V M.

1 *Decima à quibus præcepta. & per quas actiones exigantur, nu. 2.*
Debitum intelligitur, quod exigitur ab inuito.
2 *Additio gloſſarum.*

C A P V T XIIII.

1 PArochianos Breue eſt [*Ab† homi-
ne*] ſup. tantum. uel
loquitur de primæua inſtitutione. poſtmo
dum enim præceptum fuit tempore ſub
lege ab Ezechia rege. vt patet. 2. Paralipom. 31. B. & tẽ-
pore gratię à principibus eccleſiaſticis, & ſecularibus.
de hoc infra eodem à nobis, ſecundum Hoſti. [*Quaſi
debitum*] id debitum intelligitur, quod exigitur ab in-
uito, ff. de uerbo. ſignifica. debitor [*Poſſunt*] per quas
actiones, tractant hic Innocen. & Hoſtien. & no. infra
2 eo. tua. 2. ¶ [*In† gl. 2. ibi, ſicut illud*] Io. 1. uel pro tanto di-
cit, quaſi, ſecundum Hoſtien. quia licet eccleſia cũ pa
rochianis non contraxerit; ab eis tamen petit, ut ſic
ſint ex quaſi contractu obligati, ad hoc inſti. de obli.
quæ ex quaſi contractu. & ſic poteſt legi ſimilitudina
riè, nec per hoc excludet ueritatem debiti.

S V M M A R I V M.

1 *Decimæ laico nullo iure tenenda concedi poteſt, niſi ad formam &
ad tempus.*
Sepulchrum, licet ſit religioſum, hæreditario iure poſſidetur.

Liberè, aduerbij uis hic.
2 *Additio gloſſarum.*

C A P V T XV.

1 **AD hæc.** Caſus. Decimat† laico hæreditario iure tenenda cōcedi poteſt [*Per ſucceſſionem*] & ſic non poteſt dari iure hæreditario, nec in feudū. nec in emphyteuſim, nec in locationem ad longū tempus, nec ſuper ea initi aliquis contractus, per quem alienatio perpetua poſsit notari, ff. ſi ager vectig. l. ſi. ff. de ſup. ſi. l. 1. de re. eccle. non alle. nulli. ad firmā concedi poteſt ad tempus, ſupra de loca. c. 2. Inno. uide quod dixi, de his, quæ ſi. à præ. cum apoſtolica. in gl. obiicitur, ad ſi. [*Hæreditario*] ſepulchrum, licet ſit religioſum, iure hæreditario poſsidetur, ff. de ſerui. ſeruitutes. 3. Vinc. [*Laicum*] qui decimam per ſucceſsionem tenendam recepit [*Liberè*] ideſt nil in ea retento, nec proinde aliquid
2 extorquendo. Hoſt. ¶ [*In† glo. 1. in ſi.*] & ſupra de inſt. ad decorem, de filiis presbyterorum, ad extirpandas.

S V M M A R I V M.

1 *Iudæi coguntur decimas ſoluere prædiales, uel illa prædia dimittere. & quando æſtimationem, nu. 3.*
Occaſio mali tollenda.
2 *Suffragium, & additio gloſſarum. nu. 3.*

C A P V T XVI.

1 **DE terris.** Caſus. Iudæi† coguntur prędiales decimas ſoluere, aut prædia illa dimittere [*Colunt*] ſup. quæris, utrum & qualiter ad ſoluendas decimas cōpellantur [*Ne forte*] ſup. ſi contrarium diceretur [*Occaſione*] traderent enim forte mali Chriſtiani terras illas excolendas, vt decimis priuarent eccleſias, infra eo. in
2 aliquibus. Hoſt. ¶ [*In† glo. ibi. §. pen.*] uide de præſcrip. auditis, ſuper glo. 2. [*& ibi, haſtenus*] vide de ſi. inſtru. G. perpetuus, in 1. gl. [*& ibi, §. ſi uerò*] uide ſupra ti. 1. c. ſi. in
3 ulti. gl. ¶ [*In† gl. 1. in ſi.*] licet ſoluant æſtimationem eius, quod perceptura erat eccleſia à catholico parochiano: quod dic, ut infra de uſur. quanto, in ſi. ¶ [*In glo. ult. in ſi.*] & infra de iudæis, & ſi iudæos, & c. poſtulaſti.

S V M M A R I V M.

1 *Laico ſi prælatus concedit decimas, uel oblationes, punitur, & quando id habeat locum, nu. 5. & quæ pœna, ibid. in fin.*
Per excommunicationis pœnam uetitur anima à deo.
Fomes quid.
Duces recti itineris quos credimus, timendum ne habeamus erroris.
2 *Quòd laicus tenere poſſit eccleſiam, an de neceſſitate diſpenſari poſſet.*
An religioſus, uel conuerſus habere poſſet.
Templariis, & hoſpitalariis eccleſiæ, & decimæ conceduntur, & qua ratione.
Ordini quid concedere differt à conceſſione perſonali.
Eccleſiæ regimen niſi clericis fratribus, uel aliis permittitur, & quo caſu hic.
Prælatus æquiparatur coruo, & quando, in fin.
3 *Oblatio comparatur hic decimæ, & an ſit in præcepto ſicut & decima, & epiſcopo celebrante competit, in fin.*
Proſtratus quid, in fin.
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 5.*
Vitulo uendicato non agit emptor de uaccæ euictione.
Fructum uendicare aliud eſt à uendicatione iuris fruendi.
Decimæ fructum licet laico concedere, non ius percipiendi eam in feudum dare olim licebat, & quando prohibitum.

C A P V T XVII.

1 **QVamuis.** Caſus. Punitur† prælatus, qui laicis cōcedit oblationes, uel decimas. & primò ponit conciliū factū reprehenſibile: ſecūdo pęnalē huius prohibitionē ibi. Statuimus [*Animaduerſione*] uetitur anima à deo p excōicationis pęnā, de quo temit. Hoſt. ſup. de of. or. paſt. ibi, uel animaduertere [*Quidam*] ſup. illud [*Fomitem*] i. nutrimētū, & originē [*Erroris*] Hiero. ad Celanciā d. timendum eſt, ne quos duces recti itineris hīc nos credimus, eos comites habeamus erroris [*Dicuntur*] ipſi laici [*Inuenire*] uide quod no. de ſepul.
2 c. 1. lib. 6. in 1. gl. [*Eccleſias*] an† de neceſsitate diſpenſari poſſet, q laicus teneret eccleſiam, remit. Hoſt. ſup. de æta. & qua. c. 2. [*Et eos*] laicos. ſ. [*Impellunt*] prælati. ſ. [*Prædicationem eorum*] ſ. p̄latorū. 43. di. Epheſiis [*Remanens*] ergo à contrario laicus conuerſus & religioſus hīc pōt eccleſiam; ad hoc de re. ec. non ali. poſſeſsiones. quod poteſt intelligi de eccleſia rurali, & ſine cura quaſi ad ſuſtentationem: uel pro tanto dicit hoc. quia hoſpitalariis, & templariis eccleſiæ. & decimæ quotidie cōferunt, & ipſas hūt & tenent, ſm Hoſt. Per. & Abb. inf. c. dudum. Dicit tamen Hoſt. illā collationē potius fieri ordini, q̄ perſonis. arg. inf. de iure pa. illud, ſupra de dona. conſultationibus, ff. de annu. le. l. annua, ff. de cōdi. & demon. l. ciuibus. Neceſſe tū eſt, q regimē eccleſiæ habeant clerici, ſ. fratres ſui, uel alii, & non laici per iura, quę alle. 1. gl. ad idē. 10. q. 1. quia [*Decimam oblationem*] ex horū uoracitate prælatus æquiparat coruo, & ex
3 aliis, quæ no. 2. q. 7. non omnis. Et quia hæc lra† æquiparat decimā, & oblationem, vr, q ſicut decima eſt in præcepto, ſic & oblatio. facit quod dixi. ſupra c. 1. ſup uer. inuitaret. Rai. in ſum. de oblationib' dicit, q quo ad hanc materiā ſunt tres ſpecies oblationū: una donatio rei facta inter uiuos deo, uel eccleſiæ. ſecūda facta, ut ſupra cauſa mortis, q̄ redacta eſt ad inſtar legatorum. tertia uſualis, quā fideles faciunt ad altare, uel ad manum ſacerdotis. Mutando verba Rai. conſtat, q prima eſt uoluntaria: & cum data eſt, non plus de illa quærimus: ſed ſi ſolum eſſet promiſſa, cōſtat, q eſt debita. de ſecunda non dubitatur, quin ſit debita. unde non ſoluentes ſacrilegi dicuntur, & homicidæ, & necatores egentium: patēt hæc per ordinem. 12. q. 2. nulli, & c. qui abſtulerit, & 13. q. 2. qui oblationes, ubi de hoc. de tertia ſpecie principaliter quæritur: & uidetur q ſit debita. 12. di. præter hæc. 16. q. 1. ſtatuimus, de cō. diſt. 1. omnis. & in his omnibus de hoc, & per Archi. ſatis in ipſo. c. omnis. Rai. tamen tenet illas nō debitas, ut ab inuitis exigi poſsit. ad quod Tho. alle. Exo. 25. in prin. reſpondet ad c. omnis, ut ibi not. quod loquitur de oblatione interiori, uel bonorum operum. uel de conſilio. alia duo, c. intelligit de prima, uel ſecūda ſpecie oblationum, de qua, ſupra ſaluo eo, quod ibi not. de paupere ſacerdote. Item ſalua pia laudabili conſuetudine, ſi qua eſſet de oblatione aliqua, puta certis feſtiuitatibus facienda, ad quam ſeruandam coget epiſcopus, non ſacerdos, de ſimo. ad apoſtolicam. & idē Tho. licet mutet uerba, ſecunda ſecundæ. q. 86. arg. 1. ut dixi, ſupra titu. proxi. ſub Rub. hæc omnia plenius uide per Hoſtien. in ſum. de parochia. §. in quibus. ubi etiam inuenies, quòd quando epiſcopus celebrat in eccleſia cathedrali, uel alia, oblationes ſpectant ad ipſum, in uer. quid ergo, ſi ep̄s [*Arbor*] Matt. 7. [*Proſtratus*] quaſi colliſus, extenſus, confuſus. concor. cle. de
4 elec. in pleriſque, uer. quid ſi. ¶ Secunda † gl. quęrit, & ſoluit. 4. rōnes inducens, & unū ſimile. & demū ſolutionē declarat, & antiquæ p̄miſsionis cauſam reddit.
5 ¶ [*In† gl. 2. ibi, Peruenit*] ubi de hoc [*& ibi, Nō ius, ſed corpus*] abb. inſtabat expōnib. uer. & hoc intēdit lex. vēdicato

uitu-

uitulo non agit emptor de uaccæ euictione:quia nec corpus uenditum ipſius uaccæ,nec ius fruendi uendicatur. Aliud enim eſt uendicare fructũ,aliud ius fruẽdi. Ad propoſitum aliud eſt concedere fructum decimæ:aliud ius percipiendi [*& ibi,prohibitum*] per concilium Lateranẽ.in parte deciſa.infra c.2.ad hoc.eo.titu. c.2.lib.6.§.illas autem. Alii dicunt per Vrbanum.& ipſius concil.Turon. ad hoc in lib.ſeu. quibus mo.fe.a. §.itẽ ſi epiſcopus, aliàs eſt.c.ſub Rub. epiſcopũ, abbatem,uel abbatiſſam feu.dare non poſſe. & uide quod no.Hoſt.in ſum.eo.titu.§.& utrum præſcribi, uer. qd ſi laicus[*& ibi, ab antiquo conceſſas*] quid ſi non apparet quanto? quærebat hic Hoſt. & ſupra de his, quæ fi. à præla.cum apoſtolica, & ibi uideas in fi. ¶[*In gl. ult.ibi, donec &c.*]ſi.de ęta.& quali.quęris[*& ibi,ipſa pietas &c.*] intelligo in excommunicatione, ſi intendit laico ius ſpirituale conferre. Laur.

S V M M A R I V M.

1 *Decimam an colonus ſoluat eccleſiæ prædiali, an parochiali,ſtatur conſuetudini, quod an ſit uerum, uide latis, num.4.*
Vinearum cultores Bononienſes ubi maneant.
Continens pro contento ponitur, ad uer.de terris.
2 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum. nu.3.*
Seruis aduerſus dominos conſiſtere licet, & quando.
4 *Additio gloſſarum.*
Dubium huius decretalis difficile, non facile.

C A P V T XVIII.

1 CVm ſit homines. Caſus. Stat † cõſuetu.an colonus decimã ſoluat eccleſiæ, in cuius parochia ſitum eſt prædium;an illi, in qua percipit,& audit diuina.& in prima conſultatio. in ſecunda reſponſio ibi,ſanè[*Parochia*] habebat enim domicilium in illa, & ibi percipiebat eccleſiaſtica ſacramenta[*In alia*] Commune eſt iſtud cultoribus uinearum circa Bonon̄. qui ut plurimum manent in ſuburbiis ciuitatis [*De terris*] ideſt fructibus terrarum [*In diuerſis*]ut ſi colonus,qui habitat in finibus diœce.Bonon̄.colit prædium ibi uicinũ,tñ in diœc.Mutin̄.[*Confundi*] maxime,qa uno attẽtato facile uſurpantur alia,
2 maximè in dubio,infra de reli.do.c.1. ¶Secunda† gl. rñdet p qõ. qualis erat iſta diuerſitas. ¶Vlt. glo.ponit
3 duas lect.¶[*In†gl.ult.ibi, uix certis*]ſequitur, ex cauſis aduerſus dominos ſeruis cõſiſtere permiſſum eſt,&enu
4 merat.8.¶[*In†glo.2.ibi,ſed facile eſt ſoluere*]ita dixerunt oẽs antiqui & moderni,qui iudicio meo nõ uiderunt dubium decr.quod ſoluere non eſt ſacile. & ſm eos fruſtra papa ſic põderauit hoc dubium. loquitur autem decre.de colono partiario, qui pro cultura certã partem fructuum recipit,puta dimidiam.de hac ſua parte cui eccleſiæ ſoluere debeat decimam, forte dubiũ eſt,Nam hæc pars uidetur ſibi prouenire ex opera culturæ,& ſic decimabitur ut perſonale. ecõtra ſi ex prædio ꝓuenit,& ibi principaliter operatur manus dei,& ſic inter prædiales cõputanda uidetur. & ſi hac ratione ꝓ prędiali diffinias,per hoc fraudabitur parochialis eccleſia,quę nullas perſonales habebit,cum ille forte aliud opus non faciat.Item ſi ſingulis diebus, menſibus, uel annis iſte reciperet precium operarũ, illius precii daretur decima parochiali. ſic uidetur de hac parte, quæ ſuccedit loco precii. Si contra prædialem diffinias, id uidetur abſurdũ, cũ de omni fructu illius prædii ſibi decima debeatur.& ſi ipſe dominus ſuis expenſis coli faceret,uel coleret,ſolueret integram decimam,nõ deductis expenſis culturę,ſ̄.eo.cũ homines. ĩ.eo.non eſt.Ergo nec pars debita cultori tranſibit ſibi nõ decimata. Textus uidetur uelle conſuetudinem eſſe ſequendam,de qua ſi non appareret,ſatis uideret partẽ coloni bis decimãdam. primò eccleſiæ prædiali,in reſiduo eccleſiæ parochiali.& in prima nõ detraher ſumptus.in ſecũda detrahet,ĩ.eo.paſto. & ſit ſimile,ſi pro ſalario doctrinæ, uel aduocationis das mihi fructus prædii tui, nã parochialis prædii habebit illorũ fructuum prædialem decimam, reliquæ partis, q̃
a mihi eſt lucrum perſonale,parochialis domicilii habebit decimam. Vnde dicebat Hoſt.inf.eo.tua.2. ꝙ ſi colonus de aceruo non decimato donet mihi.10.corbes,illud bis decimabitur.primò eccleſiæ prædiali, &
b reſiduum meę parochiali,[b] ſicut de eodẽ legato dant duæ canonicæ.de hoc de teſta.c.fi.& facit etiã ad hoc, quod dixi ſecundum Goff.ſupra de feu.licet, ſuper gl. fi.ſed Inn.& Hoſt.infra eo.a nobis, dicebant hoc caſu unam ſolam decimam & prædialem deberi, quando colonus pro cultura partem fructuũ percipit, uel certas menſuras,dummodo ita ſit. ꝙ de fundo menſuras percipiat,& non aliunde.i.ſi ſunt in fundo, illas percipit:aliàs ſibi menſuræ illę non ſoluentur.& idem uidetur,ſi de fructibus non debet ſolui merces coloni,ſed in pecunia.hoc tamen acto, ꝙ illa pecunia deberetur de fructibus prædii:aliàs non, ſi fructus non eſſent ad illius æſtimationem,arg.ff. de uſur.hactenus, ff.de iu-
c di.fideicommiſſum[c]. Si autem colonus ſit penſionarius, cui perſona dñi ſit obligata ad ſoluẽdam mercedẽ,etiam ſi nil percipiatur de fundo, quem colit,ſiue in pecunia,ſiue in alio conſiſtat merces,tũc debet colonus decimam ſoluere nõ eccleſiæ prædiali, ſed ſuæ parochiali,ubi percipit diuina.& hoc caſu uidetur loqui.16.q.1.quæſti.& arg.ff.de contrahen.emp.l.fin Et eſt ratio diuerſitatis horum caſuum:quia primo caſu omnes fructus ſunt decimandi ante, quam diuidãtur ſine deductione expenſarum,infra eo.tua.2.uer.& cũ de cunctis.ergo,ex quo ſemel ſunt decimati, ulterius non debent decimari ab his, ad quos ex debito proueniũt,ſicut ſunt coloni,inſra eo.paſtoralis §.1. In ſecundo uerò caſu agitur de lucro proueniente ex opera manuum coloni,de quo patet deberi decimam eccleſiæ parochiali,vbi audiuit diuina.Item in primo caſu totus fructus eſt de terra,licet exinde ꝓueniat operante manu hominis,ſupra eo. non eſt, infra eo. cum non ſit. & ideò illi tantum eccleſiæ, in qua ſita ſunt prædia,dabuntur decimæ,ex quo nil habet de mercede colonus, niſi ex fructibus prædii proueniat. In ſecũdo uerò caſu lucrum.& merces coloni ex opa manuum ſuarũ prouenit, non ex fundo, ex quo mercedẽ illam habere debet,ẽt ſi fundus ſit omninò ſterilis, ſm Inno.licet fateatur Hoſti.contrariã conſue.tenendam,ſi de illa conſtet,ut hic,& infra c.2. Licet ſatis iuri & æquitati conſonum reputetur, quod.ſ̄.dixi,partẽ coloni bis decimandã:tamen quia id non ſeruatur,ſtari põt ſatis probabiliter huic dicto Inno.& Ho. ubi nõ apparet conſuetudo cõtraria,ut prædixi.pro qua multum facit:quia ſi ipſe idem dominus coleret,nec aliud opus faceret, non eſt iñ reperiri, ꝙ parte illorum fructuũ decimet ut lucrum.ad hoc tamen reſpõderi poſſet per decre.ſupra eo.dilecti.& ad materiã facit,quod dicam.ĩ.eo.non eſt,in glo.iſtæ ſunt,& ĩ. eo.tua.2.ſuper glo.hoc intellige. ubi pro colono partiario redditur ratio,ꝙ ſubmittit mercedem ſuam fortunæ,& dei miſericordiæ. unde merces illa potius in fructu, q̃ in lucro conſiſtit. ¶[*In gl.ult.ibi,uix certis*] infra de eo. ſpi.c.2. lib.6.[*& ibi,intelligitur*]& ſm hoc dixit Goff. ꝙ difficultas hic præponderatur reſpectu ſcandali prouenientis ex perceptione decimarum unius eccleſiæ in alterius diœceſi.[*& ibi,impoſſibile*] facit 2.q.6.biduum, uerſic.ſi aduerſus.ff.ad Velleia. tutor. 1. reſpon.& l.ulti.in prin. [*& in fine*]ſecundum Dama. Phi.& Innocen.prima lectura magis placuit Tan. & Vincen.

ANNOTATIONES.

a ¶Parochialis. Illud dictum oidetur ſi bene ponderas contra gl. in oer. excolendas, in cle. eo. titu. in ulti. q. ſ. quando poſſeſſio eſt priuilegiata, non perſona: quia dicit ibi colonum exemptum a decimis, & bene coonſidera, quæ infra dicit poſt Inno. & Hoſt.

b ¶Parochiali ſicut. Donatarius ergo ſoluit decimam perſonalem, ad quod facit, quod no. Io. An. de percipiente eleemoſynam, ſup. eo. cum homines, in gl. tone ſi. in prin. donator autem nô, uide ipſum, ſupra eo. commiſſum, ſuper gl. fi. & hoc idem, quod hic no. Io. And. uoluit gl. mag. infra eo. tua, & ſuper illa Io. And. & ad id quod dixi de donatore, facit quod no. Ioan. And. infra de iure patrona. nobis, in glo. inops.

c ¶Fideicommiſſum. Quod ergo dicit Bart. in l. ſi apes, ff. de fur. de colonis triplicis generis, limitari poteſt, ut addatur aliud genus, ſcilicet eius, qui colit pro numis, uel pro alia ſpecie limitando ſolutionem, ſi ſic & inquantum naſcuntur fructus in fundo, & ille æquiparatur partiario, ut hic per Innocen.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ ullo modo poßunt in alios laicos transferri, uide nu. 3.*
Translationis modi qui.
Monitionem præcedere debere intelligitur pœnam.
Sepultura Christiana quibus caſibus quis priuetur, niſi prius reddito debito, num. 4. remiſſ.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 4.*
Decimas retinere prohibitum regulariter, & quando fallat.
Indefinitè quod dicitur, intelligitur regulariter, ut hic.

CAPVT XIX.

PRohibemus. Breue eſt. ponit ꝓhibitionē, cui pœnam ſubdit ibi, ſi quis [*Aliquo modo*] côpre-
1 hendit † ergo omnem modum translationis. ſcilicet feudationis, uenditionis. donationis. ꝑmutationis, & his ſimiles [*Receperit*] nô punit hic expreſſè transferentem [*Non reddiderit*] monitus [*Priuetur*] etiā per hæredes hoc fieri iubeat. nec ob. ſupra de ſepul. c. fin. quia iſte eſt caſus ſpecialis, quo non ſepelitur, niſi prius reddantur, ut uer. intelligatur cū effectu, de cleri. non reſi. relatum, ſicut & alii caſus de torne. c. 1. cū
2 ſi. ſecundum. Gui. na. ¶Secunda † gl. prorogat, quærit,
3 & ſoluit diſtinguendo. ¶[*In † gl. 2. ibi, quòd illas poßunt*] tutius eſt tenere contrarium, ſecundum Hoſt. ad hoc, ſupra eo. tit. ad hæc. & c. quamuis, & infra eo. tua nobis, & c. ulti. nec ob. ꝙ hic dicit, Cum animarum ſuarum periculo: quia ſubaudiendum eſt regulariter, quamuis interdum & ſine periculo ipſas retineant, ſcilicet ab antiquo conceſſas. Bo. uerò dicebat id dictum, ut facilius inducantur ad illas diminuēdas. Potes côſtruere ita, ꝙ illud, Cū animarum periculo, reſpiciat, uer. transferre, non uerbum, detinentes, Pet. de. & Abb. ꝓbabant hoc per decr. cum apoſtolica, hic alle. nam ſi ibi ſpecialiter conceditur, ꝙ habens decimam in feudum ab antiquo poſſit eam concedere alteri eccleſiæ de conſenſu epiſcopi, ergo niſi concedatur eccleſiæ, conſenſus epiſcopi non ſufficeret. Innoc. alternatiuè utrunque dictum ponebat. pro primo dicto facit, qa ubi feudum tale eſt, in quo non ſuccedant niſi filii, facile eſſet uaſallo non habenti filios eccleſiam fraudare, idem uidetur de uaſallo, qui intenderet felloniam facere contra eccleſiam, de qua infra de pœn. in quibuſdam, uel aliam, propter quā perdere deberet feu-
4 dum. ¶[*In † gl. ult. in fi.*] & in aliis caſibus, qui no. & quos dixi, ſupra de ſepultu. ex parte.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ perſonales cur, & cur prædiales debentur, nu. 2. in fi.*
Vngari transferunt ædificia lignea ex una in aliam diœceſim.
Parochia, pro diœceſi.
2 *Decimarum retentio, uel diminutio per conſuetudinem non laicis, ſed clericis inter ipſos prodeſt.*
3 *Epilogus. & ſuffragium gloßarum. nu. 4.*
Decimæ pecoris ſiue animalium prædiales nu. 5. in prin. & fi.
Fundo inſtructo legato pecus quando cedit.
5 *Additio gloßarum.*
Boues de quo fundo intelliguntur eſſe.
Mora ubi ſit, non attenditur, ſed labor.
Arbor cuius ſoli cenſetur.
Ex urbanis natus mancipiis, licet alibi nutriatur, urbanus cōſetur.

CAPVT XX.

1 AD apoſtolicæ. Caſus. Decimæ † ꝑſonales debentur eccleſiæ parochiali: prædiales eccleſiæ in cuius parochia ſitum eſt prædium, niſi aliud habeat conſuetudo. & in 1. conſultatio. in ſecunda reſponſio ibi, Noueris igitur [*Et infra*] deciditur, licet immeriti dignatione diuina uocati omnibus ſumus eccleſiæ filiis debitores, & pro ſciētiæ noſtræ modulo reſpondere cogimur conſultationibus ſingulorum [*In Vngaria*] Dicit Abb. ꝙ ſæpe Vngari ponunt aliqua lignea ædificia in una diœceſi, & poſtea ſe, & ędificia transferunt ad alias diœceſes [*De parochia*] ideſt diœceſi. ſic de dona. apoſtolicæ, circa princ. [*Tempora*] forte decem annos, C. de incol. l. 2. li. 10. [*Sunt facti*] no. pro his, quæ dixi, ſup. de of. archipresby. c. 3. [*Conſuetudi-
2 nem*] licet † attendatur hæc côſuetudo circa perceptionem decimarum inter eccleſias, non tamen inter laicos circa retentionē. uel diminutionē ipſarū. Inno. & Hoſt. Subdit Inn. ꝙ ſi de côſuetudine nô côſtat, ꝑdiales debētur baptiſmali, & ꝑſonales capellæ. 16. q. 1. de decimis, ſup. eo. nuncios, ubi idē dixerat Tan. [*Innoue-
3 ris*] aliàs, noueris ¶Secunda gl. ꝑmittit tria circa decimas ꝑſonales. ſecundo quærit de animabus, & ſoluit. Et iterū quærit, & ſoluit. per quā ſolutionē duas alias
4 expedit qônes. ¶[*In † gl. 2. ibi, pecoris paſcendi*] ſequitur. ſeruitutes, ſicē ad aquas appellendi, maximè ſi prædii fructus in pecore conſiſtat, prædii magis, q̄ perſonę uidetur [*& ibi. l. 2.*] legato fundo, ſicut inſtructus eſt, pecora, quæ ſtercorandi, uel paſcendi cauſa ibi ſunt, ut ſundus fiat inſtructior, cedunt legato ſicut fundo [*& ibi, aſſumptio*] habet quis duo domicilia in utroq; ſe æqua-
5 liter collocando. ¶[*In † glo. 2. poteſt dici*] ſecundū Ala. [*& ibi. l. 2.*] de hoc. 13. q. 1. §. 2. [*& ibi, qui paſcit*] & per Goff. hic, & in ſum. huius tit. in prin. pro hoc dicto facit, qa boues de illo fundo intelligunt, in quo laborant, nô in quo morantur, ff. de fun. inſtruct. cum quidam. & arbor illius ſoli cenſetur, in quo uiuit, non in quo vr̃ côſiſtere, ff. arbo. fur. cæſarum, ſi plures, §. ſi radicibus. Sed contra: quia cuſtodia paſtoris eſt neceſſaria. infra de regulis iuris, c. penul. unde conſideranda uidetur parochia paſtoris. nam & natus ex urbanis mācipiis, licet ad uillā mittatur nutriēdus, nô ideo minus cenſetur vrbanus, ff. de uer. ſi. is qui natus. ſic loquitur Hoſti. tenēs, ut ſequitur in gl. [*& ibi, Vulterana*] & inf. de ſepul. cum quis. 2. reſpon. li. 6. [*& in fi.*] facit, quod no. de maio. & obe. omnes principes. Hoſt. remit. de his ad ſummam, eo. ti. §. cui danda ſit. quando autem ſit ſoluenda, ſcripſi in Specu. eo. ti. ſuper. v. libello.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ de omni fructu prædii ſoluendæ, etiam eo anno prouenien te, nume. 2.*
Eas non ſoluens, mortale, & deferri debent ad horreum ſacerdotis.
2 *Additio gloſſarum.*
Decimas cui debentur, poteſt interdicere domino fundi, ne fructus colligat, uel exportet, niſi ſe, uel ſuo nuncio præſente.
Fundi partem habet, qui eius fructuum partem habet, & ratio,

CAPVT XXI.

1 EX parte. Caſus. De† omni fructu præ
dii ſoluendę ſunt decimę. &
prima pars ponit querelam. ſecũda dat iu-
dicem ibi, Mandamus, quatenus[*Diuerſa ſe-
mina*] puta granum, & rapas, uel linum. uel milium in
hortis maximè hoç apparet[*Prædiorum*] aliàs prędicto
rum, ſdilicet ſeminum [*Compellas*] ergo eſt mortale nõ
ſolum decimam non ſoluere, ſed de ipſa aliquid dimi
2 nuere, de hoc. ſupra eo. peruenit, Hoſt. ¶[*In† glo. 1. in fi.*]
ſecundum T. & dominus totum donat. unde de toto
ſibi decima debetur. 16. q. 1. decimæ. Goff. ¶[*In gl. ult. in*
2 *fi.*] & ut dixit hic. T. & Vin. ſuis expenſis[a] debet illas de
ferre ad horreum ſacerdotis. 16. q. 1. reuertimini. & q.
7. c. 1. & in his. c. idem no. Io. No. autem Guil. in Spec.
eo. tit. ad fi. ꝙ is, cui debentur decimæ. poteſt petere in
terdici domino fundi, ne fructus colligat, uel expor-
tet, niſi eo, uel eius nuncio præſente, C. lib. 10. quandò
& qui. quar. pars de. l. 2. ibi, ſub aſpectu curialium, ff. de
rei uen. nõ ſolum. melius, ſi uero. & quia ſi habet par-
tem in fructibus, & in ſundo. ſunt enim fructus pars
fundi, ff. de rei ven. fructus. & iure communi &c. ff. cõ
muni diui. Sabinus. Item Goff. Na. dicens magiſtrum
ſuum Ala. hoc tenuiſſe, & ſe ſic conſuluiſſe, per l. Pau
lus, ff. de procu. ff. de in of. teſt. ſi ſuſpecta, & C. de litig.
auct. nunc ſi hęres. & hoc recitat Guido, ſupra eo. quo
niam, concor. ad allegata de procu. 2. in fi. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶Expenſis. Super hoc uide Bald. qui ſubtiliter loquitur, in l. cum
quidam, C. de condi. inſer. & ponit ibi etiam de eo, quod hic ſe-
quitur. & facit, quod no. Io. And. de prę. ſignificante, in glo. qui-
cunque, & doct. in l. acceptam, C. de uſuris.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ ſoluendę ſunt non deductis expenſis, & de quibus tribuen-
dæ, & num 2.*
Perſonales quæ, & cur ita dictæ.
*De uenatione, & piſcatione, an ſint perſonales, an prædiales,
& cui eccleſiæ ſoluendæ.*
Perſonale quando quid exiſtimetur, ex his diſputatis colligitur.
*Contra libertatem antequam ſi dominus edicatur, quis contra fa-
ciens, quando non eſt puniendus, uer. quid ergo.*
2 *De arbore uno loco exciſa, ubi 10. ualebat, & delata ad por-
tum ubi mille ualebat, utroque pretio decima ſoluenda, & cui.*
Decima tribuitur deductis expenſis, & quo caſu hic, uer. tu dicas.
3 *Bona quæ dicantur, & unde, & bonorum appellatione etiam in-
definitè comprehenduntur immobilia etiam.*
4 *In mora reſtituendi decimas quis non dicitur, neq; mortaliter pec-
cat, niſi monitus contradicat.*
Decima eſt in præcepto.
In opinionibus diuerſis diffinitio Papæ ſequenda.
5 *A*[illegible]*tio gloſſarum.*
Congregatum cum peccato, cum damno perditur.
Quæſita malè non habeant bonos euentus.

CAPVT XXII.

1 NOn eſt Caſus. Decimæ† ſoluẽdæ ſunt
non deductis expenſis. & pri-
mò ponit exordium. ſecundò narrationẽ
ibi, Reuera. 3. cõcluſionem ibi, Volumus
[*Hominum*] quia neque qui plantat &c. 19. di. ſecundũ,
& infra c. cum non ſit [*Hortis*] aliàs ouis [*Militia*] ideſt
ipſius ſtipendiis, quod intelligas in bello iuſto. ad hoc
2 quod no. infra c. proxi. Hoſt. [*Venatione*] iſtæ ſunt† deci
mæ perſonales; ideò ſic dictæ: quia miniſterio, & ope-
ra hominis proueniunt; & inde decimæ ſolui debẽt,
licet feræ, uel aues, uel piſces in terra, uel mari, uel in
aqua nutriantur ex beneficio, & nutrimento terræ,
& ideò iſtæ decimæ dandæ ſunt illi eccleſiæ in qua is,
qui talia percipit per anni circulum, diuina officia au
dit, quod intelligas uerum, ubi quiſque liberè uena-
tur, uel piſcatur, nulla parte piſcationis, uel precio da-
ta. Alioquin furtum committeret, niſi precium da-
ret: uel certam partem illi, cui de iure dari debet, & il
lam dat, tunc de illa parte, uel precio danda eſſet deci
ma eccleſiæ baptiſmali, ſeu parochiali, infra cuius li-
mites talia percipiantur: quia illa pars, ſeu precium,
non ex miniſterio hominis. ſed ex aqua. & terra pro-
uenit. Igitur, ſi ſit locus publicus, in quo licet unicui-
que uenari liberè, ſeu piſcari, potius reputatur hoc
perſonale, quàm prædiale, & idem in ſimilibus ſecun
dum Inno. Quid ergo, ſi antiquitus fuerit libera vena
tio, vel piſcatio omnibus, nunc autem dominus fa-
cit præconizari ſub certa pœna, ꝙ nullus de tali loco
uenetur, uel piſcetur? utiq; ſi hoc facit contra uolun
tatem hominum, ſiue populi, quorum intereſt, uio-
lẽtia eſt, & eſſet ex hoc dominus puniẽdus, nec opor
tet contra uenientem timere furtum: timeat tamen,
ne de facto cogatur pœnã ſoluere: ſi hoc facit de con
ſenſu illorum, quorum intereſt, iuſte fit, & tranſgreſ-
ſor eſt puniendus. probatur hoc inſti. de rerum diui.
§. 3. & ſeq. & §. feræ igitur beſtiæ. ff. de acqui. re. do. &
ne quid in loco pu. & de aqua quo. & æſti. per totum,
& in eo, quod le. & no. ſup. de conſt. c. 2. & de temp. or
di. ſi archiepiſcopus. de off. archipreſ. c. fi. & de maio.
& obe. c. fi. & In ſum. de pœniten. §. fi. & ſub. §. fi. Hoſt.
Item uidetur, ꝙ ſi aliquis capiat piſces in mari, uel a-
qua fluminali, & apportet in ſtagnum, in quo ipſos
nutrit, decima talium eccleſiæ, in cuius parochia ſta-
gnum ſitum eſt, dari debet, & idem uidetur, ſi beſtiæ
recludantur in recluſorio, ſiue parco, cum ibi viuant
beneficio aquę, uel terrę in eadem parochia ſitæ, ſup.
eo. c. reſpon. 1. & inf. eo. cum non ſit in homine. Aliis
tamen uidetur, ꝙ de prædictis nõ baptiſmali eccleſię,
ſed illi, in qua percipiens talia audit diuina officia, de-
cima ſit ſoluenda: quia omnia talia proueniunt ope-
ra, & artificio hominis: nec ob. inſ. eod. cum non ſit:
quia ibi nõ prouenit fructus artificio hominis, ſed ex
ſola gratia Dei: quod inde apparet: quia ſemen morti
ficatur, & ideo non homine operante uiuificatur, &
fructum plus affert. Sed piſces, & animalia miniſte-
rio hominis recluduntur, nec ſicut grana moriun-
tur, ut poſtea cum maiori fructu reuiuiſcant, ſecun-
dum Innocen. ſed Hoſtien dicit, quod talis decima,
nec merè prædialis, nec merè perſonalis cenſenda
eſt ſed mixta quod dic, ut not. ſupra, eod. apoſtoli-
3 cę §. primo. ¶Quid ſi† arborem de ſilua exciſam non
ualentem ibi, decem libr. ducat quis ad portum, ubi
ualet mille? reſpondeo, non ſolum de decem, ſed &
de mille danda eſt decima, deductis tamen expenſis,
quæ bona fide fiunt in deducendo uſq; ad portũ ſcḋm
Inn. & reuertendo uſq; ad hoſpitiũ, niſi & in aliis de-
ducendis negocietur, in quibus lucretur. Alii dicunt,
ꝙ de 10. lib. tñ dare debet decimã & alia cedũt lucro.
Tu dicas ſcḋm Hoſt. ꝙ de. 10. libris tñ danda eſt decima
illi eccleſiæ, intra cuius parochiam arbor exciſa fuit;
& ſic eſt uera hæc ultima opinio. De alio uero lucro
deductis expenſis dãda eſt decima illi eccleſiæ, in qua
ductor arboris percipit eccleſiaſtica ſacramẽta, ĩ c. pa
ſtoralis. & ſic intellige primam opi. ſcḋm Hoſt. & Abb.
& facit ad ea, quæ dixi. ſ. eo. cum ſint. quædã alia, quæ
no. hic Inn. & Hoſt. dicam, ĩ. c. paſtoralis, ſuper glo. ex
4 hoc [*De omnibus bonis*] bona† dicuntur illa, quorum do
minium habemus, uel quæ bona fide poſsidemus, ff.
de uerb. ſignifi. l. bonorum appellatione. Et dicuntur
bona, quia nos beant, Goff. & no. Hoſtien. quod non

ſolum dixit, bonis, ſed addidit, omnibus: ſed ſine illo
addito comprehēderet immobilia, ſortius cum illo.
facit de teſta. relatum. 2. & facit ad ea. quæ no. & dicā,
infra eo. paſtoralis [*Miniſtris*] habita diſtinctione inter
perſonales. & reales, de qua ſup. eo. ad apoſtolicæ [*Ne
4 glexerint*] uidetur ergo, ꝙ non ſint† in mora, nec pec-
cent mortaliter, donec moniti reſtituere contradicāt
ut hic, & ſupra eo. peruenit. ibi de hoc. ibi no. contra-
rium Hoſt. [*Præcipimus*] quod præcipitur &c. infra de
uerb. ſignifica. in his. & præmiſit diſtrictè, ut omnino
ſcirent ſentientes contrarium decimam eſſe in præce
pto. ad idem. infra eo tua. 2. ner. nimis profectò, maxi
mè cum in diuerſis opi. ſit ſequenda diffinitio papæ, q
fi. ſint legi. per uenerabilē, §. rationibus. & eſt hoc ue-
rum etiam de quotitate, ut hic in fin. patet ſm Hoſt.
5 ¶ *In glo. 2. ibi, reuocari meretur*] Greg. ad reginam Franco
rum. Crede mihi, quod cum peccato cōgregatur, cū
damno perditur. Quid ius ſine titulo. Non habet euē-
tus ſordida ꝑda bonos. Claudianus. Quas male colle-
git ſallacis dextra parētis, Has pęnis nati dextra refun-
dit opes. uide quod dicam de cenſi. ꝑcura. in glo. ut ſi.

SVMMARIVM.

1 De molendini ad uentum fructibus decimæ ſoluendæ.
Infidelis an ſoluere eas teneatur, remittit.
Dei uirtus in omnibus elementis operatur.
3 Molendini ad uentum ubi uſus.
Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.
Ex illicitis cauſis quod ſocius acquiſiuit, non cogitur conferre.
Honoribus prohibitus à quibus non excludatur, nec à muneribus.
5 Additio gloſſarum, num. 6.
Decima, & eleemoſyna an tribuenda de illicitè acquiſitis, nu. 6.
Ex pecunia illicitè quæſita an eccleſia fabricata, deſtruenda.
Meretrix promiſſum petere non poteſt, licet ſolutum ei non repetatur.
6 Mamona, quid.
Iniquitas hic, pro ſolicitudine.
Ab excommunicato, & meretrice an recipienda eleemoſyna, uel oblatio.

CAPVT XXIII.

EX transmiſſa. Caſus. De fructib⁹
1 †molendini ad uē-
tum ſoluendæ ſunt decimæ. & primò po-
nit deciſam querelam. ſecundò dat iudicē
ibi, Quia. ubi præmittit generalem rationem, ex qua
infert concluſionem ibi, Mandamus, quatenus [*Fide-
lis*] de infideli dic, ut ſup. eo. de terris, & infra de uſu.
quanto, ad fi. [*Acquirere*] & de facto acquirit [*Ad ſolu-
tionem*] ſup. faciendam ſine diminutione &c. [*Ad uen-
tum*] uidebatur decimam nō eſſe dandam de his, quę
ex uento proueniunt, quaſi uenti per ſe naſcātur, nec
dei uirtus in eis operetur: ſed non eſt ita. Nam mare,
& uenti obediunt ſibi, Goff. ut Matth. 8. Et qui fecit
aquam, fecit & aera. ut gene. 1. c. Dixit. T. & Vin. Mo-
lendinum fundatum eſt in terra, de qua decima daba
tur. & eius fructus incommodatur. Præterea ſufficit,
2 ꝙ ſit honeſtum lucrum. Dixit Hoſt. ꝙ† talia molendi
na ſunt Marſiliæ, & Arelatæ, & in multis locis [*Compel-
latis*] per ſententiam excommunicationis, de hoc, ſu-
3 pra eo. peruenit. Hoſt. ¶ Prima† gl. reſpondet per qō.
an de illicitè acquiſitis ſoluenda ſit decima. arguit ꝙ
non à cōtrario huius literæ. alle. etiam canonem, tres
auctoritates, & unam. l. Ad contrarium alleg. tres. ll. &
unam auctoritatem. ponit opi. demū ſoluit diſtinguē
4 do. ¶ *In 1. † glo. ibi. §. ulti.*] ſocius etiam omnium bono-
rum non cogitur conferre, quod ex illicitis cauſis ac-
quiſiuit [*& ibi, accipit*] licet turpiter faciat [*& ibi, deli-
ctum, uel pœna*] unde prohibitus honoribus, tenetur ad
munera, & etiam ad honores, qui mixtam habēt mu-
5 neris cauſam. & hoc uult. §. ulti. ¶ *In† glo. 1. in prin.*] quæ-
re hanc gl. 14. q. 5. in ſumma [*& ibi, ubi de hoc*] ibi etiam
notatur, an demoliri debeat eccleſia conſtructa de pe
cunia ſimoniaca. & quid tunc de iure pa. & an de fru-
ctibus rei emptæ de pecunia ſimoniaca eleemoſyna
fieri poſſit [*& ibi, Iuxta illud*] Deute. 23. [*& ibi, Iſaias*] nō
credo hoc eſſe de textu Iſaiæ, imò nec Bibliæ [*& ibi, ho
norabis*] prouer. 3. [*& ibi, turpiter accipit*] nunquid dans
peccet, quare no. 86. diſ. qui uenatoribus [*& ibi. §. quo-
tiens*] & ut ibi no. licet ſolutum ſibi non repetatur, pro
miſſum, tamen ipſa petere non poteſt, cum turpis fue
a rit promiſſionis cauſa, ff. de uer. obli. generaliter[a] [*&
6 ibi, Euangelij*] Lucæ. 16. [*& ibi, de mamona*] Mamona† dæ-
monium, quod præeſt diuitiis. Iniquitas, hic ſumitur
pro ſolicitudine, ut patet in concor. & not. 12. q. 1. c. 2.
in gl. 2. [*& ibi, alij dicunt*] Io. inf. eo. paſtora. Goff. ſup. c.
proxi. Phi. Inn. Hoſt. hic [*& ibi, eleemoſynam*] quomodo
in excommunicato diſtinguitur inter eleemoſynam
eius, & oblationem, dicam, infra de ſent. excom. cum
uoluntate, ſuper uer. eleemoſynas [*& ibi, à meretrice*]
quæ non pœnitet, ſed poſt pęnitentiam bene poterit
recipi, ſecundum Lau. & Inn. ne deſpiciatur ex eo, qđ
fuit, l. diſt. ferrum. Si uerò nō pœnitet, faciat inde elee
moſynam de diœceſani conſenſu, arg. cōtra de Iudæ.
cum ſit, de uſur. cum tu, ſecundum Hoſt. & ſic eſſet
inſolubile, quod inſurgit ex eo, ꝙ tenetur ſoluere, &
ſoluere non poteſt, cum illud non recipiat eccleſia. &
dicit ſic ſupplenda, no. eo. titu. in ſumma, §. de quibus
b rebus[b] [*& ibi, uſura*] hoc exemplum conuenit ſecun-
do membro, ſ. ꝙ transfertur, ſed competit repetitio
de hoc. 14. q. 4. ſi quis uſuram [*& ibi, in raſore*] idem no.
Io. 16. q. 1. decimas, Goff. ſupra c. proximo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Generaliter. Ibi uide Bart. & in le. affectionis, ff. de dona. & Cy. Bart. Bald. & d. Bar. de Saly. in l. 1. C. de condi. ob turpem cauſam.

b ¶ De quibus rebus. De ludo, & de quæſitis in ludo uide Io. And. ſupra de ui. & hone. cleri. clerici, ſuper gl. 3. & Bald. in rubrica, C. de condictio. ob turp. cauſam, & an quæſitū in ludo, dicatur quæſitum ex cauſa lucratiua, uide Bald. C. ſi in fraudem patro. l. 1.

SVMMARIVM.

1 Locator, & conductor tenentur ad decimas.
Ius commune qui habet pro ſe, habet intentionem fundatam.
2 Epilogus, & additio gloſſarum.
Decimas concedere laicis ex diſpenſatione papa poſſit.
Præcepta diuina an recipiant eiuſdem diſpenſationem, & interpretationem, & qua.
3 Decimarum tempora tria, & de hoc. num. 9. uer. nec ob.
4 Cuius efficiæ erant, & qua ratione maneant, & quæ tempora reſpiciant, num. 6. uer. adueniente.
5 Quatuor modis conſiderantur in ſacra ſcriptura.
6 Earum quatuor genera, & quæ nunc durent, & quod ſit euacuat, num. 9.
Ex præcepto etiam imperatorum debentur, uer. adueniente autem, & quo, uide num. 9.
Lombarda ex quorum legibus conſtat, ibid.
7 Decimarum ius ab eccleſia dependet, & earum limitatio cur facta.
Harum & eccleſiaſticorum aliorum iurium ſummus pontifex interpretator, moderator & arbiter.
Ab eis poteſt eximere, & quomodo.
8 Laïcus qui non integraliter ſoluit, quando mortaliter peccet, & quando excommunicandus.
9 Ab earum ſolutione non excuſantur ex delicto clericorum, nec ex alijs hic memoratis.

CAPVT XXIIII.

A Nobis. C. Locator † & conductor te-
1 nentur ad decimas, niſi ſe im
2 munes oſtendant. huius pars de coha. cle-
ri. à nobis. & diuide ſic, ſupra proximam.
[*Et infra*] hic deciditur, ꝙ dantes poſſeſsiones ad cen-
ſum ſe excuſabant, ꝙ non tenebantur ad decimas al-
legantes in hoc conſue. [*Exemptus*] ſupra eo. ex parte,
& infra de ec. ædi. capitulo ſecundo [*Ad fictum*] quod
no. hic Inn. & Hoſt. dixi ſupra eo. cum ſint. ſuper gl. 2.
[*Oſtendatur*] ius enim commune fundat intentionē ec
cleſiæ parochialis, & ideo reus habet neceſſe probare.
100. di. contra morē, de præſcrip. capitulo primo, li. 6.
¶ Secunda † glo. obijcit, & dupliciter ſol. ¶ [*in glo. 2. ibi,*
2 *etiam laico*] idem no. Io. 16. quæſtio. 1. §. ſi ergo, & eſt ſi-
mile, infra de uſur. ſalubriter, cum ſi. Dixit autē Ala.
ꝙ omnibus laicis id concedere non poſſet niſi ad tē-
pus ex cauſa, ut fecit Gallicis idem Vinc. ſupra eo. pa-
rochianos. Ad oppo reſpondetur, ut recitat Hoſti. ꝙ
ſpeciale ſit in hoc præcepto, ꝙ diſpenſationem, & in-
terpretationē papæ recipiat, quod nō eſt in alio mo-
rali. & ſit ratio: quia in alijs uerſatur honos dei irre-
a miſsibilis, uel utilitas humana publica indiſpenſabilis,
ut eſt uidere in præceptis decalogi, quorum nullum
etiam in parte remitti pōt ſine offenſione dei, vt non
habebis deos alienos uel proximi: vt honora patrem:
non occides &c. Nā naturalis ratio oſtendit talia non
poſſe remitti. In hoc autē præcepto conſideratur ho-
nor dei, ut decima detur, & hoc per papam uniuerſa-
liter remitti nō poteſt. Item ꝙ ab omnibus & de om-
nibus detur clericis, & eccleſijs, & hoc reſpicit ipſorū
temporale commodum. Cum autē papa ſit omniū
eccleſiarum, & clericorum rector, & vicarius genera-
lis cum libera adminiſtratione, non eſt mirum, ſi in
hoc multum poteſt [*& in fi.*] hanc glo. poſuit La. ſi. p.
eo. peruenit. Ala. ſupra c. ſane. Dicit Hoſti. & facit eius
3 additio uſque in finem Ad cuius † materiæ plenā no-
ticiam tria tempora ſunt attendenda, & cuius effica-
ciæ erant decimæ tpor legis naturæ, & ꝙ quattuor
modis cōſiderantur decimæ in ſacris ſcrip. & ꝙ quat-
tuor ſunt genera decimarum. Tria tempora ſunt. tē-
pus legis naturę, quo non erant decimæ in præcepto,
ſed in conſilio tantum: tempus legis ſcriptæ, quo fue-
runt in pręcepto: tempus gratię. quo libertati ſpiritus
uidētur relictæ. unde Hug. de ſan. uic. in libro de ſacra-
mentis, li. 10. parte. 11. capitulo. 4. loquens de decimis
ita dicit. Primum ante legem paruulos conſilio eru-
diuit. Poſtea ſub lege exercitatos præcepto tentauit:
nouiſsimè ſub gratia perfectos in libertate ſpiritus am-
bulare permittit, & ita uidetur, ꝙ non ſint hodie in præ-
cepto, ſed reſponde, ut no. infra eo. glo. ſub §. nec con-
4 ſtat. ¶ Et cuius † efficaciæ erant, dicendum ꝙ in reme-
dium culpæ originalis, in ſignum debitæ recognitio-
nis, ſeu diuini dominij uniuerſalis, & figuram futuræ
redemptionis. In remediū culpæ originalis: quia tūc
temporis erant decimæ de numero ſacramentorum:
ſic & oblationes, & ſacrificia, & ſicut circumciſio tem
pore legis gratiæ, licet inter hæc magna ſit differentia
quantum ad obligationem, & quantum ad ſignifica-
tionem, & uirtutem. De differentia obligationis. Di-
cit Hug. in eadem parte capitulo. 3. Illa inquit ex uo-
to celebrata ſunt, iſta ex præcepto, neq; enim æſtimā-
dum eſt illa prima naturalis legis ſacramenta, ſiue de-
cimas uidelicet, ſiue ſacrificia, ſiue oblationes ita ho-
mini ex neceſsitate indicta, vt qui ea nō executus fuiſ-
ſet, reatum præuaricationis incurreret, quēadmodū
ille, qui ea fideliter coleret, meritum ſuæ deuotionis
inueniret. Nuſquam enim legimus, ꝙ ante legē ſcri-
ptam deus homini dixerit, Qui decimas non dederit,
qui ſacrificia nō obtulerit, ſicut poſtea per legem di-
xit, Maſculus, cuius præputij caro circunciſa non fue-
rit, peribit anima illa de populo ſuo. Et ſicut ſub gra-
tia terribiliter intonuit, Niſi quis renatus fuerit ex a-
qua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum
dei. De differentia etiam ſignificationis uirtutis. Idē
Hug. in eadem parte. c. 8. Sciendum inquit, ꝙ diuinæ
diſpenſationis ordo & ratio hoc popoſcit, ut ſicut ab
initio percurrente tempore magis ſemper, ac magis
aduentus ſaluatoris appropinquabat, Sic ſemper ma-
gis & magis affectus ſalutis accreſceret, & cognitio ve
ritatis. Erant hoc tempore decimæ in figuram futurę
redemptionis, ſignificabant enim futurum redēpto-
rem, cuius perfectio noſtrum imperfectum ſine cul-
pæ, ſiue pœnæ penitus euacuaret. Quod colligitur ex
prima datione decimarum, quādo. ſ. Abraam patriar-
cha dedit decimas omnium ſacerdoti ſibi uictori oc-
currēti benedicēti Melchiſedech, ſcilicet qui erat ſacer-
dos dei ſummi, ſicut legitur Geneſi. 14. Qui quidem
Melchiſedech expreſsè figurabat Chriſtū, ſicut oſten-
dit apoſtolus ad Hebræ. 7. ubi incipit proſequi iſtā hy-
ſtoriam ad declarandam excellētiam Chriſti & ſacer-
dotij nouæ legis. Sed & erant in ſignum debitæ reco-
gnitionis, ꝙ ſ. deus eſt perfectus nullo indigens: quia
ſecundum philoſophum. perfectum eſt. quod nullo
indiget, ex ſe maxime quod eſt perfectum vniuerſali-
ter. qualis perfectio cōuenit deo, ſic ut dicit idē Hug
eo li. parte. 3. cap. 18 & Aug. ſuper gen. 8. c. Ille, inquit,
noſtra ſeruitute non indiget: nos uerò donatione ſua
indigemus, ut operetur, & cuſtodiat nos. nam ſi no-
bis indigeret, eo ipſo non uerus dominus eſſet, eū per
nos eius adiuuaretur neceſsitas. ſub qua & ipſe ſerui-
ret. Ideo decima in hoc, ꝙ eſt ſignū dictæ pfectionis,
eſt ſignū dominij uniuerſalis. Igitur pfectus eſt deus,
& ideo oīm dn̄s propter quod dicuntur dari decimæ
in ſignū uniuerſalis dominij. ſ. e. tua nobis §. 1. uer. ni-
mis pfectò. Significatur igitur perfectio diuina per de
cimā: quia denarius numerus eſt perfectus, unde idē
Hug. in eo. ca 8. Denarius, inquit, quoniam perfectus
numerus, eſt ſignū bonitatis, & uirtutis, quæ deo attri
buitur, & in homine à deo eſſe cognoſcitur. Noue-
narius autem quia minus à perfecto habet, & uitium
corruptionem ſignificat, quod merito homini depu
tatur, propterea ergo homo decimā dare deo, & no-
uem ſibi retinere præcipitur, ut quod bonū eſt in ſe,
à deo, & quod uerò malum eſt, à ſe habere confiteat:
& hoc idem tangit Aug. 16. qu. 1. decimæ. Sic ergo de
cimæ tempore legis naturæ operabantur. primò quia
erant in remedium culpæ originalis, quæ uacuatur p
ſacrm efficaciæ plenioris. ſicut & circūciſio p baptiſ-
mum, ut infra de bap. maiores. §. ad hoc autem, uerſi.
fi. & §. caute tamen. Secundo quia erant in figuram fu
turæ redemptionis, & hoc euacuatum eſt per exhibi-
tionem promiſſæ ueritatis. ut patet in eo, quod leg. &
no. infra de celeb. miſ. cum Marthæ. uer. cæterum. & §.
ex eo autem. Tertio quia erant in ſignum debitæ re-
cognitionis, ſeu dominii uniuerſalis, & quia hoc ter-
tium uidetur includere quid morale, quod eſt de ra-
tionis dictatione, recognoſcere, ſcilicet uniuerſalita-
tem dominii domini. & per diuinam inſpirationem,
& per proprietatis, ipſius decimæ conſiderationem ra
tio aducta dictat, quòd iſta recognitio conuenientiſ-
ſimè ſit per decimę partis ſeparationem. & dationem.
Ideo ratione huius tam debiti & tam conuenientiſsi-
mi ſigni decimæ manent & reſpiciunt omne tempus
ſiue naturæ, ſiue legis, ſiue gratiæ; propter quod huic
tanquam fundamento & immobili innititur auctori
tas eccleſiaſtica, infra eo. tua nobis. §. 1. uer. nimis pro-
fectò, & c. cum non ſit in homine. §. 1. quod eſt conci-
lium generale. & 16. q. 1. decimæ, ubi dicit Augu. non
igitur dominus Deus præmium poſtulat, ſed hono-
rem.

5 rem. Quattuor † autem modis conſiderantur deci-
mæ in Sacra ſcriptura. ¶ Primò enim conſiderantur
decimæ, ſecundum quod fuerunt de numero ſacra-
mentorum. de quo iam ſatis tactum eſt. ¶ Secundo
tempore legis ſcriptæ conſiderabantur uno modo,
ſecundum quod includebantur in ritu ſacrificiorũ, ſi
cut habetur Numeri 15 & 27. & 29. per totum, & illa
ſacrificia cærimonialia erant, & umbræ & figuræ fu-
turorum: certum eſt, quòd decimæ hoc modo con-
ſideratæ penitus euacuatæ ſunt, ſicut & cætera cæ-
rimonialia, ut patet in eo, quod le. & no. infra de pu-
rificatione poſt partum. c. 2. ¶ Tertio conſideraban-
tur eodem tempore, prout pertinet ad propriam cõ-
ſolationem, ſicut habetur Deutero. 14. decimam par
tem ſeparabis de cũctis fructibus tuis, qui naſcuntur
in terra, per annos ſingulos, & comedes in conſpe-
ctu domini Dei tui in loco, quem elegerit, ut in eo
nomen illius inuocetur, quod eſt tertium genus de-
cimarum, ut patet ſupra eo. c. 1. uer. erant quoque, &
infra c. glo. ſub §. 1. uer. tertium. Et quia in hoc con-
deſcẽdebat lex populo illi carnali & rudi & duræ cer-
uicis, ut ſaltem per carnalem conſolationem, & tem-
poralem promiſſionem poſſet ab idolatria reuoca-
ri: quia etiam determinatum locum includit tem-
plum illud, uidelicet, quod omnino fuit figurale. id-
eo iſtud tanquàm imperfectum & cærimoniale per
euãgelicam perfectionem & ueritatis exhibitionem
euacuatum eſt. ¶ Quartò conſiderabantur, ſecũdum
quod pertinebant ad debitam ſubuentionem; & de
his inueniuntur tria genera? Vnde uidẽdum eſt, quot
6 ſint † genera decimarum, & quidẽ tempore legis ſcri-
ptæ fuerũt. 4. genera. primum illud, quod populus da-
bat leuitis: ſecundum illud, quod leuitæ dabant ſacer-
dotibus. tertium, quod unuſquiſque ſeparabat in ſuis
horreis ad comedendum in templo. quartum, quod
pauperibus erogabant, ſicut patet, ſup. eo. c. 1. reſpon.
1. Genus tertium dabatur in conſolationem. Tria ue-
rò genera, quæ remanent, dabantur ad ſubuentionẽ,
ſiue prouiſionẽ. De primo, quod dabatur leuitis, ha-
bet in leui. Omnes decimę terrę ſiue de frugibus &c.
& Numeri. 18. filiis Leui dedi omnes decimas Iſrael,
&c. Malach. 3. inferte omnem decimam &c. & in aliis
multis auctoritatibus no. ſupra eo. in ipſo. capitulo. 1.
Adueniente autem tempore gratiæ conſiderauit ec-
cleſia. quid in hac materia eligendum eſſet, & ſtatuen
dum: & attendens ſignum uniuerſalis dominii, quod
quaſi fundamentum poſuit, ut no. ſupra eo. gl. ſub. §.
& cuius efficaciæ, uer. ii. ideo, & ꝙ in ueteri teſtmento
deus primũ genus decimarũ ſibi retinuit, & populo,
ipſas decimas daret leuitis præcepit, & quod ratio na-
turalis dictabat, ut qui domino pro populo miniſtra-
bant, debebant à populo ſuſtentari, & ſic erat debitũ
quoddam morale, nec conuenientius pro iſta ſuſten-
tatione aliam portionem, quàm illam, quæ propria
domini erat, debuit eccleſiæ ſuæ aſſignare, ſtatuit &
& præcepit, ꝙ populus decimas daret, & redderet ec-
cleſiis, & clericis, ſicut patet in hoc ti. & 16. q. 1. §. deci-
mas, & ca. ſequentibus. Sed & quia laici proni ſunt ad
detrahendum ſtatutis eccleſiaſticis, & ipſi imperato-
res, quorum tamen legibus ipſi laici aſtringuntur. C.
de legibus, leges, ad ipſorum laicorum ora obſtruen-
da, hoc receperunt & approbauerunt: præceptum
ꝙ diſtringerentur ad ſolutionem huiuſmodi facien-
dam, ut in Lombarda, de decimis, per totum, li. 6. quæ
ſunt leges Caroli, Lotharij, & Ludouici imperatorũ,
& ſic fuit iſtud debitum, ſiue præceptum iudiciale ſe-
cũdùm æquitatem. Quamuis igitur ſit tranſlatum ſa-
cerdotium quantum ad ritum colendi: tamen quia in ſa
cerdotio nouæ legis manet onus miniſterij, propter
quod eſt uerè & propriè communicatio bonorũ, &
ſpiritualium propter excellentiam ſacramẽtorũ, quæ
efficiunt, quod figurant, & continent, quod ſignificãt
ſaltem quãtum ad ſubſtantiã præcepti remanet iſtud
debitum ut morale, uel quaſi, in corde enim cuiuſli-
bet ſcriptum eſt, ut communicanti & ſeminanti ſpiri-
tualia communicentur, & miniſtrentur temporalia:
firmatur nihilominus ut iudicale quãtum ad formã,
hoc eſt quantum ad taxationem & determinationẽ
decimæ partis, & quantum ad illas eccleſias, quibus
ex debito eſt reddendũ. Quinimò & ſi dicamus, quòd
hoc præceptum maximè quantum ad ſolutionẽ de-
terminatæ partis non ſit morale naturæ, uel quaſi: ad
minus eſt morale diſciplinæ, hoc eſt legis, per quã ha-
bet uita humana regi obediendo inſtitutioni diuinæ
& humanę, ſupra de iura. calum c. 2. §. præterea. ſupra
de conſti. capitulo primo. Eſt ergo morale diſciplinæ:
quia legis ſcriptæ humanæ ac canonicæ, ut eſt dictũ,
& quod plus eſt, euangelicæ. Matthæ. 24. & Lucæ. 11.
ubi dicit: hoc oportuit facere, & illa non omittere: &
in hoc etiam concordant ſancti, ſiue quattuor doctò
res eccleſiæ principales, ut plenè no. in ſum. eo. ti. §. fi.
ſub. §. 7. uer. per prædictas auctoritates. Patet igitur, ꝙ
decima eſt in præcepto: & ꝙ hoc pręceptũ poteſt di-
ci morale naturæ uel quaſi. ſiue morale diſciplinę, ſi-
ue iudiciale ſecũdum ęquitatem. Sed ſiue ſic, ſiue ſic,
7 hoc certum eſt de iure † decimarũ, ꝙ ab eccleſia de-
pendet, & ad ipſam pertinet, nec cadit in laicum: tum
quia ius ſacerdotum eſt. 16. q. 7. decimas: tum quia ius
diuinum eſt. 16. q. 1. cap. fin. tum quia ſanctuarium dei
eſt, ſupra c. ad huc: tum quia nec à laico poſſideri põt
ſupra de pręſcrip. cauſam quę. in fi. ſupra eo. prohibe-
mus, & c. quamuis: fructus etiam exinde prouenien-
tes ſunt clericis exhibendi, infra eo. tua nobis. horum
omnium ſummus pontifex interpretator eſt mode-
rator, & arbiter, ſicut & aliorum iurium eccleſiaſtico
rum, & etiam quoruncunque dubiorum, quę occur-
rere poſſunt, ut patet in eo, qđ legit. & no. ſupra de trã
ſla. epiſcopi. ca. 1. in prin. & infra qui fi. ſint legi. per ue-
nerabilem. §. rationibus. potuit ergo de iure pręcipe-
re ꝙ decima ſolueretur, & pars decimę, ſicut ſonat, ut
ſupra eo. non eſt in poteſtate, in fi. & c. cum homines:
& exprimere de quibus ſit ſoluẽda, ſupra c. peruenit,
& in quibus. ſupra eo. quoniam. Vnde, ne remaneret
confuſa ſolutio, & ne dicerent aliqui, nobis magis de-
betur, quàm aliis tum ratione paupertatis, tum ratio-
ne uitę perfectioris, ſtatuit & determinauit, ꝙ limita-
tio parochiarum in ſolutione huiuſmodi attẽdatur,
ſupra de his, quę fi. à pręl. paſtoralis, de ſepul. c. 1. §. ſiet,
infra eo. tua nobis. §. fi. & per totum, & cõſuetudo in-
ter eccleſias approbata, ſupra e. ad apoſtolicę. & c. cũ
ſint, & ꝙ ſuper his poſſit compo ni, ſupra eo. ex multi-
plici, & de tranſla. ca. 2. Poteſt etiam quos vult eximere
in totum, uel in parte, ut ſupra eod. ex parte & c.
ſuggeſtum, & de his alterius ſupra, cere, prout placet: dũ
modo, ut dictum eſt, in totum ius non tollat, ut
patet in eo, quod le. & no. in ſum. de reſcrip. tis. § & ſu-
per quibus, ſub. §. poteſt autem quis impetrare: quia
non ſunt talia contra idem, & ideo ei in omnibus his
eſt parendũ, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra de cõ-
8 ceſ. pręben. propoſuit. § fi. ¶ Quicunque igitur † cano-
nicè monitus non ſoluit integraliter decimam, nega-
ri nõ poteſt, quin mortaliter peccet: quia tranſgreſſor
diuinę & humanę legis. nec non & iudici contumax
reperitur. unde & excommunicari poteſt, ſupra e. ex
parte canonicorum, in fi. & c. peruenit: & hoc appro-
bat Ludouicus imperator, inhibens, ne prętextu ince
ſtus clericorum retineatur, ſed inceſtuoſi ſecundum
canones penitentiam agant, Qui verò decimam poſt
tertiam admonitionem, & prędicationem ſacerdotũ
dare neglexerit, excommunicetur, ut in Lombarda
de

ne decimis.l.fi. Et per hoc dicunt quidam ꝙ in regiodibus illis, in quibus de more non ſoluitur decima, nec prędicatur. nec exigitur, non peccant mortaliter homines non ſoluẽdo, quaſi Romana eccleſia videatur in his ſaltem quo ad præterita diſpenſare, ne tantã multitudinem contingat ex cauſa damnari. arg. inf. e. in aliquibus. reſpon. 1. & in eo, quod le. & no. infra de cogna. ſpũ. ſuper eo. Sed ſi poſt prædicationẽ, & monitionem ipſam retineant, mortaliter peccant, arg. in eo, quod le. & no. infra de conſe. ecc. aqua, & de clerico excom. miniſtrã. ſi celebrat. §. 1. & ſup. ne præ. c. pe. §. 1. Alij uerò dicunt, ꝙ cum ad ſolutionem decimarum quilibet facto, vel ex precepto ſit obligatus, ſemper peccat non ſoluens, arg. ſupra c. ex tranſmiſſa, & c. cum homines, Exo. 22. Decimas, & primitias tuas nõ tardabis offerre, & in eo, quod le. & no. ſupra de treu. & pa. c. 1. reſpõ. 1. in fi. & ſemper eſt in mora, ſicut fur. ff. de condi. fur. l. ult. in fi. Et hæc opinio uidetur ſecũdum rigorẽ iuris præferenda: prima tamen benignor & æquior eſt, & ideo ad uitandum animarum periculum expreſsè per conſtitutionem ſedis apoſtolicę approbanda ar. in eo quod le. & no. ſupra de tranſac. c. fi. & de ap. oblatæ. §. penul. ¶ Illud autem pro † certo teneas, ꝙ quantuncunque clerici delinquant, uel decimis abutantur, nunquam tamen de hoc habent laici diſputare, uel iudicare, nec debent propter hoc decimas retinere, ut infra eod. tua nobis §. 1. uer. fi. unde Aug. ſuper Gen. 8. c. dominus, inquit, cur iuſſerit, uiderit, faciendum eſt autẽ à ſeruiente quod iuſsit Nec excuſat conſuetudò laicos, nec præſcriptio aliqua, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra de conſue. ca. fi. ſupra de præſcrip. c. fi. niſi ſit per ſedem apoſtolicam approbata, & ſic poteſt intelligi, infra eo. in aliquibus, in fi. Nec ob. ꝙ ſupra e. glo. ſub. §. tria tempora, uer. primũ; quia dici poteſt, ꝙ illud intelligit de decima, quę erat pauperibus eroganda, vt patet, infra e. glo. ſub. §. circa quartum. poſt prin. in fi. uer. ergo in ſum. uel ſi intelligas illud de primo genere, dic, ꝙ Hug. nõ intendit excludere obligationem præcepti, ſed potius oſtendere interiorem motum animi, quoniã ex charitate, & ſic libero ſpiritu debet implere hoc ꝑceptũ uerus Chriſtianus, quod ex timore ſeruili implebat Iudæus, ar. infra de reg. iur. qui ex timore, & infra de regularibus, licet, in fi. Quod ſi Hug. per illa uerba præceptũ de decimis intendit excludere, magis ſtandum eſt expreſsis uerbis ſanctorum Greg. Ambro. Aug. Hiero. & ſummorum pontificum, quàm dicto ipſius, uel magiſtri alterius cuiuſque, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra de conſti. ca. 1. & c. ne innitaris. De ſecundo etiam genere dic, ut le. & no. infra eo. cap. 2. tertium uerò euacuatum eſt, ut no. ſupra eo. ſub. §. quattuor, uer. tertiò. Circa quartum autem, quod erat pauperibus erogandũ, conſiderauit eccleſia, ꝙ & ſi de ipſo expreſsè oneraret laicos, immineret eis periculum, ꝙ nec unũ tãtum ſoluere uolunt. Conſiderauit etiam, ꝙ in illa decima, ſicut dicunt doctores legis, imperfectio notabatur, quam imperfectionem euacuauit Chriſtus, & eis prouidit plenius, quando dixit Luc. 6. omni petenti tribue, & 11. quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia mũda ſunt uobis, in quo oſtendit, ꝙ voluit verum Chriſtianum eſſe liberaliſsimũ ad pauperes, in quibus teſtificatur ſe recipi, & repelli, Matth. 25. Io. & Aug. dicit, ꝙ ſoluta decima, ſ. primi generis, de. 9. partibus, quæ remanent, eleemoſyna fiat. 16. quæſtio. pri. decimæ: & de hoc genere poteſt intelligi, quod dicit Hug. ut no. ſupra eo. glo. ſub. §. proxi. in prin. Nihilominus tamen & in primo genere decimarũ hoc quartum genus induxit eccleſia, & plenius prouidit eccleſia pauperibus. unde & ſtatuit, ꝙ nedum decima, quinimo & omnes oblationes, & reditus eccleſiaſtici di-

d uidantur in quattuor [d] partes, quarum unam pauperibus aſsignauit. 12. q. 2. nobis, & c. qui & humanis. & c. ſeq. Quod & ſecutus eſt Carolus imperator in Lõbarda, de decimis l. an decima populi. Et licet hęc ſancta ordinatio ſit in pluribus eccleſijs uſurpata, nihilominus tamen pro laicis remanebunt clerici pauperibus obligati, ut patet. 42. di. §. 1. per totum. 47. di. hi. 86. diſtin. non ſatis. 12. q. 2. aurum. & c. gloria epiſcopi. 16. q. 1. cap. fina. Aug. ad Bonifacium comitem. Dum priuatim, inquit, quæ nobis ſufficiant, poſsidemus, non ſunt illa noſtra, ſed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis uſurpatione dãnabili uendicamus 12. quęſtio. pri. cap. fi. & ſi de proprio patrimonio ſufficienter uiuere poſſumus, illa. ſ. bona eccleſiarum, de quibus præmi-
e ſerat, non ſunt noſtra, [e] & idem dicitur 1. qu. 2. paſtor. Bona ergo eccleſiarum nulli appropriantur, unde & epiſcopus procurator cenſetur, non dominus, ſupra de dona. c. 2. in prin. qui & habet omnibus indigentibus prouidere. 93. diſt. diaconi. 12. q. 1. epiſcopus, & c. præcipimus. Ideo uerè loquendo non poteſt dici, ꝙ clerici poſſeſsiones habeant, ſicut aliæ tribus, qđ dic ut no. ſupra ca. in ipſa. 1. reſpon. Ergo in ſumma, ut ex prædictis poteſt colligi, primum genus decimæ omnino ſtat in precepto, licet limitatum. Secundum etiã remanet, ſed declaratum. Tertium autem tanquam cœrimoniale eſt ex toto euacuatum. Quartum uerò liberũ relinquitur, ſed perfectius informatum, & de hoc poteſt intelligi dictũ Hug. ut not. ſupra eo. gl. ſub. §. prox. in prin. hoc teneas ſecundum Hoſt. cuius hęc. G. per quã dicit ſupplendũ, quod no. in ſum. eo. ti. § & utrum, ſub. §. 7. ubi copioſè materia diſputatur. ¶ [*in glo. ult. in fine*] vel niſi ſuper hoc facta eſſet compoſitio, quæ præſcripta eſſet, ſecundum Hoſti. qui tenuit in, de tranſactio, capitulo 2. & ſupra eo. cum homines.

ANNOTATIONES.

a ¶ Alio morali. Vide ad materiam iſtam plenè per Goffr. in ſumma de reſcrip. & per Bal. in l. omnes, C. ſi cõtra ius, uel uti. publicam. & facit quod no. Io. An. de conſti. quæ in eccleſiarũ, ſuper glo. pri.

b ¶ Incurreret. Illæ ergo decimæ, quas Abel ſoluebat, erant uoluntariæ, non neceſſario indictæ.

c ¶ Perfectus. Vide in proœmio lib. 6. in glo. ſuper 5. per fraudem.

d ¶ Quatuor. Hæc diuiſio locum habet ſolum in minoribus eccleſijs, ut no. Io. An. ſupra ea. quæſtio. ſuper uerbo, facies.

e ¶ Noſtra. An hoc ſit uerum, uide glo. fina. & ſuper illa Ioan. An. in capitulo epiſcopus, ſupra de præben.

SVMMARIVM.

1 *Decimas remittere non poteſt imperator, & nu 3. 4.*
Decimę noualium non accreſcunt laico habens ab antiquo decimas in feudum, uel ex alia cauſa, & qua nu. 4.

2 *Specialia in multis magis proſunt, quàm generalia, fallit tamen in fundo dotali, & iure patronatus.*

3 *Imperatori, uel laico leges quæ dant circa hic expreſſa poteſtatem, corriguntur.*

4 *Imperator quæ poteſt concedere imperiali lege, poteſt & remittere.*
Decimationem facere non poteſt inferior pontifice.
De noualibus decimam non ſoluere priuilegium, & quod nõ excuſat, & num. 1.

5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 6. 7.*

CAPVT XXV.

1 TVa, & infra. Caſus. In genere vel in ſpecie imperator decimas remittere non poteſt: & decimæ noualium non accreſcunt laico, qui ab antiquo decimas in feudum habuit. ſecũda ibi, Nec occaſione.

dit in laicum, de hoc remittit Hoſtiẽ. ſupra eo. à nobis
5 [*Cogendi*] & procedi poteſt † ſimpliciter, & de plano
abſque iudiciorum ſtrepitu, & figura, ut in concilio
Vien. de iudi. diſpendioſam [*Et cum de cunctis*] ſupra re-
ſpondet ſecundæ machinationi [*Fructuum*] nunquid
colonus ſundi partiarius debeat habere partem arbo
rum, vel ipſarum fructuum. no. ſatis in ſpecu. de loca.
§. 1. ad finem: de colono uerò, qui plantauit arbores,
no. ff. de ſerui. ruſti. prędio. l certo generi, in principio
6 [*Propter † domini*] uel eius, qui habeatur loco domini.
16. quæſtio. 1. c. 1. ſi. ſupra de his, quę ſi. à præla. cũ apo-
ſtolica, propriè enim clerici non ſunt domni rerũ ec-
cleſiaſticarum, de dona. capitulo ſecundo, Hoſt. [*Quo-
niam igitur*] generalis concluſio ad prædicta [*Diœceſis*]
ciuitatẽ includit, & ſic ſumitur pro parochia, uel epi-
ſcopatu: ſic de officio ordi. capitulo primo. Hoſ. [*Ap-*
7 *pellatione † remota*] hoc uerum ſecundum Hoſti. quan-
do laicus appellat ſolam præſcriptionem, vel conſue-
tudinem prætendens. Secus, ſi proponeret ſufficientẽ
exceptionem, puta priuilegium, vel compoſitionẽ;
ut patet ex notatis ſupra eo. à nobis, de appella. ut de-
bitus. Item ſecus, cum eccleſiæ ſuper hoc litigant, ſu-
8 pra de exceptio. dilectæ. ¶ Prima † gl. ponit duas diffe-
rentias inter decimas, & tributa: ſecundò quærit, po-
nit tres opiniones, mediam approbat, & ſoluit obſta-
culum. ¶ [*In glo. hoc intellige*] quærit, dubium aperit, &
ſoluit. ¶ [*Glo. hoc ideò*] quærit, arguit, negatiuè ſoluit cõ-
9 trarium. ¶ [*In † glo. 1. ibi l. 3.*] hanc & ſequen. uide de pe-
culio clericorum, inquirendũ, ſuper gl. 2. [*& ibi l. una*]
& uide de ſepul. cum liberum, in gloſſ. 2. ¶ [*In glo. 2. ibi,
eos*] moderator ꝓuincię mulctat in duabus unciis tan
tum, proconſul in ſex. ¶ [*In glo. hoc intellige, ibi, hactenus*]
uide de fide inſtru. G. perpetuus, in prima glo. [*& ibi,
inter debitorem*] uide in præce. decre. plerique, in prima
glo. ¶ [*In glo. antepe. ibi, non eſt nouum*] uide de iure patro.
cura, ſuper ulti. glo. ¶ [*In glo. prima ibi, bene admittitur*] tex.
hic in fine contra. dic ut ibi dixi [*& ibi, ad aures*] intel-
10 lige † ſanè, quod hic de præſcriptione dicitur, ſcilicet
in caſibus iſtorum iurium: quia laici, uel hi, qui prin-
cipales debent, decimas non præſcribunt, ut no. infra
eo. in aliquibus, in ult. glo. Item dici poſſunt tributa:
quia ſicut in eis compenſatio non admittitur, ſic nec
in decimis, C. de compenſa. in ea. 16. q. 7. omnes deci-
mę: quod intellige, vt no. de rebus eccle. non alienan.
ut ſuper, & de rerum permuta. capit. vltimo. Item ſe-
quuntur poſſeſſorem ut tributa, vt infra no. in gl. hoc
11 intellige [*& ibi, Confeſſoria*] de † confeſſoria, & negato-
ria, ſupra de iudi. examinata [*& ibi, rei uendicatione*] hoc
placet Da. hoc titu. quæſtio. 2. per. l. 3. §. fi. ff. de rei uen-
dica. vbi vendicatur pars rerum cõmixtarum, & con-
fuſarũ [*& ibi, Moderamine*] ubi plene de hoc dixit Hoſt.
hæc in ſubtilitate potius, quàm in utilitate conſiſtũt:
quia non habemus neceſſe proponere actionem, de
iudi. dilecti: poſſet tamen dici ſecundum eum, ꝙ con-
feſſoria agitur inter duas eccleſias, quarum utraque
dicit ſe ius habere: uel cum colonus negat ſe teneri,
rei uendicatio. cum eſt ſegregata, uel ſaltem fructus à
fundo ſeparati: fructibus uerò pendentibus, condi-
ctio ex lege diuina per ius canonicũ declarata. Si ue-
rò agat extranea eccleſia, condictio. ex lege conſuetu
dinaria per ius canonicum approbata [*& in fine*] ſecũ-
dum Io. Tan. Goff. idem Ala. ſupra eo. quoniã, & Vin-
cen. ſupra eo. prohibemus. iſtud autem argumẽ. legis
ultimò allegatum intelliges per notata, ſup. de ſepul.
cum liberum, in glo. ſecunda. ¶ [*In glo. 2. in fine*] ad hoc
infra de hæreticis, uergentis. ¶ [*In glo. hoc intellige, ibi bona
fides*] & eo. titu. bona fides, lib. 6. [*& ibi, Prædiorum*] hoc
12 † uerum, ſi loquatur de domino prædij, qui habet il-
los corbes ex fructu prædij ſui. Sed ſi intelligas in do-
mino tributorum, uel cenſuum, non domino prędij,
poſſet habere locum, quod dixit Vincen. infra c. cum
non ſit. Quòd ſi eſt priuata perſona, ſoluat, ubi habet
domicilium. Si rex, ubi habet ſedem regalem. C. de ſe
nato. l. 2. parochiali enim eccleſiæ prædij nil abeſt. un-
de etiam dicebat ibi Innocen. ꝙ ubi penſio nõ datur
ratione dominij, uel uſusfructus terræ, ſed pro aliquo
ſeruitio, uel cuſtodia, uel defenſione dantis uel ſimili
cauſa, tunc quantumcunque decimatus ſit aceruus,
danda eſt decima de tali penſione, ſicut de militia, &
uenatione, ſupra eo. nõ eſt. Si verò gratis daretur pen-
ſio ſine ullo ſeruitio, uel cauſa, tunc ſi illa pẽſio prius
ſit decimata, non uidetur, ꝙ iterum à donatario de-
beat decimari, ſecundùm Inno. Hoc uerum de eccle-
ſia prædiali: ſed decimandum eſt parochiali, ut dixi,
ſupra eo. cum ſint homines. Dixit autem Inno. hanc
eſſe rationẽ, quare colonus partiarius decimato acer
uo non tenetur poſtea partem ſuam decimare: quia
colonus ius habet in fructibus: ſecus in colono mer-
cenario, ſiue ſit merces in pecunia, ſiue in rebus aliis
etiam decimatis: dicit tamen, ꝙ aliqui contrà, cũ mer
ces hic ſuccedat loco fructuum, quos colonus perci-
pere deberet: unde debet eodem iure cenſeri, de cen-
ſi. olim cauſam, ut lit. pen. eccleſia, infra in fi. Sed dicit
Ipſe hanc ſucceſsionem nec conſue. introductam, qđ
ſi eſſet, tolerari poſſet, quod dicunt. Et ſi quæris, qua-
re ſit in hoc melioris cõditionis partiarius, quàm pẽ-
ſionarius, reſpondet Inno. ibi: quia partiarius exponit
operas ſuas miſericordiæ dei, & fortunæ, ſed mercena
rius ſemper eſt in tuto & certo [*& ibi, æquius*] & iuſtius
ſecundum Hoſtiẽ qui etiam hic no quod dixi ſecun-
13 dum eũ, ſupra e. cum ſint. ¶ [*In gl. hoc ideò, ibi, danda † ſunt
illi*] idem Goff. Phi. Vincen. ſed Hoſt. contra, ne uidea-
tur in ſuo peccato nutriri, argumẽ. 5. quæſtio. 6. ſi om
nis, ſi ibi, vtilius eſurienti &c. tamen parochianus, ne
ipſas ſibi tunc lucri faciat. de auctoritate diœceſani in
utilitatem eccleſiæ illas conuertat, argu. infra de Iu-
dæ. cum ſit, ſupra de ſucceſ. ab inteſta. cap. ultimo, de
offi. ordi. cũ uos nec ob. quod dicitur de Iudeo: quia
licet ipſe non audiat officium, tamẽ is, cui præſtat de-
cimas, ipſum facit: unde propter illius indeuotionem
non amittet ius ſuum, & id dixit de notorio fornica-
tore. ¶ [*In glo. eccleſiaſtica, in fine*] de hoc plenius, infra de
reg. iur. nemo poteſt plus, lib. 6. ¶ [*In glo. ultima, ibi, bannu-*
14 *tum*] vt ſcilicet † iniungatur ſub pęna pecuniaria, ꝙ in-
tra certum diem ſoluat, tale enim bannum, uel pęnã
exigit eccleſia à rebelle clerico, uel laico. 21. q. 5. ſi qs
cuilibet. nam hoc ſolum bene agitur, & cętera. abſti-
nendum tamen eſt diebus feriatis ab executione hu-
ius banni, ut ibi: ſic intelligit Hugo, & Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *De decimis laborum priuilegium noualia comprehendit.*
Labores pro terris laboratis.
Per priuilegium hic impetratur id, quod cõmuni iure debebatur.
Satis, pro uerè.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 3.*
Plus cui licet, & id quod minus eſt, licet.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPIT XXVII.

1 EX parte. Caſus. Priuilegium de de-
cimis laborũ noualia cõ-
prehendit, & in prima deciſa conſultatio,
in 2. reſpõſio ibi, Cum tibi [*Conceſſum*] per
priuilegium [*De laboribus*] i. de terris laboratis per uos
[*Tuarum*] ratione iuris patronatus, qđ habebat in eis,
ſecundum Innocen. uel legas planè. & ideò forte im-
petrauit priuilegium: quia conſuetudo erat contra-
ria ſecundum Abb. & Pe. uel expone, Ideſt parochia-
norum

norum tuorum [*Integritate*] forte ut nulla pars daret
epiſcopo, Goffre. & ſic per hanc gloſſ. & præcedentes
habes quattuor ſolutiones ad id, quod hic opponit,
quare per priuilegium impetrat iſte id, quod ſibi de
cõmuni iure debebatur [*Satis*] ideſt uerè. nullũ enim
temperamentum hic no. Hoſtien. ¶ Prima † glo. al-
leg. 5. concor. & 4. ad caſum cõuerſum, arguit. allegat
tria iura. ſignat unum contrarium. & ſoluit. ¶ Vlti. gl.
ſignat contrarium, & remittit. ¶ *In † prima glo. ibi, non de-
bet*] ſequitur, cui plus licet, quod minus eſt, non licere
[*& ibi, qui indignus*] hanc & ſequen. uide de torne. capi-
tulo primo, ſuper ultima glo. ¶ *In † glo. prima ibi, Peruer-
ſitas*] & infrà de regulis iuris, cuilibet, libro ſexto.

S V M M A R I V M.

1 *Negotiator de lucro decimam ſoluit deductis expenſis, & quibus & quando, & num. 15.*
Diuiſio decretalis, uerſ. & ſunt.
Antonomaſia in dict. molendinis, & piſcarijs.
Expenſæ quæ in caſu huius decretalis deducantur, & num. 3. & 4. 7. 14. 15. 16. 18. & 19.
2 *De decimata pecunia res empta, non præſtatur decima.*
Decima de re donata, uel alio titulo, quàm uenditionis, alienata an detur, & nu. 17.
Precium pro re datum deducitur, & num. 7.
In decimis prædialibus non fiunt, ſed in perſonalibus deductiones, & quæ ſit ratio, num. 16. §. 1.
Quando ſoluatur utræque.
In agnis, & ſimilibus qui ſoluendi pro decima.
Mediocritas hic inſpicitur.
4 *Merces hic quæ intelligatur, & nu. 19. §. fin.*
5 *De fructibus, & quibus hic ſoluenda decima, non deductis expenſis, & nu. 14. & 19.*
6 *Decimarum onus tranſit etiam præteriti temporis in emptores.*
7 *In earum ſolutione an deductio fiat damni, uel amiſſionis.*
8 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nume. 9. 10.*
Propoſitio dicendorum.
11 *Expenſæ quæ dicantur in re, circa rem, & extra rem, & quando deducantur, nume. 14. 15. 16. 18. & 19. & ſupra, nume. 1. 3. 4. & 7.*
12 *Lucrum in quo conſiſtat.*
13 *Fructuum nomine qui intelligantur, & nu. 18. §. 1.*
Lucri decima perſonalis eſt.
Legis ſi à domino. §. ult. ff. de peti. hæredita. intell.
19 *In reditu quid contineatur. §. 1.*

C A P V T XXVIII.

1 PAſtoralis. Caſus. Negociator † de
lucro decimam ſoluit,
deductis expẽſis, quas fecit de pecunia de-
cimata: expenſas tamen, quas fecit pro ha-
bendis fructibus, non deducit. De fructibus uerò re-
rum decimas ſoluit non deductis expenſis factis pro
fructibus habendis, ſiue pro re reſtaurãda. & ſunt duæ
partes. In prima cõſultatio. In 2. reſpõſio ibi, ad qđ. &
hic ſubdiuiditur. quia primo tractat de expẽſis nego-
ciationis. ſecundò de expenſis, quæ fiunt pro haben-
dis fructibus. tertiò de his, quæ fiunt pro reſtauranda
merce. ſecunda ibi, Expenſas. tertia ibi, Nec pro reſtau
rando [*Molendinis, & piſ.*] ideſt prouentibus molendi-
norum, & piſcariarum, Innocen. [*Neceſſarias*] ſcilicet
pro ſeruitoribus, & mercenarijs molendini, uel piſca-
riæ, uel pro refectione ipſarum ſecundum Inno. [*Ne-
gociatione*] ſcilicet rerum mobilium, quaſi ſit dubium,
an idem ſit in mercationibus rerum immobilium,
quod eſt in mercationibus rerum mobilium, ſecun-
dum Goffre. [*Reſpondemus*] dicit Hoſtien. quod in an.
erat, Sine præiudicio melioris ſententiæ reſpõdemus.
& ſunt ſimilia uerba, de reſtitutio. ſpoliato. litteras. §.
nos autem [*Acquiſitas*] cum non uariatur forma [*Vel*
2 *factas*] cũ forma uariatur [*Decimata*] ſi ergo † non fuiſ-
ſet precium decimatum, totum decimabitur, in ter-
minis, donaſti mihi. 10. de quibus emi merces deci-
ma non ſoluta, quas uendidi pro. 20. licet lucrum cõ-
ſiſtat in 10. tantum tamen de tota ſumma, ſcilicet. 20.
ſoluam decimas, & ſic duo. Si uerò capitale merciũ
fuiſſet decimatum, ſoluerem unum tantùm [*Venduntur*] quia tunc declarãtur, quale & quantum ſit lucrũ,
& ideò tunc tenetur, & non prius, ſecundum Tan. &
Vincen. Si uerò non uenderet, ſed donaret, uel alio
titulo alienaret, aliud eſſet: tunc enim, licet res plus ua
leat, quàm illam emerit, nullam decimam dabit: &
idem, ſi ſibi rem retineat. hoc uerum, ſi pecunia, de
qua res empta, uel facta eſt, fuerit decimata: aliàs ſi-
cut. 10. pars pecuniæ erat eccleſiæ, ſic eius eſſe debe-
ret. 10. pars rei emptæ ad hoc, ſupra de pecu. cleri. cap.
a fina ſecundum Innocen.[a] Hoſtiẽ. & Pe. [*Expenſas*] ſci-
3 licet quæ fiunt † eundo, & redeundo, & quæ dantur
mediatoribus, & ſimilibus non ſolum neceſſariò &
utiliter, ſed etiam uoluptuosè, dummodò non fiat in
fraudem eccleſiarum ſecundũ Inno. & Hoſ. & Pe. de-
ducitur etiam precium pro re datum: hæ deductio-
nes non fiunt in prædialibus, quę etiam ſtatim ſoluũ-
tur perceptis fructibus. pſonales verò licet ſtatim poſt
lucrũ ſolui poſſint, & ſit ſecurius: ſatis eſt tamen ſol-
uere in fine anni propter minutias, arg. de pigno. ex li
teris. 16. q. pri. reuertimini. In agnis uerò, & ſimilibus
nec meliores ſunt exigendi, nec deteriores ſoluendi:
quia indignũ eſt dare deo, quod dedignatur homo.
49. diſtin. c. ulti. 16. quæſtio. 7. omnes decimæ. dabũtur
ergo mediocres ſecundum Inno. & adde, quod dixi,
ſ. eo. cum homines [*Perſoluendas*] eccleſiæ parochiali
4 [*Domus*] hęc & † ſingula, quæ ſequuntur, intelligas de
emptis cauſa mercimonij, quod patet ſecundum Ho-
ſti. dum infra ſequitur, & quælibet merces. & dicit In-
no. & Pe. ꝙ mercem intelligit rem emptam, quæ uen-
ditur, licet ea mente non fuerit empta, ut uendatur,
& dicam, infra ad fin. prima glo. [*Pro fructibus*] hæ ex-
penſę conſiſtunt circa bubulcos, boues, fimum, & ſi-
milia. & eſt is ſenſus ſecundum Inn. ꝙ expenſas factas
in re, ut ſit precioſior, illas deducet, cum uendetur, &
non ante: illas uero, quas fecerit pro fructibus perci-
piendis, non deducet. Idem, ſi rem emptam & poſt de
ſtructam reficiat, tamen ſi eandem rem poſtea uẽdat
& propter meliorationẽ plus percipiat, detrahet me-
5 liorationis expẽſas [*Fructus † prouenient*] ac ſi dicat mer-
camur interdum in his, in quibus fructus non germi-
nat, ut in vaſis cuiuſcũque metali, pipere, libris, & his
ſi. mercamur & in his, de quibus fructus germinat, ut
in prædijs, gregibus, & ſi. & quia interdum ante, quàm
iſta uendãtur, tranſeũt plures anni, & fructus inde per
cipiuntur, dicit de his fructibus ſoluẽdam decimam,
non deductis expenſis [*Decimam*] dandã eccl'iæ prædia-
6 li [*Cum onere*] ſic ergo † agit̃ ꝯ emptorẽ, ut. ſ. ſoluat deci-
mas, ſi agrum emit cũ fructibus pendẽtibus. Sed quę-
rit Hoſt, an prædia alienata tranſeunt in emptores cũ
onere ſoluendi decimas p̃teriti t̃pis nõ ſolutas? quod
vr, argu. hic. & in cõcordãtijs, & expreſſius. ff. de publi.
& vecti. l. imperatores, in auct. de non alie. §. ſcire, & in
fi. & §. ſi uero etiã quiſpiã, coll. 2. & de ali. & emphy. §.
ſi uero quis. aut locator, coll. 9. ſ. eo. cum hoĩes, vbi de
hoc. & dicit plura arg. de hoc inueniri. ſ. de re. eccleſię
nõ alie. ad audientiã [*Ex quibus*] i. ex quarũ fructibus
7 [*De prouentibus*] no. q a l non dicit de lucro, in quo be-
ne habet deductio expenſarum factarũ. & in re. ſ. pre-
cium rei. & in deductione, puta pedagijs, & uecturis,
uel in tuitione, puta ne res pereat, uel deterioretur, &
in reſtauratione, puta cũ poſt ruinã reſtaurat, uel ui-
nea ꝓ parte ſiccata plantatur, uel his ſi. Sed Ho. ꝯ quò
ad iſtas ultimas expenſas, dicẽs ꝙ mercator ſibi & pec

ĉatis ſuis imputare debet caſum fortuitũ perditionis,
uel deteriorationis.16 q.1.reuertimini, in auct.ut nõ
luxu.contra naturam.in prin.coll.5.& in decima fru-
ctuum hoc fateor de plano. vnde ſi emi decem uac-
cas, uel decem torn.uineæ, quarum.5.morte, uel al-
luuione perierint, de nino.uel fructu reliquarum vac
carum integram decimam ſoluã: ſed in lucro. & eius
decima credo haberi debere rationem dãni. hinc eſt,
ꝙ ſi in uacca, uel torn.dedi decem, & ſic centum. nõ
puto, ꝙ aliquid ſoluere debeã pro decima: quia licet
reſpectu illarum quinque lucrer quinquaginta, tamẽ
reſpectu mercis nil lucror. ipſe tamen Hoſti. hic con-
tra. quod poſſet eſſe uerum in diuerſitate merciũ: ſed
in una merce nõ credo. nec ob.hæc litera. quæ loqui-
tur de decima fructuum, ut hic patet. & nimis eſſet ri-
goroſum tenere cõtrariũ. ex quo ſequeretur ꝙ ſi emi
ſimul.1000.corbes grani, uini, uel olei, & pluuia, vel
fractura vaſis, vel ſimili modo centũ perierunt, ſi per-
do de merce, licet lucrer ad rationem corbis, tenerer
ad decimas. bene tamen poſſet ſic ſummi expenſa re-
ſtaurationis, ꝙ uera eſſet opi.Ho. ut ſi emi.100.capita,
quorum.10.perierunt. ego emi. alia.10.ut reſtaurem
numerum centenarium: uel emi.10 torſellos panni,
quorũ duo perierunt. emo alios duos, ut reſtaurẽ nu-
merum tunc. ſi hanc puto potius nouã mercẽ. quàm
reſtaurationẽ antiquæ. nec ob.hæc litera, ut prædixi,
cuius mens eſt, ꝙ in decima, quæ ſoluitur de fructu,
nullius expenſæ reſtaurationis habebitur ratio, quo-
modocunq; ſummã reſtaurationẽ [*Armenti*] uide qđ
no. in cle. eo. tit. religioſi, ſuper uer. gregibus. ¶ Prima
8 † gl. ponit caſum. ¶ [*Glo. hac eſt ratio*] reſpondet per quę-
ſtionem exquirentẽ rõnem, & duplicem reddit. ¶ [*Gl.
ex hoc*] no. de omni, qđ acquiritur gratuito titulo de-
cimã deberi. tenet contrariũ de ſuo hærede. de extra-
neo, uel legatario ponit duas op. & ſecundam appro-
9 bat. in fi. quærit, & ſol. ¶ [*In † glo. 2. ibi, impenſa*] hãc & ſe.
uide de eo, qui mit. c. pe. in ult. gl. & ſuper ipſa. ¶ [*in glo.
no. quòd, ibi, alienatio*] uide in c. ex literis, ſuper ult. gl. ¶ [*In
glo. hoc ſpeciale, ibi. §. ulti.*] uide hanc & ſe. de uſur. c. 1. ſu-
10 per 3. glo. ¶ [*In † glo. 1. ibi, deducenda*] etiã de decima, quæ
ſoluitur de lucro; quod ſatis patet in uer. expenſas ta-
men [*& in fi.*] licet Inn. aliter, & Hoſt. aliter ponãt ca-
ſum, ſatis placet hic caſus gl. ſed ad huius caſus & capi
tuli intellectum eſt uidendum primò, quę ſint expen-
ſæ in re, circa rem, uel extra rem ſecundo quid ſit lu-
crum, & quid fructus, uel reditus. tertiò ueni emus ad
11 capitulum declarandum. Circa † primũ eſt dicendũ,
ꝙ expẽſa in re eſt preciũ rei immobilis, vel mobilis ſe
mouentis, uel nõ mouentis: ut ſi emi domũ, uel agrũ:
equum, vel bouẽ, librum, vel veſtem pro 100. ſunt ex-
penſa in re. Circa rẽ, ut ſi domũ feci reparari, feneſtra-
ri, vel trilliſari, agrũ coli, fouear, vl' impinguari, equũ,
uel bouem paui, uel curaui librũ illuminari, feci cor-
rigi, uel ligari: ueſtẽ feci tingi, uel fullonicari, & his ſi-
milia. Extra rẽ, quando ſalarium proxenetis dedi, ve-
cturas, pedagia, & gabellas ſolui, & his ſimilia. & iſtæ
dicuntur expenſæ, quæ fiunt circa rẽ & extra rem pro
habendis fructibus tñ, de quibus dicam. j. Hæc om-
nia in larga locutione poſſunt dici expenſæ in re, uel
circa rem. & de his in alia materia ſ. à quo poſſeſſore
a recuperentur, in ſpe. de expẽ. in princi. ᵃ ¶ Circa ſecũ-
12 dum † eſt ſciendũ, ꝙ lucrũ propriè conſiſtit in nego-
tione, ut ſi librũ, equũ, vel mercẽ emo. 10. & uendo ꝓ
15. Itẽ in quaſi negociatione, vt cũ mihi ſoluis ſalariũ
aduocationis, uel doctrinæ. Item extra oẽm negocia-
tionẽ, ut cũ mihi donas. 100. Idẽ poſſet dici in theſau-
ro inuẽto quò ad inuentorẽ eo caſu, quo totũ habet,
uel partem, vt inſti. de rerum diui. §. theſauros, & §. ſe.
13 Fructus † regulariter eſt, qui germinat, vt granũ, uinũ,
piſcis, fętus, & ſi. partus tamen ancillæ quo ad vſufru-
ctuarium non continetur in fructu. ff. de uſufru. In pe
cudũ. inſti. de rerũ diui. §. in pecudum. & largè in fru-
ctu continentur etiã uecturæ, & pẽſiones. puto tamẽ
diſtinguendũ in fructu, qui germinat, & reditum. qui
nõ germinat, ut. j. dicã. In alia verò materia diſtingue-
tur inter fructus naturales, & induſtriales, de quo no.
ſ. de teſti. ſpo. grauis. & in ſpe. de fructibus. in prin. Itẽ
in alia materia fructus dicitur deductis expenſis: hic
ſecus. quæ ſit ratio, dicã ſuper glo. hoc ſpeciale. ¶ His
præmiſsis ueniẽdo ad tertiũ eſt ſciendũ de hoc dubi-
14 tari, an † expenſæ, quæ fiunt extra rem in molẽdino,
& piſcaria ſint deducẽdæ, cum ſolueretur decima de
fructibus, uel de lucro. & ſunt in hoc caſu expenſę ex-
tra rem, quæ fiunt pro iumentis, mercenarijs, retibus,
uel ſimilibus. Sol. planum eſt iſtas expenſas, quæ fiunt
extra rem, non dico pro re habenda, ut ſupra ſed pro
habendis fructibus, nõ deduci de decima, quæ ſolui-
c tur de lucro. ᶜ In illa tamen bene deducũtur expenſæ,
quę fiunt circa rẽ, & extra rẽ pro re habenda, vt ſupra.
In decima uerò, quæ ſoluitur de fructibus, fuit opi. &
plus placet Inno. & Hoſti. ꝙ in illa tales expenſæ extra
rem non deducantur: multo minus factæ circa rem,
ut in refectione. & hoc ſiue dominus molendini ha-
beat illud ad uſum, uel ad patrimonium, ſiue ad mer-
cem. Fatentur ipſi alios tenere contrarium, qui dicũt,
ꝙ inferioris literę mens eſt hęc, ꝙ de lucro, & eius de-
cima non deducatur talis expenſa, quæ eſt extra rem,
uel circa pro habendis fructibus. Ipſis tamen Inno. &
Hoſt. uidetur, ꝙ licet hæc opinio ſit æquior, prima ſit
uerior per literam ſequentem. Mihi æquũ uideretur
diſtingui inter fructus, qui germinant, & illos, qui nõ
germinant, vt in primis nulla fiat deductio expenſarũ
etiam extra rem: in ſecundis ſic. Motiuum huiuſmo-
di: quia cõſtat, ꝙ in primis plus, quàm in ſecũdis ope-
ratur manus dei. & ſi dicis etiam in molendino, licet
non germinet, operatur manus dei per potẽtiã aquæ,
vel uenti, quo mola ducitur. Reſpondeo, ꝙ ſecũdum
hoc etiã in negociatione uecturę nauis, & ſimiles ex-
penſæ non deberent deduci, cum potentia dei per aquã
nauis ducatur. nõ video, quare aliud dicatur in mola,
quàm in naui, & quare aliud in ſalario molendinorũ;
quàm nautarũ. In piſcarijs uero, ubi piſcis naſcitur,
& in grege ſit uera prædiorum opinio. per quæ uide-
tur, ꝙ ſi pro penſione domus, uel libri habeo. 10. ſed
unum dedi proxenetæ, ꝙ illam expenſam extra rẽ de-
trahære poſſum, & ſolum de. 9. decimas ſoluam. ¶ Se-
15 cũdo quæritur, an † in hac materia deductionis faciẽ-
dæ ſit aliquid ſpeciale in negociatore? Dicũt quidam
ꝙ ſic: quia ipſi deducunt expenſas ante ſolutionẽ de-
cimarum factas circa rem. alij uerò nec illas, nec alias
deducunt, niſi quando res uenduntur. & ſi quæ ratur
ratio diuerſitatis, reſpondet illam ſumi per decre. ſup.
c. nõ eſt, & c. tua. 2. Cum enim domini ſit terra, & ple-
nitudo eius &c. ut ibi, iniuſtum eſſet tales expẽſas de-
trahi, quas deus in ſignum dominij &c. cum talis de-
tractio non fiat dominis temporalibus, ut ibi. Sed ſi
emo lanã, & facio inde pannũ, uel mercẽ pro centũ,
quã vendo pro. 150. ibi non eſt fructus, ſed lucrũ. & il-
lud ſolũ, quod ſupereſt deductis expenſis, ſed in ele-
mẽtatis fructus, & reditus eſt, quod inde prouenit &
non deductis expenſis. & huic diuiſioni bene cõcor-
dat vulgare, quo cõmuniter dicit, fructus huius mo-
lendini, gregis, uel prædij tãtus eſt. Lucrum huius ne-
gociationis fuit tñ. Si ergo de fructu deduceretur ex
penſa, non ſolueretur integra decima: ſed bene ſolue-
retur integra de lucro, licet deducatur expenſa. de lu-
cro uerò ſoluenda eſt non diſtincto, an empta, uel fa-
cta ſit cauſa mercimonij, uel cauſa uſus proprij ſecũ-
dum Inn. licet quidã contrã, dicentes ꝙ ſi emit cauſa
proprij uſus, non dabit decimam, etiam ſi multũ lu-
cretur,

eretur, ſed huic dicto ſecundum eum contradicit li-
tera, quæ hic dicit de lucro ſoluendam decimam, cũ
res venditur. Fatetur tamen Inn. ꝙ etiam ſi cauſa mer
cimonij quis emat rem, quæ longe plus ualet, quàm
ſit precium quod dedit, ſi tamen ad proprium uſum
illam retineat, non dabit decimam de eo, quod plus
ualet. facit de electio. commiſſa, ad fi. li. 6. Quid ſi quis
emit mercem pro centũ, & de medietate mercis uen-
dita habet illa certum? putat Innoc. ꝙ ſatis ſit huic de
mercibus, quæ remanſerũt, quæ omnes ſunt lucrum,
dare decimam. ſiue res illæ ſint mobiles, ſiue immo-
biles: ſed ſi nolit dare partem de mercibus, quæ remã-
ſerunt, tunc debet dare decimã de precio rerum ven-
ditarum, ut probatur hic, & ſupra c. non eſt. Sed quid
ſi de parte, quam uendidit, non accipit totum preciũ,
puta qui recipit. 90. tantum? tunc idem uidetur ſecũ-
dum Inno. ſcilicet ꝙ facta legitima æſtimatione mer-
cium, quę apud eum remanẽt, ſoluat decimam de lu-
cro rerum uenditarum. Ex prædictis collige, ꝙ inter
negociatorem, & alium non eſt differẽtia: ſed eſt dif-
ferentia inter lucrum, & fructum. & ratio patebit, in-
fra in glo. hæc eſt ratio, & patet ſup. ergo teneas, quod
16 dixi ſummando. ¶ *In glo.* † *2. in fine*] Goff. contra. ſecun-
dum Hoſt. non eſt uis: quia ſiue ad uſum ſiue ad mer-
cem fuerit emptum, in decima fructuum ſic deduce-
tur expenſa in decima lucri, ſicut prædixi. ¶ *In glo. hæc
eſt ratio, in fine*] plus placet Hoſtien. iſta ratio, quàm pri-
ma: quia verũ eſt, ꝙ ſine deo nil poſſumus. Addit aliã,
ne clerici uideantur improbi actores, infra de cẽſi. ex
parte. & ne nimis locupletetur cum aliena iactura. ff.
de condictio. indeb. nam hoc maximè conſiderata na
tura huius decimæ, quam dicit conſuetudinariã. non
pręceptoriam, quia perſonalis. ¶ *In gl. ex hoc, ibi, decimæ*]
17 ubi de † hoc [*& ibi, aly*] Ala. ſcilicet, ſupra c. peruenit.
Ioan. & Vincen. hic dicit Hoſtiẽ. quòd hæc opinio eſt
benignior, æquior, & tenenda, licet prima ſit iuſtior.
& reſpondet ad rationes contrarias dicens, quòd pri-
ma facit pro, ut cum onere decimæ ſoluendæ trãſeat
lucrum terræ. ſecunda ratio non ob. quia deus trade-
bat rem ſuam, in qua pactum, quod uoluit, appone-
re potuit, de do. per tuas. & ipſe potuit remittere, qđ
non poſſet homo, qui donat, cum non ſibi donatori,
ſed deo decima debeatur. Circa tertium dicit, quod
prouideri poſſet per cõſtitutionem papæ, ꝙ eccleſia
uenderet, uel æſtimationem reciperet, infra ca. penul.
8. diſt. quo iure, ſupra eo. ſuggeſtum. Recitabant etiã
Innocen. & Hoſtien. ſupra eo. non eſt, quorundã opi-
nio. fuiſſe, ꝙ de immobilibus ſoluenda ſit decima pre
cij, non rei. unde, ſi pro mercede aduocationis, uel
d militiæ ex pacto, uel ſine mihi detur caſtrum,[d] uel res
immobilis, putant illi, quòd dare debeam decimam
precij, argumen. ff. de leg. 1. apud iulia. §. conſtat, & in
eo, quod no. ſupra de teſt. filius. & eſſet minor dubita-
tio, ſi res data eſſet æſtimata pro precio, de quo con-
uenerat, argu. C. de iure do. l. 1. & arg. hic. Recitant etiã
ibi opi. dicentium, quod de acquiſitis dono, uel ſuc-
ceſſione non ex humo, uel opere manuum non te-
neatur quis ad decimam. & licet Innocẽ. dixerit illud
forte non male dictum, hoc tamen non placet Hoſt.
per id, quod dicit ibi tex. de omnibus bonis [*& ibi, man
damt*] Leuiti. ulti. ad finẽ, & Deutero. 14. [*& in fi.*] ubi
de hoc. ¶ *In gl. quia tunc, in fi.*] plus placet, quòd loqua-
tur de decima lucri, quæ perſonalis eſt, quod uidetur
in eo, qui percepit fructus: ſed ſi non percepiſſet, ui-
detur deducenda expenſa culturæ, propter quam eſt
uẽdita carius. ¶ *In glo. hoc ſpeciale, ibi. §. ult.*] quæ lex mul-
tum contradicit huic decre. inquantum dicit illud lu
crum eſt, quod ſupereſt expenſis deductis, in fructu
expenſas includi, quod ſatis conſonat vulgari. & iſta
lex uocat fructũ, quod ſupereſt deductis neceſſarijs,
& utilibus expenſis. Solu. ſecundum Innocen. ibi. lu-
crum appellat fructum. vel ſecundum eum illa expo-
ſitio. uel interpretatio ciuilis eſt. non naturalis. Con-
ſtat enim in fructu. uel reditu eſſe. quicquid prouenit
de poſſeſſione, molendino. uel grege, licet expenſæ
non detrahantur. uel ſecundum Hoſt. hic loquimur,
cum decima pars deo redditur. & 9. partes retinẽtur.
quo caſu fructum intelligimus. quicquid percipitur.
Illa uerò lex. & ſimiles loquuntur de illo, qui nihil re-
tinet de fructibus: ſed neceſſe habet oẽs reſtituere. &
ideo ſtrictius accipitur ibi fructus pro eo, quod ſupe-
reſt deductis expenſis, ne quis ditetur cum aliena ia-
e ctura. ff. de condictio. indebito. nam hoc natura. ¶ *In*
18 † *gloſſ. ſed ſi, in fine*] non in decima fructuum, ſed in
decima, quam ſoluo de lucro, cum rem uendo. &
idem Vincen. etiam ſi per multos annos rem tenue
rim, & fructus multos perceperim, cum nil abſit ec
cleſiæ, quę ſemper de fructibus percepit decimam ſe-
cundum eum. ¶ *In glo. penultima, in fine*] & de ſtricta ſi-
gnificatione non includit ſeruos, eodem titulo. l.
mercis appellatione, ff. de tribu. leg. 1. §. primo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Innocen. Melius uide in c. pe. & contra iſtud facit: quia iſte non
emit nomine eccleſiæ, quod uidetur neceſſarium, uel ſaltem fiat
per ſuum prælatum, uel adminiſtratorem: alias non uidetur ex
hoc ſolo, quòd pecunia ſit eccleſiæ, res empta ipſius eſſe, no. Bar.
in l. 2. ff. quando ex fac. tut. & uide doc. & Bal. in l. ſi ut proponis,
C. de rei uen. & per Bal. in l. ſi patruus, C. communia utriuſq; iudi.
b ¶ In princi. Et ſimiliter in alia materia dicitur de intereſſe in re,
propter rem, & extra rẽ. uide in ſpec. de fru. & intereſſe. & in le. 1.
C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt. per docto. & Bal.
c ¶ De lucro. Quia ex illis non fit res precioſior, nec ſunt pro re,
ſed pro fructibus.
d ¶ Caſtrum. Tunc in aduocatu requiritur uera traditio, & ſcriptu-
ra, ut C. de ſuffra l. una, ubi uide doc. & Bal.
e ¶ Natura. Vide ad materiam Bar. ff. ſolu. matri. l. fructus, & Bal. in
l. ſi quis ſciens, C. de rei uendi.

SVMMARIVM.

1 *Decimas qui præſcripſit in aliena parochia, noualium inſurgen-
tium non habebit, niſi in caſu, & quo. nu. 6.*
2 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 3. 4.*
*Ioannes And. additiones ad ſpecula. uidetur poſt hos cõmentarios
ſcripſiſſe, uſque ſuppleuiſſe per eas.*
Epiſcopus habere debet quartam de decimis, & quibus.
5 *Priuilegiũ ſuper decimas, & præſcriptio quas cõprehẽdat, et n. 6.*

C A P V T XXVIIII.

1 CVm contingat. Caſus. Qui † p-
ſcripſit deci-
mas in aliena parochia, ſi ibi inſurgunt no
ualia, ipſorũ decimas non habebit. & pars
de foro competen cum contingat, Hoſtien. & in pri-
ma parte quæſtio. in 3. ſolutio ibi, unde inquiſitioni
[*Ad quam*] an. ſ. ad parochialem. an ad illã, quæ pręſcri-
ſit antiquas decimas [*Parochiales*] hoc epiſcopũ nõ ex-
cludit, imò potius includit, cum illius ſit parochia ſe-
cundum Hoſtien. ſupra eod. ad apoſtolicæ [*Ad ipſas*]
parochiales. & hoc eſt ſummę æquitatis, ut parochia-
lis eccleſia forte tenuis habeat has decimas, argumẽ.
ſupra c. ſuggeſtum, ſecũdum Hoſt. [*Alias*] antiquas. ſ.
2 ¶ Secunda † gloſſ. not. ꝙ de iure &c. all. duas concor.
demum duo contraria, & uni dupliciter, alteri tripli-
3 citer rñdet. ¶ Pe. gl. ſignat contrariũ, & ſoluit. ¶ *In* † *gl.
pe. ibi, ſi ſeruitur*] uide hanc & ſeq. in prę. c. quia circa, ſu-
4 per ulti gloſſ. ¶ *In* † *glo. 2. ibi, ſtatuimus*] ubi de hoc, & in
c. quicunque. & ſatis per Roff. in libel. eod. titu. §. 2. per
Hoſtien. eodem titu §. cui danda. & uide quod dicam
in ſpec. eod. titu. ubi plenè tractaui, uidens remiſ. præ-
dictas

dictas non ſufficere, ut putabam [*& ibi, epiſcopalis eccleſia*] ſecundum Ioann.& facit quod not.Bernar.ſecundum Vincen.de teſtam.requiſiſti, in glo. 2. Goffr. hic contra.dic ut no. 10. quæſtio. 1.de his. dicit hic Hoſtië. hoc tenendum, quòd de decimis perceptis per eccleſias baptiſmales epiſcopus debet habere quartam de iure, ſupra de officio ordi. conquerente, de præſcript. de quarta. nec ob. hæc decreta. quia epiſcopus fundat intentionem ſuam quò ad quartam, & eccleſia parochialis quò ad reliqua. & ſic dicit ſententiatum per Innocē. IIII. pro epiſcopo Siſtaricen. contra hoſpitalarios ſancti Ioan. Hieroſolo.& uide quod no. de cenſi. cum olim, in 3.glo.[*& ibi, baptiſmalibus*] idem Innocen. ſupra eodem, ad apoſtolicæ, & facit quod poſt eum ſcripſi, ſupra titu.proximo, ſuper rubrica [*& ibi, in fi.*] fortè olim. ¶[*In glo. penul. ibi, ſed hic loquitur*] ſecundum Ioan.idem Goffred.& Innocen. item ipſe Innocen. &
5 Hoſtien.poſt eum dixerunt, ſupra eo. tua, quòd † priuilegium ſuper decimis alterius parochiæ percipien-
a dis reſpicit noualia [a], ſi datum eſt eccleſię, ſupra eo.ex parte. In præſcriptione uerò, quam etiam facit eccleſia, ſecus eſt, per quod dicunt, quòd quando eccleſia petit decimas, quas præſcripſit extra ſuam parochiam oportet, quòd hoc de ſingulis prædiis per ſe probet: aliter, ſi de omnibus prædiis probet, ſi non probat de uno, de illo non adiudicabitur ſibi decima, argumen. hic, & ſupra de proba. ex literis, ſupra de præſcrip. auditis, & capitulo cum olim. §. fina. de quo etiam remit.Hoſtien.ſupra eo.commiſſum.& facit quod dixi de offi.archidia.c.fi.unde Pe. & Abb.hic diſtinguunt, aut decima debetur per feudum, aut per priuilegium, aut per pręſcriptionem.& hoc ultimo aut fructus prouenit ex prædio præſcripto, aut non præſcripto, quod non proſequor: quia ipſius membra ſatis patent ex gloſsis[*& in fine*] quod dic, ut infra de præſcrip.capitulo primo, libro ſexto.¶[*In glo.ultima, in fine*] poſſet etiam
6 † allegare præſcriptionem prædiorum, noualium hoc modo, quia de paſcuis, uel piſcatiis uallium, uel caneto aliquid prius perciebatur, licet forte modicum, & de illo præſcribens antiquas decimas etiam percipiebat decimam.

ANNOTATIONES.

a ¶Noualia. Contra, quia priuilegium, cum tollat ius alterius, eſt odioſum, ut hic, melius alleg.glo. fi.de reſcrip.mandatum, & in c. fi.de tranſla. præla.& de uſu p.ex tuarum.

SVMMARIVM.

1 *Decima ex cauſa præſcriptionis cuius prædij & quarum rerum debeatur, & nu. 2. & 3.*
Decimæ maiores ad unam eccleſiam, & minores ad alteram pertinere poſſunt etiam ex pacto, & nu. 6.
Eandem rem diuerſo iure cenſeri non debere, ut intelligatur ex exemplis hic adductis in fin. & nu. 5. & 6.
3 *Decima non præſcripta plenè, & noualium parchiali eccleſiæ competit.*
4 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 5. & 6.*

CAPVT XXX.

CVm in tua. Pars, ſupra de teſt. cum in tua, Hoſti.& infra de ſpon.& qui matri.accuſa.poſ.cum in tua.&
1 h.d. Decima † omnium fructuum prędii debetur illi, qui ſibi præſcripſit illud prædium decimale: alterius uerò prædii. quod non præſcripſit, decimam non habebit.& in prima conſultatio.in ſecunda reſpōſio ibi, Reſpondemus[*Parochijs*] aliarum eccleſiarum, & certis locis & determinatis ipſarum parochiarum, Inno.[*Percipiant*] ex priuilegio, conſue. uel alio iure, Inno.[*Perſoluta*] ipſis. qui de aliis fructibus ipſas percipere conſueuerunt ſecundum Inno.ſed forte nec aliis, ſecundum Hoſti.& ideò quæritur, quibus ſint perſolutæ [*Aliquos*] dicunt Ioan.& Vin. ut de paſtu animaliū, lignis in ſiluis. uel de piſcibus, ſi fuit aqua, quæ modo eſt exſiccata[*Percipiebant*] ſupple, nec aliqua alia eccleſia conſueuerat in eadem terra de aliis fructibus de-
2 cimas percipere. Nam † bene poſſet una eccleſia præſcribere maiores decimas, & alia minores etiam ex fructibus eiuſdem prędii, ſicut per pactum hoc poteſt induci, ſupra eo.ex multiplici.& licet hoc non placeat Inno.placet tamen Hoſtien.& mihi. & ſic intelligatur hæc decre.in fundo Semproniano.in quo 40.annis altera eccleſia perceperat decimas, & de frumento tantum, quia nec aliud fuerat ſeminatum. nouiter ſeminatum eſt milium: dicit parochialis eccleſia, Mihi debentur hæ decimæ milli: quia de eo nunquam deci-
a mas percepiſti [a], hoc non iuuat: & hoc uult hæc decr. Idem, ſi de arboribus forte noniter plantatis prouenirent aliqui fructus. Sed pone, quòd prædium colitur, in quo ſunt etiam uites uinum ferentes. una eccleſia ſemper percepit decimam bladi: altera ſemper decimam uini: una de aridis, alia de liquidis: quare hoc nō ualet, non uideo:& adde, quod dixi, ſupra eo.commiſſum, in glo.quia ſicut: & idem, ſi ſpeciale pactum inter eccleſias ſuper hoc à principio interueniſſet. hæc decre.non ob.per ſupradicta[*Debentur*] remit. Inno.de hoc, ſupra de offi.archi.c.fi.[*Eademque*] in eadem re, Innocen.[*Diuerſo iure*] ut in quibuſdam fructibus ſit decimalis, in quibuſdam non, qui tamen ex eiſdem terris naſcuntur, Goffre. [*Alioquin*] ideſt ſi fructus non proueniunt ex illa terra decimali. per quod no. quod ſi in
3 † uno prædio non ſit completa præſcriptio, licet ſit completa in aliis, illius decima ſpectabit ad parochialem eccleſiam. Idem ergo in noualibus, ſupra c.pro-
4 ximo. ¶Prima † glo.reſpondet per quæſtionem. ¶Vl-
5 ti.allegat.4.concor. & unum contrarium. ¶[*In † glo. ulti.ibi, eum qui, in fi.*] non poteſt eadem res iure ſoli, & ut mobilis poſsideri[*& in fi.*] ut in ſeruo dotali, qui poteſt habere peculium, quod reſpicit maritum, & quod reſpicit mulierem, quod enim ex re mariti. uel ex ope-
6 ris ſuis quæſiuit, maritum reſpicit. ¶[*In † glo. ulti. in fi.*] Io. ad idem, infra de re.do.cap.2.ſed iſti caſus ſunt ſpeciales ſecundum Ioan.qui hoc no. in cap. cognouimus. Item contra, ſupra eo.ex multiplici, ubi decimæ eiuſdem agri diuerſo iure cenſentur. Sol. illud per ſpeciale pactum, item contra ſupra c.proxi. & c.tua.1.Solu. ibi diuerſa ſunt, quæ diuerſo iure cenſentur. & concor. hæc decre. in fine. Innocen.

ANNOTATIONES.

a ¶Percepiſti. Quomodo præſcriptio, uel conſuetudo negatiua procedat, uide Ioan.And.de cleri. coniu. Ioannes, poſt glo. uerſiculo, ad hanc opi.

SVMMARIVM.

1 *Laici eccleſias, uel decimas donare non poſſunt, & ex ipſorum donatione quando non pareetur titulus præſcribendi, & nu. 7.*
Diuiſio decretalis.
2 *Dominus conqueritur nomine ruſtici, & de facto ſuo.*
In decimas non permittentes exigi quæ pœna, remiſſ. & nu. 7. in fi.
3 *Litis conteſtatio fit per reſpondentem ſe non teneri, & opponentem præſcriptionem, non per ſimplicem propoſitionem exceptionem.*
Reſpondere nolens intelligitur duobus modis & quibus.
4 *Præſcriptionem allegando uideor allegaſſe titulum, & bonam fidē.*
Leg. cogi, C. de petitio hæredi. intell.
5 *Priuilegia & reges dant eccleſiis.*
In perpetuum qui quid dat, irreuocabiliter intelligitur dediſſe.
Ius quod quis habet, uidetur quis conceſſiſſe per conceſſionem ſuam.
6 *Confirmatio nil noui iuris tribuit, ſed uetus confirmat, & num. 8.*

Iuris ignorantia quid efficiat.
Titulum quis in incorporalibus proponere non tenetur, & an ex donatione epiſcopi, uel ex confirmatione papæ paretur, uerſi. eſt tamen, & nu. 7.
8 *Suppletio iuris hic ſit, & qua ratione.*
Defectus ſuppleri in confirmatione quando dicatur, uer. ſed imò.
9 *Sententia fertur hic in futurum per uerba prohibentia, & quo caſu hic.*
In futurum prouidetur ſecundum legem cautionis remedio.
10 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 11.*
Vſucapio ſine titulo non procedit.
12 *Additio gloſſarum.*
13 *Sine actionis propoſitione hic fuit actum ſimpliciter.*

C A P V T XXXI.

1 DVdum. Caſus. Laici †eccleſias, uel
decimas donare non poſ-
ſunt: nec ipſorum donatione, licet in for-
ma communi per papam confirmata, pa-
tatur titulus præſcribendi: in hoc tamen eſt opinio, ut
infra dicam. & in prima parte ponitur facti, & proceſ-
ſus narratio. in ſecunda ibi, nos igitur, ipſius diffinitio.
& prima ſubdiuiditur in tres. prima ponit actoris pe-
titionem, & auditoris dationem. ſecunda reorum de
fenſionem. iudicis interlocutionē, & defenſionis for
tificationē. tertia ipſius defenſionis impugnationē.
ſecunda ibi, Prior. tertia ibi, Cæterum. & ut dixit Hoſt.
de eodem epiſcopo loquitur. ſup. de pręſcrip. ueniens
[*Stefani*] ſpecialis domus, uel eccleſia ſpectās ad hoſpi-
tale Hiero. & ſic ponitur hic nomē ſpeciale & genera
le: alibi ponitur generale tantum, ſup. de arbi. per tuas
Hoſt. [*Quaſtionem*] qua actione, dicit glo. ult. & ibi dicā
2 [*Ruſticorum ſuorum*] ſic ergo †conqueritur dominus no-
mine ruſtici, & facto ſuo, ſic, arg. ff. nautę, ca. ſta. l. & ita
ſupra de offi. Archid. ea, quæ. vel expone. Laboribus, ſ.
propriis, quę faciebant coli per ruſticos ſuos ipſorum
ruſticorū expenſis, quibus colenda tradiderant, quare
non iuuabat illos indulgentia, ſup. eo. licet, Hoſt. [*Non
permitterent*] hodie caueant à pœna conci. Vien. eo. tit.
religioſi, & dixi ſupra eo. licet [*Et infra*] hic cōcluditur,
ꝙ petebat ipſos prohiberi, ne decætero te impedirent
percipere decimas prædictas, & in futurū pacificè poſ
ſidere, ut patet ex ſententia [*Coram quo*] petiſti, quod eſt
3 in fi. huius reſpōſionis [*Non† teneri*] per hæc uerba fuit
conteſtatus litem negando petita, & opponēdo præ-
ſcriptionē, ſupra de lite conte. c. 1. de dolo, prout aliàs
nec fuiſſet recepta probatio ſuper principali, de qua
ſequitur, ſupra ut lite non conteſt. per totum, & ſic nō
arguas, ꝙ per ſimplicem propoſitionem exceptionis
fiat litis conteſt. quod dic, ut de lite conte. c. 2. lib. 6. [*Re
ſpondere*] nō intelligas in iudicio, nam licet præſcripſiſ-
ſet, nihilominus in iudicio reſpondere tenebatur: ſed
dicebat, quod non tenebatur extra iudicium reſpon-
dere ſuper quarta ſorte decimarum, quā petebat epi-
ſcopus, & ſuper iure epiſcopali, quod petebat in eccle
ſiis, Gof. [*Quem allegauit*] ſcilicet præſcriptionē: & eſt ſen
ſus, ut probet titulum præſcriptionis, quem allegauit,
alia litera, Quem. & hanc glo. Hoſt. dicens, ꝙ allegaſſe
4 †præſumitur titulum hoc ipſo, ꝙ allegauit pręſcriptio
nem. & dicebat Inn ꝙ præſcriptio ſub ſe habet inclu-
ſa titulum, & bonā fidem; & ideò allegata præſcriptio
ne uidetur allegatum utrūq;, nec ob. C. de peti. hære.
l. cogi, quæ loquitur, quando nō allegatur pręſcriptio
& quando in contrarium non eſt præſumptio, Hoſt.
remit. ad ſum. de præſcri. ſub rubrica, de præſcri. rerum
immobi. §. quæ exigantur, ſub §. quartum. uide quod
dixi de teſta. fraternitatis, in 4. qōne [*Priuilegia*] nam &
5 †Reges priuilegia dant eccleſiis, ut hic patet, & ſupra
de reſtitut. in inte. auditis [*Qui*] rex, & regina [*Ad quam*]
ſcilicet eccleſiā ſancti Stephani [*Dicta eccleſia*] quas pe-
tebat epiſcopus [*Perpetuam*] & ſic irreuocabilem, ſup.
de donatio. cum dilectus [*hoſpitali*] ſancti Ioannis Hie-
roſolymitani [*Conceſſerunt*] per hanc donatio. conceſ-
ſiſſe uidentur ius, quod habebant, ius, ſcilicet patro-
natus, ſupra de donatio. paſtoralis, ſecundum Inno-
cen. de iure patrona. illud [*Confirmationis*] in forma cō-
muni, Innocen. [*Scriptum*] ideſt tranſcriptum, ut infra
patet [*Aduerſa*] ſcilicet hoſpitalariorum [*Confirmatione
6 præfata*] cum confirmatio † nil noui iuris tribuat, ſed
uetus confirmet, ſupra de fide inſtrumento. inter di-
lectos, de con. uti. uel inuti. cū dilecta. licet enim igno-
rantia iuris, qua ſe putauerant iuſtè poſſidere, excuſet
à culpa, cum det bonam fidem, nō tamen dat iuſtum
titulum, ſed nec iuris ignorātia prodeſt in præſcriptio
ne, ff. de iuris & fac. igno. l. iur. & l. regula, ff. ꝑ empto. l.
a 2. §. ſi à pupillo. ff. de uſucap. l. nunquam. Eſt tamē hic
argum. ꝙ ſi fluxiſſet temporis præſcriptio, ualet, & ta-
mē nullus præceſſit iuſtus titulus, cum donatio regis
ſit pro non titulo. vnde ad id, quod de fluxu temporis
ſequitur, ſupra maximè, cum in corporalibus non te-
neatur quis proponere titulum, ut no. ſupra de præ-
ſcriptio. ſi diligenti. Succubuit ergo hic, quia allegauit
malum titulum, ſecundum Innocen. ſed *Hoſtien.* di-
cit, quod ipſe Innocen. eſt ſibi in his contrarius: & po-
nit dictum Goffre, qui legit hanc literam poſitiuè ſic,
ſcilicet ut ſit ſenſus: & ſi dicamus ex cōfirmatione pa-
rari titulum non tamen effluxit tantum tempus &c.
7 ſed ipſe Hoſtien. legit propriè, dicens ꝙ ſi ex †donatio-
ne epiſcopi, quæ non tenet, paratur titulus, fortius ex
confirmatione papali. Primum probatur, de iure pa-
trona. cura. & hoc placet Abb. qui dicit hic multum
notandum per religioſos habentes tales confirmatio
nes. Pet. etiam hic recitat, ſed non approbat, dicens cō
trarium colligi ex reſponſione papæ, & quod hic ceſ-
ſat, argum. à contrario, & quod hic fuit allegatio par-
tis [*Sacrilegij*] & hic maxime, quia iſtis hoſpitalariis ſpe
cialiter eſt prohibitum, hoc infra de priuileg. cum &
8 plantare, §. 1. [*Poſſidere*] ſed† quomodo hic papa de fa-
cto ſupplet, quod non fuerat allegatum? reſpondet
Hoſtien. hoc elici poſſe ex allegatione epiſcopi, & ſic
ſupplet de iure tantum, C. ut quæ de aduo. l. 1. & hoc
contingit propter periculum animarum, ſupra de ele
ctio. dudum. 2. ſic de conceſ. præben. ex parte, de relig.
do. conſtitutus. de quo remit. ſupra de poſtula. præla.
bonæ. 1. [*Iuri epiſcopali*] iſtud facit pro illa lectu. quòd
epiſcopus peteret quartam tantum [*Nullatenus deroga-
tur*] ſed imò dicendo, Confirmamus ubi decimas à re
ge, & regina donatas, uidetur ſupplere defectum ſi q̄s
erat ex parte donantium. reſpondeo, hic ſimpliciter
dixit, Confirmo decimas, ſicut iuſtè poſſides, non fa-
cta mentione, ꝙ donatio fuit facta à laica perſona. uel
dic, quòd & ſi id expreſſiſſet, intelligitur confirmaſſe
in caſu, in quo dare licebat, puta in decimis antiqui-
tus conceſſis in feudum, quas cum auctoritate ſupe-
rioris, licet à laico donari, de his, quæ fi. à præla. cum
apoſtolica. unde confirmatio hic nil operatur facta
in forma communi de eo, quod à prin. non ualebat,
9 Innocen. [*Prohibemus*] hic fertur† ſententia in futurum
per uerba prohibentia uicto, ne ſuper eo, de quo a-
ctum eſt, referat quæſtionem. ſic ſupra de probatio. li
cet, in fine, ſed ſecūdum. l. prouidetur cautionis reme
dio. ff. ſi ſer. uen. egi, & l. harum, Goffred. [*Decimas*] de
eccleſiis fuit deciſum: quia non faciebat ad titulum, 1
& forte, ut dixit Hoſtien. ipſas eccleſias ibi adiudica-
uit, & eſt ſimil. deciſio ſecundum eum, de fide inſtru-
men. cum Ioannes, de præſcrip. ueniens. ¶ Secunda
10 †glo. allegat duas concor. ſignat contrarium, remittit,
& ſoluit dupliciter. ¶ Tertia glo. no. titulum proban-
dum, ſignat contrarium, ponit opi. Ioan. & remittit,
¶ Glo.

¶Glo.1.q.7.alle.tres concor.& tres. ll.in contrarium.
11 ¶*In 3.*†*glo.ibi.diutina*]uide de proba.licet,ſuper glo. ſed
quare[*& ibi.l ulti.*]uſucapio ſine titulo non procedit,
nec prodeſt tenenti. nec ipſius hæredi. ¶*In glo. 16.q.7.*
ibi,non eſt nouum]uide hanc & ſe. de iure patro. cura,ſu-
per ulti.glo.[*& ibi,rem alienam*]uide de præſumpt.non-
12 ne,ſuper ulti. glo.¶*In*†*glo.2.ibi,de conſuetudine*]hoc uide
tur, ut dicit Abba. quia in Vngaria eſt iſte epiſcopatus
ad hoc,ſupra eod. ad apoſtolicæ[*& in fin.*]uel petebat
quartam.& ſic planum eſt. ¶*In glo. 3. in fi.*]dic ut infra
de præſcript.c.2.lib.6. ¶*In glo . 4 in fi.*] ſecundum Ioan.
qui etiam alleg.ff.de adop.l.adoptio.¶*In glo.1.q 7.in fi*]
b dic ut no. in dicta decre.nuper ᵒ, & 1.q.1.c.1. ¶*In*†*glo.*
13 *ulti.in fi.*]melius uidetur, quod actum fuerit confeſſo-
ria ſecundum Innocen. Dicebat tamen primus, quòd
forte proponebatur actio de dolo nõ ad decimas ſub
c tractas,ᶜ ſed ad damnum, quod ſenſerat epiſcopus pro
eo, quod hoſpitalarij ſuadebant ruſticis , ne decimas ,
ſoluerent. ff.de dolo, cum quis. vel proponebatur iu-
dicis officium,ſupra de offi.iudi.c.1.ſed Hoſt.placet, &
ſimpliciter fuit factum propoſitum.& petitio ſimpli-
citer fuit formata,ſupra de iudi. dilecti.

ANNOTATIONES.

a ¶Pupillo. Ibi uide Barto.& Dio.in c.poſſeſſor, de regu.iur.lib.6.
& in l.ſi me,& ibi Bar.ff.pro do.& glo.in c.ſi diligenti, de præſcri.
b ¶Nuper. Et uide docto.in c.nemo poteſt, per Din. & Ioan.And.in
d.c.tua nobis,& in l.traditio,ff.de acquiren. re.do.
c ¶Subtractas . Quia ad illas datur actio certa , de qua no.ſupra eo.
tua,el ſecundo,in glo. prima, cum qua de dolo non concurrit.C.
de dolo. l.2.

SVMMARIVM.

1 *Domini prædiorum cogi poſſunt, ut prædia ſua colenda dent, deci-
mas perſoluturis, & nu.2.*
Gentes permixtæ ubi locorum .
Ritus dicitur in ſpiritualibus propriè .
*Iudæi compelluntur ſoluere decimas prædiales , & an & quomodo
locari liceat eis prædia .*
2 *Contra decimas nolentes ſoluere quæ remedia .*
Contra eas defraudantes an poſſit agere eccleſia.
3 *Ex integrè, non pro eis quid ſoluendum .*
4 *An & quæ conſuetudine debeantur, & de qua hic conſuetudine in
telligatur, & num.7.*
An perſonales ex præcepto ſoluendæ, & nu.7.
*Aliæ etiam præter prædiales & perſonales introducuntur & quo-
modo, in fin.*
5 *Epilogus,ſuffragium, & additio gloſſarum,nu.6.& 7.*
*Pro decima quandoque dantur certæ corbes, uel menſura, & ubi,
& quæ de cauſa.*
In eius quantitate præſcriptio non currit .
In cathedratici currit .

CAPVT XXXII.

1 IN aliquibus. Caſus. Domini † prædiorum cogi poſ-
ſunt , ut prædia ſua colenda dent talibus, à
quibus ſine cõtradictione decimę perſoluã-
tur.& prima pars ponit exceſſum,quem ſecunda pars
corrigit ibi, Volentes[*Regionibus*]ut in partibus Conſta
tinopol.ſecundum Pe.in inſula Cretenſi, & Cypri ſecundum Hoſti.
[*Permixtæ*]quod dixit hic Inno.uide in ſpe.ſuper rubr.
de Iudę.& Sar.i. quõne[*Ritus*]hic propriè dicitur in ſpi-
ritualibus,ſupra de offi.ord. inter cætera[*Chriſtiano*]ut
Græci, Armeni,& his ſi. Iudæi etiam bene compellun-
tur ſoluere decimas prædiales:ſed quia non ſic de faci
li poſſunt per eccleſiã cõpeſci, ideo non debent eis lo-
cari,vel locantur eo pacto ſecundum Inno [*Defraudantes*]quia
2 non poſſunt † compeſci pro eo, quod cenſuram eccleſia-
ſticam uilipendunt. Eſt tamẽ hoc remedium,ut quã-
uis immineat ſanguinis effuſio,recurratur ad brachiũ
ſeculare,ar. infra de homici.poſtulaſti . Eſt & aliud re-
medium,de quo ſequitur. Quærit Hoſt.an contra ta-
les doloſos eccleſia poſſit agere? arguit quod ſic. ff.de eo
quod cer.lo.l.ſi.1.reſpon.cum ſuis concor.ff.de dolo ,
eleganter.§.pe.& in his.quæ no.ſupra de re.eccle.non
alie.ad audientiam.ſupra de pac.cũ pridem,de renun.
ueniens. Dicit tamen Hoſti. quod uellet,quod ius expreſſum
ſuper hoc conderetur [*Maiores*] ſicut ſoluens decimas
poteſt reddere domino.90.corbes:ita nõ ſoluens poſ-
ſet reddere.100.[*Talibus*]ſi.59. di. iudicatũ.& quod ibi
no.in glo.pe.[*Perſonis*]l.fidelibus.& deuotis[*Et aliter*]
3 h.d.propter pacta,quæ interuenire ſolent[*Cum*† *integri-
tate*]hic patet ſecundum Hoſtien.quòd reprobat con-
cil. opin theologorum illorum , qui dicunt, ſufficere
aliquid dari pro decima,ad idem inducit, quod ſtatim
ſequitur.de cen.eccle. de quo uide,quod no. infra eo.
cap.1.lib.6.& dixi in quæſtione portorum in 3. parte ,
ſuper regula,qui prior, de regu.iur.lib.6.[*Conſuetudine*]
4 glo.& Innocen.intelligunt † de conſuetudine illa,qua
poſſunt deberi eccleſiæ parochiali , uel prædiali . Alii
intelligunt de conſuetudine approbata per papam .
alius enim in his diſpenſare non poteſt,ſupra eo. à no-
bis. Alij intelligunt de minutis decimis, ſupra eo.cum
in tua,& c.ex multiplici. Alij intelligunt literam,quan
do una eccleſia petit decimas in alterius parochia : quia
ſi non probat conſuetudinem, parochiali debetur de
cima de lege diuina . ſi probat, ſibi debetur de l.con-
ſuetudinaria.& hoc recidit in primum dictum. Hoſti.
uero dicit hunc ſenſum literæ, quod prædiales debentur
de l.diuina , & cum integritate. ut præmiſit . Perſona-
les de conſuetudine , ut ſcilicet exigi non poſſint , niſi
ſi & prout approbat conſuetudo , cum ſint in præce-
pto,dicens,quod huic lectura nulla auctoritas contra
dicit: & interpretatio papæ hic contrariæ opinioni re-
ſiſtit; & facit,quod dicam ſuper glo. ſecundum Ioan.
Hoc autem dictum uerum putat,niſi alia compoſitio
cum laicis facta eſſet,ſecundum no. ſupra de tranſact.
ſtatuimus: uel niſi ſacerdos ſit indigens. facit, infra eo
dem cap.2.§.ubi autem, libr. 6 ſicut eſt uidere in qui-
buſdam ciuitatibus ripæ marinæ , in quibus nullę, uel
raræ ſunt decimæ prædiales. & ideò ſi perſonales non
darentur , nil quaſi perciperent clerici nomine deci-
marum. quo caſu dicit eas in præcepto. unde ſecun-
dum Alexan. fratrum minorum dicitur laicis in pſal.
Sumite pſalmum , & date tympanum.hoc eſt. ſumite
ſpiritualia à miniſtris Dei, & date temporalia.ad idem
13.quæſtio.1. §.2.de ſepultu. capitulo primo. remittit
etiam ad ſum.eodem titulo.§.finali,ſub.§ 7.quæritur,
& uide remiſſ. quas dedi , ſupra glo. proxima, & quod
ſcripſi, ſupra eodem, ſuper rubrica. poſſet etiam aliter
hæc litera legi,ut hic ſit ſenſus, quod non ſolum deci-
mæ prædiales, & perſonales, quæ ſunt in præcepto ,
ſed etiam aliç , ſi quæ ultra illas ſunt per conſuetu. in-
troductæ, exigi poſſint; ad hoc, ſupra capitulo primo
infra de cenſib. ex parte , ut ſit mens , quod conſue-
tudo hoc poſſit aggrauare , ſed non alienare . & facit
quod dicam . infra de conſangui. quod ſuper. & hæc
5 ſatis plana . ¶Prima † gloſſ. ſignat contrarium, & ſol-
uit. ¶Vltim. glo. ponit dictum, ad quod adducit duo
ſimilia, quod poſtea fortificat, & determinat. ſecun-
6 da pars reſpondet per quæſtionem . ¶*In prima* † *gloſſa
ibi, inter debitorem*] hanc & ſequentes duas uide in capi-
7 pitulo pierique , in prima gloſſ. & ſuper ea. ¶*In*† *glo.
prima ibi,pactum*]ſolutio ut not. in d. decreta. plerique ,
& ibi,alias in gloſſ. finali, ubi de hoc. uel hæc conſue-
tudo in perſonalibus locum habet , licet & illæ ui-
deantur iure diuino deberi. 23. quæſtione quinta di-
cat , Ioan. uel de conſuetudine Theutonicorum , ubi

certæ corbes, uel menſuræ dantur pro decima ſiue coloni aliquid habeant, ſiue non. & forte ratione incertitudinis toleratur. Vin. [*& in fi.*] ubi idem no. Io. quòd in quantitate decimæ non currat præſcriptio, licet currat in quantitate cathedratici, infra de cenſi. olim.

S V M M A R I V M.

1 *Decimæ ſoluendæ prius, quàm cenſus & tributa, & ſi non fuerint ſolutæ, quid iuris, uide nu. 4. & 5. cir. fin.*
Cenſus, & tributa quo caſu deducentur.
Fructus iure ſoli, non ſeminis debentur.
Apoſtoli uerba illa, neque qui plantat &c. ut etiam myſticè intelligantur, & num. 2.
Sacramentum Deus dat, & quando inſpiciatur in decimis, nu. 9.
2 *De porris, uel cæpis transplantatis in ſolo alterius parochiæ decimæ cui debeantur.*
3 *Semen quare non deducatur de fructibus decimandis.*
Decimas non ſoluentium auaritia quare reprehendatur, eas etiam diminuere peccatum mortale, nu. 4. & 5. in fi.
De gratia fructus omnes habemus.
4 *De penſione quando decimæ ſoluendæ, uer. unde dixit.*
5 *Quare precium fructuum uenditorum non decimatur, & merces colonorum decimatur.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
In ſolidum qui poteſt contra unum ex pluribus obligatis.
7 *Additio gloſſarum.*
Rei incumbere melius & utilius, quàm perſonæ.
Decimas utilius ex uno aceruo ſimul recipere.
Qui tenet, baro. Qui petit, barucus, prouerbium.

C A P V T XXXIII.

1 CVm non ſit. Caſus. Prius † ſoluendæ ſunt decimæ, quàm cenſus & tributa: uel ſaltem ſi prius illa ſoluta ſunt, poſtea decimentur, partes, ut ſupra capitulo proximo. ſecũda ibi, cum autem [*Semen*] fructus iure ſoli debentur, non iure ſeminis. unde dominus fundi dominus fructuum eſt. etiam ſi ſemen ſit alienum. ff. de uſur. qui ſcit fundi. in principio. Vincẽ. [*Apoſtoli*] i. ad Cor. 3. [*Neque qui plantat*] ut dicit Goffre. & Hoſtiẽ. hæc uerba ad literam poſſunt intelligi. poſſunt etiam ſic myſticè exponi, Neque qui plantat, ſcilicet prædicando, neque qui rigat, ſcilicet baptizando ſed qui incrementum dat, Deus. ſ. gratiam infundendo. & ſic intelliguntur uerba, quæ ibi ſequuntur. Ego
eo. ti. 1. li. 6. tranſire, ut in rubrica, & infra qui cleri. uel
uo. c. 3. conferre, eo. ti. c. 2. transferre, de eo qui fur. or-
di. re. c. fi. Dicuntur etiam profiteri, infra eo. ſane, ton-
ſurari, ſupra c. 1. & 2. creari, inf. c. fi. lib. 6. Iſto uerò uer-
bo migrandi utimur, etiam cum quis per mortẽ tran
ſit à ſeculo, de ſecundis nup. dominus, & meritò hoc
uerbum his commune, cum etiam monacus mũdo
mortuus cenſeatur. 2. q. 7. placuit, & c. ſeq. 16. q. 1. pla-
cuit. 2.[*Nec*] repete, liceat[*Eorum*] ſcilicet monacorũ,
7 & idem in † canon. regularibus, & conuerſis. ut ſupra
dixi[*Peculiare*] ideſt proprium, de ſta. mo. ſuper quo-
dam, & c. cum ad mona. uel id eſt ſpeciale, de con. diſ.
1. & hoc ait de celeb. miſ. quidam[*Quicquam*] licet mo-
dicum. 12. q. 1. non dicatis, ad hoc. 14. q. vlti. c. fi. ſupra
de app. de appellationibus, de reg. iur. defleat[*Habere*]
nec in hoc abbas diſpenſat. infra de ſtatu mo. cum ad
mona. quod dic ut ibi dixi[*Hoc præſumpſerit*] ſcilicet te-
merè ad aliud mona. tranſire[*In quo*] ideſt ad quod,
uel in cuius regula. ſi. de elec. c. fin. lib. 6. hoc dico pro
8 tanto: quia † in mona. Ciſtercienſium profiteri poſſet
regulam Cartuſienſ. in manibus, abbatis Cartuſienſ.
tunc ibi manentis[*Ab initio*] & quiſque ſecundum a-
poſtolum in ea uocatione, &c. pri. ad Corin. 7. q. 2. t.
q. 1. c. 1.[*Conuerſatus*] ideſt conuerſus factus, uel mona-
cus: aliter ſumitur, ſupra de elec. poſtquàm, & c. ſcri-
9 ptum[*Abbatis † ſui*] quem ſupra caput ſibi poſuit uice
Dei, de electio. ſi religioſus, li. 6. & penes eum pendet
tota poteſtas monaſterij. 18. q. 2. nullam, in fi. unde li-
cet in agendis monacos conſulat, apud ſe deliberat,
ut dixi. ſupra de arbi. cum olim[*Regula*] de hac dixi in
10 rubrica[*Competenti*] ſcilicet non nimis † leui, nec ni-
mis graui, etiam ſi id haberet monaſte. conſuetudo,
quod dic. ut infra de ſtatu monaco. regula, ea quę in
fine primo reſpon.[*Coerctione*] coerctio id continet,
quod cenſura. & plus, quod dic, vt dicam infra de ver
bo. ſignificatio. quærenti. iuriſdictio autem eſſet delu
ſoria ſine coerctione, ſupra de officio delega. ex lite-
ris: poteſt autem coercere verbis, & uerberibus. 20. q.
4. monaco. de ſenten. excommu. uniuerſitatis[*Redda-
tur*] propriè ponitur, ideſt reſtituatur. Interdum hoc
uerbum ponitur impropriè pro dare. 14. q. 4. quid di-
cam. de adul. c. 1. ff. de uerbo. ſignificatio. uerbum red
11 dendi ¶ Principaliter † notãda patuerunt ex ſumma.
Item nota temeritatem in bono, quod agitur etiam
bono zelo, ex quo non agitur ordine debito, inf. eo.
licet, de electio. bonæ. 2. concor. 6. q. 1. monaci. 2. de
poſtu. ex parte. ff. de re mili. l. 3. §. in bello, & quod no.
de collu. c. 1. Item no. initium ſpectandum, de quo ſa-
tis no. de electio dudum. Item no. quòd abbas habet
coerctionem, & quòd correctio monaci primo lo-
co ſpectat ad abbatem, & de hoc ſatis, ſupra de offic.
ordi. c. quarto. Item quòd in coerctione ſeruandum
eſt moderamen. 45. diſtin. cum beatus. Item quòd ab
bas repetit monacum ſuum, ſic ſupra de teſti. nuper,
a & abbatiſſa monialem,[a] quod metus cauſa. c. 1. & de
aliquibus ſimilibus uide de ſen. excom. Sed gloſſæ re
12 citentur † per tres quæſtiones, & unum contrarium,
& ſic, Primò quæro, de quo trãſitu intelligatur, quod
hic dicitur &c. Secundo quæro an quod hic de prohi
bitione peculij dicitur, ſit pręciſum &c. Tertiò an mo
nacum ſibi reſtitutum abbas teneatur recipere &c.
13 Quartò ſignat contrarium, &c. ¶[*In † gl. 1. in fine*] per
quod patet hic etiam intelligi poſſe de illo, qui tran-
ſit ad arctiorem non petita licentia, & ibi de hoc. ¶[*In
gl. 2. ibi, monaci*] ſatis excuſatur gl. per illud capitulum,
quod his uerbis utitur, tamen uerè loquendo tunc
b non habet peculium, ſed adminiſtrationem peculij[b]
quod patet ex his, quæ dixi eod. titu. cum ad mona. in
fine. ¶[*In gl. ult. ibi, tenetur*] dicunt quidam hoc uerum
iure poli, non iure canonico, uel fori, ex quo ſemel
renunciaſſe intelligitur, de renunciatio. quod in du-
biis, & c. ex tranſmiſſa, & no. de ætate, & qualitate, in-
telleximus. Poſſet tamen dici illud in clericis: ſecus in
monacis, qui uelle non habent, nec expreſsè, nec taci
tè renunciare poſſunt ſecundum Innocẽtium, & Ho
ſtien. remit. infra c. fina[*& ibi, de diſſolutione*] uel cum ti
metur, quòd occaſione ipſius monaſterium diſſolu-
14 tionem pateretur. Inno. ¶ Ad † quartum ſcilicet reci
tationem utilium extra gloſſas uenio, & de. 54. quæ-
ſtionibus. quas circa tractatum religioſorum format
ſpeculator in Spe. de ſta. reg. me non intromittens, ad
textum obijcio. ¶ Primò ad primũ. quo dicitur, mo
nacum de mona. ad monaſterium tranſire nõ poſſe,
certum eſt, ꝙ tranſire de mona. ad mona. etiam alte-
rius religionis, & habitus non eſt apoſtatare, de tem-
po. ordi. ex parte: nec debuit prohiberi, cum tria ſub-
ſtantialia monacatus in ſecũdo, ſicut in primo ſeruẽ-
tur, de quibus de ſta. mo. cum ad mona. in fi. ergo nõ
debet referre. an hic, uel ibi maneat. ſicut non refert,
quid ex æquipollentibus fiat. infra de verb. ſig. in his,
nec uidetur propriè hic tranſlatio, uel alienatio, ar. C.
de ædi. priua. ſi quis poſt, C. de fideicõ. uoluntas: quæ
quid dicant, uide de his, quæ ſi. à prę. cum apoſtolica,
in glo. ideo. Sol. licet non dicatur apoſtata illa maiori
apoſtaſia, quæ quandoq; indiſpenſabilis eſt, infra de
apoſta. c. ulti. & excommunicationem inducit, ne cle
ri. uel mo. c. 3. li. 6. tamen largè apoſtatat, ut etiam ibi
no. Prætetea religiones diuerſæ ſunt, licet quo ad ſub
ſtantialia cõueniant, nec ſunt ſic per permiſcuos trã-
ſitus

ſitus turbandæ.89.diſtin.c.1.nec ob.ꝙ de ſubſtantiali-
bus dixi: quia uiolaretur per id primum ſubſtantiale
profeſsionis, quod eſt obedientia primo abbati præ-
ſtita: promittit monacus etiam loci ſtabilitatem, ſup.
de iureiur, ſicut infra, & per hoc patet, ꝙ nec ad aliam
eiuſdem ordinis tranſire poſſet. obiectio autem eſſet
uera in obligato religioni in genere, ut infra eo.con-
ſulti, & c.non ſolum, & c.conſtitutionem, lib.6. ¶ Se-
15 cundò † ad ſecundũ, quo dicitur monacos non poſ-
ſe habere peculium. peculium autem omnia tēpora
lia cōprehendit, 1.q.3.totum, cōtra, ſpiritualia ſine tē
poralibus non proficiunt, nec eſſe poſſunt, ſicut nec
anima ſine corpore uiuit.1.q.3. ſi quis obiecerit. So.ui
uet, & proficiet de fructibus dotis monaſterij. unde
nec debet monaſterium fundari ſine dote ſufficien-
ti.1.q.2.placuit, de inſt.c.1.in auct. ut deter. ſit nume-
rus clerico.in prin.& de hoc de con.ecc.uel alta.cum
ſicut. Singularis autem monacus nihil habebit pro-
prij, & hoc eſt, quod hic prohibetur: in mendicanti-
bus uerò ſuccedunt eleemoſynæ loco dotis. Dice-
bat autem Hoſti.ſupra de reſcrip. conſtitutus, ꝙ ſicut
anima ſine corpore non uiuit corporaliter, poteſt ta-
men uiuere ſpiritualiter, ſic eccleſia corporalis, id eſt
prælatus in nullo proficit ſine rebus corporalibus tē-
poraliter: poteſt tamen proficere ſpiritualiter prædi-
cando, baptizando, & pœnitentias dando: quod ap-
paret in his mēdicantibus, qui ſine iuribus percipien
di corporalia, in his multum proficiunt, inf.de exceſ.
præla.nimis.1.& 2 per quod patet, ꝙ dominium poſ-
ſeſsionum, uel temporalium, & exercitium ſpiritua-
lium ſunt diuiſa, ad hoc.10.diſt.quoniā.96 di. cum ad
uerum: fatetur tamen hoc planum, ꝙ nullus, quan-
tuncunque ſpiritualis, ſine temporalibus, id eſt ipſo-
rum ſuſtentatione diu uiuere poſſet, & ſic nec ſpiri-
tualiter proficere, & hoc reſpectu temporalia ſunt ec
cleſię neceſſaria, ſicut anima corpori, ut ibi.12.q.1.ex
16 pedit, & c.uidentes. ¶ Ad tertium † quo uidetur coer
ctionem monaci ſpectare ad abbatem. Cōtra, quini-
mò ad abbatem, & capitulum, de appella. reprehenſi
bilis, ad fi. Solu uerum eſt, ꝙ ad ſolum abbatem ſpe-
ctat ut dixi ſuper uer. abbatis quod dicitur in contra-
rio ſic intelligitur. ut ibi notauit Hoſtien. ꝙ ibi capitu
lum non ſumitur pro collegio, uel cōuentu, ſed pro
articulo, uel capitulo regulæ, de uerb. ſig. cum olim,
in prin. ac ſi d. Diſciplinabit prælatus ſecundum capi-
tula regulæ, ſic etiā uocamus capitula in iure noſtro.
infra de ſent. excom. inter alia, & etiam articulos. ſu-
per quibus teſtes deponunt ſupra de teſt. fraternita-
tis, uel diſciplinat prælatus, & capitulum, id eſt præla-
tus in capitulo quia ibi. & nō coram ſecularibus hoc
facere debet ſupra de offi. ordi. ut iuxta, uel loquitur
ibi de capitulo non conuentuali abbatis, ſed de capi-
tulo prouinciali abbatum. de quo infra de ſta. mo. in
ſingulis, & c.ea quæ. Sed inſtabitur, epiſcopus nō cor
rigit ſine ſuo capitulo, de accu. qualiter, de exceſ. præ-
la.c.1. unde ꝙ hoc abbas poſsit? Sol. hoc habet regu-
la, & in hoc per canonem approbata. Nec mirum, ſi
hoc poteſt regula, cum hoc poſsit etiam in epiſcopo
conſuetudo, de conſuetu.c.3.li.6. ¶ Quæro circa pri-
17 mum dictum, nunquid hoc † capitulum poſsit intel-
ligi de tranſitu ad aliud mon. non cauſa profeſsionis
ibi faciendæ, ſed uiſitationis, uel peregrinationis, ut ſi
velit uiſitare corpus beati Benedicti apud mona. Caſ-
ſin. uel beati Aug. apud mon. ſancti Petri in Cęlo au-
reo apud Papiam: dic. ꝙ nec talem tranſitum facere
poteſt monacus ſine licētia. 20.q.4. monaco, & §.ult.
unde hoc reſpectu clauſtrū dicitur monaco carcer,
infra de ſenten. excom. ut famæ, hinc etiam eſt, ꝙ nec
18 ſepulturam eligit, de ſepul.c.11.lib.6. ¶ Sed † nunquid
papa poſſet ſtatuere, ꝙ monaci non exirent limites
clauſtri? Durum hoc eſſet: tamen hoc poſſet, nec illi
reſiſtere poſſent, dum uelle nō habeant, & probatur
infra de ſta. regu. c. uno, lib.6. ¶ Sed nunquid ad eccle
ſiam ſecularem monaco licebit tranſire: planum eſt,
ꝙ non, niſi debito modo per epiſcopum de abbatis
licētia præficiatur curæ. 16.q.1.in ſumma, & c.doctos,
& ſeq.58.diſt.c.1. & 2.infra de ſtatu mo. ꝙ Dei, ubi de
hoc, & tunc nil habet commune cum mona. 16. q.1.
nec pro cuiuſlibet, de electio. conſtitutus, & idem di-
co de epiſcopatu.18.q.1. capitulo uno, de priuil. cum
c olim. ¶ Sed nunquid, ad Papatum vocatus poterit
tranſire ſine abbatis licentia? de hoc no.18.q.2.quam
ſit. ¶ Sed nunquid in tranſitu, quem facere uult mo-
nacus profeſsionis cauſa, pręſumimus temeritatem,
& leuitatem? Dic ex circunſtantijs hoc iudicandum,
& in dubio ad ſuperiorem recurrendum, infra eo. li-
19 cet. ¶ Circa ſecundum quæro † quid dicatur peculiũ,
quod prohibetur monaco? & dic quò ad hanc mate-
riam illud eſſe peculium, quod monacus, uel alius re-
ligioſus celat abbati, uel alteri ſuo prælato, nec para-
d tus eſſet dimittere ad iuſſũ [d] ipſius, de quo uide quod
dicam de ſtatu monaco. cum ad monaſterium, circa
princip. & circa fi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Monialem. Et uir uxorem, ut de ſpon. non eſt, & ibi uide per Ber. de monaco ſeruo, & alijs in l.1.ff.de lib. exhi. & in l.1.ff.de rei uend.

b ¶ Peculij. Et tenebitur monaſterium ex cōtractu iſtius utili actione de pecu. uide, ff. de pecu. l. ex facto.

c ¶ Cum olim. Vide ibi gl. ſuper uerbo, reſtitutionem, & in clem. de regu. in gl'n. ſæpius, & iſta intellige ſane, ſecundum quod not. Guil. de Mon. Laud. in cle. ad noſtram, de cenſi.

d ¶ Iuſſum. Et quid ſit peculium in materia filiorum, uel ſeruorum, uide glo. ff. de pecu. ſuper rubrica, & ibi Bar. plene.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſaliter dictum intelligitur, ſi certum non exprimatur, ut hic.*
Fratrum obſeruantiæ quæ duræ.
Decretalis hæc quando habeat locum, & an ſeruetur.
2 *Puer propriè, & impropriè ponitur.*
Annus. 18. eſt plena pubertas, & in quibus caſibus conſideretur hæc ætas, & nu.5.
3 *Profeſsionis obligationem poteſt impedire papa.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, num.5.*
Pubertas quando completa dicatur, & quomodo conſideretur.

CAPVT VI.

QVia in inſulis. Breue ē, & præmit
tit ꝓhibitionis cau
1 ſam [*Inſulis*] intelligo † de quibuſcunque,
cum de certis hic non exprimat. Et dice-
bat Pe. ꝙ idem in Minoribus, & Pręidicatoribus, quo
rũ obſeruantiæ ſunt ualde duræ: & dicebat ſuper hoc
emanaſſe decre. Greg. quam non habemus. Quid ſi
non eſt durior, quàm in alijs locis conditio monaco
rum in certa inſula? Videretur conſtitutionē non ha
bere locum cauſa ceſſante, niſi dicas hanc cauſam im
pulſiuam, de hoc de renun. poſt trāſlationem, per ea,
quæ inquirere potui, non inueni, ꝙ in aliquibus inſu
2 lis hoc ſeruetur [*Pueros*] propriè † & impropriè poni-
tur hoc uerbum, quod paret ex not. in proę. li.6. ad fi.
[*18. annum*] hæc eſt plena pubertas: inſti. de adop. §. mi-
norem, argumen. 28. diſtin. de his. T. & facit quod di-
cam de frigi. c.1. Conſideratur etiam hæc ætas in illo,
qui non redimit illũ, à quo fuit hæres inſtitutus: quia
donec hanc ætatem impleuerit, non incurrit pęnam
in auct. collatio.8. ut cum de appella. co. §. ſi unum de
præ-

prædictis, verſi. hanc autem pœnam. Item arrogans,
vel adoptans adoptatum, uel arrogatum præcedere
debet annis.18.ut præ.§.minorem. & ff. de adoptio.l.
arrogato.§. non rantum. Irem ſi uſq; ad pubertatem
relinquantur alicui alimenta, debentur uſque ad an-
num.18.& eſt ſpeciale fauore alimentorum, ff. de ci-
3 ba.& ali.lc.l.Mela.in principio[*Prohibemus*]no de † po
teſtate papæ,quod impedire poteſt profeſſionis obli
garionem,ſecundum Hoſtien. de quo vide, quod di-
xi in quæſtione prælati exempti ad fin. primæ partis,
quam uide de reg.iuris,cum ſtat.libro ſexto.¶ Secun
4 da † glo. reſpondet per contrarium. ¶ *In † glo. 2.ibi,pu-*
5 *bertatis*]complerum,infra c.a.& conſideratur per an-
norum numerum, vt ibi,& infra eo.poſtulaſti.

SVMMARIVM.

1 *Ordinem alium ſi Ciſtercienſis profitetur ſine licentia abbatis,regredi compellitur.*
Profeſſio tacita obligat in genere ſolum religioni,
Hoſpitium ex humanitate nec religioſis negandum, & à quibus.
Monaci ad prælaturas,uel regimina eccleſiarum an recipiendi ſine abbatis licentia.
2 *Epilogus,& additio gloſſarum,nu. 3.*
Ordo,ſeu Religio quæ ſtrictior cæteris.

CAPVT VII.

1 NOn eſt. Caſus. Si Ciſtercienſis † ſine li
cētia abbatis alium ordinem
profitetur, regredi compelletur. Dicit Ho
ſtien.& Boa.pars huius de ſpon. nō eſt:ma
le dicit,ut ibi dicam[*Profeſſionem*]expreſſam, quia taci
ta obligat religioni ſolùm in genere, infra eo conſti-
tutionem,li.6.[*Recipi*] etiam in hoſpites ſecundum In
nocen. ſed Hoſti. per id,quod ſequitur, ꝙ exiens ſine
licentia compellitur celeriter regredi,dicit humanita
tem hoſpitij non negandam,ſupra de emptio. & uen
di.c.1. Si intelligeres recipi ad prælaturas, uel regimi-
na eccleſiarum,tunc planum eſt,de electio. ſi religio
ſus,lib.6.[*Compellatis*] per eccleſiaſticam cenſuram, ſu
2 pra de offi. ord.quanto.Hoſt.¶ Prima † gl. reſpondet
per duas quæſtio. ſcilicet quæ ſit ratio, & an licentia
ſufficiat.¶ Vlt.gl.per quæſtio. quando dicatur celeri-
ter fieri.¶ *In gl.ult.ibi l.1.in fine*]vide in c.de cauſis,ſuper
3 vlt.gl.¶ *In † gl.1.ibi,arctior*]ſecundum Odo.idem Goff.
ſed ſecundum Hoſtien. reperiuntur ordines maioris
religionis,vt Cartuſienſes, & alij quidam,quos diſcre
tè dixit ſe uelle tacere: ſed per priuilegia ordini Ciſter
cienſi conceſſa dixit, eos etiam ad arctiorem religio-
nem tranſire non poſſe ſui abbatis non obtenta licen
tia. Dicit Phili. ꝙ ſtrictior eſt ordo minorum[*& ibi,*
maxime]idem Pe. [*& ibi,ad æqualem*] & etiam ad mino-
rem, argumento, infra capitulo ſuper eo, & capitu-
lo conſulti,ſecundum Hoſtien.& de hoc infra de pręben.cum ſingula,libro ſexto. ¶ *In gl.ulti.ibi,refertur*] de
hoc de loca.potuit,Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Per profeſſionem religionis qui non obligentur.*
Eremitæ quidam profeſſi, & qui.
Seductio trahens ad religionem non reprobatur.
2 *Conſilium uelox ſequitur pœnitentia.*
Sine probatione ſuſcepiſſe quis habitum quomodo intelligatur.
Vox pœnitentiæ quando intra triduum non liceat.
Deliberatio probationem quibus caſibus præceſſiſſe præſumatur, & nu.6.in princ. & §.2.
Mutatio uitæ difficilis.
3 *Traducere uxorem quid.*
4 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum, nume.5.*
Factum non dicitur,quod non durat. & exempla.
Pœnitere non licet emptionis perfectæ, & quando,uoti, ſupra nu. 2.& infra.num 6.in princ.& §.2.
6 *Additio gloſſarum.*
Impetu, uel per ebrietatem quod fit, non tenet, ſed non præſumitur. §.2.

CAPVT VIII.

1 AD noſtram. Caſus. Minor.14.† per
profeſſionem religio
nis nō obligatur. Idem in maiore.qui ſine
probatione ſuſcepit habitum profeſſorū,
quem dimiſit, infra triduum. Et prima factū narrat.
ſecunda dat iudicem ibi, Quocirca[*Eremitæ*] profeſſi
erant ſic uocati,ut eremitæ S.Auguſtini.de elec. quo
rundam,lib.6.[*Seduxerunt*]talis ſeductio non reproba-
tur.Hoſt.de hoc,infra tit.1.dudum.ad fi.[*Habitum*] po
teſt intelligi profeſſorum[*Pœnituit*] Socrates: Velox
2 † conſiliū ſequitur pœnitentia[*Et infra*]& iurauit quā
dam ducere in uxorem,ut ſequitur [*Sine probatione*] vi
detur exponendum ideſt inf.annum probationis per
decr.conſtitutionem,infra eo.lib. 6.ubi ſic iacent uer
ba[*Triduum*] quod hic dicitur de pęnitentia tridui, ita
locū habet in uoto religionis, uel religioni annexo,
quod in aliis locum non habet hinc eſt,ꝙ ſiue ſimpli
citer, ſiue ſolemniter quis uoueat continentiam, uel
aliud quid honeſtum, nō expectato triduo ſtatim eſt
obligatus ex uoto. Eſt ratio diuerſitatis: q̄a in primo
debet interuenire probatio:aliter nō præſumitur præ
ceſſiſſe deliberatio,niſi forſan emittatur in infirmita-
te,quia tunc pręſumitur deliberatio præceſſiſſe,infra
eo. ſicut nobis. In aliis uerò nulla requiritur ꝓbatio,
ſecundum Inn. & Abb. & hæc ratio probatur ſecun-
dum Hoſt.inf.eo.ad apoſtolicam, inf. de uoto, per to
tum: ſecūdū quem deducitur ratio ſpecialitatis, quia
difficilis eſt uitæ mutatio, & cum animi ſit labore,ut
dicit lex in hoc caſu in auct. de mon.§.1.ſancimus er-
go,colla.1.& canon.19.q.3.monaſteriis,& facit quod
no.in gl.2.dicit Hoſ.ꝙ Clemens.IIII. in quadā cauſa
diffiniuit inter fratres,ꝙ decr.iſta non haberet locum
in profeſſione uerbali, uel ubi quis uotum emiſit de
intrando religionem, & poſtea intrās ſuſcipit habitū
profeſſorū.In quibus caſibus dixit nō habere locum
pœnitentiam tridui, ſed in eo caſu,quā ponit decr.cō
ſtitutionem,infra eo.tit.lib.6 [*Traducere*] ideſt in uxo-
3 rem † accipere,& in domum ducere,Pe.de qua tradu
ctione,inf.de coniu.lep.c.fi. ſecundum Hoſt [*Rationa-*
bilis]ut conſanguinitas,uel aliud impedimentum ca-
4 nonicum [*Non obſiſtat*] repete, denūcies. ¶ Prima † gl.
arguit,alle.4. iura pro.& 4.cōtra, & ſoluit. ¶ Secunda
gl.no. annum inceptum &c.alle.4. iura,in cōtrarium
alle. tria,& ſoluit.¶ Vlti.gl. ſignat contrarium, ponit
5 opi.quam reprobat.den.ū ſoluit.¶ *In † gl.1.ibi,Si filius*]
non dicitur exhæredatus,cui per fideicommiſſum re
ſtituitur hęreditas[*& ibi,uerſum*] Dicitur verſum,quod
durat uerſum[*& ibi,non idcirco*]non licet etiam incon-
tinenti pœnitendo perfectam emptionem reſcinde-
re.¶ *In gl. 2.ibi,ad rempublicam*] uide in c.cum in cunctis,
6 ſuper 5.glo. ¶ *In † gl.1.ibi,qualitate*] aut obligatione fir-
miter & purè cōtracta,Hoſt.[*& ibi,neſcitur*] aut pendet
obligatio ex tractu temporis,Hoſt. ¶ *In gl. 2.ibi,cum in*
cunctis] ubi de hoc[*& ibi,Speciale*] & In abbatiſſa,inf.de
elec.indemnitatibus,in prin. & in caſu de ætat.& qual.
c.vno,li.6.[*& in fi.*]de hoc etiam,ſup. de off.dele.cum
uiceſſimū. ¶ *In gl.ult.ibi,cum ad monaſte,in fi.*] Dic ut ibi,
& infra de voto.c.1. Hoſt.[*& ibi,impetu*] & hoc conſti-
tit, ubi enim hoc non conſtaret, potius præſumetur
contrarium,ſecundum Vin. qui dixit, ꝙ iſte nec pro-
feſſionem

feſsionem fecit, nec uoto ſe aſtrinxit expreſsè, nec tacitè. Hug. tamen dixit hoc c. continere iniquitatem, quod ipſe non credit[*& ibi, apud eccleſiam*] Idē de ebrio ſecundum Ala. Vinc. Phi.[*& in fi.*] Die vt infra eo. conſtitutionem, lib. 6. [*& ibi, uideas*] in glo. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Habitum profeſsorum qui recipit, quo caſu religioſus eſſe compellatur.*

2 *Profesſio tacita obligat religioni ſolùm in genere, & quo caſu talis eſſe dicatur.*

Monacis an exire liceat ad regimen animarum.

3 *An cum monaco prælato eccleſiæ parochiali diſpenſare posſit epiſcopus, ut cum ea ſimplex habeat beneficium.*

4 *In monaſterio olim diſſoluto quando quis intrauit, poſtea reformato, aſtringatur nunquid ad ſeruandam hanc reformationem.*

Ad uitam conſueta aſperiorem an quis religioſus cogi posſit.

Deliberatio ante factum præſumitur anteceſsiſſe, & in quibus perſonis.

Ordo, ſiue Religio ex conſenſu maioris, & ſanioris partis mutari poteſt, uer. quantum autem.

Nouum non intelligitur quod ab inſtitutione ſua fuit impoſitum, ibidem.

9 *Religionem, ſiue monaſterium qui ingreditur, exire poteſt exceptis caſibus, & quibus.*

6 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 7.*

In habitu quo debent eſſe poſiti in probatione. §. 1 iuncta gl.

Habitus probationis æque ac benedictus eſt aſper.

CAPVT IX.

1 SVper eo Caſus. Qui † recipit habitū profeſſorū, ubi ſunt diſtincti. ibi uel alibi religioſus eſſe cōpellitur. Si recipit habitum nouitiorum, redire poteſt ad ſeculum. Communis diuiſio. prima ibi. Reſpondemus, qua diſtinguit inter profeſſos, & nouitios. 2. ibi, uerum [*Habitum*] profeſſorum [*Reuerſi*] ſup. an cogendi ſint ad religionem reuerti. uel an posſint
2 in ſeculo remanere [*Minorem*] quia talis † tacita profeſſio inſurgens ex recep. habitus profeſſorū obligat religioni ſolum in genere, infra eo. conſtitutionem. lib. 6. [*Secularibus*] obiicitur, monaci ad regimen animarū posſunt aſſumi. 16. q. 1. doctos, & c. ſi quos, cū ſi. Multo fortius reaſſumi, ſed hic qđ iuris communis eſt, exprimitur: ibi, quod diſpenſatiuè fieri pōt, oſtēditur, infra de capel. mo. c. 1. Ala. vide quod not. de ſtat. mo. quod Dei. in glo. utrum. & quod ibi addam uel aliter exire eis non licet, ſed ſi vocentur, licet cum diſt. decr. de renun. poſt traſlationem. T. Vin. nec ob. ſup. de renun. ex tranſmiſſa, ibi enim nō apparuit illum uitam uoluiſſe mutare. Nec ob. j. co. poſtulaſti, ibi enim loquitur de minore: hic de adulto, ſecundum Phi. [*Aſſumi*]
3 in primo, & ſimplici ſtatu. Gof. an † cum monaco plato eccleſiæ parochiali diſpenſare poſsit epiſcopus, ut cum illa habeant beneficiū ſimplex, unde ſuper regula, quæ à iure, de reg. iu. li. 6. [*& contra probentur*] quamuis dicāt ſe nō poſſe tolerare auſteritatē religionis, ut
4 pmiſit. ¶ Sed quid ſi qñ intrauit, erat moñ. diſſolutū: comedebant ibi carnes, & monaci uiuebāt ibi ad libitum. Poſtmodū uerò eſt monaſteriū reformatū, & redactū ad abſtinentias debitas. Nunquid is, qui tpe diſſolutionis intrauerat, aſtringatur ad ſecundā hanc reformationem? Scripſit hic Inno. ꝙ ſi de iudicio eccleſiæ, & iure poſitiuo loquaris, nullus peritus debet ſe incautè & ſine deliberatione ab initio etiā in tali monaſterio ſimpliciter obligare: imo ante ꝙ pfiteatur, debet attendere qđ inde ſeq debet; & ideo talis omnino obligat. Si uero ſit mulier, uel alia ſimplex pſona ius ignorans, dicūt quidam, ꝙ poteſt tranſire ad aliā religionē, quæ non habeat maiorē auſteritatem, ꝙ eſſet illa quā inuenit, & quā ſe ſeruare promiſit. Melius tamē dicitur, ꝙ & in iudicio eccleſię, & etiam in iudicio animæ ſp tenetur regulā, quā profeſſus eſt, obſeruare, quibuſcūq; uerbis etiā ſit illectus. arg. ſup. quod me. cau. cū dilecti. j de conuer. coniu. dudū 20. q. 3. cōſtituit, qa aut dicit ſe bona cōſciētia intraſſe, aut mala. ſi bona: ergo eſt efficaciter obligatus. nā ſpiritu dei ductus eſt, & ſic errare nō potuit, inf. c. licet. 19. q. 2. duæ. Sed & inuentio de oībus docuit. i. docuiſſe pſumit ſ. de ſacra unc. c. 1 §. 1. uer. de ſecūda. Si uerò dicat ꝙ mala intentione intrauit, nec ſpiritu Dei, ſed leuitate ductus, nō eſt allegans ſuā turpitudinē audiendus, ut patet in eo, qđ le. & no. ſupra de don. inter dilectos, uer. attendētes. Eſt & alia ratio, quare non eſt audiendus: quia præſumēdum eſt, ꝙ quando beati Benedicti, uel aliā certam regulam elegit, de ſubſtātia illius regulæ, leuitate, & grauedine ante electionē plenè inquiſiuit, & deliberauit. nā & poſtquā ſemel elegit, amplius deliberare non poteſt, arg. 8. q. 2. dilectiſſimi: fatemur tamē, ꝙ ſi impotēs eſt ad tolerandū rigorem, diſpenſatiuè ad religionē trāſire poterit minorē: ut hic pcedit, & inf. eo. c. ſignificatū, & c. conſului & uide quod dixi de renun. c. ult. ſuper 3. gl. Aliq tamē dicūt, ꝙ cōtra voluntatē illius, q tali tempore ingreſſus eſt, non poteſt regula aggrauari, uel ſtatutū auſterius fieri in præiudicium ipſius, quod quātum ad nō profeſſos tolerari poteſt, & uide quod dixi de conſtit. cum oēs, ſuper 1.
gl Quātū autē ad profeſſos, qui uelle non habent, & 1
ſi ordo, ſiue religio abſq; uoluntate oīum mutari nō poſsit, ſupra qđ me. cauſa cum dilectus, & uide qđ ibi dixi ſuper 1. gl. & quod no. de re. iu. quod oēs, ad fi. li. 6. de cōſenſu tñ maioris, & ſanioris partis conuentus pñt ſtatuta auſteriora fieri, & regula plenariè reformari, non obſtāte cōtradictione paucorū, arg. ſup. de his quæ fi à ma. par. ca. c. 1. & 12. q. 1. nolo, & c. non dicatis, ſm Inn. cuius quaſi hæc tota gl. Nec pōt aliquis dicere, ꝙ conditio ſua fiat deterior, uel grauior ex eo, ꝙ regula reformatur: qa non intelligitur nouū, quod ab inſtitutione ſui fuerat ei impoſitū, ut patet in eo, quod le. & no. inf. de cenſi. cū uenerabilis. §. 1. ad fi. Tu uero ſolue pmiſſam qōnē, ut not. in ſum. de uoto, §. utrū, & per quē, uerſi. quid ſi aliquis ſecularis, ubi ſpacioſius diſputatur, & diffinit. & Guil. hic & ibi remit. in Spe. de ſta. mo. uer. 62. & iunge quod no. ſupra de teſtamentis. c. 2. §. 1. & ſup. eo. ut clerici, ſm Hoſt. & ibi ſcripſi, in gl. differt tñ ille caſus ab iſto, qđ facile diſcerni
a ni poteſt [*Habitum*] profeſsione [*In probatione poſiti*] qa non habuerunt firmū propoſitū mutandi uitam, ſed probādi regulā. Inn. [*Quæ*] regula [*Præcipere*] ſub Rub. de diſciplina ſuſcipiendorū fratrū. c. 80. [*Reuertantur*] ut
5 dici † Ho. ſemper pubes, q ingredit. exire pōt, niſi in 5. cauſibus. Primus, ſi recipit habitū pfeſſorū. Secūdus, ſi fecit pfeſsionē ex pſſa. Tertius. ſi fuit tacitè pfeſſus, puta renunciādo mundo, & pompis eius, & beneficio conſtitutionū ad apoſtolicā. & c. ſtatuimus. & c. nō ſolū: accidit etiā hoc alijs modis, no. inf. eo. ſtatuimus. Quartus ſi ī cōi habitu ſine reclamatione cōpleuit annū. j. eo. ex parte. Quintus, ſi intrauit nunq̄ exire, ſ. quod me. cā. c. pen. de mrciu. ſi uero. Sextus, qñ ma-
3 numiſſus fuit eo modo, ꝙ nō exiret, j. de ſer. nō or. eo. libentius, de cond. appo. c. 2. de impubere dicet, j. eo.
6 ſignificatū ¶ Vlt. gl. † quærit in qua ueſte & c. alle. ꝙ in
7 prima ſolūt ōriū. & ad alle. rūdet. ¶ [*In † glo. 1. in fi.*] & inf. eo. nō ſolū. lib. 6. ¶ [*In gl. 2. in fi.*] & inf. eo. cōſtitutionē, li. 6. ¶ [*In gl. ult. ibi uidetur*] ſm Ala. [*& ibi, legē*] ubi de hoc [*& ibi, ſi qui incognitus*] ubi de hoc [*& ibi, dic ꝙ*] ſm Lau. Vin. Phi. T dixit in hoc ſtandum eſſe cōſuetudini monacorum, & mandatis regulæ potius, quam uni ſcripto: idem Gof. [*& ibi Statuimus*] hoc c. uidetur cōtra: ſed

ed dicebat Vinc. licet non bene dicatur habitus pro-
bationis, æquè tamen eſt aſper ut benedictus [*& ibi,
& capitula*] ſcilicet illud capitulum. multos [*& ibi. no-
uitiorum*] uel ideſt qualis fuit laicus, Vincen. id enim
probabitur, ideſt inquiretur.

ANNOTATIONES.

5 ¶Poteſt. Quia ibi quando non profitetur regulam, quæ ibi debet
ſeruari,& illam ſolum, quæ ſeruatur. hic autem profitetur regulã
ibi à principio inſtitutam,& uide Io. And. inf. ti. 1. dudum, io glo.
ſatis fatuus.

SVMMARIVM.

1 *Si canonicus regularis fit monacus, aut arctioris religionis, tunc
manet monacus, aliâs redire compellitur.*
*Principium regulæ non ſpectandum, ſed præſens eius ſtatus, an ſit
arctior,& nume. 2.*
Deſcendere non licet.
2 *Prædicatorum ordo arctior ordine S. Benedicti, & ideò de illo ad
hunc non licet tranſire, & nu. 3.*
Regulam S. Auguſtini profitentur, & qualis ſit.
Regula ſit aſperior conſtitutionibus ordinis.
Regula arctior ut conſideranda,& nu. 3.
Non tolli quid poſſe, ſatis eſt, in fin.
4 *Religionum, uel regularum quædam maior, uel arctior, uel diſtri-
ctioris uitæ dicitur, quædam minoris, uel laxior, & quæ ita pro
priè dicatur, nu. 5. 8. 9. & ſequen. & nu. 1. & 2.*
*Illæ plures ſunt, & qualiter diuerſificentur,& diuerſa poſſint eſ-
ſe, & in quo conueniant,& nu. 8.*
Ordinata ad diuerſa opera,& quæ,& nu. 5. 6. 7. 8. & reliquis.
*Contemplatiua uita in quibus conſiſtat actiua in quibus in perſo-
na religioſorum,& an conueniant religioni, num. 6. & una ma-
ior, nume. 8. 9. 10. 11. & 13.*
Sacrificia Deo quæ obſequia in proximum dicantur.
Militia religioſorum quæ,& an competant religioni, nu. 6. & 7.
6 *Studium literarum an conueniat religioſis, & 7.*
Militia in religioſis duplex, & ad quid ordinata, nu. 8.
8 *Martyrium quando præferatur cæteris religioſis actibus, uel meri
tis, & quòd maioritas ex fine conſideratur, & quo, & ubi
idem finis, quid.*
Actiuæ uitæ actus qui nobiliores.
Vitæ perfectæ inſtrumenta quæ.
*Continentia, obedientia, paupertas tria ſubſtantialia religionum,
& quæ opera ad unamquamq; earum ordinata uelut inſtrumen
ta,& num. 9.*
9 *Paupertas eſt inſtrumentum, non eſſentia regulæ, & quando, &
eius effectus.*
10 *Solitudo quoque idem,& uitæ contemplatiuæ congruit, & quan-
do actiuæ.*
*Eſt comendabilis,& quibus de cauſis,& quæ, & eius effectus,&
an & quæ præmineat uitæ ſociali.*
Perfectio hominis unde.
*Ex ſocietate aliorum homo dupliciter iuuatur,& qualiter, uel ex
aliorum.*
11 *Religiones quæ uigeant ſociali, & ſolitaria uita.*
12 *Epilogus,& additio gloſſarum, nume. 13.*
*Canonicorum regularium, & monacorum religio ad opera contem
plationis ordinata.*
De altera harum ad alteram quando licitus tranſitus.
Priori earum conuenit propriè clericatus, non poſteriori.

CAPVT X.

1 SAne. Caſus. Si † canonicus regularis fit
monac⁹, aut arctioris religionis,
& tunc manet monacus, aut laxioris, &
tunc redire cõpellitur. Et primo narrat fa
ctum, quod ſecundo ibi, id tuæ, diſtinguendo diffinit:
& ſecundum mẽbrum ibi, Alioquin [*Profeſſionem*] fuit
ergo canonicus regularis, Vin. [*Vbi nunc*] ac ſi. d. nõ in-
ſpiciendum principium fundationis regulæ utriuſq;
loci, ſed ſatis eſt, ꝙ nunc ſit ſtrictioris illud, ad quod
tranſiuit, licet forte tempore fundationis fuerit laxio
ris, ſecundum Inn. [*Maioris*] non enim licet deſcende-
re, ſup. eo. nõ eſt [*Alioquin*] ideſt ſi locus, ad quem tran
ſiuit, eſt minoris religionis, & not. ſecundum G. Na.
2 hanc decr. contra apoſtatas † Prædicatorum, qui pro
fitẽdo in aliquo mon. ordinis S. Benedicti, ubi etiam
forte non ſeruatur religio, putant ſe euadere apoſta-
ſiam: contra hos eſt hæc litera. nam hic regulares ca
a nonici poterant habere arctiorem uitam, quàm mo
naci,& conſtat, ꝙ regula Aug. quã profitentur prædi
catores, eſt minimum reſpectu aliarum aſperitatum,
quas induxerunt cõſtitutiones ordinis, quæ in tantum
arctant ipſorum uitam, ꝙ aſperior eſt, quàm uita mo
nacorum: ſunt ergo cogendi redire ad primum ordi
3 nem, ut hic. Hinc † eſt, ꝙ etiam ſecundum theologos
de tali arctiori religione, in qua remiſsius uiuitur, po
teſt quis tranſire ad minorem religionem melius ob
ſeruatam: tamẽ hoc caſu uideretur iudicium ſuperio
ris neceſſarium, facit inf. c. licet. Qui hoc iuſtè admit-
teret, ubi non eſt ſpes reformationis, nec aliqua ſui
parte ſaltem in patria illa religio debito modo ſerua-
tur: aliàs licet profeſſus ſit quis in monaſterio Benedi
cti, nunc ſine ſpe reformationis collapſo, tamen plu-
ra monaſteria alia eiuſdem ordinis ibi ſunt non colla
pſa, tunc nõ liceret ad minorem tranſire, facit inf. de
uerb. ſi. abbate, in fi. Sed ſi totus ordo ſic lapſus eſt, ut
noſtris temporibus de templarijs dictũ eſt, procedat,
b quod prædixi. [b] Ad id autem, quod prius dixi, ponde
randam arctioritatem, quæ prouenit ex conſtitutio-
nibus, nõ ex regula tantum, multum obſtat, quia ob-
ſeruantiæ per cõſtitutiones inductæ per eos tolli poſ-
ſent, inf. de regu. iur. c. 1. cum concor. ſed obſeruantia
regulæ non, facit, inf. eo. ſicut, ſupra de iureiurã. ſicut
primò. Sed ad hoc reſponderi poteſt, ꝙ ſatis eſt, ꝙ poſ
ſunt non tolli. facit, ff. de condi. inde. ſufficit,& ele. de
ſup. ne præ. quia,& de ſta. mo. ne in agro. §. cæterum,
& §. ſeq.& quod not. de commo. c. uno, de depo. c. 1.
4 ¶ Eſt † autem aduertendum, ꝙ ius noſtrũ de religio
nibus loquẽs, dicit alteram maiorem, uel arctiorem,
uel diſtrictioris uitæ. Alteram minorẽ, uel laxiorem,
ut hic, & infra eo. licet,& c cõſului. 20. q. 4. uirgines, in
fra de ſta. mo. quod Dei. infra. eo. qui poſt uotum. lib.
6. per quæ patet, ꝙ non una tantum, ſed plures ſunt
religiones,& in cle. de ele. c. 1. Et ſi dicas, ꝙ non ſit ibi
differentia per ſpecies, ſed per accidẽs, cum omnis re-
ligio hoc habeat cõmune, ut quis ſe totaliter prębeat
ad ſeruiendum Deo ſecundũ tria principalia eſſentia
lia uoti regularis, de quibus, inf. de ſta. mo. cũ ad mo-
naſterium. in fi. unde ſecundũ hoc nõ põt eſſe diuerſi
tas, ſcilicet ꝙ in una religione qs aliquid ſui retineat,
in alia aliud, ſicut nec in epiſcopali ordine eſt diuerſi
tas in ſpecie. 93. diſt. legimus. fateri tamẽ oportet, ꝙ il-
le ſtatus religionis ex illis tribus eſſentialibus ꝑfectus
eſt quoddã exercitiũ, quo quis exercetur, & diſponi-
tur ad charitatis opera: quæ tamẽ ſunt diuerſa, ut inf.
dicetur. Diuerſificantur ergo religiones, ſecũdum di
uerſitatẽ operũ, ad quæ ordinantur, ut quia una ordi
nata ad peregrinos hoſpitandos. Alia ad captiuos viſi
tandos, vel redimẽdos: vna ad actus contemplatiuos:
alia ad actiuos: alia ad mixtos. Item ſecundo diuerſifi
catur religio ſecundũ diuerſos actus exercitiorum, ve
ſi in una religione caſtigatur corpus per abſtinẽtiam.
In alia per nuditatẽ. In reliqua ꝑ operationẽ manuũ.
Maior tamẽ eſt prima diuerſitas, quàm ſecunda, cum
finis ſit in unoquoq; potiſſimum. Fateamur ergo, ꝙ
tria eſſentialia religionis bene cõpatiũtur religiones,
fore diuerſas propter diuerſas diſpoſitiones, & diuer-
ſos fines ad illa tria eſſentialia ordinatos: ꝑlus, dato ẽt,

ꝙ ex

ꝙ ex eis aliquę ſint ordinatæ ad eoſdem fines: ex quo
tamen diuerſæ ſunt inſtitutiones, diuerſi habitus, di-
uerſę denominationes, dicentur eſſe diuerſæ, & ſic lo
quitur prædicta decr. prima cle. de elec. ad idem de re
li. do. c. uno, li. 6. Ex quo igitur conſtat religiones eſſe
diuerſas, quarum vna alteri poteſt eſſe maior, æqua-
lis, & minor. Item ꝙ de minori licet ad maiorem tran
ſire, petita licentia, licet non niſi ex magna cã hoc fa
5 ciendũ ſit, ut dicã, infra eo. licet, in prin. Eſt, ut † uidea
mus, quæ religio propriè dicatur arctior, diſtrictior,
uel maior. ¶ Circa hoc ſciẽdũ, ꝙ religio principaliter
ordinata eſt ad opera vitæ contẽplatiuæ, q̃ in ſtudio,
& oratione cõſiſtunt: ad quod propriè ordinatus vr̃
Ciſtercienſiũ, & Cartuſien. ordo: de ſecundo dicã in
fi. licet aliqui ex his ſecundario opus manuũ, uel ho-
ſpitalitatẽ habeant annexã, ſed multæ religiones ſunt
ẽt ordinatæ ad opera uitæ actiuæ, & aliquæ ad mixta,
ut prædixi, quod licitè fieri ſic oſtẽditur. Cõſtat, ꝙ re-
ligio ad perfectionẽ charitatis ordinata eſt, quæ cha-
ritas eſt dilectio Dei, & ad hoc pertinet contẽplatiua.
Et proximi, & ad hoc ptinet actiua, deſeruiẽs neceſſi-
tatibus proximorũ, & ſicut propter Deũ ex charitate
diligitur proximus, ſic & obſequiũ actũ in proximũ
redundat in Deũ. Inde Mat. 5. quod uni ex minimis
&c. & talia obſequia facta in proximos ad Deũ relata
dicũtur eſſe ſacrificia, ad Hebræ. vlti. Beneficentiæ, &
cõmunionis nolite obliuiſci, & propriè ad religionẽ
ſpectat Deo ſacrificiũ offerre, & ſic decẽter quædã re-
ligiones ordinatę ſunt ad opera actiua. Iſtorũ aũt acti
uorũ actuũ quidã cõſiſtũt in prædicatione, & doctri-
na, & animarũ conſiliis. Exẽplum in Prædicatoribus,
Minoribus, Eremitis, Carmelitis, & ſimilibus. Quidã
in militia, ut Hoſpitalarij, & olim tẽplarij, Calatrẽſes,
& ordinis S. Marię Theutonicorũ, & his ſimiles. Aliq
ad hoſpitalitatis, & infirmorũ obſequia, vt ordo Cru-
ciferorũ, Sancti Antonij Vien. Itẽ magiſtraliter quæ-
dam ordinatæ ſunt ad ſolitudinẽ. Aliæ ad ſocietatẽ,
quædã habent propria in cõmuni: quædã nõ, ut men
6 dicantes. Et de his † omnibus ſpecificatis an religioni
cõueniant, videamus. primò dixi, ꝙ contẽplationi cõ
uenit ſtudiũ, & oratio, de ſecũdo non dubitaꝛ. Sed de
primo opponiꝛ, ꝙ ſtudiũ religioni nõ cõpetit. Vnde
pſal. qm̃ nõ cognoui literaturã, introibo in potentias
c dñi. gl. 1. in uirtutẽ ᶜ Chriſtianã. Sed illa potiſſimè in
religioſis requiritur, ergo literaturę uacare nõ debẽt.
Sed illud intelligiꝛ de litera ueteris legis, de qua. a. ad
Cor. 3. litera occidit. non cognoſcere igitur literaturã
eſt nõ obſeruare circunciſionẽ, & cæteras legales, uel
carnales obſeruantias: Vnde cũ Hieronimus dicat ad
Paulinũ monacũ, Diſcamus in terris, quorũ ſcientia
nobiſcũ perſeueret in cęlis: & ibi, quicquid quæſieris,
tecum ſcire conabor, Dicendũ eſt, ꝙ etiã reſpectu cõ
tẽplationis tãtũ cõuenit ſtudiũ religioſo ad illuminã-
dum intellectũ, & remouẽda cõtemplationis pericu-
la: Vnde in laudem uiri iuſti dicit pſal. 2. In lege domi
ni meditabor die, & nocte. Et eccl. 39. dicitur. Sapien-
tiã antiquorũ exquirat ſapiens, & in prophetis uaca-
bit. De ſecũdo Greg. in 6. moraliũ, ꝙ nõnulli dũ plus
acquirũt in cõtẽplando, quàm capiũt, vſq; ad peruer
ſa dogmata erũpũt, & dũ ueritatis eſſe diſcipuli humi
liter negligũt, magiſtri errorũ fiũt, & Greg. Stultꝰ eſt,
qui in eo ſe primũ æſtimat, vt bona, quæ uiderit, diſce
re contẽnat. 22. diſ. de Cõſtantinopolitanæ: ad idẽ 38.
di. c. ſi. 74. diſ. c. 1. Secundò quo ad illa, q̃ reſpiciũt ope-
rationẽ actiuã in prędicãdo, docẽdo, & animabus cõ
ſulẽdo, cõſtat ſtudiũ cõpetere. 36. & 38. diſ. per totum.
Nõ ob. ꝙ Apoſtoli ſine ſtudio literarũ ad prædicãdũ
miſſi fuerũt: quia, vt dicit Hiero. in epiſtola ad Paulũ;
Quicquid alijs exercitiũ, & quotidiana in lege medi-
tatio tribuere ſolet, illis ſpũſſanctus ſuggerebat. Ter-
tiò ualet ſtudiũ ad tria religionis eſſentialia, quæ præ-
dixi: ualet enim cõtra luxuriã. Inde ama ſcientiã &c.
de cõ. diſt. 5. nunquã. Item cõtra cupiditatẽ diuitiarũ,
Sapiẽtię. 7. Diuitias nihil eſſe dixi in cõparatione illiꝰ,
ad idẽ. 12. q. 2. gloria epiſcopi, uer. Socrates, qui alias ẽ
capitulũ. Itẽ ad obedientiæ documẽtum. Vnde Aug.
li. de oper. mona. Quæ eſt iſta peruerſitas lectioni nol
7 le obtẽperare, dũ vult ei uacare? De militia † uerò ſpi-
rituali per prædicationẽ, doctrinã, & animarũ conſi-
lia quomodo, & quãdo cõpetere poſſit religioſis, ple
ne habetur. 16. q. 1. per totũ. De corporali quomodo
quãdoq; bonũ publicũ, & animarũ ſalutem reſpicit,
habetur ſatis, 23. q. 1, noli, & per totum, & q. 3. fortitu-
do, & per totũ: Ergo certæ religiones ad hoc poſſunt
inſtitui. Nec ob. huic, ſupra de poſtula. c. a. ubi religio-
ſus ꝓhibetur certare uerbis, multo fortius armis: qa
uerũ eſt, ꝙ aduocationis officiũ propter aliquid mun
danũ religioni reſiſtit, ſed de prælati imperio pro mo
na. pro pauperibus, & miſerabilibus perſonis non, ut
ibi dixi ſuper 1. gl. ſic, & militia talis ſpiritualis, uel cor
poralis, ad quam certæ religiones inſtitutæ ſunt, exer
centur nõ ad mundanum commodum: ſed ad chari-
tatis officium: & ſemper de prælatorũ *licentia*. ¶ Ad
8 principale ergo † arguitur, illam religionem maiorẽ,
quæ habet opera contemplatiua: Vnde Luc. 10. dici-
tur, ꝙ Maria, per quã hæc uita deſignatur, optimam
partem elegit, ſupra de renun. niſi, ad fi. Item Aug. cõ
ſuluit tenendum certius, de pœ. diſti. ult. ſi quis, in fin.
Sed hæc uita eſt certior, & ſecurior, vt in præ. c. niſi, ad
id de pœ. diſ. 5. c. 1. in fi. ergo præeligenda, & magis ap
petenda. Sed contra, infra eo. licet, ibi, ſicut maius bo
num &c. cũ litera, quæ ſequitur. Si ergo in actiua ma-
ius eſt bonum, & illa religio eſt maior, & potior, quæ
ordinata eſt ad maius bonum, ergo &c. Itẽ cum om-
nis religio ordinetur ad charitatem, vt dixi, & maiorẽ
charitatem quis habere non poteſt, quàm ut uitã ſuã
ponat pro amicis ſuis, Io. 15. ſupra de renun. niſi, uerſ.
quippe ad hoc aũt ordinati ſunt ordines militares, de
quibus prædixi, qui etiã ſunt actiui, ergo & illi maio-
res. Dici tamen poteſt, ꝙ iſti ordines militares ordina
ti ſunt ad effuſionẽ ſanguinis actiuam, non paſſiuã, li
cet paſſiua etiã euenire poſſet. facit de homici. is qui,
li. 6. fateor, ꝙ aliquo caſu martyrum meritum conſe-
qui poſſent, & tunc indubitatum eſt eos alijs religio-
ſis præferri. Item pro hac parte inducitur, ꝙ religio in
eo uidetur pfectior, ꝙ arctior: ſed nil impedit religio
nes ordinatas ad actus eſſe arctioris obſeruantiæ: er-
go ſunt maiores. Solutio, ut ſupra dixi, religiones di-
uerſificantur primò ex parte finis, ſecundo ex parte
exercitij, quia uerò altero maius dici non poteſt niſi
reſpectu eius, quod ab eo differt, principaliter maiori
tatẽ oportet ex fine attendi: ſecundario ex exercitio.
Nam comparatio ſecũdum finem eſt abſoluta: quia
finem quærimus propter ſe. Sed ſecunda eſt reſpecti-
ua: quia exercitium non propter ſe quæritur, ſed pro-
pter finem, ex quo ſequitur illã religionẽ maiorem,
quæ ordinata eſt ad finẽ abſolute potiorem: uel quia
illud eſt maius bonũ, uel quia ordinatũ ad plura bo-
na. ubi uerò utriuſque religionis finis ſit idem, atten-
ditur ſecundariò præeminentia, non ſecundum quã-
titatem exercitij, ſed ſecũdum proportionem eius ad
finem intentum. unde in collationibus patrum intro
ducitur ſententia Beati Antonij, qui prætulit diſcre-
tionem: per quam quis omnia moderatur, ieiunijs,
uigilijs, & huiuſmodi obſeruantijs, vt infra dicã. Cum
igitur opus contemplatiuum ſit duplex, ſcilicet ora-
tio, & lectio, ſi una religio eſſet ordinata ad primum
tantum, & ſecunda ad ſecundum tantum, prima eſſet
maior: quia opus orationis nobilius. Nunc autem ad
differentiam contemplatiui, & actiui operis dico, ꝙ
etiam

etiã opus actiuũ eſt duplex. Primũ deriuatũ ex contẽplationis plenitudine, vt prędicatio, & doctrina. Vñ in Omel. 5. ſup Eze. dicit Greg. ꝙ de uiris pfectis poſt cõtemplationẽ ſuã redeuntibus dr, memoriã ſuauitatis tuæ eructabũt, hæc meritò pfert ſimplici cõtẽplationi, & ſic loquit decr. inf. eo. licet. Sicut. n. maius eſt illuminare, quã lucere tm̃, ita maius eſt cõtẽplata aliis tradere, q̃ ſolũ contẽplari. & ex tali mixtura dr hic opus nobilius. facit pdicta decr. niſi, in fi. & hæc pfectio propinquiſsima eſt perfectioni epõrũ. Secũdũ uerò opus actiuũ conſiſtit in exteriori occupatione, ſicut militare, eleemoſynas dare, hoſpites recipere, & ſimilia, quę ſunt minora operibus cõtemplationis, niſi in neceſsitate. 86. di. non ſatis, & c. paſce. Et q̃a actiuũ opus militiæ ordinatũ eſt ad publicã utilitatẽ, vr eſſe nobilius: quia ut dr. 1. Ethi. Melius eſt bonũ gentis, q̃ unius hominis. facit, ſup. de poſtu. bonæ. 1. per qđ dicunt aliqui opus militiæ in religione ordinatũ nõ ad mũdanum cõmodũ, ſed ad defenſionẽ diuini cultus, & publicæ ſalutis, ſubſidiũ terræ ſanctæ, pſonarũ miſerabiliũ, & patriæ; inter opera actiua nobilius, & pp id religionẽ ad id ordinatã nobiliorem aliis ordinatis ad alia purè actiua. Vnde de Iuda legit. 1. Macha. 3. Præliabat prælĩũ Iſrael cum lætitia, & dilatauit gloriã populo ſuo. Ecce, ꝙ pugnauit pro republica. Itẽ & p diuino cultu. unde ibi ſequit eũ dixiſſe, Nos pugnabimus p animabus noſtris, & p legibus noſtris. Inter actiua uerò, q̃ reſpiciunt ſubuentionẽ priuatorũ proximorũ, vr, ꝙ infirmos recipere ſit nobilius, & in primo gradu. in ſecundo captiuos redimere. in tertio hoſpites recipere. in quarto ad ſuũ uictũ manibus operari. per quod patet, ꝙ religiones ad hos actus inſtitutæ hñt ſm qualitatẽ actiuã ſuas pœminentias. & ſi una ad plura talia opera ſit inſtituta, alia ad pauciora, & prima nobilior: uel ſi conuentiora ſtatuta habet ad conſequendũ finẽ ppoſitũ. Vnde conuenientius ordinatur ad continẽtiã maceratio carnis per abſtinentiã cibi & potus, q̃ pertinẽt ad famẽ & ſitim, quàm per ueſtium ſubtractionẽ, quæ pertinet ad frigus, & nuditatẽ. Illa enim, quæ ſine diſcretione fierent, facilè adnexum haberent deficiendi periculum. unde dicit Antonius, ꝙ non ſunt religiones potiores, quia arctiores habeant obſeruantias: ſed eo, ꝙ obſeruantiæ ſunt maiori diſcretione ordinatæ ad ſuum finem. & Abbas Moyſes in collationibus patrum, Ieiunia, uigiliæ, meditatio ſcripturarũ, nuditas, ac priuatio omnium facultatũ nõ perfectio, ſed perfectionis inſtrumenta ſunt. Et iſta inſtrumentalia deſeruiunt tribus eſſentialibus religionis. ad paupertatem labor manuum, & mendicitas: propter quæ uictum procurant. ad continentiam maceratio carnis, ut ieiunia, vigiliæ, & huiuſmodi. ad obedientiam oratio, lectio, uiſitatio infirmorum, & ſimilibus. Per hoc ergo remouentur obſtacula impedientia ſuum religionis finem, vt ſcilicet totaliter tendatur in deum & charitatis perfectionem. In communi ergo exercitio circa illa tria ſubſtantialia omnes religiones conueniunt, ſed in obſeruantiis uariant, de quibus una religio quandoque plus habet, quàm alia. Ex prædictis collige triplicem religionis pręeminentiam. una principaliter & ſecundario attenditur. ſecunda principaliter tantum. tertia ſecundariò tantum. Sed nos canoniſtæ non ponderatis his ſubtilitatibus ſolum ſolemus aduertere, vbi ſit arctior, diſtrictior, durior, vel fortior modus uiuendi. unde decr. licet, infra eo. in fi. dicit, uitam duceret arctiorem. & ibi etiã præcedit de arctiori & ſanctiori uita. ad idem, ſupra eo. quia in inſulis dura eſt &c. Et ſic cum omnes religiones ſint ordinatæ ad ſummum finem, qui eſt charitas, per quam cõiungitur deo, ut in conſtitutio. Ioannis ad conditorem, uer. cum enim, & ſic finis ſit idem, ſolum arctiorem uiuendi modum ponderemus. Vnde, ſi in vna religione ſit ſola contemplatio cum arctiſsimo uiuendi modo, poſsibile tamen ſine deficiendi periculo, non admitteremus tranſitum ad religionem, in qua eſſet cõtemplatio, & actio etiam per prędicationis officiũ cũ laxo, uel minus arcto modo uiuẽdi: quod tamẽ theologi admitterent ſecundum prædicta, de quo etiam per Tho. ſecunda ſecundæ. q. penul. articu. 6. & facit quod infra dicam ſuper 1. gl. & ibi articulo pen. & ult. tractat etiam Tho. an ex arctiori paupertate in communi, uel ex ſolitudine, de quibus, ſupra dixeram, dicatur religio perfectior. Ad primum inducitur ꝙ ſic, illud Matth. 19. Si uis perfectus eſſe &c. ergo aliquorũ etiã in communi retentio minuit perfectionẽ. ad idẽ Matth. 6. nolite ſoliciti eſſe in craſtinum, & 10. Nolite poſsidere aurum, nec argentum &c. quomodo diuerſimodè ad iſta reſpondeatur per Tho. uide ubi ſupra. Communiter habetur, ꝙ habere aliquid in communi non minuit perfectionẽ religionis, per c. expedit,
9 uer. quo facto. 12. q. 1. paupertas † ergo in cõmuni, ut ſupra ſcripſi poſt Moyſen, inſtrumentũ eſt, non eſſentia. Vnde Hier. ſuper Matt. dicit, ꝙ Petrus, quia nõ ſufficit omnia relinquere, addit, quod perfectum eſt, ſ. ſecuti ſumus te. Paupertas ergo inſtrumentũ eſt, inquãtum diuitiarũ remotio tolli tria charitatis impedimẽta, ſ. ſolicitudinẽ, quam afferunt diuitiæ, amorem ipſarum, & elationem. Primum autẽ in totum à diuitiis paruis uel magnis ſeparari nõ poteſt. neceſſe eſt enim hominem aliqualiter circa illa exteriora acquirenda uel conſeruanda ſollicitari: tamen abundantes diuitię abundatiorem ſolicitudinem exigunt, per quam impeditur animus totaliter ferri in deum: ſed amor diuitiarũ, & elatio non conſequuntur neceſſario niſi abũdantes diuitias. Solicitudo tamen circa proprias diuitias reſpicit amorem priuatum, & hoc eſt contra religionis eſſentiam, per quam ſe & ſua contemnit. Sed circa cõmunes ſolicitari pertinere poteſt ad charitatem, licet etiã per id impediri poſſet aliquis altior charitatis actus, ut diuina contemplatio, uel proximorum inſtructio. Eſt autem dicendum religiones conſiderari oportere ſecundum ſuum finem. Religio enim ordinata ad militiam, uel hoſpitalitatem, perfectior eſt ex diuitiarum abundantia, & ex ipſarum defectu perfectior. Religio uero ordinata ad contemplationem tantum, non habens hoſpitalitatis onus, perfectior ẽ ex moderatis diuitiis, ita ꝙ perfectior eſt ex paupertate, quæ minorem ſolicitudinem temporalibus ingerit: ſed religio ordinata ad opus mixtum, & ad contemplata aliis tradenda, debet habere plus uitam ab exterioribus expeditam, quod fit, dum modica uitę neceſſaria congruo tempore procurata cõſeruantur, exemplo domini, Ioan. 12. & 12. quęſtio. 1. habebat. Paupertas ergo facit religionem tanto perfectiorem, quanto plus proportionatur ſuo fini, ſicut & medicina non facit maiorem ſanitatem, quia maior, ſed quia melius morbo proportionata. Et dato, quòd diceretur, quod exceſſus paupertatis faceret pfectiorem religionem ſecũdum hoc ꝙ pauperior, nõ tamen faceret illam ſimpliciter perfectiorem. Poſſet enim alia religio in aliis duobus excedere, quę ſunt maiora, ſcilicet in continentia, & obedientia, & quod ſimpliciter in melioribus excedit, melius eſt. 38. diſt.
10 quamuis. ¶ Circa ſecundum † de ſolitudine dicẽdum eſt etiam, quod non eſt eſſentia, ſed inſtrumentum perfectionis, & commendabile. 16. q. 1. qui uerè. contra 40. diſtin. quęlibet. Et conſtat, ꝙ non congruit uitę actiuæ, ſed contemplatiuæ, ſecundum illud Oſeæ. 2. Ducam eum in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. Religionibus ergo ordinatis ad actum non conuenit, niſi forſan ad tempus, exemplo Chriſti, qui aſcen-

dit in montem ſolus orare, Luc. 6. & ſic poteſt intelli-
gi de exceſ. præ. c. uno, in fi. lib. 6. Tamē ſciendum eſt,
ꝙ id, quod eſt ſolitariū, ſibi per ſe debet eſſe ſufficiens
ad hoc, infra de ſta. mo. ca. 2. Vnde ſolitudo conuenit
contemplanti, qui iam peruenit ad perfectum: quod
dupliciter eſſe poteſt, ſ. dono dei, ut in Io. Baptiſta, qui
ſanctificatus in matris utero, ſ. cum puer eſſet, erat in
deſertis, Luc. 1. Secundò per exercitiū uirtuoſi actus,
ad Heb. 5. Perfectorum cibus eſt ſolidus, eorum ſcili-
cet qui pro conſuetudine exercitatos habēt ſenſus ad
diſcretionem boni, & mali. Ex aliorum autem ſocie-
tate iuuatur homo dupliciter, ſcilicet quò ad intelle-
ctum, ut inſtruatur in his, quæ ſunt contemplanda. vn
de Hiero. ad Ruſticum, Mihi placet, ꝙ habeas ſancto-
rum contubernium, nec ipſe te doceas. 16. q. 1. Si cleri
catus, in fin. & ibi de hoc, & c. qui uerè. Secundò quò
ad effectum, ut, ſ. noxiæ affectionis hominis repriman
tur exemplo, & correctione aliorū. unde idem ad eū-
dem, In ſolitudine citò ſurrepit ſuperbia, dormit, quā
do uult, facit quod uult &c. Ad uiuentem, In ſocieta-
te dicit, Non facias quod uis. comedas, quod iuberis,
ſubiiciaris cui non uis. ſeruias fratribus, præpoſitum
moñ. timeas ut deum, diligas ut parentem. Et hæc ple
nius uide in Hiero. ad Ruſticum, ſecunda. C. 2. diſ. Fa-
tetur autē Tho. ꝙ uita ſolitaria debito modo ſumpta
præeminet uitæ ſociali. unde de iſta tranſitur ad illā,
Matrimonij contracti in facie eccleſiæ affectus, remiſſ. ad uerſ. in facie.
2 *Affinitas ſuperueniens non diſſoluit matrimonium.*
Locus arctus quis dicatur.
Adulteria compenſantur, & qua, & quando, uer. dicit Innocen. & num. 6. in fin.
3 *Iuramentum illicitum quod, & admittitur coniux contra ipſum fauore tantum mariti.*
Adulterandi quando cauſam dedit mulier uiro non excuſatur, licet nullus eam repetat,
4 *Viri reſtitutionem mulier petere non poteſt contra iuramentum, niſi ex magna diſpenſatione.*
Vir quando ad mulierem non cogatur redire.
5 *Reſtitutio uni contra alterum competit in matrimonijs, etiam ſi ſit uoluntaria ſeparatio, & ſponte recederit, & quo iure,*
6 *Rei potior eſt conditio in pari cauſa.*
7 *Bigamus an poſſit monacari.*
8 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 9.*

CAPVT XIX.

1 VEniens. Caſus. Coniuges † religionem profitẽdo ab inuicem diuertere poſſunt: ſed aliter ſe abiurare nõ poſſunt. & pars prima ponit mulieris petitionem. cui ſecũda prouidet, & iudicem dat ibi, Nos igitur. & dicit [*ueniens*] forte per nuncium, cum infra dicatur incluſa, uel propriè & uerius, ut patet in anti. [*In facie eccleſia*] & ſic non clandeſtinè. & hoc multum operatur, infra qui fil. ſint legi. per laicum [*Aſſignans*] apud ſeipſum & extra iudicium, nõ apud iudicem, ut
2 ſequitur [*Antequam*] ſuperueniens † enim affinitas nõ diſſolueret, de eo, qui cogno. con. tranſmiſſæ, & c. Iordanæ [*Vterque*] hic patet, ꝙ non inſpirati, ſed inquinati diuertebant ad adulterium committẽdum [*Priore*] ſ. illo. G. à quo mulier diuerterat [*In arcto*] forte recluſorio, forte mon. infra de rapto. c. pe. Hoſti. & dicit Inno. ꝙ mulier iſta non vouit, quæ nec vouere poterat, uero marito uiuente, à quo repeti poterat adulteris

compenſatis [*Toto*] pro his, qui in arctis locis manent, facit canon. 16. quæſtio. 1. qui uere: contra eos. 40. diſt. q̃libet [*Includi*] ubi. 6. annis in deuotione peractis audiens à quibuſdam diſcretis & religioſis, ꝙ ſic ſaluari non poſſet, ad ap. ſe acceſsit, poſtulans &c. [*Illicitum*]
3 quia † non poteſt ſaluari ſine interitu ſalutis, ſupra de iureiuran. ſi uerò. nec prodeſt mulieri, ſi dicat. ꝙ nullus eam repetit: quia cum ſuo iuramento dederit marito cauſam adulterandi, nõ excuſat, niſi faciat. quicquid põt, vt ipſum ab adulterio reuocet. 27. q. 2. ſi tu abſtines. Sed dices. ſi mulier non potuit religionem intrare, quare datur uiro licentiam intrandi? So. non dicitur hic, ꝙ detur hæc licẽtia muliere inuita. uel dic melius, ꝙ admittitur mulier contra iuramentum nõ ſibi
4 fauore, ſed mariti, ut ab adulterio reuocet. vnde † mulier petens reſtitutionem uiri, dicens etiam ſe continere non poſſe, non audiretur contra iuramentũ niſi ex magna diſpenſatione. ſupra de iureiurã. ſi uero. Itẽ ſi vir ab adulterio deſiſteret, non eſſet cogẽdus ad mulierem redire, cum ille ſit cauſa. quare mulier audit, ut eſt dictũ. aliud eſſet, ſi hæc mulier intraſſet monaſterium: de licentia uiri obtenta etiam calumnioſè & cum peccato. nam tunc uiro adulterante non cogeretur mon. exire, & ad uirum redire, infra tit. 1. conſtitutus, & c. ueniens, ſecundum Inno. [*Cogatis*] ſi ita eſſe conſtiterit. ſupra de reſcrip. cap. 2. Vin [*Vt ea*] ſ. mulle-
5 re ſecunda [*Recipiat*] no. in † matrimonijs, etiam ſi ſit ſeparatio uoluntaria, competit reſtitutio uni contra alterum, ſecundum Inno. Hoſti. & Abb. quæ peti põt per officium iudicis, vel cõdictione ex hac decre. quinimò etiam alter coniugum ſpontè recedens, ſi non admittitur ueniens, auditur reſtitutionem petens, de hoc de reſt. ſpo. literas, in prin. cum ſuis remiſ. [*Quæſtionis*] de illa. ſ. affinitate, quæ allegabatur per uirũ [*Ma-*
6 *lueris*] ponit ergo † hoc in opinione uiri, qui reus erat. unde in pari cauſa potior erat eius conditio, infra de
a regu. iur. in pari, [a] & quia hæc res uoti eſt, & non præcepti. 32. q. 1. integritas. Hoſti. uel dici poteſt ſecũdum Inn. hoc uiro concedi: quia mulier hoc uolebat, quæ ſi nollet, præciſè cogeretur eam recipere. remit. tamẽ ad id, quod dixit, ſupra eo. ti. in gl. quia non poteſt [*Re-*
7 *gularem*] argue ꝙ † bigamus poſsit monacari, quod tenet Ioã. 32. diſt. ſeriatim, & ar. de biga. nuper, de hoc in quæſtione Gualteri in parte. 2. quam uide ſuper regu-
8 la. delictum, de regu. iur. li. 6. ¶ Secunda † glo. quærit, arguit pro, & ponit duas opi. ¶ Tertia glo. ſignat con-
9 trariũ, & ſoluit. ¶ *In † glo. 2. ibi, religionem*] hoc poſſet uerum intelligi, ſi ſuſpecti ſunt, ut quia ſunt iuuenes, ut hic: ſecus, ſi maturi, ut in c. ſtatim alleg. probatur hæc ſo. infra titu. 1. cum ſis, & c. uxoratus. Hoſti. [*& ibi, contrarium dixit*] hic, & Vin. & Inno. ubi coniuges hoc faciant deliberatè & bona inſpiratione, non ira uel cõmotione, uide quod poſt Innocen. dixi infra titu. pri. capitulo primo. ¶ *In glo. ar. contra, ibi, ſed hic*] 5 r. diſtin. ibi ſola mulier adulterata fuerat. ¶ *In glo. ulti. ibi, propoſito*] hoc uerum, ſi ſe uoto aſtrinxiſſent.

ANNOTATIONES.

a ¶ In pari. Melius facit c. Io re cõmoni. & eſt ratio: quia prohibet, ot 33. q. 1. ca. 1. ad hoc l. Sabinus, ff. communi diui. ubi uide glo.

SVMMARIVM.

1 *Ad monaſterium qui conuertitur habitum ſumendo nouitij, intra tempus probationis ad ſeculũ redire poteſt, niſi in caſu & quo.*
Probationis tempus quod,
2 *Apoſtaſia triplex,*
Vitam mutare uelle quis non præſumitur, niſi probetur, & quibus modis, & nu. 3,
3 *Per confeſſionem ſuam, quis non poteſt præiudicare matrimonio fraudem religionis.*

4 *Votum*

4 *Votum quilibet etiam iudæus exequi cogitur, & quod.*
De quo non poſſit papa diſpenſare.
Infideles etiam cogit eccleſia ad id, quod iuſtum eſt.
5 *Habitus probationis ſolennizet propoſitum præcedens.*
Votum quibus modis ſolennizetur, & quod, ut quis cogatur fieri monacus.
Monacari quis cogitur.
Cap. Conſaldus. 16. q. 1. intellectus.
6 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 7.*
In dubijs benigniora præferenda ſemper.
Ad ſeculum qui redit in qua ueſte exeat, & quam poſtea inducere.
Monaſterium qui ingreditur cũ propoſito mutandi uitam, & exeat an poſſit contrahere matrimonium. §. 2.
Sponſa huius ingredientis non cognita ſtatim poterit cum alio contrahere, ibid.
7 *Monaſterium, uel religionẽ ingredienti an ſit neceſſariũ proteſtari.*

C A P V T XX.

1 COnſulti. Caſus. Qui † ad mona. cõ-
uertitur habitum ſumẽdo
nouitij, intra tẽpus probationis redire po-
teſt ad ſeculum, niſi appareat eum uitam
uoluiſſe mutare. Communis diuiſio. ſecunda ibi. Li-
cet autem. in qua diſtinguit duo membra. primũ ſol-
uit ibi, In primo. ſecundum ibi, In ſecundo. tertio cõ-
ſuluit ibi, ut autem [*Tempus*] ſ. annum. de hoc ſatis, ſu-
2 pra eo. ad apoſtolicam [*Apoſtolica*] quæ † triplex eſt, ut
nota. de apoſta. capitulo primo [*Diuerſa*] ſic de reſcrip.
ſuper literis, de conceſ. præben. quia diuerſitatem [*Pro
poſuerit*] quod tamen non præſumitur, niſi clara pro-
batione, uel competentibus iudicijs oſtendatur, infra
eo. non ſolum, lib. 6. [*Abſolute*] tunc enim omnino re-
3 ligioni obligatur. & de hac mente † poterit conſtare
per ipſius confeſsionem, quam nunc facit ſecundum
Inno. quod putant ipſe, & Hoſtië. uerum, ſi confeſsio
illa non ſit præiudicialis matrimonio, infra de eo, qui
cogno. con. ſuper eo, & remit. infra de rapto. c. penul.
Conſtare poterit & aliter, ut dicam, infra c. pen. ſuper
4 glo. pe. & dicit Hoſt. cum quilibet † cogendus ſit exe-
qui uoluntarium uotum, uel deliberatum, & publi-
catum propoſitum de intrãdo religionem, dummo-
dò de eo fiat fides eccleſiæ, ut in caſu iſto, fortius Iu-
dæus, ſi uotum baptizandi emiſerit, uel propoſitum
deliberatũ publicauerit, cogi debet hoc adimplere,
de hoc de baptiſ. debitum. præcipuè quia illud uotũ
uoluntarium, hoc neceſſarium, in quo nec papa di-
ſpenſare poſſet, de hoc infra de uoto, magnæ, uer. cũ
igitur. Cogit enim eccleſia & infideles ad id, quod iu-
ſtum eſt, de hoc infra de uoto, quod ſuper his. & co-
getur eo modo, quo cogit̃ uſuras reſtituere, de uſur.
poſt miſerabilem, & c. quanto, & de rapto. in archiepi
5 ſcopatu. Dicebat † autem hic Inno. ꝙ ſi habitus pro-
bationis ſolennizat præcedẽs propoſitum, multo for
tius tale uotum, quo renũciat ſeculo quis, ſolennizat
habitus probationis, arg. 27. q. 1. cap. 1. uotum etiam
continentiæ mulieris ſolennizatur per habitum reli-
gionis ſolenniter ſuſceptum, infra qui cleri. uel uouẽ.
inſinuante. Idem uidetur, ſi renunciat proprijs, & po-
a ſtea ſuſcipit habitum profeſſorum [a], cum renũciatio
propriorum. ſicut & continentia, ſit de ſubſtãtia mo-
nacatus, infra de ſta. monacorum, cum ad mon. in fi.
ſecus, ſi uoueret non comedere carnes, uel ſeruare vi
gilias monacorum. nã tale votum per receptionem
habitus non ſolennizatur. Eſt autem ratio: quare præ
dictis caſibus ſolennizatur uotum: quia ex quo prædi
cta uouit, cogendus eſt illa ſeruare, etiam ſi habitum
non ſuſcipiat. Tutum eſt ergo dicere, ꝙ ſi per ſe facit
illud, quod ſine habitu ſeruare tenetur, ſuſcipiendo
poſtea habitũ præſumptione iuris & de iure dicatur
hoc uoluiſſe adeò roborare, ꝙ decętero non permi-
tatur deſerere habitum ſic ſuſceptum. Sed contra. qui
uouit ſe fieri monacũ, cogendus non eſt, ad hoc. 16.
q. 1. Conſaldus. ergo nec per ſuſceptionem habitus ſo
lennizatur uotum ſecundum præmiſſam rationem,
& ſic contradicit præ. ca. Sol. ibi cui vouit, erat mente
alienatus ſecũdum Hoſti. uel ibi nullum uotum emi-
ſit, nec profeſsionem fecit expreſſe, nec feciſſe præſu-
mitur: quia nullum habitum ſuſcepit. hic verò primò
propoſitũ habuit, & poſtea ſuſcepit habitũ. per quod
illud propoſitum ſolennizauit: ſed Conſaldus ſine re
ceptione habitus promiſit ſe facturum monacum. li-
cet igitur peccet non implendo. 17. q. 1. qui bona, nõ
tamẽ fuit monacus, nec fieri cogitur, ar. de renun. ex
tranſmiſſa. ff. ſi cer. petatur, qui mutuam. melius uide-
tur Inno. eum cogendum. ad hoc de uoto, magnæ. &
in decreta. ex tranſmiſſa, ſi ſine aliquo præcedenti vo-
to recepit habitum. Hoſtië. remittit ad no. qui cle. uo.
conſuluit [*In ſecundo*] ſ. quando conditionaliter intra-
6 uit. ¶ Quinta † glo. ſignat contrarium, & ibi remittit.
¶ Pe. gl. quærit, opinionem ponit, & ſoluit. ¶ Vltima
glo. quærit, alleg. pro, ponit opi. Io. in fi. ſoluit contra-
riũ. interſerit arg. de ꝓteſtatione, alleg. 4. iura, & duo
7 in contrarium. ¶ [*In glo. ultri. ibi ſunt perſonæ*] uide de iudi.
dilecti, ſuper prima glo. [*& ibi, ſemper in dubijs*] ſequitur,
benigiora præferenda ſunt. ¶ [*In glo. ideſt diſſolutè, in fine*]
hoc dicit pro tanto: quia habitum, & ueſtes ſeculares
portare poterit, cum etiã dicat regula. ꝙ exeat in ue-
ſte, in qua intrauit, honeſtum eſt, ꝙ illas deponat, &
honeſtiores aſſumat in memoriam priſtinæ religio-
nis, ar. C. de quæſtionibus. l. ſeruos. ¶ [*In glo. nunquid, ibi,
quod*] ſ. ſupradictum, ꝙ contrahere non poſsit [*& ibi,
non eſt uerum*] idem Vin. Gof. Innocen. & Hoſti. non ſic
ſecundum ipſos, Gof. & Hoſti. in eo, quod dictum eſt
proximè, ſ. quem cõſtat abſolutè uoluiſſe mutare ſe-
culum: quia ſi ille contrahat, non tenet matrimoniũ:
quia religioſus eſt, licet nõ præcisè illius religionis. vn
de dicebant Vin. & Hoſt. & Inn. ꝙ ſi ille, qui ſic ingre-
ditur, habebat ſponſam non cognitam, illa ſtatim po
terat cum alio cõtrahere, & hoc ſatis probatur, infra
8 eo. beneficium, li. 6. ¶ [*In glo. ultima, in fi.*] & hoc † dictũ,
ſ. ꝙ non ſit neceſſarium proteſtari corroborat hic In-
no. & poſt eum Hoſti. quadruplici ratione. Prima, quia
ſecundum id omnes ferè proteſtarentur pro egreſſu,
& ſic multi poſtea poſſent habere occaſionem exeũ-
di ſine rubore, & de facto multi exirent: aliàs forſan
remanſuri. Secũda, quia in dubio permitti debet eidẽ
de ſua conſcientia teſtificari, cum nec aliter probari
poſsit, de homici. ſignificaſti 2. & c. petitio. In hac er-
go uita ſit ſibi iudex & teſtis Caueat tamen ſibi in fu-
turo iudicio, ut ſupra no. ſecundum Ho. Tertia, quia
præſumit̃, ꝙ ex rubore dimiſerit proteſtari. Quarta:
quia timere potuit, ne propter proteſtationem ſibi
probationis habitus non daretur.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Habitum profeſſorum. An ſola ſuſceptio habitus ſine profeſsio-
ne ſolennizet uotum ſimplex, probat tex. quòd non in c. qui poſt,
eo. titu. lib. 6. cum ponit illa duo copulatiue. Et idem probatur,
qui cle. uel uouen. meminimus, & ibi tenet Lapus illum alias poſ
ſe contrahere matrimonium. & idem inducit. c. 1. de uoto, lib. 6.
ad. quæſtio. hic uidetur Inno. ſentire contrarium, ibi uide Archid.
& Lapum uel poteſt dictum iſtud intelligi, quando per ſuſceptio-
nem habitus inducitur profeſſio, ut poſt triduum. & uide in c. me
minimus, qui cleri. uel uo. & uide gl. in c. ex tranſmiſſa, de renun.

S V M M A R I V M.

1 *Intra probationis annum qui redit ad ſeculum, quando liberè poteſt ad ordines, & beneficia promoueri.*
Probationis tempus uſquequo durat.

eum uitam uoluiſſe mutare.ſecundò, ut diſtinguan-
tur habitus, præcipitur ueſtes profeſsionis tempore
benedici.ſecunda ibi, Nihilominus.prima pars tria fa
cit, ponit dictum, à quo ſecundò excipit ibi, Niſi.ex-
ceptionis rationem ſubdens ibi. Cum quilibet[*Noui-
tios*] i.de nouo receptos, & ueſtimentis probationis
indutos nullo uoto emiſſo: alias contra, qui cleri. uel
uouen.ca.ſi.ſecundum Innocen. Dicit Hoſt. ꝙ noui-
tius, & habitus probationis idem ſignificāt [*Conſueuit*]
ergo poſt ſuſceptum hūc habitum etiam intra annū
exire non poterit [*Vel ante*] ergo poſtea non poterit.
2 de tacitè profeſſo † an poſsit eligi in abbatem, de no-
uicio an poſsit eligi in epiſcopum, & an receptio ha-
bitus profeſsionis habeat profeſsionem tacitam, no.
hic Hoſt. & hæc omitto: quia ſunt hodie expedita, in-
fra de elec. nullus, & infra eo. conſtitutionem, lib. ſex-
to[*Priorem ſtatum*] ergo beneficia, & bona recuperat.
C. de ſen. paſ. l. 1 & ult. Quid de his, quæ legauerat, uel
dimiſerat in ingreſſu? So. ſi nihil proteſtatus eſt, non
eſt quæſtio: quia per id patet, quod uoluit uitam mu-
tare. Si uerò proteſtatus fuit, ꝙ conditionaliter intra-
bat, omnia recuperat: quia præſumitur cauſa mortis
donaſſe, niſi aliud in donatione fuerit dictū. ff. de do-
na. cau. mor. l. mortis cauſa, ſecundum Hoſtiē.[*Liberè*]
ita ꝙ nec cogetur ad aliam religionē tranſire. de hoc,
3 ſupra eo. conſulti[*Intra annum*] & ſi quis eum † percutit
medio tempore, excommunicatus non eſt: quia non
eſt perſona eccleſiaſtica, Innoc. ar. ff. de ſtatu lib. l. ſta-
tuliberum, Abb. ſed hoc eſt falſum, infra de ſen. excō.
religioſo, lib. 6.[*Appareat*] dixerat hic Hoſtien. uotum
continentię à coniugatis emiſſum ſemper eſſe ſolen-
ne. uide infra ti. t. dudum, ſuper uer. caſtitatem [*Deſer-
uire*] prout dicebat Hoſtiē. hucuſque poſuit regulam,
4 & quatuor caſus exceptos: regula † eſt, ꝙ qui ſuſcipit
habitum religionis, illū dimittere, & exire poteſt. pri-
mus caſus exceptus, ſi recepit profeſsionis habitū. ſe-
cundus, ſi fecit profeſsionem expreſſam. tertius, ſi de-
tulit habitum ultra annum, quod intelligas, ut ſupra
c. proxi. quartus, ſi apparet, ꝙ voluit omnino dimitte-
re ſeculum. remittit etiam ad no. ſupra e. c. 2. & c. ſuper
eo [*Non diſtinguatur*] nam in quibuſdam diſtinguitur,
ſicut in fratribus Minoribus, quorum nouitiorū ca-
pucium non eſt ſutum, Hoſt.[*Benedicantur*] & hæc be-
5 nedictio † facit, ꝙ ille habitus eſt cenſendus habitus
profeſſorum ſecundum Inn. & Abb. & tunc ſcienter
illum recipiendo fit profeſſus, ſaluo quod habes, in-
fra c. conſtitutionem. Idem ſecundum Hoſtiē. ſi hoc
diſcernatur etiam per alia ſigna, ut quia nullus noui-
tius ſtat ſupra chorum: nullus habet uocem in capitu
lo. Si ergo utatur nouitius iſtis ſignis, abbate, & frā-
tribus ipſum certiorantibus & conſentientibus, pro-
6 feſſus vr̄, infra eo. c. 1. li. 6. ſup. 3. gl. ¶ Prima † gl. diſtin-
guit duplicem habitum: deinū quærit, ponit tres opi-
niones, & ſoluit. ¶ Gl. ſecunda quærit, & ſoluit. ¶ Glo.
7 ſecunda quærit, & ſoluit. ¶[*In 1. † gl. ibi. §. ſi quis*] uide de
re iudi. quod ad conſultationem, ſuper glo. penul.[*&
ibi, ſunt perſonæ*] uide de iudi. dilecti, ſuper prima gloſ.
8 ¶[*In † glo. t. ibi, nulla*] hoc concedo: ſed hic negatur ua-
catio [*& ibi, dixit Io.*] 27. q. 1. deſponſatam. & idem no.
ipſe Io. Phi. & Hoſti. ſupra eo. conſulti, & ibi etiam de
hoc no. Hoſt. remit. ad ſummam, de conuer. coniu. in
fine, Inn. autem tractat hanc quæſtionē. ſ. eo. poſtula-
ſti[*& ibi, non æquius*] & hodie approbatur infra eo. be-
neficium, & hoc tenebat Vin. ſupra eo. cōſulti. ¶[*In gl.
ſecunda ibi, appareat*] uel modò cōfitetur, ꝙ tempore in-
greſſus habebat firmum animum dimittendi ſeculū
ſecundum Inn. vel ſm Hoſt. ſi ingreſſu illud expreſsit,
uel quia ſe & ſua expreſsè mon. obtulerit, uel quia ꝓ-
prijs omnino renunciauerit, uel caſtitatē, uel obediē-
tiam ſolenniter promiſerit. hæc. n. & ſimilia ſecūdum
eos ſunt ſigna euidentia dimiſsionis ſeculi. ¶[*In glo. ult.
9 in fine*] aliter † difficilè diſcernerentur, ſicut difficile di-
ſcernitur liber à ſeruo. ff. de contrahenda emptione,
quia difficile, Vincen.

SVMMARIVM.

1 Fugitiui religioſi annuatim requirendi, & ad monaſterium redire compellendi, & à quo nouiſſimè prouiſum.

Quis ſit huiuſmodi, & cui acquirat, & nu. 2. & ſi ad aliquam eccleſiam promouetur, cui, nu. 3. quid ſi intrat ſecundum monaſterium, ibidem.

Benedicti extrauagantem citat hic Io. And.

2 Seruus fugitiuus domino acquirit, ſed non ſemper, & num. 3.

Diu, tempus decennij continet.

3 Dominicales quæſtiones Bartholo. Brixien. citantur, cir. fin.

Aegrotus, & eiectus à religione cui quærat, in fin.

4 Fugitiui ordinis Benedicti uel alij quando recipiantur, & num. 6.

Recepti ubi ponendi, & quibus operis deſtinandi, & qualiter puniendi.

5 In eos inobedientes quæ poteſtas, & quibus.

Prælati eccleſiarum qui poſſint & qua cauſa coerceri ex poteſtate huius decretalis, & à quibus.

6 Humiliter reuerti qui dicantur fugitiui.

7 Epilogus, & additio gloſſarum.

Monaci diſciplina ſecundum ordinem bea. Benedicti ſeptem gradibus conſiſtit, & qui ſint.

8 Fugitiuis reuerſis & pœnitentibus qui uitæ neceſſaria miniſtrabūt.

CAPVT XXIIII.

1 REligioſi. Caſus. Religioſi † fugitiui
annuatim ſunt reuocādi,
& cogendi, vt ad monaſterium reuertan-
tur. & præmittit cōſtitutionis cauſa. ſecun
do ponitur conſtitutio ibi, ſtatuimus. quæ duo facit,
primò prouidet circa fugitiuos & eiectos obedire pa
ratos. ſecundo circa inobedientes ibi, Si uerò. iterum
prima prouidet, cū per receptionē ipſorū regula pati-
tur. ſecundò cū nō patitur ibi. Quod ſi. ubi etiā diſtin-
guit, an ſubſit ſcandalū, uel non. ſecūda ibi, Alioquin.
Nouiſsimè per cōſtitutionē Benedicti prouiſum eſt
2 plenius, quæ incipit, Paſtor bonus[*Fugitiuos*] ſ. quit per
ſe exierunt non eiecti, ut differat à ſequenti. & dicitur
fugitiuus, qui manſit extra mōnaſt ſe celet abbati, &
ſi poſtea pœnitentia ductus redit ad mona. ff. de ædili.
edic. quid ſit fugitiuus. ſed cui talis acquirit? dic. ꝙ mo-
2 na. unde exiuit, quādiu eſt in fuga, ſicut & ſeruus do-
mino. ff. de acquir. poſ. l. 1. §. 1. niſi diu fuerit in poſſeſ-
ſione libertatis, & paratus ſit ſubire liberale iudicium
ff. de acquir. poſ. poſsideri. §. hoc ius, & l. per eum. §. fi.
& intelligas diu, ideſt per decēniū. ff. qui & à qui. ma.
le. ſi cum fidei. §. Ariſto. hæc forte non habent locum
in monaco, cum nullo tempore excuſetur. ſ. eo. ſicut
nobis. ſ. de teſta. q a. & hoc omnino uerū eſt, ſi de mo-
nacatu conſtat: alias ſecus, ſup. de teſti. nuper. nec uis
fiat in tēpore: ſed ſolū utrū hic conſtet uel non, & ex
quo conſtabit, oīa reuocat mona. 19. q. 2. abbates. de-
bet tamen hoc de plano & ſine libello expediri: quia
ſeruos dei &c. ad hoc inf. de accuſa. olim, ar. 11. q. 1. ſi
3 quis cum clerico. ſi promouetur † iſte ſic fugitiuus ad
aliquam eccleſiam, tenuit Iaco. Bon. can. in ſua diſpu.
quòd acquiſita intuitu eccleſiæ erunt ipſius eccleſiæ,
de teſtamen. cum in officijs. acquiſita intuitu perſonę
competunt mon. in dubio diſtinguebat, an à propin-
quis, an ab extraneis obuenerint, ut in decre. requiſi-
ſti, de teſta. Sed quid ſi intret ſecundum mon. Reſpō-
deo, ſi illicentiatus receſsit, & laxiorē religionē intra-
uit, adhuc acq rit primo. ſ. eo. Ioannes. ſi licētiatus, uel
petita licentia arctiorē religionem eligit, acquirit ſe-
cūdo. ſ. c. licet, & iam nil habet cōmune cū primo, ar.
de

de renuncia.ex tranſmiſſa, ſupra de paroch.ca.fi.21.q.2.ſi quis iam tranſlatus.18.q.1. uno . & ſic intellige in auct.de ſan.epi.§.monacus, col.9.& de monac.§.ſi ue rò relinquēs. nā & ſeruus pro derelicto habitus priori domino non acquirit. C.de lati. lib.tol.le.una.§.ſed ſcimus . imò acquirit ipſum apprehendenti.ff.de ſtip. ſeruo.le.quod ſeruus . adde quod nor.de priuile.cum olim.2.Hoſti.Bar. Brixi.poſt Tan.in domini.7.tenuit, ꝙ dato quod per abbatem & conuentum licentiatus fuerit monacus ad arctiorem religionem, quam poſtea intrauit, ſed medio tempore uagando aliqua acquiſita primo mon.competant, cuius ſemper remanet monacus ante ingreſſum . cum non ſit plenè trāſlatus 21.q.2.ſi quis iā ff.de mili. te.ex eo.faciant, quæ dixi in 1.q.& uide in ſpec.de ſta. mo. uer.41.& in uer. ibi ſe.tractatur de ægroto , quod no.infra de infan.& lan.c.uno , in fi.pe. glo.de eiecto no. 18.quæſtio.2.abbates[*Requirant*] cōcor.C.de agri.& cen.l.omnes omnino,li.11.quid dicit uide in ſuſ.de immu.ec.iudicatū
4 [*Ordinis regulam*] in ordine † Benedicti, qui ter exiuit, amplius non admittitur, vt in.29.caſibus regulæ.ſi debeant iterum recipi fratres de monaſterio exeuntes, Hoſtien.[*Prouideant*] ipſi præſidentes, uel maiores abbates, uel priores[*Competentibus*] non cum alijs monacis, ſed forte ad ſeruiendum , uel alio modo , Innocen. Hoſtien. intelligit hic de ergaſtulis , uel cameris fortibus, ne inde ualeant exire, infra pęnis , tuæ[*Graui ſcandalo*] forte tot & tanta cōmiſit, ꝙ fratres dicunt cōmuniter, ꝙ exibunt, ſi ille ibi reducatur, ut dicit Hoſt. ſe de facto uidiſſe[*Alioquin*] i. ſi hoc fieri nō poteſt ſi-
5 ne graui ſcandalo [*Eiuſdem ordinis*] & ſi illi nollent † acquieſcere, præſidentes poterūt animaduertere in eoſdem, ad hoc litera, quæ ſequitur. Item & litera, quæ ꝑcedit. Auctoritate noſtra, q̄ alias eſſet eluſoria, ſi coercetionem aliquam non haberent, de oſ.dele.pręterea, & c.literis, ſecundum Hoſt.[*Excommunicent*] habent ergo præſidentes poteſtatem excommunicandi, & faciendi denunciari , nec per hoc adimitur poteſtas ordinarijs, de offi.or.quāto, de ſta.mo.in ſingulis.§.porrò [*Prælatis*] qui ſi non acquieſcant, denuncietur papę, infra de ſta.mo.in ſingulis.quod intelligit Hoſt.de epiſcopis.minores enim prælatos coercere poterunt
6 ſecundū eū , de offi.dele.ſane[*Humiliter*] quia † parati ſunt ſubire incluſionē,& pęnitētiā agere, & eis in omnibus obedire, nec aliter eſſent abſoluēdi, de maio.&
7 obe.cum in eccleſijs.¶ Vlti † glo.quærit,& ſoluit.¶ *In gl.præſidente*] ſup.uel maiores abbates, uel priores.¶ *In glo.hoc eſt, inf.*] forte facient carinam. j. de ſpon.du.c.2. ſm Iaco. Dixit Hoſtien. ꝙ ſm regulam beati Benedicti diſciplina monaci delinquentis cōſiſtit in.7. gradibus. primus eſt ſecreta monitio. ſecūdus publica correctio. tertius ſimplex , uel minor excommunicatio. quartus ieiunij afflictio. quintus flagellorū vapulatio. ſextus ad deum oratio. ſeptimus de mon.expulſio. & dixit hęc colligi ex.23.ca.de excommuni.culparū.28. de his, qui ſepius correcti emendare noluerint. & ſi ſit expulſus pęnitens redire voluerit, recipietur uſque ad tertiam uicem,& non ultra.¶ *In glo.ult.in fi.*] hoc uide-
8 tur † placere Inn. Hoſti.diſtinguit, aut incluſus à prin. habuit bona, aut nō. ſi habuit, de illis aliter, ut dicit gl. ſi nō habuit, uel habita nō ſufficiūt & utrunq; mona. ſufficit, ad miniſtrāda neceſſaria ꝓuideat. primū: quia ſuus monacus eſt, uel fuit. forſan enim ſecundum ſatis de ſola incluſione grauatur. primum igitur hoc faciat in memoriam priſtinæ fraternitatis, ar. C.de qō.l. ſeruos, ff.de pac.dota.inter ſocerum.§ conuenit. Si vero alterum ſolum mon.ſufficit, illud prouideat, ar.de inſti.cap.1.86.diſtin.paſce.ſi neutrum, contribuat capitulum generale, de ſtatu mo.in ſingulis, & capitulo fina.§.hæc eadem.in ſubſidium recurratur ad epiſcopum.90.di.§.1.cap.1.12.q.1.præcipimus, & c.eccleſiaſticarum: & hæc omnia ſecundū Hoſti. poterunt prę-ſidentes exequi auctoritate papæ ſibi commiſſa, hoc ſaluo, ꝙ epiſcopum nequeunt coercere, de ſta.mo.in ſingulis, & cap.fi.§.ꝙ abbas, de maio.& obe.cum inferior,& facit, infra de hæreti.inquiſitores , lib.ſexto.

ANNOTATIONES.

a ¶In fuga. Retinet ergo monaſterium dominium, & poſſeſſionem in fugitiuo monaco, ſicut dicitur in ſeruo fugitiuo. uide.leg.1.§. per ſeruum,& ibi Bar.ff.de acquiren.poſ.alias autem in re mobili inanimata, cum perdimus poſſeſſionem ſtatim, cum refugit cuſtodiam noſ. ſecus in re mobili animata, ſicut no.per glo.& Bar. in l.1.§.per ſeruum , & ſic omnes dicunt communiter . Sed Imo. hoc dicit uerum, ſi perſequatur ſeruum fugientem. alias ſi deſiſtimus à perſecutione, dicit, quòd tunc illā perdimus poſſeſſionem hoc ipſo, de ſeruis non ordi.de ſeruorum, cuius dictum dicit Iul. notabiliſsimum, & allegat illum in l.ſi liberis, C.de acqui.poſ.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
De coniugatorum de conuerſione ubi alibi tradatur , oſtendit .

De conuerſione coniugatorum, Rub.

1 ¶ Viſo † in genere de tranſeuntibus ad religionem, in ſpecie de coniugatis tranſeuntibus uideamus , Goffr. Habetur materia.33.quæſtio.5. & 27.quæſtio.2. ſunt qui dicunt, cum.9.capitulis ſequentibus, & cōuenit, infra de raptoribus.capitulo penul.

SVMMARIVM.

1 *Si uir de uxoris licentia profitetur, quando nihilominus uxori reſtituetur, & nu.3.*
In profeſſione huius quæ ſolemnitates obſeruandæ .
2 *Vir ſi uouet tantum uxore conſentiente , ſed non intrat religionē, quando uterque debeat ſeruare continentiam, & nu.5.*
Coniugum alter ſine alterius uolūtate monaſterium non poteſt ingredi, nec nouere, nu.3.
3 *Communi de monaſterio an & quando poſſit exire auctoritate propria, & repetere remanentem in ſeculo .*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu.5.*

CAPVT I.

1 PRæterea. Caſus. Si vir † de vxoris licentia profitetur, & vxor ipſa ſuſpecta , nec continētiā uouet, nec religionē ingreditur, epiſcopus uirū vxori reſtituet. Cōis diuiſio, ſcđa ibi, Dicimus[*Vxoratus*] tolle, qđ eſt.j.ab epo ſuo &c.[*Præſentibus*] hæ ſolēnitates uel adhibitæ, vel omiſſæ parū faciūt, dummodo tamē cōſtet de profeſsione facta de licētia uxoris ſm. Hoſt.[*Epiſcopo*] conſuetudo nō habet, ꝙ requirat epiſcopi auctoritas, licet id eſſet honeſtū . nā nec clerici requirunt aſſenſum epiſcopi ut neceſſarium. 19.qu.1. duæ, Vin.unde Hoſti.ſup.maximè [*Vxoris*] iuuenis,& ſuſpectæ, Hoſt.[*Vouente*] nec hoc ſufficeret in iuuene,
2 & ſuſpecta.j.ca.cum ſis [*Seruare*] quid ſi † maritus non intrat religionem, ſed tantum uouit vxore conſentiente? So.ſi uxor uouit,& marito uouenti cōſenſit, uterque debet continentiam ſeruare, nec alter alteri tenetur debitū reddere, cū vterq; ius ſuū uideat remiſiſſe. nō poteſt tñ alter ſine alterius uolūtate intrare monaſte. 33.q.5.quod deo. Sed ſi unus tantum dederit alteri licentiā uouendi, ſed nō uouit, pōt debitū exigere, cui non renunciauit ſm Inno.qui dicit , ꝙ hæc decre. eſt argu.contra Hoſtiē.remit.infra eo.dudum, uer.& qđ
3 idem[*Reuocari*] dicit Abb.magiſtrum ſuum † tenuiſſe, ꝙ iſte propria auctoritate poterat exire, ex quo uxor non vouerat, licet licentiam dederit. nam, cū hic dicatur,

tur, ꝙ poteſt de monaſterio reuocari , quare iſte non
poterit præuenire coactionem , & facere de neceſsi-
tate uirtutē,non videt.unde ꝙ ingreſſus repetere poſ-
a ſit[a] remanentem in ſeculo,allegat Innoc.infra c.qui-
dam, duas rationes.prima: quia unus coniugnm ſine
altero uouere non poteſt:& ſi uouit,promiſſum,ſol-
uere non poteſt. 33.q. 5.una ſola.ſecunda: qnia cū eius
ingreſſus non teneat,peccat,ſi ſe ab nxore alienat:uel
ſi ei cauſam adulterandi prębet.27.q.2.ſi tu.ſupra ti. 1.
ueniens.hoc intelligit, etiam ſi de uolūtate coniugis,
tamen non uouentis,intraſſet,cum prędictę rationes
pariter urgeant,cum tranſit ea inuita,vel uouente.di-
cit tamen,ꝙ tutius eſt,ꝙ officio iudicis fiat eius redn-
ctio ad coniugem, qnam ad petitionem ſuam , & ſic
4 intelligat iſtud capitulum. ¶ Vltima † glo.allegat tria
iura pro concor.& duo pro contrarijs, & ſoluit diſtin
guendo. ponit opinionem . Iterum ſignat aliud con-
5 trarium,& ſoluit. ¶ *In † gl.ultima ibi, conuertatur*] dixit In-
no.ꝙ ſi nxor iuuenis licentiam dedit, & cōtinentiam
uouit,cogitur intrare mona.non ꝙ fiat monaca, nec
b uiuat monacaliter,[b] ſed refręnabitur à vagationibus,
& cuſtodietur, ne poſsit luxuriari.uide, quod dicam,
infra eo.ſignificauit, ſuper prima glo.ubi ponam, qđ
hic dicebat Hoſt.[*Alij*] ſ. Ala.[*& ibi, ignara*] vel dixit: do
tibi licentiā,ſed non continebo [*& ibi, tene primum*] Idē
Vin.uel intellige, ut no.infra eo.uxoratus, & c.ſequē.

ANNOTATIONES.

a ¶Repetere poſsit. Contra hoc facit, quod no. Io.An.infra ex par-
te, lo.i.in deci.in uer.in 4.caſu, ubi uxor bene reuocat.ſinautem
inuita,in religione remanet etiam mortua vxore,& uide gloſſ. 1.
infra eo.uxoratus .

b ¶Monacaliter. Quia laica eſt etiam poſt uotum ſolenne, uide Io.
An.in c.porrectum, in proxi.in glo.hic eſt uehemens,non tamen
tenebit matrimonium ab ipſo contractum , uide Ioan.And.infra
eodem cum ſis , in ſua glo.fi.

SVMMARIVM.

1 *Coniugum alter inuito altero poteſt ingredi religionem , remanes in ſeculo ad ſecunda uota tranſire, & nu. 2.& 5.*
Conſenſus legitimus in matrimonio quis .
2 *Bartholo.Brixien quæſtio. Dominica.citantur .*
Ioannes etiam de Deo .
Frater Iaco.
Guido .
3 *Coniugum coitu effici unam carnem , & quæ alia .*
6 *Humiliter reuerti qui dicantur fugitiui .*
De nuptijs qui ad monaſterium ierunt , & cur licuit .
Matrimonium per ingreſſum alterius coniugum in religionē quando dicatur ſolutum , in fin.

CAPVT II.

1 VErùm. Caſus. Ante † carnalem copu
lam alter coniugum reliquo
inuito religionem ingredi poteſt,& rema-
nens in ſeculo poteſt ad ſecunda uota trā-
ſire. ponit dictum,& ipſius rationem ibi,Quia cū [*Con
ſenſum*] fortius ergo hoc liceret contractis tantum ſpō-
ſalibus de futuro [*Legitimum*] quia perſonæ erant apræ
ad matrimonium contrahendum,nec ſuberat impe-
2 dimentum [*Commixtio*] quid † ſi ſponſus ſponſam co-
gnouit,ſed iuuitā,nunquid ſponſa eo inuito conuer-
ti poterit? argu.ꝙ nō, quinquageſimaquinta diſtin.ſi
euangelica,ubi de hoc in prima gloſſ. Io. de deo dixit
uerum in ſponſa de præſenti : ſecus, ſi de futuro, Bar.
Brixi.in quæſtione domini. Quidam per uerba de prę
ſenti,dixit ꝙ ingredi poterit, ne delinquens ſit melio-
ris condirionis &c. Formabat tamen quæſtionem in
eo,qui ad hoc vxorem oppreſſerat,ne religionem in-
gredi poſſet. Hoſt.contra in ſumma.e.ti.§.fi.uer.quid
ſi uirgo. frater Iaco.concor.Hoſti.in ſua diſpu.Guido
poſt epiſcopum Mutin. concordauit Bar. Brixi. uide
3 quæſtionem de reg.iur.quæ contra ius.li.6.[*Vna † caro*]
licet quò ad ſubſtantiam matrimonij coitus nihil ad-
a dat[a] 27.q.2.ſufficiat.ff.de reg.iur.nuptias:addit tamen
quò ad quædam.primò quò ad bigamiā.ſupra de bi-
ga.debitum.ſecundò quò ad ſignificatum,de quo ibi
habetur. tertiò quò ad impedimentum religionis in-
greſſum, altero inuito, uel ignorante, ut hic ſecundū
Goff.quartò quò ad bonum prolis.ff.de uerbo. ſig.li-
berorum.quintò:quia multis modis per ipſum firma
tur matrimonium,de quibus, infra de ſpon.tua.ſecū-
4 dum Hoſti. ¶ Prima † gl.ſignat contrarium, & remit-
tit. ¶ Vltima glo.ponit opinionem , quam reprobat.
5 ¶ *In gloß.ſecunda ibi, Alexius*] & Ioannes euangeliſta, &
multi alij ſancti, Hoſti. ¶ *In glo.ult.ibi, quidam Bam*] & de
hoc.22.q.7.cap.2.in fi.mag.glo.& 7.q.1.paſtoralis,ubi
etiam not. de epiſcopo diuerſarum eccleſiarū [*& ibi,
religionis*] etiam ſi remanens in ſeculo non contrahat.
aliquibus uidetur,ꝙ tunc primò ſolutum erit primū,
cum contractum fuerit ſecundum.ſimile,infra de di-
uor.quanto [*& in fi.*] Idem Innocen. & Hoſtienſis.

ANNOTATIONES.

a ¶Nihil addat. Faciunt iſta ad q.an ſtatutum loquens de uxore, ut
quòd uir lucretur dotem, mortua uxore, uerificetur in ſponſa de
præſenti non cognita, uide ad hoc Cy.Bal.& doc.in l.non ſoe,C.
de epi.& cleri.

SVMMARIVM.

1 *Vir inuita uxore profeſſus religionem,mortua uxore , cui fuit reſtitutus,iterum non contrahit,nec ad monaſteriū redire cogitur.*
Religionem coniūx ingreditur multis modis in ſumma,& quibus.
Innocentius arguitur confuſionis .
2 *Coniux ante alterius mortem ſi non ſit eductus de monaſterio eius uotum ſit ſolenne,etiāſi eius mortem ignorauit.ſi uerò eductus, an peccet , ſi non redit ,nu.6.*
Coniuges ſi ambo ingreſſi ſunt monaſterium, amborum uotum uidetur ratificatum & ſolennizatum .
3 *De coniuge ordinato ad ſacros inuita coniuge , remittit .*
Coniugis alterius renunciatio ſeculi,uel carnis non obeſt alteri,& nu.4.& 6.cir.fin.
4 *Promiſſio periculoſa eius,quod eſt in alterius poteſtate .*
Votum etiam non tenet huiuſmodi .
Donatio non eſt grata , ſi unus offerat rem duorum .
5 *Epilogus , & additio gloſſarum, nu.6.*
Diuinæ uoluntati contradici non poteſt .
Ioan. Gal.magiſter Tancredi iuriſconſulti.§.1.
Continentia eſt de ſubſtantia profeſſionis , ibid.
Coniux an poſſit intrare monaſterium,altero ingreſſo,ibid.ad uer. non eſt reconciliatus .
Coniugij fides an unica , & quæ , in fin.

CAPVT III.

1 QVidam. Qui inuita † uxore profeſ-
ſionem fecit,& ei repetenti
fuit poſtea reſtitutus,mortua uxore matri
moniū contrahere non debet,licet ad mo
na.redire non cogatur.cōis diuiſio.ſecunda ibi,Quæ-
ſtioni [*Inuita*] no.quia ingreditur quis inuita cōiuge.uē
ſciente , ſed non dante licentiam.item dante licentiā,
ſed non uouente. item dante licentiam , & uouente,
ſed non religionem intrante. item uouēte, & religio-
nem intrante. Ad hęc mēbra diuerſa adaptantur om-
nia iura huius ti.quæ uidentur contraria , & de his ꝓ-
ſequar,infra eo.ex parte.1.& quædam hic cōfuſè not.
per Inn.decidam propter diſtinctionē , quā ibi ponā.
aliquid etiam de his dixi , ſupra cap.1.in fi. [*Ea mortua*]
2 dicit Innocen.† quòd ſi iſte non eductus de monaſte-
rio mortua nxore, ſaltē per momentū in mon.morā
trahat

trahat, eius uotum ſit ſolenne, etiam ſi mortem uxo-
ris ignorauit. ad hoc infra eo. conſuluit. ibi tenet con-
trarium, quando tranſiuit inuita coniuge, ibi uideas,
ſalua tamen diſtinctione. quam poſuit de eo, qui dux.
in matri. ca. 1. plus dixit hic Inno. ꝙ ſi ambo coniuges
ignorantes, uel ſcientes alterum uiuere, ingreſsi ſunt
monaſterium, ꝙ amborum uotum uidetur ratifica-
a tum & ſolennizatum per profeſsionẽ, & ingreſſum ᵃ
3 ultimi ingredientis. Quod autem hic no. Gof. de † or-
dinato ad ſacros inuita uxore, dicã infra c. placet [*Quò ad hoc*] quo lędebatur ius eius tantum, cui potuit re-
nunciare, ſupra titu. 1. ſtatuimus. Dicebat Inn. ꝙ per-
ſona nõ erat idonea ad ingreſſum, ſed idonea erat ad
renunciandum exactioni debiti [*In mulieris*] Hiero. ad
Celantiam, in fi. de hac materia loquens ſic dicit. Pe-
4 riculosè † promittitur, quod eſt in alterius poteſtate:
& neſcio, quam ſit grata donatio, ſi unus offerat rem
duorum [*Poteſtate*] ergo quò ad id uotum non tenuit
[*Apoſtolus*] i. ad Cor. 7. A [*ſed mulier*] ar. ad. q. no. 29. q. ult.
c. pe. in 1. gl. de uiro, qui ſe uendi. paſſus eſt in ſeruum.
5 ¶ Prima † glo. ſignat contrarium, & remittit. ¶ Vlt. gl.
obijcit, & ſoluit. ſecundò quęrit. ponit opi. Tan. ponit
cõtrariam, quam approbat, & alternatiuè reuertitur
ad primam. tertio quærit, ſoluit diſtinguẽdo, ſolutio-
6 ni opponit, & reſpondet. ¶ [*In † glo. ulti. in fi.*] Vin. dixit,
ꝙ licet cęperit uelle, ſine peccato contraxit, & ſoluta
fuit obligatio: ſed perdidit ius eligẽdi, cui tacitè renũ-
ciauit intrando, de cenſi. cum olim. ¶ [*In glo. ulti. ibi, diuina*] cui contradici non poteſt, infra de diuo. gaude-
mus [*& ibi, Tan. dixit*] Vin. Gof. & Phi. & ipſe Tan. dixit
infra eo. placet, ꝙ hæc fuerat opi. Ioã. Gal. magiſtri ſui
[*& ibi, ſolenne*] quia in præiudicium uxoris continen-
tiam permittere nõ potuit, quæ eſt de ſubſtantia pro-
feſsionis, infra de ſtatu mo. cũ ad monaſterium, in fi.
Goffr. [*& ibi, non eſt reconciliatus*] æquitatem habet hoc
dictum, licet Inno. plus placet, ꝙ etiam ante reconci-
liationem ipſo inuito non poſsit intrare, cum non te-
nuerit ipſius ingreſſus per præ. c. quod deo [*& in fine*]
unde, prout no. c. cauſa, & q. 2. coniuges, quidã dicũt,
ꝙ duplex eſt fides coniugij, caſtitatis. ſ. & mutui ſerui-
tij. Hug. dixit vnam tantum, quæ cõprehendit utrun-
que. ſi. quod no. in cle. de magiſ. cap. 1. in 5. gloſſ.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ingreſſum Contra iſta faciunt ea, quæ no. Ioã. An. in c. prudentiam, de of. deleg. ſuper glo. ſecunda, in addi. quæ incipit, dicit Inno. & de app. ſi duobus, in glo. mag. & Bar. in l. 1. §. hoc autem, ff. ex qui. cau. in poſ. eatur, & in l. multum, ff. de condi. & de. Bal. in l. falſus, C. de fur. in quibus locis no. neceſſe fore ad actus ualiditatem, ut agentes ſciant id ſe poſſe agere.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ingredi quando poſſit religionem etiam inuita uxore.*
Iura ignorare turpe nobili & patricio uiro.
Canones neſcire turpius epiſcopo.
Coniux ingreſſi religionem adulterij damnata contrahere nõ poteſt niſi eo mortuo, in fin.
2 *Mors ciuilis quibus caſibus naturali æquipolleat.*
Naturalia in omnibus magis conſiderantur, & efficaciora ſunt, excipitur.
Dinus in pandectis iuris ciuilis citatur à Io. And.
Petrus quoque Bellapertica, &
Ioannes Monacus, &
Archidiaconus.
3 *Ex uoto uiri de licentia uxoris emiſſo ſolennizatur etiam uotum uxoris.*
Matrimonium per ingreſſum uiri in religionem, uel per eius ordinationem an diſſoluatur.
Coniuges communicant ſibi actiones.
4 *Sterilis ſi quæ ſit, non ſequitur ut ſit continens.*

CAPVT IIII.

1 CVm ſis. Caſus. Maritus † religionẽ in-
gredi nõ põt, niſi & uxor in-
grediaƭ, niſi uxor eſſet nõ ſuſpecta, & cõti-
nentiã ꝓmitteret. & ibi, indecẽt, vbi ex ge-
nere præmiſſo infert ſpeciẽ [*Ignorare*] turpe eſt nobili
& patricio ignorare iura, circa q̃ uerſaƭ. ff. de ori. iur. l.
2. §. Seruius. Turpius aũt eſt ep̃o canones ignorare, de
tẽpo. or. uel nõ eſt, Ho. [*Vxorem*] cõſtrue, permittas ad
religionẽ trãſire, niſi uterq; migrauerit, & intelligitur
hoc de ſuſpectis, vt determinatur per ſequẽtia & fallit
hoc ſm̃ Inn. qñ ꝑ ꝑ alterius adulterium lata eſt ſnia di
uortij. extunc. n. non adulter põt mon. ingredi. 27. q. 2.
Agatoſa. mortuo tñ ingreſſo ꝯhere poterit, q remãſit
in ſeculo. j. de ſcđis nup. c. vlt. illo uiuẽte non: q a rema
nẽt cõiuges, licet ſeparati, de diuor. c. 2. & ſic eſt caſus
2 ſm̃ Gof. ꝙ mors † ciuilis, ſ. per religionis ingreſſum nõ
æquiparaƭ nãli, de quo. 16. q. 1. placuit. ubi Io. tenet ci-
uilẽ nõ æquiparari nãli, niſi in caſibꝰ expreſsis in iure.
nã naturalis mors oĩa ſoluit, & per eã oĩno ſoluta eſt
lex coniugij. 7. q. j. ſicut, & in auct. de nup. §. diſponat,
col. 4. & ibi de hoc in. §. ſed occaſiõnẽ. rr̃ in oĩbus ma
gis cõſideranƭ & efficaciora ſunt naturalia. ff. de verb.
ob. ex ea ꝑte. §. in inſulã, ubi de hoc, iura pro & ꝯ. ff. de
l. 2. cũ pater. §. hæreditatẽ. C. de his, q ue. æta. impe. le. 3.
ff. de capi. di. l. eas, inſti. de iure na. §. ſed nãlia. C. de ue.
iure enu. l. 2. §. ſed q a diuinę. Fallit hoc in caſibus. ff. de
lib. & po. l. Gallus. C. de epi. & cleri. deo nobis. ff. de do-
na. inter uirũ & uxo. ſed ſi mors, de ſup. ne. ꝑla. ſi ep̃s,
li. 6. Regulare tñ eſt, ꝙ nõ ſufficit aliquid fieri, niſi nãli
ter fiat. ff. de bo. poſſ. nõ putauit. ff. de cõ. & de. fideicõ-
miſſum, & l. fi. & ar. ꝯ. ff. de in ius uo. quiq; litigandi, &
l. adoptiuũ, ſm̃ Gof. & Hoſ. & ẽt ipſe Hoſ. remit. de of-
fi. deleg. ex parte. 1. Dicebat Di. in §. præ. in inſulã. aut
ciuilis caſus operaƭ eũdẽ effectũ, quẽ naturalis, & tũc
æquipollet, ut in l. deo nobis, & ff. qui ſatiſda. cogã. ſi
deceſſerit. ff. pro ſocio, actione. §. publicatione. aut nõ
operatur eundẽ effectũ, & tunc nõ ęquipollet, vt in d.
§. in inſulã, & præalle. §. hæreditatẽ, & de iure fiſ. l. Sta-
tius. Pe. de Bellaper. dicebat, aut poſt ciuilẽ caſum põt
euenire naturalis, aut non. primo caſu non ſufficit ci-
uiliter fieri, ut in. §. ĩ inſulã. ibi enim euenire põt mors
naturalis, unde illa expectatur. ſecũdo caſu, cũ poſt ci-
uilẽ naturalis euenire nõ põt, quæ aliquid ad id ope-
retur, tũc nõ expectaƭ naturalis, vt in mr̃imonio ſolu-
to per caſum ciuilẽ. nã tũc nãlis ſuperueniẽs nil oꝑaƭ:
q a qđ ſolutũ eſt, amplius ſolui nõ põt, in auc. de nup.
§. diſtrahunƭ. nec placet Pe. ꝓdicto, qđ dixerũt quidã
diſtinguẽdũ, an ꝓferaƭ ab hoĩe, & tũc nõ ſufficit ciui-
liter fieri: an à lege, tũc ſufficiat, quod reprobat per l.
res uxoris. C. de dona. inter uirũ & vxo. Hæ ſolutiones
quò ad terminos nr̃i iuris nõ ſufficiũt, ut patet in eo,
qđ dixi in prin. gl. & patet in præ. decre. ſi ep̃s, & de re-
ſcrip. ſuſceptũ, li. 6. ibi ẽt de hoc ꝑ Archidi. & iõ teneri
1 põt, qđ prius dixi. unde dicebat Io. Mo. in prę. c. ſi ep̃s,
ꝙ q a mors dicta de duobus, de vno eſt ꝑ prius, de alio
per poſterius, ipſa ſumpta ſimpliciter de priori dẽr in-
3 telli [*Promittente*] poſt quã † promiſsionẽ mr̃imoniũ
ꝯtũ nõ teneret, ſicut & obtinet in uxore ordinati. 32.
di. ſeriatim. nã ex voto uiri de licẽtia uxoris emiſſo ſo-
lennizatur etiam uotũ uxoris, uir enim & uxor com-
municãt ſibi actiones. 30. q. 4. ſi quis unus, Gof. & Hoſ.
Ad idẽ. j. de cogna. ſpi. Martinus, & ſm̃ hoc nõ ob. de-
cre. unica, de uoto, li. 6. Aliqui dicũt, ꝙ nõ ex voto, ſed
ex cõſtitutione eccl'ię diſſoluiƭ tale mr̃imoniũ, ſuper
quo uide, qđ no. 28. di. ſi ſe. ¶ [*In glo. 2. ibi, ſteriles ſunt*] di-
cebat meretrices. & dicebat Hoſti. phyſicos dicere, ꝙ
ex nimio appetitu impeditur conceptus. unde nõ ſe-
quitur, ſi ſterilis, ergo continens. ¶ [*In glo. ult. ibi, approbationis*] de cognatione ſpiritu. ſuper eo.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Coniugatorum, neque ſponſorum ad ſacros promouendus eſt nullus, excepto caſu, & an ad minores, num. 3.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, & num. ſequentibus.*
Coniugatum ordinanti pœna.
4 *An à cõiugato, qui promouetur ad minores, exigi dẽat continẽtia.*
5 *Vir tenetur uxori neceſſaria prouidere, & quo caſu hic, item corrigere.*
Vxor ordinandi an debeat intrare religionem, ſicut intrante religionem uiro.

C A P V T V.

1 COniugatus. Breue ẽ [*Vxore*] Idẽ in
ſpõſa de præſenti, licet
nõ cognita. de hoc. ſ. e. ex pte. 2. [*Profitente*]
peccar igit ordinator, vt dicit Inn. niſi pri⁹,
q̃ ordinet. faciat mulierẽ continẽtiã profiteri, ut hic
2 [*Abſolutus*] j. eo. dudũ. ¶ Prima † gl. rñdet p qõnẽ, ar-
guit p, ſoluit ꝯtiũ. ¶ Secunda gl. q̃rit, ponit opinionẽ
3 Ala. ponit ꝯtrium. reuertit ad primã. ¶ *In † gl. prima, ibi,
ſed non eſt uerum*] j. de tẽp. ord. nullus, li. 6. per quã pœna
imponit ordinãti, & ſic põt dici, ꝙ ordo ſacer ſumit
hic largè. de hoc. 32. diſt. in ſumma. patet tñ p pdictã
decr. ꝙ tũc promoneri põt ad minores, qñ vult ad ſa-
4 cros aſcẽdere, an † uerò cõtinẽtia exigi dẽat à cõiuga
to, q promouet ad minores, no. 77. diſ. epiſcopus bñ
dictionẽ. & p prædictã decr. vr ꝙ ſic. ¶ *In gl. ult. ibi, idest
caſtitate*] ſic ſup. de æta. & qua. à multis. in prin. [*& in
fi.*] & hoc ultimũ placet Io. 28. di. qa ſunt, & hic Pe. p
illud e. & qa ſic uideret, ꝙ mulier ad plus aſtringat, q̃
5 ipſe uir. Abb. addit, qa vir † tenet uxori hoc caſu ĩ ne
ceſſariis prouidere. 31. di. oĩno, ad q̃d nõ tenet, niſi re
ligionẽ profiteat. Itẽ tenet illã corrigere. de hoc, ſup.
de iureiu. quẽadmodũ, in fine. Sed Tã. & Ho. tenẽt, ꝙ
vxor ordinãdi, ſi iuuenis ẽ, neceſſe hẽt religionẽ ĩtra-
re, & mouet Ho. qa ſi marito religionẽ intrãte, ipſa te
net ingredi, multo fortius, cũ ſe fecerit ordinari: qa
magis ſuſpectus ẽ ordinatus, q̃ profeſſus: qa ille faci-
li⁹ põt ad ipſam accedere, & accedẽs forſan nõ habe-
bit repulſam, de fil. preſ. literas, de cohab. cler. c. 1. & c.
clericos. Mihi ſatis æquè uideret diſtinguẽdũ, an mu
lier ſit iuuenis, & ſuſpecta: an iuuenis, ſed non ſuſpe-
cta. primo caſu ſemp cõpellit. ſecũdo, ſi eſt vxor pro
fitẽdi etiã cõpellat propter rõnẽ. de qua. j. eo. ad apo
ſtolicã, & c. ſignificauit. ſi ẽ uxor ordinãdi, ſufficit, ꝙ
uoueat, ſaluo quod de epiſcopi uxore dicit. j. c. prox.

S V M M A R I V M.

1 *In epiſcopum uxoratus poteſt promoueri, uxore profitente religionem, & cur, num. 3.*
Epiſcopatus an ſit ordo.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 3. & 4.*
4 *In Cardinalem poteſt coniugatus promoueri ſeruato eodem, quod de epiſcopis.*

C A P V T VI.

1 SAne. Caſus. Vxoratus † in ep̃m pmo-
ueri nõ pt, niſi uxor eius religio-
nẽ profiteat. ſecũda ibi, Fraternitati (*Requi
renda*) & obtinẽda. ſ. e. pximo (*In epiſcopum
ordinare*) archiepiſcopis loqtur, ut patet in ſubſcri. ſ. c.
px. & patet, ꝙ ep̃atus ẽ ordo, de hoc in proœ. 6. in prin.
(*Prius*) no. p ordine facti, & forsã pfeſſã fuerat iſta tẽ-
pore, quo ille pmotus fuerat ad ſacros. ſ. c. pxi. ¶ Pri-
2 ma † gl. reſpondet per quæſtionẽ. ¶ Secũda quærit, &
3 ſoluit. ¶ *In † gl. 1. ibi, de Syracuſana*) vbi de hoc in gl. pe. &
dixi, ſup. de teſta. c. 1. ¶ *In gl. 2. ibi, reſpondeo*) ꝫm Ro. Lau.
Tan. & Vin. & idẽ no. 28. diſ. qa ſunt, & c. ſc. & idẽ Inn.
ſup. eo. cũ ſis. Iſtud placet hic Hoſt. nõ tã propter ex-
cellẽtiã dignitatis, q̃ propter imminẽtia pcula euitã-
da. forſan. n. nimis uiſitaret ep̃m eius uxor, non rema
neret in ſeculo, & aliis mulierib. ſociata, & p multis
intercederet cõtra iuſticiã, inſtaret p ditatione parẽ-
tũ, & ſimilia cõtingere poſſẽt, q̃ ſunt pcauẽda, de ſer.
4 nõ ord. c. 1. Quid de † uxore cardinal. ſi eſt ep̃s, planũ
eſt. ſi non eſt ep̃s, papa, q ſolus pmouet card. ipſe pro
uideat, & rõnibus prædictis honeſtũ eſt idẽ ſeruari,
quod de epiſcopis, & ſic noſtris tẽporibus factũ fuit.

S V M M A R I V M.

1 *Sponſa, & qua nolens intrare religionem, compellatur intra certum tempus ad id, uel adhærere uiro.*
2 *Delegatus poteſt excommunicare poſt ſententiam.*
An mulieri ſit credendum aſſerenti ſe non cognitã à uiro, remittit.
Copulatio prima carnis inter coniuges an ſit gratuita, & ad eam poſſit coniux compelli. & nu. 7. §. fin.
3 *Iurans ſi primò cum muliere contrahere, poſtea iurat ingredi religionem, quid iuris.*
Abſoluere non poteſt ordinarius excommunicatum ex delegatione papæ.
Excommunicatus pro manifeſta offenſa in ſpiritualibus abſoluitur cum cautione.
Tranſitus mulieris ad religionem cum effectu debet intelligi.
4 *Papæ eloquium ut Dei obſeruandum, & in dubiis ad eum recurrendum.*
Sacrum eloquium hic quod dicatur.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 6.*
Sponſi quando diuertentes redeant abſque pœna.
7 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*
Religionem non coniugata poteſt in domo propria profiteri.
Cautio iuratoria an ſufficiat in caſu huius decretalis. §. 1.
8 *Tempus duorum menſium hic ſtatutum an poſſit arctari, ſiue prolongari.*
Probationis annum in caſu huius decretalis quando habebit, in fi.
9 *Circa matrimonium non conſumatum an & quando poſſit eccleſia ſtatuere.*

C A P V T VII.

1 EX publico. Caſus. Spõſa † de præ-
ſenti nõ cognita, quæ
dicit ſe religionẽ ingredi uelle, cõpellit. j.
certũ tẽp⁹ religionẽ pfiteri, uel adhærere
marito. primo narrat factũ. 2. ibi, cæterũ, ĩ qua mulie
ri petẽti dat iudicem. tertiò ſoluit obſtaculũ ibi, ſane
[*Renuerit*] forſan habebat uirũ multũ exoſum, & ute-
bat forſan uerbis, de qbus. ſ. de iureiu. tua nos [*Aſtricta*] hic ſubintelligit. ꝙ propter hoc acceſſit. uel miſit
ad papam, & impetrauit hãc cãm, & no. hic Abb. per
2 hoc † dele. poſſe poſt ſñiam excõicare, de hoc de off.
dele. q̃rẽti (*Aſſerit*) an ei ſit credẽdum, remit. Hoſt.
de deſpon. impu. cõtinebatur (*Ad uirum*) ex hoc c. & ſ.
c. verum, dicunt quidam. ꝙ prima carnis copulatio
inter coniuges eſt gratuita. cum ante ipſam alter al
tero inuito poſſit religionem intrare, & ſic non co-
gitur matrimonium conſumare, & de hoc. 27. q. 2.
coniuges. Sed Hoſt. contra poſt Goff. per decr. ex lite
ris. a. & c. præ. in fi. & c. ſicut, inf. de ſpon. non ob. hæc
lectura, in qua etiã alternatiuè cogitur ad matrimo-
nium conſumandum [*Spatium*] ſ. dilatio, ſupra de lo
ca. & con. potuit, & infra qui fi. ſint le. lator [*Debeat*]
3 quod † not. hic Vin. de illo, qui iurauit cum muliere
contrahere: poſtea iurat religionem ingredi, uide in
Spe. eo. tit. in fi. & quod ibi dixi [*Abſoluas*] aliter abſol-
uere non potuiſſet, etiam ſi eſſet ordinarius, quia ex-
communicauerat per deleg. papæ, de offi. or paſtora
lis, Tan. & no. per hoc ſecundum Abb. ad ea, quæ di-
xi, ſupra de præbẽ. pro illorum. ſuper gl. pe ꝙ excom

Io. And. ſuper 3. Decre.

a municatus pro manifeſta[a] offenſa in ſpiritualibus ab
ſoluitur cum cautione[*Tranſiens*] cũ effectu ita vide-
licet, ꝙ ꝓfiteatur: aliter nõ prouideretur bene mari
to, qui forſan iuuenis eſt, nec poteſt diutius expecta-
re. & hæc cauſa forſan mouit papam ad hoc tempus
abbreuiandum, ut lit. nõ conte. c. fi. §. 1. uerſ. uel viro,
ſecundum Hoſ. (*In euangelio*) Math. 5. & 29. (*Sacri elo-*
4 *quij*) ideſt noſtri, cuius † eloquium ut Dei obſeruan-
dum eſt. 30. diſ. per totum. 24. q. 1. hæc eſt fides, & eas
præcedere, ſup. de transla. per totum, uel (*ſacri*) ideſt ca
nonici ex. l. diuina, & ſanctorum patrum collecti. ĩ.
de accuſa qualiter. 2. In dubijs ergo recurratur ad pa-
pam, ad quem ſpectat interpretatio, inf. qui fi. ſint le.
per venerabilem. §. rationibus, ſecũdum Hoſt. ¶ Pri-
5 ma † gl. quærit, & ſoluit. ¶ Tertia gl. ſucceſſiuè de duo
bus quærit, & ſoluit. ¶ Vlt. gl. obijcit, & ſoluit ponens
etiam dictum Ala. Item Vin. contra, qui all. decr. ult.
6 de ſpon. du. ¶ *In 4. † gl. ibi. l. ult.*) ſponſi diuertentes ex
cauſa, quam à principio ignorarunt, reddunt arrhas
ſine pœna (*& ibi, Deo nobis*) ſponſus, vel ſponſa, qui uel
quæ religionem ingreditur, nullam pœnã ſoluit du-
7 plicationis arrharũ. ¶ *In † gl. 1. ibi, non eſt*) ſecundum
Tan. & idem Inn. & Hoſt. fatentur tamen, ꝙ ſi coniu-
gata non eſſet, poſſet in domo propria religionẽ pro
fiteri, de hoc dixi poſt eos, ſup. ti. 1. porrectum. ¶ *In gl.
2. ibi, fideiuſſores*) & talis erat iſta ſecundum Gof. quam
ſi dare non poſſit, ſufficiet iuratoria ſecundum Hoſ.
qui dicit hoc ſatis expreſſum. ff. de iud. l. a. §. ſed ſi du-
b bitetur, [b] & Abb. dicit, ꝙ magiſter ſuus tenebat idẽ:
quia ad impoſſibile &c. ff. de reg. iu. impoſſibiliũ, ſu
pra de pac. c. fi. (*& ibi, putarem*) ſecundum Ro. Tan. &
Phi. (*& infi.*) Vin. all. ff. de fide iu. l. 4. §. adijci. ¶ *In gl. num
quid, ibi, & non minus*) Io. uidetur tenere ꝙ ſic. 9a. di. c. an
tepe. & 24. q. 2. coniuges, vbi etiam no. de primo ſpõ-
8 ſorũ coitu, an ſit gratuitus, ut dixi in textu (*& ibi † cre-
do*) ſecundum Ala. Ro. Tan. & Phi. Inno. uerò dixit, ꝙ
1 LIterarum tuarum. C. Simpliciter †proponens religionem ingredi, licet non ingrediatur, nõ eſt reus uoti. Et primò ponitur conſulatio. ſecundo reſponſio ibi, tribuitur [*minatione*] meticuloſus erat iſte, ut uidetur, & non cordatus. ff. quod me. cauſa. l. 5. Hoſtien. [*Hic*] idest in hoc ſtatu. i. in ſeculari conuerſione. Goffre. [*Tranſgreſſor*] licet
2 †enim licitum quis proponat vel voueat, non tamen propoſitum, uel uotum complere tenetur, niſi delibe ratio præceſſerit, uel niſi animo obligandi id fecerit, 17. q. 2. Conſaldus, argu. de regula. ad noſtram. In foro tamen eccleſiæ ſemper, ex quo uotum exprimit, cogitur illud perficere: quia creditur ex deliberatione procedere. Si autem deliberatione præcedente in mẽte propoſuit continere, vel peregrinari, illud facere tenetur, etiam ſi uoce non expreſſit. 17. q. 1. qui bona. ſed eccleſia non coget eum, niſi id confiteatur. Innoc. vnde dicebat Hoſti. ꝙ ſi ex prima deliberatione quis obligaretur, pauci, præcipuè ſtudentes eſſent, qui nõ eſſent obligati religioni, cum communiter conſueuerint talia concipere. no. etiam per dicta ſuperius, q ſi proponens ſeculum relinquere, & cum ea intentione recipit habitum, obligatur irreuocabiliter, & dicitur uotum ſolenne. de hoc de regula. conſulti, & cap. beneficium, lib. 6. & cap. non ſolum [*Dixiſti*] in mente ſe-
3 cundum Hoſtien. no. hic Abbas †uotum initiari, confirmari, & conſumari. initiatur, cum propoſito, in animo ſeminatur, & ex hoc non obligatur quis quo ad Deum, uel eccleſiam. confirmatur, cum ſuper propoſito figitur & firmatur deliberatio, ex quo apud Deum obligatus eſt, ut ſupra dixi. conſumatur, cum propoſitum deliberatum ore exprimitur; & tunc cogitur eccleſia. Dicebat frater Tho. ſecunda ſecundæ.
4 q. 87. arti. 1. quòd uotum† obligationem importat ad aliquid faciendum, uel omittendum. ſed promiſſio, quæ fit homini ab homine, non poteſt fieri niſi per uerba, uel ſigna exteriora: Deo uerò poteſt fieri promiſſio ſine his. unde. 1. Regum. 16. homines uideat ea, quæ apparent: Deus autem intuetur cor. facit. 14. q. 6. cap. 1. ad fin. expreſſio tamen eſt utilis, vt non ſolum à fractione deſiſtat amore Dei, ſed etiam propter reuerentiam hominum. promiſſio uerò procedit à propoſito faciendi. propoſitum autem aliquam deliberationem præexigit, cum ſit actus uoluntatis deliberatæ. dicit igitur ad uotum tria de neceſſitate requiri. primò deliberationem: ſecundò propoſitum uoluntatis: tertio promiſſionem, in qua perficitur ratio uoti. Superadduntur quandoque alia duo ad uoti confirmationem, pronunciatio oris, pſalmus. 65. Reddam tibi uota mea, quæ diſtinxerunt tibi labia mea. & aliorum teſtimonium, ut ſupra dicit, ergo, quòd conceptio boni propoſiti non firmatur ex animi deliberatione, niſi promiſſione per deliberationem ſe-
5 quente. ¶Prima †glo. reſpondet per ob. ¶Secunda, infra eo. per tuas. ¶Glo. ſignat contrarium. item ar-
6 guit, & in contrarium allega. tria iura. ¶*In †glo. 1. ibi, obligationem*] uide de deſpon. impub. duo pueri, ſuper 5. glo. [*& ibi, ſi ego*] dedi pecuniam in donum, tu recepiſti in mutuum, nec donum eſt, nec mutuum. Idem ſi dedi in depoſitum, ſed recepiſti mutuum, uel dedi
7 in mutuum, recepiſti in commodatum. ¶*In †glo. 1. ibi, proponendo*] de hoc, infra eod. capitu. ultim. in glo. fin. ¶*In glo. 2. ibi, iuramenti*] ſolue per gloſſ. ſupra proxi. [*& ibi, Item argumen. quòd*] illud argumen. non ſumitur hic, cum neq pactum fecerit, nec uerbum emiſerit ſecundum Hoſtien. [*& ibi, ſuffragio*] ubi de hoc, & 1. quæſtio. 7. quoties, & de pac. cap. 1.

SVMMARIVM.

1 *Temporale obſequium poteſt in perpetuum commutari, & à quo.*
Votum irritatur defectu conditionis, ſiue ſit generalis, ſiue ſpecialis, & quando aliter, nu. 4.
2 *Conditio generalis quando dicatur, & quando ſpecialis.*
Generalis ſubintelligitur non altera.
Votum quis conditionale non tenetur adimplere niſi extante conditione.
3 *Pro eo an poſſit agere rector pro pallio, quod quis offerre uouit.*
An ſit licitum, & non dicatur ſimoniacum, concluditur non eſſe.

Homo

Homo qui eſt, & quicquid habet, à deo eſt, & à deo hoc habet.
De ſpirituali etiam ad ſpirituale admittitur permutatio.
Vouere per ſe, uel cum conſenſu alieno, & cuius, qui poſſint.
4 *Votum qui exequi non poſſunt impediti aliena, cui ſubſunt. poteſtate, & impedientes iure ſuo non peccant, uer. prædictos autem, circa fin.*
5 *Minor reſtitui non poteſt ex commutatione uoti in melius, neque ſi contrahat quempiam cum meliore ſponſo, aliàs poteſt.*
6 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 7.*

CAPVT IIII.

1 SCripturæ. Breue eſt [*Temporale*] ad †quod tenebatur ex uoto, non intelligas in ſeruo. 54. diſt. generalis, Goffred. unde, ut patet in an. Decre. iſta
dirigitur Cyſtercienſibus propter eos, qui religionem
eorum ingrediebantur, & uouerant ire ultra mare,
uel ad alia limina [*Religionis*] irritatur uotum defectu
conditionis, ſiue ſit generalis, ſiue ſpecialis. Genera-
2 lis† eſt, quando dicitur. Si uixero, ſi potero, ſi deo pla
cuerit, faciam hoc, uel illud: quæ conditio ſemper in-
telligenda eſt, & ſi non dicatur. infra eo. capitulo pri-
mo, & 22. quæſtio. 2. beatus. 16. quæſt. 1. in parochia.
Specialis uerò eſt, quando dicitur, ſi filius meus libe-
rabitur, offeram tale pallium, uel ibo ad ſanctum Ia-
cobum. & talis non ſubintelligitur, niſi exprimatur;
argumẽ. C. de condi. ob cauſam da. ſi repetendi, ff. de
uerbo. obliga. ubi autem non apparet. uouens autem
non tenetur in hoc caſu ad uotum implendum, niſi
conditio, id eſt filii liberatio extet. 32. quæſt. ſi. capitu.
unico, & argum. ſupra de reſtitu. ſpo. olim cauſam, &
3 infra de condi. ap. uerum. Quid† ſi conditio extet, nũ-
quid poterit agere rector eccleſiæ ad petendum pal-
lium, quod offerendum uouit? Scripſit hic Innocen.
ꝙ non: quia tale uotum illicitum eſt ab initio, cũ uo-
uens intendit à deo, uel aliquo ſancto emere ſanitatẽ
quod ſimoniacum eſt. 1. q. 1. qui ſtudet. Liberaliter e-
nim offerendum eſt. & poſtea pro ſanitate, uel quo-
uis alio precibus ſupplicandum. 1. q. 1. duces, & quæ-
ſtio. 2. quàm pió. 33. diſt. in. c. ſi. 28. q. 1. caute. nec tamen
propter hoc intelligas conditiones in uotis reproba-
tas, niſi eſſent ſimoniacæ, qualis eſt prædicta, uel aliàs
turpes, & inhoneſtæ, ut in præalleg. cap. & ſupra de iu
reiuran. uerum. ubi publicè uouit, tamen cauſam uo
ti non expreſſit, ſed in corde retinuit. in hoc caſu tum
propter ſcandalum, tum propter ignorantiam com-
pellitur uotum adimplere, uel commutare, infra eo.
magnæ. infra de cenſi. ex parte. Innocentius. Alii di-
cunt huiuſmodi uota eſſe licita, nec ſimonia offerre
deo cordis ſui contritionem, uel aliam deuotionem
ex cauſa iuſta etiam ſub conditione, ſiue in dando, ſi-
ue in faciendo cõſiſtat: quia quicquid homo dat, uel
facit pro deo, non de ſuo facit, ſed potius de eo, quod
dei eſt. quod enim homo eſt, & quicq̃d habet, à deo
eſt, & à deo hoc habet. unde domini eſt terra &c. de
deci. tua nobis, §. 1. Sed & quodcunque temporale li-
cet offerre in eleemoſynam, cũ ſpiritualis ſit pro ob-
tinenda ſanitate, uel quocunq; alio à deo: quia illud
ſpirituale eſt. nam & permutatio admittitur de ſpiri-
tuali ad ſpirituale, ſupra de re. permu. ad quæſtiones.
& uidetur expreſſum. ꝙ liceat, Gen. 28. in fine, ſecun-
dum Inno. dicit Hoſt. ꝙ quamuis illud, quod Innoc.
prius dixit, honeſtius ſit, tamen nec iſtud ultimum re
probat: imo & credit, quod tale uotum licitè emit-
tatur, argum. expreſſum. 23. quæſt. 1. §. ex his itaque,
& §. fin. & in eo, quod le. & no. infra de cenſi. ex par-
te. & ſupra de ſer. nõ ordi. eo libentius. Nec ob. quod
dixit Inno. & hoc eſt ſimoniacum: quia ſuper hoc in-
ter deum, & hominem nulla pactio intercedit, ſine
qua expreſſa non committitur ſimonia. 1. quæſtio. 2.
quàm pio. Et ſi de mentali agatur, uix eſt homo, qui
pro deo aliquid faciat, quin & ab eo ſpectet habere
remunerationem, quam & ipſe deus promittit ſecun
dum opera ſe facturum. Matt. 25. & ſupra de ſumma
Trini. c. 1. infra de pœni. cum ex eo. §. 1. uer. quoniam,
4 ut ait apoſtolus. ſecundum Hoſt. ¶ Irritatur† etiã uo-
tum ſm̃ Inn. poteſtate ſuperioris, ut patet in monaco
qui nec uotum abſtinentiæ, nec peregrinationis, uel
aliquod aliud, ex quo poſſet præberi uagandi mate-
ria, uel ſcandalum nutriri, uel minui obſequium de-
bitum. ſine licentia ſuperioris poteſt emittere, & ſic
intellige. 20. q. 4. c. 2. & 3. & § fi. 41. diſt. quiſquis. 16. q. 7.
in noua. Si autem uoueret dicere unum pſalterium,
uel aliquam aliam orationem, uel aliud, ex quo nihil
mali poſſet contingere, hoc adimplere deberet. & ſi-
bi licitum eſt, plus mereri. Clericus autem ſecularis,
& ſi ſine licentia epiſcopi poſſet uouere continentiã,
non tamen peregrinationem. de conſe. diſt. 5. non o-
portet. & no. ſupra de cleri. pere. c. 1. Epiſcopus uerò
nec uotũ peregrinationis, nec religionis poteſt emit-
tere ſine papæ licentia ſpeciali, ſupra de regula. licet,
tranſmarino forſan excepto, infra eo. magnæ. §. uerũ.
Quid de Abbate? dicendum eſt ſm̃ Hoſt. ꝙ ſicut mo-
nacus in talibus aſtrictus eſt Abbati, ut no. ſup. eo. gl.
uer. irritatur, ſic & Abbas epiſcopo. 18. q. 2. Abbates,
& c. Abbatibus. 93. diſt. ſubdiacono, & c. nulla ratio-
ne, infra eo. magnæ, §. uerum, uer. cum enim. adhuc
tamen uidetur excipiendum eſſe tranſmarinum, inf.
eo. c. fin. Quid de ſeruo? reſpondeo non tenet uotum
ab eo emiſſum, per quod domini ſeruitium minua-
tur. 54. diſt. ſi ſeruus, infra de ſenten. excom. relatum.
Quid de impubere? planum eſt, ꝙ talis non poteſt uo
tum religionis emittere ſine parentum, uel tutorum
licentia. 20. q. 2. c. 1. & 2. & le. & no. ſupra de regula. c. 2.
ſed nec uotum abſtinentię, uel peregrinationis. 22. q.
2. tribus, & quæſtio. 4. pueri, quod intelligunt quidam
de impubere tantum, arg. à contrario ſenſu. 20. q. 2. c.
1. Sed Innoc. dicit idem de pubere, dummodo in pa-
tris ſit poteſtate, & pater ipſe tacitè non cõſentiat, uel
expreſsè, ff. de pollicita. l. 2. §. 1. Sufficit enim, quòd
hoc ſciat, & non contradicat. 20. q. 2. c. primo, nec ob.
20. q. 2. c. 1. & 2. quia ibi loquitur in uoto religionis, ꝑ
quod eximitur à patria poteſtate. Sed & impubes e-
tiam filiusfa. ſi ex quo doli capax eſt, uotum abſtinẽ-
tiæ, uel peregrinationis, uel aliud ſimile emiſerat, ſo-
luta patria poteſtate illud adimplere tenetur: quia ex
quo poteſt obligare ſe diabolo, multo fortius deo, ar
gum. infra de delic. pu. c. 1. uerum quia tales inexperti
ſunt propter fragilitatem ætatis, cum ipſis facilius di-
ſpenſatur, ut patet in eo. quod le. & no. ſup. eo. ueniẽ-
tis. §. unico. Votum tamen religionis ab ipſis intra pu
pillarem ætatem emiſſum eos non obligat, ſi etiam
religionem intrauerint, & impuberes exiuerint, non
tenentur, quod dic ut no. & le. ſupra de regula. poſtu-
laſti. uxor autem ſine mariti licentia uotum abſtinen
b tiæ, uel peregrinationis non poteſt emittere cum ef
fectu, quod ſi fecerit, ipſe maritus poterit hoc reuoca
re. 33. quæſtio. 5. manifeſtum, noluit, hæc imago. &
idem intelligas econuerſo: quia uir, & mulier non
ſunt in talibus ad imparia iudicandi. trigeſſimater-
tia, quæſtione ſecunda, ſi quis uxorem, & quæſtione
5. præcepit Chriſtiana. Excipe uotum tranſmarinum:
quod dic, ut legitur & no. ĩ. eo. ex multa, §. quod autẽ.
tenet etiam Bart. in domini. 40. ꝙ etiam emiſſum an-
te contractum peregrinationis uotum, alter coniu-
gum inuito altero non implebit per præall. c. noluit.
& hoc idem tenet, in quęſtio. prima, de monaco quò
ad Abbatem. & idem Io. in prę. c. noluit. ſed & uotum
continentiæ ab eis de communi conſenſu emiſſum

ſeruandum eſt, quia & ſolenne cenſetur. quod dic, ut
not. ſupra de conuer. coniu. capitulo primo, & penul
ti. ſicut aūt uterque dare poteſt. quod ſuum eſt ſine
conſenſu alterius. ſic & uouere de dando. Prædictos
autem peccare nō credimus, ſi contra iuramentum,
uel uotum ſuum faciunt in caſibus ſupradictis. Lex
enim patria, ſiue iuſta poteſtas, hos excuſat. 33. quæ-
ſtione quinta. noluit, manifeſtum, & etiam canones.
22. quæſtione quarta, tribus, & quæſtione quinta. pue
ri. ſed nec pater peccat hoc reuocando: quia utitur iu
re ſuo, ff. de iniuriis, iniuriarum, ſup. de electio. cum
eccleſia Vulterana, ſecundum Innocen. cuius eſt ma-
ior pars huius glo. Cætera, quæ circa hanc materiam
deficiunt, collige in ſumma. eodem titu. §. quis uoue
5 re poſſit ſecundum Hoſtien. [*Commutare*] ſed in † hoc vi
detur decipi, quia temporalem obligationem com-
murat in perpetuam. ergo, ſi minor eſt, reſtitui poteſt.
dic contra: quia non eſt læſus, ſicut nec illa, quæ con-
trahit cum meliori ſponſo, ff. de mino. non omnia. ſe-
cus ſi puer renunciaret præbēdæ ſuæ. Vincen. de hoc,
ſupra de reſtitutio. ſpoliato. ex parte, & dixi, ſupra de
6 regula. cum uirum, ſuper gloſſa ſecunda. ¶ Prima † gl.
7 arguit, dat ſimil. & cauſam reddit. ¶ *In † glo. 1. ibi, admo-
nere*] ubi de hoc, & in ſupradicto, §. his auctoritatibus,
& hoc tenet Hug. alii dicunt, diſpenſationem neceſſa-
riam. dixit Inn. hoc credimus fieri ſine diſpenſatione:
tutius tamen eſt, quòd diſpenſetur.

SVMMARIVM.

1 *Voti ultramarini executio poteſt ex cauſa auctoritate papæ dif-
ferri, & qua, num. 1. §. 1. iuncta gloſſ.*
Redimi poteſt, uel permutari.
2 *De modico non curandum.*
Impacatum, quid dicatur.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
Furtum qui non faciat.
5 *Additio gloſſarum,*
Votum reddendum, uel quod deo ſit acceptius faciendum.
*Voti diſpenſatio non prodeſt abſque iuſta cauſa, §. primo, adiecta
gloſſ.*

CAPVT V.

1 NOn eſt. Caſus. Executio uoti ultra-
marini auctoritate papæ dif-
ferri poteſt ex cauſa. & tria facit. præmit-
tit exordium. ſubmittit narrationem, &
demum concluſionem. ſecunda ibi, Sanè. tertia ibi,
ideoq; [*Adimplere*] ſupple, uel redemit, uel permuta-
uit, infra eodem magnæ, ſecundum Hoſtien. [*Non
2 † modicum*] de modico non fuiſſet curandum. ſupra de
reſtitutione in integrum, capitulo primo, ff. eodem,
l. ſcio, ſecundum Hoſtienſ. [*Impacato*] ideſt non paci-
ficato, ſexageſsima pri. diſtinctione miramur. In prin-
3 cipio. ¶ Prima † gloſſ. obiicit, & ſoluit. ¶ Secunda re-
ſpondet per quæſtionem. ¶ Tertia obiicit, & ſoluit.
4 ¶ In † gloſſa ſecunda, ibi, inter omnes, §. penultimo,
non facit furtum, qui putat dominum id conceſsiſ-
ſe, ſiue falsò, ſiue uerè id putet. ¶ *In † gloſſa prima, ibi, red-
dite*] ſupplendum eſt, uel auctoritate ſuperioris, quod
deo ſit magis acceptum, facit c. & ſic non obſtat ſe-
cundum Hoſtienſ. [*& ibi, declarat*] ſecundum Ioann.
[*& ibi, dic ut ibi*] & decimaquinta, quæſtione ſexta, au-
ctoritatem. ¶ *in gloſſa ſecunda, ibi, diſpenſandi*] idem hic
Goffred. & Hoſtien. & Innocen. infra titu. proximo.
cum ad monaſterium. & uide quod ibi dixi poſt eum
ſuper ultima gloſſ. ubi remiſi ad ſpeculum, & quod
dixi, ſupra de præben. de multa, in gloſſ. fina. & quod
dixi poſt Hoſtien. de electio, dudum. ſecundo, ad fin.

ſuperuet. canonicè. & facit, quod not. de translatio.
capitulo ſecundo, uer. non enim, in gloſſ. 2. quod di-
cam, infra capitulo proximo, in gloſſ. hic patet. Di-
ctum autem gloſſ. tunc maximè uerum ſecundum
Goffred. quando ad ſui poſtulationem eſt obtenta re
miſsio. argum. ff. quod quiſque iur. l. tertia, in princ.
Idem Hoſtien. argumen. de præben. ſi motu proprio,
& capitulo ſequentibus, libro ſexto. ¶ *In gloſſa ultima,
ibi, communi utilitati*] dicit communem Ieroſo lymita-
nam, priuatam ad regnum Vngariæ. ſed etiam ſu-
mitur contrarium ſecundum Hoſtienſem, inſpicien-
do priuatam ex parte uouentis, communem ex par-
te regni: nec etiam textus exprimit ſecundum eum,
an uouerit ire in ſuccurſum, an cauſa peregrinatio-
nis [*& ibi, differt*] ſecundum Ioan. & in fine, ad hoc, ff.
de iudi. debitori.

SVMMARIVM.

1 *Ad uoti ultramarini executionem compellit eccleſia laicum, &
quibus modis.*
Liberalitas non eſt in neceſſitatibus.
Arbitrium liberum in quibus uti poſſit homo, nu. 2.
2 *Pœnitentia non ualet abſque humili corde.*
3 *Pater filium in ſua poteſtate conſtitutum poteſt inſtituere ſub con
ditione, & qua.*
Idem in nepote, & quò.
4 *Sine dilatione eſt adimplendum, quod ſine eſt ea mandatum.*
5 *Animæ ſalus temporalibus præponenda.*
Temporis reſtitutionis caſus hic.
*Hæredi datur tempus ad executionem uoluntatis teſtatoris anna-
le, niſi reſtringatur.*
6 *Ad iter arripiendum terminus datur.*
7 *Pœnæ quandoque ponuntur plures, & quando.*
Regere non merentur heretici periurio.
8 *Ex tunc, aduerbij ſignificatus.*
Et nunc, aduerbij additio in ſententia non neceſſaria.
9 *Primogenitorum ius quadruplex, & in quibus conſiſtat, nu. 10.
11. & 12.*
*De eorum antiqua benedictione cum eius explicatione, numero
11.*
10 *Geniture ordo unde profectus.*
*Ducatus, comitatus, & marchionatus non diuiduntur, & quo iu-
re, & cui filio competat.*
Filiis principum quibuſque quid tribuendum.
12 *Primogenituræ ius nequit pater auferre, & quando, & qualiter
poſſit agere filius. papa verò poteſt, num. 13. & 16.*
13 *Papa poteſtas in reges, & regna quæ.*
Primogeniti filius an præferatur patruo, alid reijcit.
14 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 15.*
*Votum ſuum quando poſſit, & teneatur quis per alios exequi, e-
tiam poſt mortem, & teneantur hæredes.*
Quando dilatio concedatur ad exequendum.
Et quando nec mittere teneatur. & quando dilatio concedatur.
Ex uoto nudo naſcitur obligatio.
In uoto omni perſonali conditio generalis ſubintelligitur.
16 *Regnum competit primogenito, & ſupra, numero 9. 10. &
11.*

CAPVT VI.

1 DIcet uniuerſis. Caſus. Eccleſia
† compellit lai-
cum ad executionem uoti ultramarini p
excommunicationem, & bonorum ſub-
tractionem. & primò ponit exordium. ſe-
cunda ibi, Accepimus, narrat factum. tertia ibi, Man-
damus, concludit. quarta comminatur, ibi. Neſi o-
nus [*Liberum*] per hoc patet, quòd non loquitur
de his, ad quæ quis obligatus eſt lege, tunc enim
teneo-

enim tenetur duplici iure, ex præcepto ſcilicet, & ex
uoto, ſicut eſt in decimis, de deci. capitulo ſecundo,
& capitu.tua. in neceſsitatibus enim non eſt liberali-
tas,ff.de adimen.lega.l.rem legatam. an in indifferen-
tibus, cum quibus & ſine quibus poteſt eſſe, & non
eſſe ſalus, poteſt homo uti libero arbitrio, ut nube-
re,ordinari,profiteri,& not.28.diſtinct. de his.23.q.4.
§.1.hæc enim ſuademus, ſed impetare nō poſſumus.
32.q.1.integritas,ſecundum Hoſtien.[*In monendo*] dice-
2 batur† in anti.nec neceſsitas in uotis locum habet,ſed
uoluntas[*In forti manu*] & ſic non expediebat hoc re-
dimi,infra eo. quod ſuper his[*Corde humili*] aliter non,
ualet pœnitentia,de pœni.diſtin 3.[*Maledictionis*] hæc
pœna non excludit aliam, ſcilicet priuationis ſucceſ-
ſionis, ut ſequitur. Inno. [*Commiſit*] dicit Goff.ꝙ pater
3 †poteſt filium in poteſtate ſua conſtitutum inſtituere
ſub conditione,ſi adimpleat uota ſua, ſi uotorū exe-
cutio ſit poteſtatiua:ſecus ſi caſualis,uel mixta, C. de
a inſti.uel ſubſti.ſub conditione,ſi pater.[a] an ſit idem in
nepote,ibi no.in 1.glo.quod ſic.ſi ſuus hæres eſt:quia
nullus illum præcedit:aliàs ſecus. Primum dictum te-
net Bart.in Veneri.Lau.& Dama.tit.q. ·.inducunt ēt,
l.ult.ff.de condi.inſti.ad hanc decr. reſpondent, ꝙ hic
filius approbauit recipiens crucem: & hic non fuit in
4 ſtituto,ſed commiſsio[*Sine dilatione*] unde† & ſine di-
latione adimplere debuiſti.22.q. ſi.c.uno[*Promiſiſti*]
quo ad pœnam priuationis hæreditatis,ſup.maximè,
ſed quo ad perſonalem coactionem legas propriè ſe-
cundum Inno. Ex uerbis ergo oris ſui obligatus fuit,
de renun.niſi regula.ſicut, de teſta. Ioannes, ſecundū
5 Hoſtien.[*Solicitudinibus*] poſtponenda† ſunt hæc tem-
poralia, cum agatur de animæ ſalute. Nil enim pro-
deſt &c.de ſimo.Mattheus [*Ad feſtum*] forte reſtringi-
tur hic tempus annale, quod communiter datur hæ-
redi à monitione iudicis,ut ſupra de teſta. nos quidē:
quia iam fuerat in mora ſecundum Hoſtiē. [*Debitum*]
& infra dicit, Propoſitum. erat enim duplici iure de-
6 bitum,ut eſt dictum [*Iter*] datur† hic terminus ad iter
arripiendum.ſic,ſupra de appel.perſonas,ī.de elec.cu
pientes,de offi.ordi.quamuis, lib.6.[*Proſequaris*] con-
cor. iura proximè alleg.[*Hæreditatis*] ſc licet ducatu,
quem habebat ſecundum Hoſtien.qui dicit,ꝙ tres e-
rant fratres. primus erat Rex, ſecundus inſtitutus fuit
In ducatu,& acceptauit.tertius ſine terra, uel ſine ma
gna terra. prima igitur pœna, quòd perdit ducatum.
ſecunda excommunicationis tertia ordinationis ſuc
7 ceſsionis per ius geniture.Imponūtur† autem plures
pœnæ:quia in pluribus offendit,de re iudi.cum æter-
ni,ad finem.priuatur hæreditate,quia ius offendit.ex-
communicatur, quia papæ mādatum contemnit, de
maio.& obedien.c.2. item quia offendit defunctum,
fidem ſuam uiolat:ſubtrahit terræ ſanctæ ſubſidium,
quod promiſit.·non eſt mirum, ſi iure primo genitu-
ræ priuatur. nam & ſufficeret horum ultimum, quia
non merentur tegere irretiri periurio, de iureiuran.
querelam. nec ad hoc punitur, quantum deberet ſe-
cundum Hoſtien. [*Onera*] facit de regu. iur. qui ſentit,
8 cū ſuis concot.lib.6.[*Ex tunc*] ſcilicet à feſto† exaltatio
nis ſanctæ crucis in antea: & nota non eſſe neceſſariū
b in prolationibus harum ſententiarum [b] uti hoc uer-
bo, quo utuntur moderni iudices, ſcilicet, ex nunc,
ut extunc &c. & uide,quod dixi de appella.prætetea.
2.ſuper uer. excommunicatum[*Iure*] de triplici iure
9 †primogenitorum, not. ſeptima quæſtione, prima,
quod periculoſum, ſcilicet quod in feſtis pro aliis ſa-
crificia offerebant: ſedebant ad dexteram patris, &
duplicem ciborum partem habebant. additur per
hoc,quod recipiebant duplicem partem hæreditatis,
habebant etiam finalem benedictionem à patre, &
quod in ſolennitatibus benedicebant fratribus [*Ordi-*

10 *ne* †*genitura*] procedit hoc de generali conſuetudine,
quæ fulcitur etiam.l.Federici imperatoris. ſecundum
quem ducatus,comitatus.& marchionatus non diui
duntur,ut in l.de feu.non alienan.ſine conſenſu ma-
io.domini,imperialem,§.prætetea.quod ius eſt in ho
norem,& fauorem imperii, ut principatus,qui ſub ip
ſo ſunt. integri perſeuerent. argum.ff. de exercito. ne
in plures, de pigno. ex literis, de præben. maioribus.
quamuis autem hoc ſit imperio honorabile & utile,
tamen de facto non bene ſeruatur, cum etiam filiæ
partem ſuam extorquere nitantur: pro qua ſi ſaltem
fidelitatem primogenito faceret,tolerari poſſet ſecū-
dum Hoſtien.ſecundum quem aſsignandum eſt cui-
que, unde conſiderata nobilitate, & facultatibus
principatus honeſtam ſuſtentationem poſsit habe-
re,argumen.C.de libe.præte.& exhære. maximum ui
tium, ſupra de teſta. Rainaldus, uer. quoniam idem.
ita tamen,quod tantum remaneat primogenito. un-
de honorem teneat principatus, & quòd alii partes
æquales habeant, eſſet corrigendum, & quòd ex illa
fidelitatem non faciant. licet dicant ſe ex eiſdem pa-
11 rentibus genitos. De † primogenitis uero tractatur
Gen.26.& 27. Ad Hæbreos duodecimo,& per aucto-
ritatem Gen.27.patent primogenita ibi, Det tibi deus
de rore cœli,& de pinguedi. terræ, abun. fru.ui. & o-
lei. Ecce dominium hæreditatis, & temporalium. Et
ſeruiant tibi populi, ideſt ruſtici, & plebeii. Et adorēt
te tribus, ideſt nobiles. Eſto dominus fratrum tuo-
rum,& incuruentur ante te, faciendo fidelitatem, &
obedientiam exhibendo & reuerentiam. facit etiam
pro primogenito, quod hoc ius.l. canonica robora-
tur,& prioritas temporis etiam pro ipſo facit. de ma-
ioritate,& obedientia,capitulo primo. & regula, qui
12 prior, libro ſexto, de regulis iuris. Sed† nunquid pa-
ter primogenito poteſt hoc ius auferre ſic firmatum
l.canonica,diuina,& conſuetudinaria dando illud po
ſteriori ſine cauſa? Dicas quòd non,ff.de lega. t.l. ne-
mo,ſupra de teſtamen. requiſiſti, ſupra de foro com-
peten. ſi diligenti. Legitima enim primogeniti eſt to-
ta hæreditas huius principatus; ergo ſine cauſa pri-
mogenitus illa priuari non poteſt. de hoc de teſtam.
Rainucius. Succedit ergo in totum proponendo que
relam, uel agendo ad ſupplementum,ſi aliter ordina
tum eſſet,niſi minori parte contentus eſſet,uel ſuum
ius uendat,ut Eſau.argumen. de teſta officii. Nec ob.
quod Iſaac præpoſuit Iacob: quia Eſau renunciaue-
rat,& fuit inſtinctu ſpiritus ſan.23.queſtio.2.quæritur,
& §. item opponitur. & eodem modo reſpondetur,
quod Iacob præpoſuit Effraim,gen.48. De his autem
non redditur ratio naturalis niſi in tantum. quia ſic
placuit deo, & facit quod dixi, ſupra de reſcriptis, ſi
quando. Dixit enim, Iacob dilexi &c. Malach.primo
A.[*Priuandum*] & ſic eſt canon ferendæ ſententiæ:alias
priuatum, & ſic eſt latæ [*Deuoluendum*] propter multi-
13 tudinem culparum,de quibus ſupra dixi,priuat† hūc
papa iure primogenituræ, quod poteſt. habet enim
c poteſtatem ſuper reges, & regna.[c] ſupra de maiori.&
obedien. ſolitæ. unde deponit reges. 15.quæſtio. 6. a-
lius,& imperatores, de re iudica.ad apoſtolicæ, libro
ſexto,cum & eos confirmet, de electio.uenerabilem,
ſecundum Hoſtien. libellum ſecundum huius decre.
d formam, uide in Specu. eodem titu. & quod [d] ibi di-
xi. & an] in hoc iure filius primogenitus præſciebа-
tur patruo, dixi plenè ſuper rubri. de feudis, uer. re-
14 deundo. ¶ Tertia † gloſſ. arguit quem poſſe pro alio
&c. ¶ Vltima gloſſ. ſignat contrarium, & tripliciter
15 ſoluit. ¶ *In* † *4 gloſſ. ibi, quamquam*] uide de uerborum ſi-
gnificatione, Abbate, in gloſſ. penultima. ¶ *In glo. ar-*
gum. quòd. ibi. animæ defunctorum] ubi de hoc, & 82.diſtin.
presbyter, & de pœni.diſt.3.c.4. dixit hic Inn. licitum

& debitum eſſe uouenti uotum ſuum per alium exequi, ubi per ſe hoc non poteſt, vt patet hic in rege, qui moriebatur. nam ſi per ſe exequi poſſet, licet inutiliter, uel non ita utiliter, ut ſi eſſet claudus, uel mutilatus, tamen ſi non ob ſubſidium uouiſſet, ſed ob deuotionem tantum, ut ſcilicet loca ſancta uideret, & uiſitaret, perſonaliter ire deberet. Idem eſt etiam ubi uouit propter ſubſidium: ſed eſt talis, qui defectum ſuũ poteſt ſupplere per alios, quos ſecum ducet: in utroque tamen caſu admittitur compenſatio, ſiue redemptio, infra eo. magnæ, & c. ſequen. poteſt tamen inter iſtos hæc differẽtia aſſignari: quia illi, qui uouent pro ſubſidio, ſi morte, uel alio perpetuo impedimento detineantur, coguntur aliis committere, ut eorum uotum adimpleant: & etiam ſi hoc non fecerint, tamen hæredes compelli poſſent, ut uel uotum patris, ſeu teſtatoris exequantur, uel expenſas & ſubſidium, quod pater, ſiue teſtator facturus erat, ipſi faciant. nã uouiſſe intelligitur is, qui uotum emiſit in ſubſidium terræ ſanctæ, hoc ſiue per ſe, ſiue per alium faciendũ. unde ad hoc complendum hæredes ſunt compellendi, argum. hic. nam in contractibus ſuccedunt, C. ut actio. ab hærede, & contra hęredem, l. unica. Ex nudo autẽ uoto obligatio naſcitur, ff. de pollici. l. 2. in prin. & nuda ꝓmiſsio obligat, ſi facta ſit ciuitati, ff. de pollici. pactum. multo fortius facta deo, uel ſubſidio terræ ſanctæ: quia deus inter ſimplicem loquelam, & iuramentum non facit differentiam, 33. q. 4. iuramenti. unde & ex pacto nudo dat actionem, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra de pact. c. 1. & 3. tenentur ergo hæredes, arg. infra eodem, quod ſuper his, & ca. ſequen. ubi uero propter deuotionem uidendi terram ſanctam uotum emiſſum eſt, non tenetur mittere is, qui vouit, ex quo iuſto & perpetuo impedimento detinetur propter cõditionem generalem, quæ in omni uoto ſubintelligitur perſonali, ſcilicet, ſi potero, ut patet in eo, quod no. ſupra eo. ſcripturæ, ſuper uer. religionis, ſecundum Innocen. cuius eſt mens huius gl. a ſuperiori, uer. hac autem, citra. & hoc eſt uerum ſecundum Hoſt. quando impedimentum ſuperuenit. nam ſi tempore, quo uotum emiſit, impeditus erat, uidetur vouere, vt redimat: aliàs cenſeri debere irriſorium tale uotum, argum. infra eo. c. 1. & c. quod ſuper his, § ruſus, & c. ex multa, §. de clericis. Temporali autẽ impedimento detento datur dilatio, infra eo. de ſenten. excomm. à nobis. 2. §. forma, & infra eo. quod ſuper his. §. unde credimus, uer. ſecundis. ¶ *In glo frater, in fine*] finxit ſe longius ire, 1. quęſtio. 1. §. ex his uerbis, uer. quod ut plane. ¶ *In glo. ult. ibi, Syluester*] ubi de hoc,

16 & ſupra de teſta. ſi hęredes [*& in fine*] Dicit † Hoſtien. ꝗ huic in regno nõ competebat legitima: quia ſolus frater primogenitus regnum habet. Loquitur ergo de ducatu ſecundum eum, quod habebat ex ſucceſſione paterna: vel ſ̃m eum, licet legitima reſeruetur filio, ex poſt facto, tamen ei propter nimiam contumaciam auferrut, de hoc in pręc. decre. ſi hęredes.

ANNOTATIONES.

a ¶ Si pater. Ibi glo. tenet hoc non eſſe uerum quò ad licentiam, per l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſta. & idem glo. in l. ſuus, ff. de hære. inſtitu. ubi uide Bar. & Bal. in l. ſi pater, hic alle. & d. Bar. de Saly. & per ipſum in prælleg. l. quoniam in prioribus.

b ¶ Harum ſententiarum. Iſta autem non fuit excomm. modo lata, ſed mandatur iam lata publicari, licet Roſ. cõtra. de qua uide Io. And. in Sp. e. de uoto, §. 1, in princ. ubi dicit hic loqui de excommunicatione iam lata contra crucesignatos.

c ¶ Ut regula. Facti. c. 1. de ſupplen. ne. præla. lib. 6. & uide Old. cõſ. 64. & uide qui ſi. ſint legi. per uenerabilem, in glo. de facto, & ſuper illa Ioan. And.

d ¶ Ut ... ponit utiles quæſtiones pro intellectu. c. & uide in c. ſine culpa, de reg. iu. lib. 6. in quæſtione ſi.

S V M M A R I V M.

1 *Votum ultramarinum papa commutat, & quando, & in quæ.*
2 *Episcopus debet ponere ſe murum pro eccleſia ſua.*
Excommunicationis gladius diſcretè ſuſpendendus.
3 *Crux ſignum quorum ſit.*
Vrbs, pro Roma accipitur abſolutè.
4 *Aequitas quid.*
Licent aliqua, quæ non decent, nec expediunt.
5 *Licere æquitatem, decere honeſtatem, expedire utilitatem reſpicit.*
Attendere debet hæc tria ſpecialiter papa.
Papæ quid liceat, deceat, & expediat.
Cauſa actus noſtri qualis eſſe debeat, & unde ſumatur, uer. ſed quærit.
Vtilitati minori ſemper anteferenda maior, & quo caſu, ſic & rei publicæ, ibid.
6 *Reſpicere retrò, quis dicatur.*
Senectus ipſa morbus eſt.
Votum per procuratorem, quando exequi non liceat.
7 *Clericus ſine licentia epiſcopi tranſit monacatum.*
Epiſcopus an peregrinari poſſit abſque licentia, & cuius, non ſubeſt imperatoris legi. nu. 8. 9. 10. & quandiu abeſſe liceat, ibidem. num. 8.
Quando metropolitano.
8 *Neceſſitas non habet legem.*
Reſidens cenſetur, ſi iura eccleſiæ proſequitur epiſcopus.
Ad tempus. ſi dicitur, non porrigitur ultra annum.
9 *Votum epiſcopi an teneat emiſſum ſine permiſſu ſuperioris, & quod, num. 14. & 15.*
Non quod fit, ſed quod fieri debet, attendendum.
10 *Genus tantum ualet, quantum ſpecies, & qualiter.*
Epiſcopi peregrinatio ſine ſaltem conſilio capituli fieri non debet.
11 *Inter præcepta, & prohibitiones differentia, remiſſ.*
Votũ ſuccedit præcepto legis ueteris, uel ei æquiparatur, & quod redimatur, & quod commutetur, quod minimè, num. 12. & quo modo præfiguratum in lege, ibid.
Subrogatum debet habere naturam eius, in cuius locum ſucceſſit.
12 *Primogenitorum redemptio, & commutatio quid ſignificabant olim.*
Aſinus, pro religioſo in lege accipitur.
13 *Conſcientia uis quæ.*
Familia epiſcopi gaudet eius priuilegio.
15 *Neglecta uidentur, quæ ſpecialiter non notantur.*
Specialia magis, quàm generalia conſideranda.
16 *Suffragium gloſſarum.*
Regens prouinciam eius fines non debet exire, niſi in caſu.
Accuſantis non proſequentis pœna.
17 *Additio gloſſarum, num. 18.*
Coniecturis locus in incertis.
Vouere, quis non cogitur.
Vota non ſunt auare per clericos extorquenda.
Auctoritas ſuperioris excuſat, & quando, in fine.
18 *Ad regis exemplum uiuitur.*
Edicta minus ualent, quàm uita regis.
Rector qualis ciuitatis, tales & habitantes in ea.
Maximè, dictio dubitatiua, §. penul.

C A P V T VII.

1 MAgnæ. Ex cauſa commutat papa votum vltramarinum in vigilias, orationes, & ieiunia, tunc maxime, cum ceſſat cauſa, quæ uouentem ad uotum induxit, ita etiam, quod expenſæ fiendæ in eundo, ſtando, & redeundo integraliter mittantur in ſubſidium terræ ſanctæ. poteſt autem diuidi in tres partes. in prima facti narratio: in ſecunda allegatio pro & contra. In tertia diffinitio. ſecunda ibi, & quidem. tertia ibi,
2 Cum igitur [*Grauarentur*] forte † capiebantur clerici. fiebant exactiones eccleſijs, & ipſarum hominibus, & tunc debet ſe ponere murum & cætera. ſupra, de tenun-

renunciatio.ⁿ niſi, ſicut fecit beatus Thomas Cantua.
de quo infra de homici.ſicut dignum:aliàs videretur
potius cuſtos chartarum,quàm rerum. 6. quæſtio.1.
in canonibus, ſecundum Hoſt. [*Comitem*] huius baili-
ui committebãt hos exceſſus, & epiſcopus diſcretus
ad tempus ſuum gladium ſuſpendebat ſecũdum Ho-
ſtien.ᵒ qui remittit ad no.de ſenten. excom. cum me-
dicinalis,lib.6.[*De facili*] q.d. ſine probatione ſenten-
tiarum,in quibus & animarum pericula,& magnum
ſcãdalum imminebat ſecundum Hoſtien. [*Ad ipſum*]
3 comitem[*In ſignum*]ſecũdario[*Crucem*] crux † eſt ſignũ
peregrinationis,ut hic.Ordinis de reſtitu.ſpo.cum ad
ſedem.Dignitatis,de priuilegiis,antiqua. Goff. [*Audi-
ta*] in itinere[*Fruſtratam*] uide quod dicam, de accuſa-
tio.c.1.lib.6[*Vrbem*] Romam, ſcilicet,de pœniten. &
remiſsio.c.3.inſtit.de iure natu.§.ſed ius quidem [*Sta-
tum*] miſerabilem,& oppreſſum, & magis ex abſentia
epiſcopi deſolatum[*Et infra*] in antiqua ſequitur.deli-
berare diſpoſuimus, an Treceuſi eccleſiæ miſericor-
diam faceremus te ad agendam ipſius ſolicitudinem
remittentes:an, ſicut tenebaris, ex toto te iter arreptũ
perficere pateremur.Hoſtien.[*Aequitatem*] ideſt quid
4 † de æquitate, & iuſtitia ſit faciendum, Innocentius.
Hoſtienſis dicit æquitatem ſecũdum beatum Cypria-
num,Iuſtitiam dulcore miſericordię temperatam.de
tranſact.capitu.finali[*Deceat*]aliqua licent, quæ nõ de-
cent,vt filiam ſine patris conſenſu contrahere.de hoc
de deſpon.impube.c.1.Sed nec expedit, quia pleruꝗ;
laborat cõtra propria commoda.C. de ſpon. ſi pater,
Goff.Nec omnia,quæ licent,expediunt.11.q.1.aliud
5 [*Vtilitatem*] hic patet,quod† propriè licere æquitatem
reſpicit, decere. honeſtatem, expedire utilitatem. ad
idem de elect.cum non deceat,& c.cum expediat,lib.
6.& hæc tria principaliter attendere debet papa, q ſu-
per omnes eſt, de ele.licet, ad fi. ſecundum Hoſt. Qui
quærit hic ;quid liceat papæ, qui reſpondendo dicit,
imò quid non licet.omnia enim ſibi licent, dummo-
do non faciat contra fidem. 40. diſt.ſi papa, nec aliàs
peccet mortaliter, à quo nulla dignitas excuſat, ff. ad
l.Iul.de ui priua.l.penul.ante fi. uer.non puto autẽ ue-
recundiæ, nec dignitati, nec pietati conuenire quicꝗ
nõ iure facere,intelligas,quod ſit mortale; aliàs ſecus
in papa, ut patet ex inferioribus. & quo ad mortale
non committendum, omnis Chriſtianus ſubeſt pro-
a ximo quò ad correctionem euangelicamᵃ. 2.quæſt.1.
ſi peccauerit.hoc ſaluo,ꝙ ſi papa non deuiat à fide,p
nullum poteſt condemnari,ut patet in no.de conceſ-
ſio.præben.propoſuit. & hoc eſt intelligendũ de mor
talibus,ex l.diuina.ſecus de mortalibus, per l.canoni-
cam, uel humanam, in quibus licet papæ quodlibet.
Exemplum in eo,quod legitur & de nor. ſimo. c.fin.
de accuſa.ad petitionem.uide quod dicam de accuſa.
licet,in glo.corrigit,& quod dicam de ſimo. per tuas,
b 2.in fine magnæ gl.ᵇ Sed quærit, & ſi ſic omnia liceãt
papę,nunquid deceam? Reſpondet,ſi ſubeſt iuſta cau
ſa deuiandi à iure,quod ſibi licet,decet,& è cõuersò,
infra eod.de accuſa. cum dilecti. Et ſumitur hæc cau-
ſa ex uno de quatuor,ſcilicet ex qualitate negocii, p-
ſonæ,loci,aut temporis,de tranſact.c.fi.cum ſuis con-
cor.Si uerò non ſubeſt cauſa,uel ſubeſt non ſufficiẽs,
nõ decet ipſum à iure aliquatenus deuiare, C. de legi.
& conſtit.digna uox.11. q.1. peruenit, de ſtatu mona.
c in ſingulisᶜ. ſed ſi ſubeſt cauſa, licet minus ſufficiens,
minus dedecet,alleg.quod me.cauſ.lacris. dicit ergo,
ꝙ cauere ſibi debet in faciendis diſpenſationibus. re-
mittit ad nota.de elect.dudum. 1.uer.inſuper.& in p-
uiſionibus eccleſiarum,remittit de præben.graue,de
elect.nihil eſt. & generaliter in omnibus gratiis faciẽ-
dis,quæ cum gratiæ ſint,ſunt purè & gratis faciendæ,
de ſimo.in tantum.remit.ne præla.uices ſuas.c.1. Quę
rit demum,cum ſecundum prædictum modum om-
nia liceant,& deceant, nunquid expediant? Reſpon-
det, ſi ordine iudiciario agitur, ſemper expedit iuſti-
tiam facere,& nũquam illam peruertere.remittit au-
tem de re iudi.in cauſis.licet quandoque propter ſcã
dalum differatur.remittit de iudi.nouit, de renun. ni-
ſi.§.pro graui. Expedit tamen utilitatem reipub. præ-
ferre utilitati priuatæ.& expedit ſaluis ſubſtantialibus
ueritatis dialeticos amputare,& lites abreuiare,maxi
mè in electionibus, & ſi. ſupra de app. oblatæ. quod
& ſi uerum ſit in omni iudice. ſuper omnes tamen in
his potens eſt papa,de accuſatio.ad petitionem.ad fi.
Tradit autem hanc regulam cum quæritur. an expe-
diat id,de quo agitur,quòd ſemper ſalua peruerſione
iuſtitiæ,dummodo id liceat,minori utilitati præferẽ-
da ſit maior,quod eſt de propria ſignificatione huius
uerbi, Expediat[*Euangelio*] Lucæ.9.de elect. quorun-
6 dam,lib.6.[*Reſpiciens retrò*] poſt † atatrum reſpicit, qui
poſt exordia boni operis ad mala reuertitur, quæ di-
miſit,de pœn.diſt.2.pennata[*Clericorum*]q.d.quod cle-
rici unum deum prædicant, & alium colunt. Leui-
ti.4.[*Seneſcentis*] ſenectus ipſa morbus eſt.uide in Hie-
ro. ſuper pſalmo.89.[*Labores*] arg. contra,ſupra de do.
& contu.cum dilecti,uer. expectantibus. Solutio. ibi
poterat propria auctoritate procuratorẽ mittere, un-
de non excuſatur,niſi ueniat, uel mittat. hic ſecus,qa
deſiderabatur perſona ad exequendum uotum per-
ſonaliter obligata,de offi.dele.c.fi.quare, cum ſua au-
ctoritate non poſsit alium mittere,nec commodè p-
ſonaliter uenire, debuit ei ſubueniri : quia nec ad im-
poſsibile obligatur, ut ſupra eo. ueniens, ſecundum
Hoſtien.[*In contrarium*] ſcilicet quòd diſpenſandum ſit
uotum [*Suſpiria*] ad ſimilitudinem mulieris, cuius uir
7 recedit ſecundum Hoſtien. [*Potius*] unde† ſine licẽtia
epiſcopi clericus tranſit ad monacatum.19. quæſtio.
2.duæ.epiſcopus non,de renun niſi,de reg.licet,ſecũ-
dum Io.[*Aſtrictus*]de exemptis indiſtinctè ſit uerum.
alii uerò & ſi non poſsint cedere,ſupra de transla. per
totum, quare non poſſint de metropolitani licentia
peregrinari? Reſpondet Hoſtien. quia in materia epi-
ſcoporum metropolitanis prohibitum intelligitur,
quicquid expreſsè non inuenitur conceſſum, ad hoc
de translatio.capitu. ſecundo,uer.ſed neque, nec ob.
in aucten.de ſanctiſ. epiſ.§.interdicimus, col.9. ubi ꝙ
epiſcopus ultra annum eccleſiam non debet dimitte
re ſine licentia patriarchæ metropoli. uel imperato-
ris: quia illud non tenet in imperatore, quod eſt pla-
num,de decimis,tua.2. nec quò ad metropolitanum
per hãc literam ſecundum Hoſtien. ſecundum quem
8 †alibi non inuenies ſic expreſſum, quod nec ad tem-
pus ſine papæ licentia debeat ſe epiſcopus ab eccleſia
abſentare, niſi neceſsitas immineat. illa enim legem
non habet,de obſer.ieiu.conſilium. & ſi iura eccleſię
proſequitur, cenſetur reſidens, de cleri. non reſiden.
exᵈ parte, ſecund. etiam ſi iurauerit, ut ibi .quod au-
tem dicit.ad tempus. intelligitur ultra annum, ut ſic
quod de anno dicit autem adhuc durat. Quicquid au
tem ad tempus ſit dictum, dicit ipſe Hoſtien. quòd
ſpeciale uidetur in ultramarino uoto,ut ſicut religio
ſus & ſponſus carnalis illud emittit, infra eodem, ex
multa,& c. fi.ſic & ſpiritualis,ſcilicet epiſcopus.unde
patet,j. ꝙ ab iſto recipitur redemptio ut obligatio, ut
9 patet in ſequentibus. dicit† etiam,ꝙ quotidie ſic expe
rimur,ſ. ꝙ epiſcopi ſine licentia papę crucẽ aſſumunt
& hoc uotum emittunt. Quidam uero ſequuntur al-
legationes huius tex. quas ſi ſequi uolueris, dic ſecun-
dum Hoſt.hoc.c.non obſtare cum concor. intelligẽ-
dũ.n.hoc eſt, ꝙ & ſi uotũ nõ teneat quò ad ſuperioris
præiudicium,ſi cõtradicere uelit: tenet tñ quo ad uo-
uentem.ſimile de arbi.cum tempore,de renun.quod

in dubiis. Nec obſt. ſi de facto ſit contrarium: quia nõ
quid fiat, ſed quid fieri &c. de electio. cum cauſam, &
multa per patientiam &c. de præben. cum iam dudũ.
nec cadit in his conſuetudo, de conſue. cum nenera-
bilis. Ad horum autem concordiam dici poſſet ſecun
dum Hoſtien. quòd quando ad prædicationem de-
mandatam per papam ſit generale paſſagium, tunc
intelligatur omnibus epiſcopis data licentia genera-
lis aliàs requiratur ſpecialis: cui dicto uidetur cõcor.
Pet. dicendo tunc dari licentiam generalem, cum ſit
generale paſſagium, & datur clericis licentia ſuos re-
10 ditus deferendi [*Vel ſpeciali*] no. ſecundum Hoſtien. ad
illud uulgare, quòd tantum ualet genus quò ad om-
nia, quantum ſpecies quò ad quædam, ff. pro ſocio,
actione, §. renunciare, de præben. accedens [*Quod*] a-
liàs quo, aliàs qua, ſcilicet peregrinatione [*Tandiu*]
quaſi dicat, quòd modicam peregrinationem facere
poſſet ſine licentia papæ ſecundum Innocen. ſecun-
dum quem etiam, cum longa peregrinatio epiſcopi
ſit magnum negocium, non debet fieri ſine conſen-
ſu capituli, de his, quæ fiunt à prælato, quanto. uel ſal-
tem conſilio ſecundum Hoſtien. [*In lege ueteri*] Exod.
11 13. & 34. Numeri. 18. [*Præceptum*] uide † quod dicam
de differentia inter præcepta, & prohibitiones, inf. de
pœniten. & remiſſ. quòd quidam, ſuper 1. gloſſ. [*Non
minus*] innuit, quòd uel magis, uel ſaltem æqualiter
obligabat olim præceptum, ut hodie uotum. Si uerò
diceres obligationem uoti ſuccedere in locum obli-
gationis præcepti, adhuc idem infertur, ut ſcilicet de-
beat eandem naturam habere, ſicut de re, quæ alteri
rei ſuccedit, dicitur, ſupra ut lite pendente, eccleſia, l.
in fi. & de actione, ff. ſi quis cau. ſi eum, §. qui iniuria-
rum, de cenſi. ſignificauit, ubi de hoc, de baptiſ. ma-
12 iores, uer. cum ergo [*Redderentur*] & ſic nec † redime-
bantur, nec commutabantur. & huic æquiparamus,
& per id figuramus hodie uotum neceſſariũ, de quo,
ſupra eodem, capitulo primo, per ſequentia uerò uo-
luntarium [*Redimerentur*] figuratur per hoc uotum ul-
tramarinum in caſibus hic, & infra capitu. proximo
[*Commutarentur*] figuratur per hoc uotum peregrina-
tionis, & continentiæ in caſu, de quo, ſupra capitulo
primo. Cõmutabatur enim in primogenitum aſini,
per quem intelligimus religioſum. unde & quidam
ſanctus pater quærenti, qualiter poſſet eſſe bonus reli
gioſus: reſpondit, ſi ſcires eſſe bonus aſinus, ſcires eſſe
bonus religioſus. commutatur in ouem, ideſt in ſta-
tum cõiugati, in quo habentur lac, lana, & caro, ideſt
temporales diuitiæ, & aliquæ carnales delitiæ, quæ cõ
mutatio fit ex ui obedientiæ, ut extractus de monaſte
rio uſque ad mortem ſit obedire paratus. fiebat autẽ
eius commutatio, quia plus expediebat [*Ex hoc*] pro-
ximè dicto. & dicebat Hoſtien. quòd non fuit hic ne-
ceſſe recurrere ad argumenta, cum ſit expreſſum Le-
uiti. ultimo, quod uota quædam redimuntur: quæ-
dam nec redimuntur, nec permutantur, & patet etiã
Numeri. 30. quod ab illis, in quorum poteſtate ſunt,
ratificantur, & irritantur [*Non curantes*] hoc dicit pro-
pter ea, quæ dicta erant, ſupra uer. præterea [*Iniqua*] ta-
les peccant. 6. quæſtione prima ex merito [*Veritatis*]
concor. 11. quæſtione tertia. ſenti. & dic ut ibi, & c. nõ
13 ſunt. Xenephon Socraticus. conſcientia † teſte didici
maledicta contemnere. Diogenes. ſuperat conſcien-
tia, quicquid mali confinxerit lingua. Ouidius faſto-
rum libro quarto. Conſcientia mens recti famæ men
dacia ridet. quomodo autem magni peccatores quã-
doque loquuntur talia, uide in Hier. ad Euſto. de uir-
ginitate. C. [*Audiſſet*] Matth. 25. [*Verbo*] ſcilicet non
omne, quod in os intrat, & capitulo penultimo [*Pra
14 te*] ſatis patet † hic, & ex ſequentibus, quod obliga-
tus erat, & tamen ſine licentia papæ uotum emule-
rat, de hoc ſupra dixi ſuper uerbo, aſtrictus [*Familiæ*]
nota familiam epiſcopi gaudere ipſius priuilegio, de
officio Archidiaconi, capitulo finali [*Vſus*] ſorte quo
ad utilitatem ſanctę terræ utilius expenderetur [*Indulgen
15 tiam*] ergo † patet, quòd de iure communi obligatus
erat ad exequendum uotum, ne fruſtratoria ſit hæc
indulgentia. & no. ſpecialiter notanda, niſi notentur,
uideri neglecta, ff. de iniur. item apud, §. ait. ad idem
de hæreticis, ſi aduerſus. & quòd magis conſideran-
da ſunt ſpecialia, quàm generalia, ſupra de offi. deleg.
16 quod translationem, ſecundum Hoſtien. ¶ [*In † gl. ibi.
ſi repetendi*] uide hanc & ſequen. de iureiuran. quemad
modum, ſuper gloſſ. 2. ¶ [*In gloſſ. maximè, ibi, illud obſeruan
dum*] regens prouinciam fines eius non debet exire ni
ſi propter uotum complendum, & tunc non debet
pernoctare. ¶ [*In glo. hæc tria, ibi, qui crimen*] accuſans, qui
non proſequitur, extra ordinem punitur, & ſumptus,
quos fecit aduerſarius circa iter, cogitur reſtituere.
¶ [*In ultima glo. ibi. §. ult.*] uide in præ. capitu. Abbate, ſu-
per ult. gloſſ. [*& ibi. l. ult.*] uide de teſta. cum eſſes, ſu-
17 per prima gloſſ. ¶ [*In gloſſ. 1. in fine*] nam in incertis[d] tan-
d tum locus eſt conjecturis, de reg. iur. c. 2. ¶ [*In gloſſ. non
obſtante, in fine*] & de iureiuran. quemadmodum. ¶ [*In
glo. Dauid*] Pſalmus 75. notus in Iudæa deus. G. ¶ [*In glo.
uouere*] non enim cogitur quis uouere. unde per cleri
cos uota nimis auarè non ſunt extorquenda. infra de
cenſi. ex parte. ¶ [*In glo. ſcilicet apoſtatando, in fine*] ſed hoc
totum excuſat ſuperioris auctoritas ex cauſa interpo
ſita, ff. de his, qui no. infa. fur. §. qui iuſſu, & de præben
dis, niſi eſſet, Hoſtien. ¶ [*In gloſſ. iuxta, ibi, illud*] Claudia-
18 ni maioris [*& ibi, ad † exemplum*] & ibi, ſequitur, nec ſic
flectere ſenſus humanos edicta ualent, ut uita regen-
tis. Et Eccleſi. 10. Qualis eſt rector ciuitatis, tales & ha-
bitantes in ea. ¶ [*In glo. hic allegat, in fine*] inducens hic a-
lia tria, quartum addit in fine. ¶ [*In glo. maximè, in fine*] de
hoc de teſtamentis, capitulo ſecundo, ſed contra, inf.
eodem, ex multa, §. fi. & capitu. fin. dubitatiuum ergo
eſt, quod patet ex his, quę dixi ſuper uer. aſtrictus. ¶ [*In
e glo. hæc tria, in fine*] Io. concor. de reſcri. ſtatutum[e], & de
elect. cum non deceat, lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Euangelicam. Quò autem ad concilium omnis utriuſq;, de pœ. & remiſ. an ſit ſolditus, uide ibi Io. And. ſuper uer. omnis, & de fo. compe. ſignificaſti, in glo. ordinariæ.

b ¶ Magnæ glo. Et iſto reſpectu dicitur in his, quæ ſunt ſimoniaca, quia prohibita, papam non poſſe committere ſimoniam. uide de offi. delega. ex parte, el primo.

c ¶ In ſingulis. Et ooo eſt tutus, cum quo tunc diſpenſatur quò ad deum, licet quò ad iſtam eccleſiam ſecus. uide ſupra eo. non eſt, per Io. And. ſuper glo. 2. & ibi plures concor.

d ¶ In certis. De iuramento uide Io. And. in c. uenerabilem, ſuper glo. tali modo, de elect.

e ¶ Statutum. Vide Bart. in l. 1. ff. ad legem Iul. maie.

SVMMARIVM.

1 *Huius decretalis pars ubi.*
Votum ultramarinum exequi impedito cui concedatur dilatio, cui redemptio.
Diuiſio decretalis, uer. & eſt.
2 *Factum non uidetur, quod utiliter factum non eſt.*
Indiſtinctè qua & quando ſint intelligenda.
3 *Mendicatio reprobatur.*
Mendici qui utiles & cui rei, & qui redigantur in ſeruitutem, nume. 4.
Vtiles dicuntur diuerſa cauſa homines, & num. 4.
4 *Impediti ad tempus, qui dicantur.*
5 *Ad impoſſibile quis non obligatur.*
Diſiunctiua, pro coniunctiua.
Expenſarum quantitas debet eſſe, quantum quis eſſet expenſurus, & quo caſu.

6 *Indub-*

6 *Indulgentias pro terræ ſanctæ defenſione papæ concedere licet.*
Infidelium terras nunquid liceat inuadere, nunquid eas licitè poſſideant, nu. 9. 10. 11. 12. & 13.
7 *Terra à principio communis, & quando diuidi capit.*
Diuiſio eius fuit bona & ratio.
Communionis effectus.
In bonis nullius quando res erant, & occupanti concedebantur, & quando non licebat occupatio.
8 *In homines dominium & iuriſdictio tam publica, quàm priuata quando cœpit, & quo iure, & quo tempore à deo exercita.*
9 *Poteſtas omnis à deo, & deo reſiſtit, qui ei reſiſtit.*
Principes ſuper homines conſtituuntur per electionem.
10 *Papæ poteſtas in fideles & in infideles etiam principes, quæ, & ad eum quæ pertineant, num. 12. 13.*
11 *Indulgentias dat euntibus ad defenſionem & recuperationem terræ ſanctæ.*
Infideles non cogendi ad fidem, tamen euangelij prædicatores ad ſe miſſos tenentur admittere, & ſi non obediant, puniendi, & quo modo, nu. 13. & qui tolerandi, & in quibus, ibid.
12 *Eccleſia, & Chriſtiani quod poſſident, poſſident iuſtè.*
13 *Per Chriſtum, quæ infideli ſubtracta, & ad fideles tranſlata ſint, & in papam.*
14 *Principes Chriſtiani quæ præſcribere nequeant, imò reſtituere teneantur.*
15 *Intentio uouentis attendenda plus, quàm uerba.*
Pœnitens, pro imponente pœnitentiam.
Pœnitens ſe ſubmittere debet pœnitentiarij interpretationi.
Comparatiuum, pro poſitiuo ponitur hic.
16 *Amore nihil uehementius.*
17 *Suffragium gloſſarum.*
Legis, ſi longius ff. de iudi. intellectus.
Impediti per fortuitos caſus adimplere tenentur, cum poſſunt, & expectandi.
18 *Impedimenti temporalis & perpetui aliqua differentia ex perſona impeditorum.*
Votum immutare quis poſſit, iuncta gloſſ.

CAPVT VIII.

1 QVod ſuper his. Pars † de fide in
ſtrumen. quod
ſuper his. & hoc dicit. Impedito ad tempus
exequi uotum ultramarinum conceditur
dilatio. perpetuò uerò impedito inducitur redẽptio
in id, quod magis expediat terræ ſanctæ. & eſt cõmu-
nis diuiſio. ſecunda ibi, Nos autem, quæ primò dat ge
neralem doctrinam. ſecundò ponit duplicem diſtin-
ctionem. prima ibi, unde credimus, ſecunda ibi, Rur-
ſus. tertiò ſoluit ſecundam quæſtionem de conſulta-
tione deciſam [*Quæſiuiſti*] ſupple, quid iuris [*Vtiliter*] i.
2 ad utilitatem terræ ſanctæ. ex quo † no. ſecundum Ho
ſtien. non uideri factum, quod utiliter non eſt factũ.
ad idem de transla. c. 2. §. ſed neq; [*Sine diſtinctione*] quã-
uis indiſtinctè ſcribatur, tamẽ iuſtæ exceptiones ſunt
admittendæ, ſupra de offi. delega. ex parte 2. Goff. di-
cebat Hoſtien. conſiderata perſona, cui ſcribitur, hoc
colligi, ꝙ ubi ius nõ diſtinguit, nec nos diſtinguimus,
ff. de offi. præſi. l. 3. Conſiderata uerò reſponſione pa-
pæ colligitur contrarium, ad id. ff. de teſti. quæſitum.
Dicit autem legem, & mandatum ſemper intelligi in
diſtinctè, ut in primis, niſi ex cauſa rationabili diſtin-
guatur, ut in ſecundis, per prædictam decre. ex parte,
a & de reſcrip. ſi quando, de accuſa. cum dilecti^a [*Abiecerunt*] & male, ſupra ritu. proxi. uer. ſed nec decens [*Ip-
ſius ſigni*] ſcilicet crucis [*Compellas*] quærebat etiã quid
de uxoribus uouentium [*Illuc*] ad terram ſanctam [*In
defectum*] quia uictualia ſine utilitate terræ conſumũt
3 [*Mendicare*] no. quòd mendicatio reprobatur, & quod
nullus huic neceſſitati ſe tenetur ſubiicere, quod quò
ad hanc materiam uerum aſſerit Hoſtien. quantum
ad illos, qui in totum ſunt inutiles, in auctẽ. de que-
ſto. col. 6. C. de men. uali. l. una. lib. 11. Prædicatores e-
nim ſecundum eum, & ſi eos oporteat mendicare, te
nentur ire, argumen. hic, & infra capitulo primo, §. de
clericis. Sed & ribaldi, robuſti tamen & fortes, ſunt ibi
neceſſarij ad onera portanda, ad foſſata implenda, &
ſimilia. ſed & mechanici, & cultores. ut ſequitur [*Nobi
les*] reſpicit debiles [*Adducant*] iſti enim utiles ſunt. idẽ
4 † ſi ſint ſtrenui conſilio [*Vel artifices*] reſpicit inopes
[*De laboribus*] tales inopes. qui laborare poſſunt, ſi im-
miſcerent ſe eleemoſinis imperatoris, rediguntur in
b ſeruitutem, C. de mendi. ual. l. una^b, lib. 11. & no. 83. di-
ſtinctio. in principio [*Poſſeſſionum*] quantum ad agrico-
las [*Inhabitantium*] quantum ad artifices [*Diſtinguendum*]
quantum ad illos, qui utiles eſſent terrę ſanctę: ſed for
te detenti aliquo impedimento non poſſunt illuc ac-
cedere [*Temporalem*] puta febrem, uel aliam infirmita-
tem, de qua tamen ſperatur, quòd in breui conuale-
ſcere debeat [*Primis*] ſcilicet temporaliter impeditis
[*Secundis*] ſcilicet impeditis perpetuò [*Ac rerum*] ſcilicet
ipſorum perpetuò impeditorum [*Quas poſſunt*] quia
5 † ad impoſſibile non obligantur, ſupra eod. ueniens,
in fine [*Aut*] pro & [*Facturi*] non debent ſe^a exinanire^a,
unde & licet plus mittere poſſent, quàm expenſuri
eſſent, non tenentur hoc facere: nec tantum, ſi illud
non poſſunt ſecundum Hoſtien. [*Per alios*] ſoluit ergo
quis uotum per alium. de hoc, ſupra eodem, licet [*De-
fenſionem*] non dicit impugnationem: hoc tamen non
6 eſt dubium, quòd licet papæ indulgentias dare, & fi-
delibus ſuadere, ut terram ſanctam, & fideles habitã-
tes in ea defendant. 23. quæſtione octaua, igitur, & ſæ-
pe, & capitu. ſequentibus. Sed nunquid licitum eſt in-
uadere terram infidelium, uel quam tenent? & qui-
dem in ueritate domini eſt terra &c. ſupra de deci. tua
nobis, §. primo. Ipſe enim deus eſt creator omnium
& uniuerſorum: & hæc omnia ſubiecit dominus ra-
tionali creaturæ, propter quam hæc omnia fecerat,
7 Gen. capitulo primo. Hæc † igitur à principio fuerant
communia, quouſque uſibus primorum parentum
introductum fuit, quòd terræ diuiderentur, & limita
rentur, ac appropriarentur, ut unuſquiſque, quod ſuũ
eſſet, ſciret, quod & de iure gentium introductum eſt
diſtin. 1. ius gentium. quod dic ut no. ſupra de fide ca-
tho. cap. primo, § hæc ſancta trinitas. ſuper uer. diſpo-
ſitionem. nec fuit hoc malum, imò bonum: quia cõ-
munio parit diſcordiam, ff. de lega. 2. cum pater. §. dul
ciſsimis. & negligi conſueuit, quod communiter poſ
ſidetur, C. quando & quibus quarta pars debetur l. 2.
poſt princ. lib. 10. fuerunt ergo à principio res, & poſ-
ſeſsiones, & bona alia in nullius bonis niſi dei, & ideò
occupanti concedebantur. quare & dictum eſt Deu-
tero. 11. Omnis locus, quem calcauerit pes ueſter. ue
ſter erit. ſed ex quo ſemel occupata erant, nõ licebat
ea aliis occupare prohibente hoc lege naturali: quia
unicuiq; dictum eſt. ne faciat alii, quod ſibi non uult
fieri. ut in prin. decretorum, & prouer. 22. G. Ne tranſ-
grediaris &c. Habuerunt etiam primi parentes domi-
nia ſpecialia per diuiſiones inter eos factas, ſicut appa
ret in Abraam, & Loth, quorum unus accepit ad dex
8 tram, alius ad ſiniſtram, Gene. 13. Super † homines ue-
rò tanquam ſuper ſeruos nullus habuit dominium
ante ius gentium. Natura enim omnes homines li-
beri ſunt, inſtitutioni. de libertinis, §. primo. iuriſdi-
ctionem etiam iuſtam & rectam lego, ubi dicitur
gladius datus ad uindictam malorum, & laudem
bonorum, ſupra de maioritate & obedien. ſoliꝰ, re-
ſpon. 1. uerſicu. huic autem, & uer. ſubdit, ſed quo
modo cœperit, neſcio, niſi forte quia deus dedit ali-
quem, uel aliquos, qui facerent iuſtitiam ſuper delin-
quentes ſecundum Innocen. Idem tamen uidetur

hic notare, ſcilicet quo tempore hoc cœpit, ſupra de
foro compe.licet,ſuper uer. imperio. quod dic nt ibi
notatur.ſed & iure naturæ, ut etiam dixit Innocē. pa-
terfami. ſuper omnem familiam ſuam iuriſdictionē
habuit à principio, & hoc reſpicit decretum. 23.q.4.
duo iſta nomina, quamuis hodie non habeat niſi in
leuibus & paucis, ff.de furtis,l.ſerui, in fin.1.reſpon. &
de pœnis,reſpiciendum,§. furta domeſtica, C. de pa-
tria pote.l.congruētius.hoc autem certum eſt, quòd
ip ſe deus per ſe à principio iuriſdictionem exercuit,
& iuſtitiam fecit, & in cęlo expellendo angelos, & in
paradiſo expellendo hominem,& in mundo mitten-
do diluuium, ſicut probatur de primo Ezech. 28. D.
Iſa.14. & de ſecundo Gene.3.F. & de tertio Gene. 5.C.
& multa alia ſunt exempla, quæ in diuerſis locis ſacræ
9 ſcripturæ colligi poſſunt,ſed & † omnis poteſtas à deo
eſt ordinata. unde q poteſtati reſiſtit, ordinationi dei
reſiſtit: ſed per electionem cōſtituuntur principes ſu-
per homines,ſicut patet in Saul.1. reſpon.9. & multis
aliis.8.q.1.licet,& c. ſi ergo, & c.audacter, & in multis
aliis.c.& 93.diſt.legimus. patet ex præmiſsis, ꝙ poſſeſ-
ſiones, dominia, & iuriſdictiones poſſunt eſſe ſine
peccato apud infideles.Hęc enim non tantum pro fi-
delibus, ſed pro omni rationabili creatura à deo ſunt
ordinata,qui ſolem ſuum oriri facit non ſolum ſuper
bonos,ſed etiam ſuper malos, & omnia uolatilia pa-
ſcit,Matth.5.circa fi.& 6.& pſ. Qui dat eſcā omni car-
ni. ideò dicendum, quòd non licet ſine cauſa iuſta fi-
delibus,nec etiam papę auferre infidelibus poſſeſsio-
nes,ſeu dominia, uel iuriſdictiones,quas tenent: quia
ipſa ſine peccato poſsident. vnde & inter pręcepta do
mini dicitur indiſtinctè, Exo.20.di. Non furtū facies,
in quo omnis rapina,omnis uiolentia prohibetur,ut
patet.14.q.5.c.1.& ſequentibus, uſque ad §. contra. in
10 Exodo.¶ Credimus tamen,† imò ſcimus,quòd papa
eſt generalis uicarius Ieſu Chriſti,ſupra de transla.epi
ſcopi.c.1.& 2.& ideò poteſtatem habet non ſolum ſu-
c per Chriſtianos[c],ſed etiam ſuper omnes infideles, ete
nim cum Chriſtus plenariam receperit poteſtatem,
unde pſalmus, Deus iudicium tuum regi da, & iuſti-
tiam tuam filio regis.& Matth. ulti. G. Data eſt mihi
omnis poteſtas in cœlo,& in terra,non uideretur dili
gens ſiue ſapiens paterfamil.niſi & uicario ſuo,quem
in terra dimiſit, plenam ſuper omnes poteſtatem di-
miſiſſet.ut & patet in eo,quod no.de homici.pro hu-
mani,lib.6.ideò & dicitur de papa,quod habet nō ſo-
lum poteſtatem,& plenitudinem poteſtatis, ſupra de
uſu pal.ad honorem.quia Petro, & ſucceſſoribus eius
claues regni cœlorum dedit,dicens,Quodcunque li-
gaueris &c.Iterum,Paſcæ oues meas &c.Oues autem
ſunt nō ſolum fideles, ſed etiam infideles per creatio-
nem,licet non ſint de ouili. unde & ſequitur, ꝙ papa
ſuper omnes habet poteſtatem, & iuriſdictionem de
iure, licet non de facto. & probatur hoc in eo, quod
le.& no.ſupra de electio.ſignificaſti, ſupra de maio.&
obedien.ſolitæ,ſupra de iud.nouit.igitur per hanc po
teſtatem,quam habet papa,dicendum eſt, ꝙ gentilis,
& ſi non habeat legem niſi naturę,ſi tamen contra ip
ſam legem naturæ faciat, licitè per papam poteſt pu-
niri.argum.Gen.19.ubi habes,ꝙ Sodomitæ,quia cō-
tra legem naturæ peccabant,puniti ſunt à deo. unde,
cum iudicia dei nobis ſint exemplaria, non occurrit
ratio,quare papa, qui eſt Chriſti vicarius hoc nō poſ-
ſit,& debeat,dummodo facultas adſit.ideo & omnes
idolatras punire poteſt & debet.Naturale eſt enim u-
num & ſolum deum colere, non creaturas. inde eſt
etiam,quod papa iudicat & punit Iudæos,ſi contra le
gem faciant in moralibus, quando prælati eorum ip-
ſos non puniunt. & eodem modo punit eos,ſi contra
legem ſuam hæreſes inueniant, & obſeruent. Et hac
ratione moti papa Grego.& Innocen.IIII. mandaue-
runt comburi librum, quem Iudæi uocant talmuth,
in quo multæ hęreſes continentur,& puniri illos,qui
docerent illas hæreſes, uel ſeruarent. De libro illo ui-
dere potes in diſputationibus Petri Alfonſi, & hiſto.
Spe.lib.26.c.128. & ſequētibus. De Chriſtianis autem
non eſt dubium,quòd papa eos iudicare poteſt,& pu
nire,ſi contra legem euangelii faciant, uel alias graui
ter peccent,etiā temporaliter, ut & patet in eo, quod
no.ſupra eo.licet,& de iudi.nouit,§.r.& quamuis pa-
pa aliquādo omittat pœnitentias iuſtas & debitas om
nibus prædictis inferendas inferre: uel quia facultatē
non habet coercendi, uel propter pericula & ſcanda-
la,quæ incumbunt,vel euenire timētur,uel quia mul
titudini parcit,ſupra de tempo.ordi.c.2. infra de cleri.
excom.mi.latores.Eſt tamen poteſtas faciendi hoc a-
11 pud eum.¶ Quod † autem papa illis,qui uadunt ad de
fendendum, & recuperandum terram ſanctam, dat
indulgentias, & etiam infidelibus terram poſsidenti-
bus bellum indicit,licitè facit papa, & iuſtam cauſam
habet,cum illa terra conſecrata ſit natiuitate, conuer
ſatione, & morte Ieſu Chriſti, & in qua non colitur
Chriſtus,ſed Mahumetus. unde & quamuis infideles
ipſam poſsideant,iuſtè tamen exinde expelluntur,u
incoletur à Chriſtianis, & ad ipſorum dominium re-
uocetur. nam & prædicatione apoſtolorum, & iuſto
bello uicta fuit, & acquiſita ab Imperatore Ro. poſt
mortem Chriſti,& ideo papa ratione imperii Roma-
ni,quod obtinet, poteſt & debet ipſam ad ſuam iuriſ-
dictionem reuocare: quia iniuſtè ab illis, qui de iure
hoc non potuerunt facere,noſcitur ſpoliatus. & hæc
ratio ſufficit in omnibus aliis terris, in quibus nūquā
Romani imperatores iuriſdictionem habuerūt. Nec
ob.ſi dicas, quòd eccleſia non habeat imperium niſi
in occidente.96.diſtin.Conſtantinus:quia illud loqui
tur quò ad proprietatem: ſecus quò ad tuitionem,&
defenſionem.hoc enim certum eſt,quòd ubiq; unus
gladius alteri aſsiſtere debet: præcellit tamen ſpiritua
lis ut pater & magiſter.unde poteſt ſupplere, & puni-
re temporalem negligentiam, & delictum. 96. diſtin
quis dubitet, & capitu.duo ſunt, & capitu. ſi impera-
tor. poteſt etiam papa aſsiſtere Regi Ieruſalem, ad
quem ſpectat de iure, ſicut credendum eſt, ex quo
contrarium non apparet. quinimmò & contra alios
infideles, & ſi non teneant terram, in qua iuriſdi-
ctionem habuerunt principes Chriſtiani: poteſt ta-
men papa iuſtè facere præceptum, & conſtitutio-
nem, quòd non moleſtent iniuſtè Chriſtianos, qui
eorum iuriſdictioni ſubſunt, & etiam eos in totum
eximere à iuriſdictione,& dominio eorundem,argu-
men.infra de Iudæis.capitu.1.& cap.cum ſit,& c.cum
ex ſpeciali,& capitu.fi.54.diſt.mancipia, & c.ſeq. imo
& ſi malè tractent Chriſtianos, poteſt eos priuare per
ſententiam iuriſdictione, & dominio, quod ſuper eos
habent, ſed hoc non niſi ex magna cauſa. debet enim
eos,quantum poteſt,tolerare, dummodò non ſit pe-
riculum Chriſtianis,nec ex inde graue ſcandalum ge
neretur,Licet etiam infideles ad fidem præciſè nō co
gantur,quia omnes ſunt libero arbitrio relinquendi,
& ſola gratia dei in hac uocatione ualet.45.diſt.de Iu-
dę.23.q.5.ad fidem, poteſt tamen papa mandare infi-
delibus,quòd in terris ſuæ iuriſdictionis euāgelii præ-
dicatores admittant.nam cum omnis creatura ratio-
nalis facta ſit ad deum laudandum,iuxta illud Pſalm.
Laudate deum omnes gentes.& iterum, Omnis ſpiri-
tus laudet dominum,certum eſt, quòd ſi pagani præ-
dicatores prohibeant prædicare,peccant,& ideo à pa
pa ſunt puniendi,ut ſupra no.In omnibus autem pę
dictis caſibus,& in omnibus aliis,in quibus licet papę
aliquid mandare infidelibus,& compellere,ſiue puni
re

te, ſi non obediant, poteſt papa ſolus & nullus alius,
niſi de iure ſuo cõtenderet, bellum eis indicere, & cõ-
tra ipſos ſeculare brachium inuocare. Sed contra, qa
ſicut dicit apoſtolus, Nihil ad nos de his, qui foris sũt
2.q.1.multi. So. uerum eſt excommunicando, uel ad
fidem præciſè compellendo, cum ſola gratia dei uo-
candi ſunt. 45.di. de Iudæis. alias autem ſi nos, uel no-
ſtros perturbẽt, ſeu inquietent, ſeu bona noſtra occu-
pent, multum ad nos, quod dic ut le. & no. infra de di-
uor. gaudemus. §. 1. uer. & in præmiſsis gradibus. Sed
dices, ex quo licet nobis repetere terram ſanctam, &
alias regiones quas imperatores olim acquiſiuerunt,
& ſibi ſubiugauerunt pro eo, ꝙ imperatores ſemel in
eis dominati ſunt, quare non licet eodem modo infi-
delibus repetere totam Italiam, & Hiſpaniam, in qui-
bus olim dominium habuerũt? Reſpondeo: quia do
mini harum terrarum cum populis ſuis cõuerſi ſunt.
Fatemur tamen, ꝙ ſi populus alicuius magni princi-
pis infidelis cõuerteretur, ſed dominus in infidelitate
ſua remaneret, bene poſſet papa ſuper fideles iuriſdi-
ctionem, & dominium relinquere domino infideli,
arg. pri. ad Timo. 6. in prin. Sed ſi Chriſtianos grauaret
iniuſtè, poſſet ipſum compeſcere, ut dictum eſt. ſed
& propter periculum fidei, vel etiam eorundem fide-
lium poſſet cogi dominus ad recipiendum precium,
uel commutationem, infra de Iudæis. c. fi. Nam ſœpe
quis amittit res ſuas ſine culpa ſua, licet non ſine cau-
ſa, puta fauore libertatis. C. pro quibus cauſis ſerui ac-
cip. liber. l. 1. & per totum. & multo fortius fauore fi-
dei, & religionis: quia ſumma eſt ratio, quæ pro ipſa
facit. ff. de religioſis, ſunt perſonæ. Diximus, ꝙ infide-
les tenentur prædicatores fidei admittere, nũquid er-
go & eodem modo tenentur Chriſtiani recipere præ
dicatores Mahumeti? utique nunquam eodem mo-
do, imò nec ullo modo, cum enim & ipſi ſunt in erro
re, & in uirio, & nos in ueritate & in uia, neceſſe eſt, ꝙ
ad imparia iudicemur, argumentum in eo, quod legi
tur & notatur infra de diuor. quanto. §. ſi enim alter.
2 ¶ Sed † quæres, quomodo poteſt eccleſia Romana,
& aliæ, & etiam alij Chriſtiani licitè tenere ea, quæ te-
nent in occidente, & alibi, cum Imperatores Roma-
ni ibi omnia cum armis per uiolentiã occupauerunt.
& ita conſtat, ꝙ mala fide tenuerint, in qua & hi qui
tenent, uidentur ſuceſsiſſe? Reſpõdeo, neſcimus, utrũ
hoc iniuſtè occupauerint, & in dubio debemus ſup-
ponere, ꝙ uſi fuerint iure ſuo recuperando, qđ prius
per uiolentiam amiſerant, uel forte per matrimonia,
uel donationes, vel alios contractus licitos ad eos le-
gitimè peruenerunt, licet poſtea in eis multos rebel-
les inuenerint, & habuerint, quos uicerunt, & probat
hoc. C. de rei uendi. l. fina. & de peti. hæredi. cogi, & de
offi. præfec. præto. Afri. le. 1. & 2. & in eo, quod legitur
& notatur, infra de cele. miſ. cum Marthæ. §. 1. uerſi. fi.
De eccleſijs autem conſtat, ꝙ ea, quæ tenẽt, iuſtè poſ-
ſident: quia non cõſtat, quis ante occupationem do-
minus fuerit: in quo caſu prælato eccleſiæ, & potiſsi-
mè papę facienda eſt reſtitutio tanquam Chriſti uica
rio. unde & eccleſiæ, quæ pro papa poſsidẽt, iuſtè poſ-
ſident, ar. ff. de acqui. poſ. iuſtè poſsidet, & in eo, quod
legitur & no. infra de uſuris, cũ tu. §. 1. uer. uel his non
ſuperſtitibus, & ſupra de præſcrip. ad audientiam. §. fi.
& c. ibi ſeq. Talia enim ſunt pauperibus eroganda, ut
ibi dicitur. & quicquid habent clerici, pauperũ eſt. 16.
q. 1. quoniam quicquid. unde & papa, & eccleſiæ bo-
na, quæ habent & tenent, non tanquam propria, ſed
tanquam communia poſsident, ſupra de præben. ra-
tio, ut inde omnibus hominibus neceſsitatem habẽ-
tibus ſubueniant. Bona autem hæreticorum, & ſciſ-
maticorum auctoritate conſtitutionum principum
hæc concedentium recuperantur. 8. diſt. quo iure. 23.

q. 7. per totum, ſecundum Inno. cuius eſt hæc tota gl.
13 uel quaſi. ¶ Hoſt. tamen † videtur, ꝙ in aduentu Chri-
ſti omnis honor, & omnis principatus, & omne do-
minium, & iuriſdictio de iure & ex cauſa iuſta, & per
illum, qui ſupremam manũ habet, nec errare poteſt,
omni infideli ſubtracta fuerit,[b] & ad fideles tranſlata
quod hæc iuſta cauſa fuerit, probat Eccle. 10. Regnũ
à gente in gentem transfertur propter iniuſticias, &
iniurias, contumelias, & diuerſos dolos, quod hoc fa-
ctum ſit, probatur, ſupra de conſti. tranſlato. & hoc in
perſonam Chriſti filij dei uiui: quia non ſolum ſacer-
dos fuit, ſed & rex, Lucæ. pri. Ecce concipies, & pa-
ries &c. uſque, & regni eius non erit finis. unde & ipſe
dicit Matth. 21. Auferetur à vobis regnum, & dabitur
genti faciẽti fructus eius. Huius autem regni, & ſacer-
dotij principatum perpetuum commiſit filius dei Pe
tro, & ſucceſſoribus eius, ut patet in eo, quod legitur
& no. extra de homici. pro humani, & inſ. qui fil. ſint
legi. per uenerabilem. §. rationibus, per totum, & ma-
xime in uer. fi. unde conſtãter aſſerimus, ꝙ de iure in-
fideles debent ſubijci fidelibus, non econuerſo, ut pa-
tet in eo, quod no. & legi. infra de iude. cap. 1. in fi. & c.
multorum, & c. & ſi Iudæos. §. inhibemus. Concedi-
mus tamen, ꝙ infideles, qui dominium eccleſię reco-
gnoſcunt, ſunt ab eccleſia tolerãdi: quia nec ad fidem
præciſe cogendi ſunt, ut dictum eſt. ſ. Tales enim poſ-
ſunt habere poſſeſsiones, & colonos Chriſtianos, &
etiam iuriſdictionem ex tolerantia eccleſiæ: & ſi his
contenti non ſunt, uel abutuntur, ſibi imputent: quia
priuilegium meretur amittere &c. ſuper quo vide, qđ
legi. & no. infra de Iudæ. multorũ. & in talibus. ſ. ab ec-
cleſia toleratis dicimus locum habere illud Apoſtoli
Petri. ca. 2. Serui obedite in omni timore dominis nõ
tantũ bonis, & modeſtis, ſed diſcolis, & 1. ad Timo. 6.
in prin. quicunque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos
omni honore dignos arbitrentur, &c. & omnes con-
ſimiles auctoritates. Alios autẽ infideles, qui nec po-
teſtatem eccleſiæ Romanæ, nec dominium recogno
ſcunt, nec obediunt, indignos regno, principatu, iuriſ
dictione, & omni dominio iudicamus: & illos, qui ter
ram ſanctam, uel alias partes, quas Chriſtiani acquiſi-
uerunt, occupant, uel occupata detinent, debere au-
ctoritate eccleſiæ impugnari, & multo fortius hęreti-
cos, & ſciſmaticos, quàm paganos, & ſuper quo ui-
de, quod no. in ſum. de hęreti. §. qualiter deuitetur, &
infra de hæreti. excommunicamus. alios autem infi-
deles in pace degentes, & etiam illos, quos ſeruos te-
a nemus, non per bellum,[a] non per uiolentiam aliquã,
ſed tantum per prædicationem dicimus conuerti de-
bere. & ſi prædicatores non admittant, eos poſſe cõ-
peſci per papam, ut dictũ eſt, ſupra in glo. Inno. Sed &
ubi Chriſtiani ſub dominio infidelium habitant. qui-
bus nec reſiſtere poſſunt, neceſſe eſt, ꝙ patientiam ha
beant, & de facto ipſorum dominium recognoſcant,
& ſic etiam poteſt intelligi dictum apoſtoli, de quo
no. ſupra eo. glo. uer. & in talibus. & cum hoc mode-
ramine determina & intellige, quicquid ſecundũ In-
14 no. in ſuperioribus eſt notandum ¶ Sed † cum hodie
principes Chriſtiani inter ſe bella & guerras ꝓpria te-
meritate moueãt, & quod unus iuſtè & pacificè poſ-
ſidet, & ab antiquo poſſedit, alius de nouo uiolenter
occupet & vſurpet, & nihilominus ſuis cõfeſſoribus,
& eorũ peccata quamuis notoria palpãtibus & diſsi-
mulantibus, & ab eiſdem caſtra, poſſeſsiones, & alias
eleemoſynas ſcienter recipientibus abſoluant, & per
conſequens præſcribi nequeunt, ut patet in eo, quod
legitur & notatur, ſupra de præſcrip. c. fi. Quis excuſa-
bit iſta? neſcio reſpondere. caueant ipſi ſibi & conſu-
lant: alioquin timẽdum eſt, ne cateruatim ad inferos
innumerabiles populos ſecum trahant. 40. di. ſi papa.

Pęni-

Pęnitea t ergo, & quod ſciunt eſſe alienum, reſtituāt.
nec enim dimittitur peccatum, niſi reſtituatur abla-
tum. 14. qu. 5. per totū. & q. 6. capitulo primo. poſſunt
tamen per veram pęnitentiam reparari, ſupra de ſum.
tri. c. 1. §. ſacramentum. & accedit ad hanc quæſtionē,
quod no. ſecundum Inn. ſupra eo. glo. uer. ſed quæres
quomodo. & ſequenti. ſuper quo uide, quod no. ſup.
de paroch. ſuper eo. circa prin. ſuper uer. per canones,
15 & in ſum. eo. ti. §. fi. [*Voventis*] no. etiam † in uoto attē-
dendam intentionem uouentis plus, quàm uerba. ſ.
cap. prox. de hoc de regn. porrectum [*Pænitentis*] i. pę-
nitentiam imponentis. non enim putat Hoſti. ꝙ pęni-
tens interpretari debeat pœnitētiam ſibi impoſitam,
d uel eius dubiū, ſed is, qui iniūxit,[d] cuius dicto ſe adeò
tenetur ſubmittere pęnitens pro recuperāda uita ani-
mæ, ſicut faceret pro corporis uita, de pœ. di. 5. conſi-
ret [*Melius*] i. bonum & utile. non enim ponitur com
paratio, ſed electio. Inutile enim eſſet expenſas conſu
mere, Hoſti. [*Et infra*] unde per uiros religioſos huiuſ-
modi uolumus prouidere, Hoſt. in antiqua, nec deci-
di debuerat per decre. ſeq. [*Sequantur*] uide qđ dixi de
uxore, qui matri. accuſa. poſ. cap. 1. [*Ducere*] non intel-
16 ligas de militibus, qui corrupto † amore ſequerentur
eas, quo nil uehementius, in auct. qui. mo. na. effi. le. §.
17 illud, col. 6. ſecundum Hoſt. ¶ [*In † gl. 3. ibi, ſi longius*] hęc
l. loquitur, etiā cum ſubeſt longa protractio, licet nō
perpetua infirmitas, neceſſaria profectio, uel rei fami
liaris periculum. ¶ [*In gl. 4. ibi. §. ſacram*] uer. pro quo, ſti-
pulor ex fundo centum amphoras uini: expecto, do-
nec naſcatur: & ſi natū ſine culpa promiſſoris perijt,
iterū expectabo, donec naſcatur, & dari poſsit [*& ibi,
incendiū*] ſequit, ære alieno nō exuit debitorē, & loquit
18 de obligato in genere, ut ibi no. ¶ [*In † glo. 3. in fi.*] ſic &
qui propter temporale impedimētum ceſsit dignita-
ti, reſurgere poteſt: ſecus, ſi propter perpetuum, ſupra
de renun. poſt transla. ſic & is, qui percuſsit clericum,
ſi habet ꝑpetuū impedimētū, abſoluitur, nec iurat de
cūdo ad curiā: ſecus, ſi habet tēporale. j. de ſen. ex. quā
e uis.[e] Gof. ¶ [*In gl. ieiunijs, ibi, æſtimari*] ſecundum Io. cum
fiat pro anima ſecundum Vin. poſſet fieri hæc cōpen-
19 ſatio non cū nimia diſtrictione. ¶ [*In † glo. unde, ibi, iniun-
xit*] hoc tenet Lau. [*& in fi.*] puto diſtinguendum, an
confeſſor ſibi hoc impoſuerit propter terrę ſubſidiū,
an ſolum propter laborem itineris. & hoc caſu ſecun
do an uotum emiſerit, uel ſignū crucis receperit nec
ne. primis duobus caſibus abſoluat, uel cōmutet pa-
pa: in ultimo pœnitentiarius.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cū dilecti. Vide Bar. in l. ꝓtor. §. & parui, ff. qđ ui, aut clā, & in l.
dinus, ff. de mi. teſ. & ꝑ Bal. in l. ſi qs filio. §. qđ ſi qs, ff. de inu. teſ.
b ¶ L. una. Et ut ibi patet & no. punitr ſine neceſsitate mendicans,
& no. infra in gloſſ. tales.
c ¶ Chriſtianos. Vide Io. An. in c. licet, de foro compe. ſuper uerbo,
imperio. uidetur tamen notari per Io. An. contra, quod ſi Iudei &
infideles principaliter ſubſint imperatori, infra de diuor. gaude-
mus, ubi uide Io. And. ſuper glo. 3. & ſatis probat ille tex. ibi, qui
conſtitutionibus canonicis non arctantur &c. & facit de uſur. poſt
miſerabilem. & uide per dominū Pe. de Ancha. in repetitione ca-
pituli ea, quæ, de reg. iur. libro ſexto, in 6. queſtio.
d ¶ Per bellum. Vide Io. And. in Spec. de iudi. ſuper rubrica, ubi per
hoc allegat. 7. rationes, & ibi alia utilia.
e ¶ Qui iniunxit. Regulare eſt, ut qui opus in eſſe producit, illud in-
terpretetur, de quo uide plenius, infra de uerbo. ſigni. ex parte. 3.
per gloſſ. & docto. & cum ſacerdos in hoc fungatur uice dei, in-
terpretatio ſua eſt dei.
f ¶ Quamuis, ſimilia uide per Bar. in le. penul. §. fina. ff. de uaca. mu.

SVMMARIVM.

1 *Votum ultramarinum ex certis caſibus redimi & commutari po-
teſt, & à quo, & nu. 2. cir. fin.*
Votum cuiuſmodi qui redimere nequeant.
*Vxorati poſſunt hoc facere, & adimplere & ſine cōſenſu uxorum,
cæterum alia minimè, nu. 9. §. 1.*
Diuiſio decretalis.
2 *Dubitare de ſingulis quo caſu uituperetur.*
Controuerſiæ, uel quæſtionis unius exitus uiam facit ad alias.
Et pro id eſt, in fin.
3 *Religioſos etiam iura ligant.*
Idiota dicitur, qui ius ignorat.
Epiſcopi quibus præcellere debeant, ad uerb. Religionem.
4 *Iudicare uelle niſi totum legas, inciuile eſt.*
*Vxores ad uotum ultramarinum non tenētur ſequi maritos eæ ta-
men ut conſentiant, admonendæ, & è conuerſo.*
*Ipſæ quoque poſſunt ſic nouere, non tamen exequentur uotum ſine
uirorum licentia, & quando.*
5 *Virtutem facere de neceſſitate, bonum.*
Curiales etiam eſſe de nihilo.
Inhabilis eſt nomen generis, & multa ſignificat, & quid hic.
6 *Votum ultramarinum etiam religioſi poſſunt emittere, & qui.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Debilis dimitendus, & alius conſtituendus.
Debilitas unde.
8 *Additio gloſſarum, & nu. ſequen.*
Inſtitutio legalis quantum proſit.
Pignus ſpeciale an generali licet priori anteponatur, in fin.
9 *Conſilio pollet, cui uim natura negauit, coniuncta glo.*
Vtilia quoque ſunt parua.
Votum aliud præter.
19 *Pugnare hoſpitalariis, templarijs licet, & an & quando clericis.*

CAPVT IX.

1 EX multa. Votum † ultramarinum ex certis caſibus redimi,
& commutari poteſt, non tamē per aliū,
quàm per papam ſine ipſius ſpeciali man
dato. Habiles ad eundum, ſed inhabiles ad pugnandū,
ſi ſunt ſtrenui conſilio, uel multos bellatores addu-
cunt, uotum non redimunt. Vxorati uouentes obli-
gantur ex uoto, & uiri ſine uxorum cōſenſu poſſunt
hoc uotum facere, & implere. Clerici verò niſi in cer-
tis caſibus hoc uotum redimunt. & patet per prædi-
cta, ꝙ quattuor ſunt partes. ſecunda ibi, ſecundo. ter-
tia ibi, Quòd autem. quarta ibi, De clericis [*Et infra*] di-
cit Hoſtiē. ꝙ in hac deciſa commendabatur archiepi-
ſcopus, qui ex præcedenti conſultatione formauerat
2 dubitabiles & utiles quæſtiones: quia † ſecūdum Ari-
ſto. Dubitare de ſingulis non eſt inutile, ſubaudi pro-
babiliter: alias hoc uituperatur. ff. de teſtamentis, Do-
mitius, de ætate, & quali. uel non eſt [*Quæſtiones*] ſœpe
exitus unius controuerſię uiam facit ad alias. ff. de ac-
qui. poſ. exitus. ff. de rei uēdi. is qui deſtinauit, & dum
anſam ſoluimus &c. de uerb. ſig. cum olim. Goff. [*Spe-
ciale*] generalis ergo legatus, uel pœnitentiarius hoc
non poteſt. de hoc de offi. leg. quod transla. [*Et iure*] ꝑ
id eſt, ſecundum Hoſtiē. ſecundum quem nota quod
3 † iura ligant religioſos. ad hoc, infra ti. 1. c. fi. circa prin
cipium ibi, apoſtolica inſtituta. & quòd ignorans ius,
dicitur idiota. remittit, de offi. ordi. inter cœtera, ad fi.
de æta. & quali. c. pe. [*Religione*] & ſcientia præcipuè iu-
ris. de hoc de æta. & qua. ca. pe. de renun. niſi. §. pro de-
fectu, Hoſt. [*Neutros*] epiſcopos, uel religioſos [*Secundo*]
imò uidetur ꝙ tertiò. ſed ſecunda ſuperior includeba
tur ſub prima [*Dicitur*] ſupra c. proxi. §. rurſus [*Strenuꝗ*]
quò ad iſtud potuit fieri quæſtio: quia ibi non erat ad
uerba ſolutum [*Bellatores*] hoc bene fuerat ibi ſolutū
4 [*Superiora*] ſupra c. proxi. uer. niſi [*Extendas*] ff. de † legi.
inciuile. Ouidius epiſtolarum. Perlege, quicquid eſt,
quid epiſtola lecta nocebit? Te quoque in hac aliqd,
quod iuuet, eſſe poteſt [*Et perſona*] ſup. hi, qui ſecū poſ-
ſunt ducere bellatores [*Aſtrinxerunt*] illæ ergo in hoc
caſu

caſu uiros uouentes non tenentur ſequi, ſed poſſunt
remanere. ad idem, infra de ſpō. in præſentia, & quod
ibi dicam, & infra qui matri. accu. poſſunt. ca. primo,
ſecundum Hoſtiē. [*Aſſenſum*] idem è conuerſo ſecun-
dum Hoſtien. Non enim in his iudicantur coniuges
ad imparia. 32. quæſtio. 1. ſi quis uxorem, & q. 5. præce
pit, & c. Chriſtiana. licet autem uouere poſſit vxor: nō
tamen exequetur uotū ſine uiri licentia, ſed redimet,
& hoc ſi ſuſpecta ſit, & iuuenis. Idem, ſi vetus & bonę
famæ, tamen non ualens ſecum ducere bellatores. Si
enim hoc poſſet bonæ famæ, tūc ipsā oporteret exe-
qui perſonaliter. Ad hanc diſtinctionem facit, de cō-
uer. coniug. cum ſis, & c. uxoratus, ſupra c. proxi. in fi.
de ſtatu regul. cap. uno, lib. 6. Remittit etiam Hoſti. ad
ſum. eo. ti. §. quis uouere, uer. nunquid ergo uxor, &
ſeq. [*Commonenda*] faciant de neceſsitate † uirtutem, &
ſint de nihilo curiales. ſi. de elec. cum terra, de arbi. cū
olim. §. fi. de regu. licet [*Inhabiles*] quaſi inepti, uel in-
congrui, cuius cōtrarium eſt habilitas, ut in cle. de iu-
reiuran. Romani, ante medium. ubi Henricus decla-
ratur habilis ad imperium. licet ergo inhabilitas quā-
doque procedat à morbo, de elec. cum inter can. uel
à debilitate, ut ſupra c. c. & ſup. c. proxi. uel à uitio, uel
culpa propria, uel aliena. primum patet de ſciſma. ca.
uno. lib. 6. & in cle. de ui. & ho. cleri. c. 2. de ſta. regu. ne
in agro, ante medium, uer. ꝙ ſi nullam, & uer. ſe. & in
conſti. execrabilis, ubi pluries repetitur ſecundum de
inhabilitate propter alienā culpam. in clemen. de pę-
nis, ſi quis ſuadente, uer. ipſius filij. hic tamen patet, ꝙ
inhabilitas neceſſariò non includit uitium, uel defe-
ctum, ſed comprehēdit omnem ineptitudinis, uel in-
congruitatis cauſam reſpectu rei, de qua eſt ſermo, ſi-
cut de morbo ſontico dicunt leges. ff. de uer. ſig. mor-
bus, cum concor. Clericatus enim officium, qui nec
uitium eſt, nec morbus, nec defectus, inducit inhabi-
litatem huiuſmodi actus, ut hic [*Inſtructi*] ar. ꝙ † religio
ſi etiam ſimplices clauſtrales poſſunt hoc uotū emit-
tere etiā ſine licentia, ſi ſint prædicatores boni. de hoc
infra cap. fina. Hoſtien. [*Magnatum*] cruce ſignatorum.
7 ¶ Glo. † ulti. arguit, & ſignat contrarium. ¶ *In gloſſ. ar.
ibi l. 2.*] uide in ſupplc. ¶ *In glo. idem, ibi. §. ſequentia*] præ-
ſes dimittet illum, quem uexari uidet ſenio, vel corpo
ris debilitate, & alium conſtituet [*& ibi. §. ſequenti*] in-
8 cipit, corporis debilitas. uide de teſti. ſi qui, ſuper. 1. gl.
¶ *In † glo. ecce hic, ibi, committit*] & ſi dicis, ad quid ergò
ualuit hæc inſtructio? dic ꝙ ualet ad inſtruendum eū,
cui papa hæc committeret, ad inſtruēdum etiā ipſum
uouentem, quo caſu hæc petat: nec fuit etiam pecca-
tum inſtruere ſucceſſorem. ¶ *In glo. religioſi, in fi.*] ſupra
de conſt. eccleſia, & de hoc dixi plenius ſuper rubrica
de regu. ¶ *In glo. arg. ibi, dictum*] & ſupra de dolo, & con-
tu. capitulo ſecundo, Ioā. [*& ibi, ex parte. 2.*] ar. contra,
quod no. & le. de reſcrip. cam te. Hoſti. [*& in fi.*] Ioan.
Vin. Phi. alle. hanc. l. pro contraria. & poteſt ad utrun-
que induci. nam ibi dicitur, ꝙ ſi creditor primus ha-
bens ſpecialiter quædā, & generaliter uniuerſa pigno
ri obligata, ex nominatim obligatis debitum conſe-
qui poteſt, & hoc eſt certum: ad eius petitionem non
auferentur ea, quæ ex generaliter obligatis pignora-
9 uit ſecundo creditori: ſumpto ar. à contrario facit cō-
tra. ¶ *In glo. idem † dicit, ibi, negauit*] & iterum. Grandior
in tāto uirtus, ſed paruula vulpes, Plenius anguſta ſub
breuitate ſapit, ſecundum Gof. Et Ouidius, Parua ne-
cat morſu ſpacioſum uipera taurum. A cane non ma
gno ſępe tenetur aper. ¶ *In gl. ſpecialiſſimus*] unde argue-
bat Pet. ꝙ aliud uotum præter iſtud uir ſine conſenſu
uxoris non poſſet emittere, quod probat per contra-
rium illius uerbi, Huiuſmodi. uide quod dixi, ſupra c.
ſcripturæ, uer. uxor autem [*& in fi.*] & c. manifeſtum,
ubi de hoc, & Hoſtiē. remittit ad ſum. eo. ti. §. quis uo-
10 uere, uer. uxor. ¶ *In glo. ſe. ibi. clerici*] niſi † forte hoſpita-
larij, & templarij, qui ex permiſsione eccleſiæ mouēt
arma, ut no. 12. q. 1. duo ſunt, in fi. 1. glo. [*& ibi, pugnare*]
etiam cōtra Saracenos, ut probat hæc litera ſecundū
Abb. [*& ibi, non debent*] contra, de ſent. excom. dilecto,
lib. 6. So. ex officio clericatus non licet, ut hic: ſed ra-
tione temporalis iuriſdictionis licere poſſet, ut ibi, &
ibi de hoc. uel in propria perſona non licet. per ſubdi-
tos licet. ut dicit Gratianus. 23. q. fi. §. his ita, & patet. e.
q. ut pridem, Hoſtiē. ¶ *In glo. ultima in fi.*] dic ut ibi dicit
Hoſtien. ſpeciale in hoc uoto, uel quando hoc in ca-
none prohibetur, infra de maledi. ſtatuimus, in fine.

SUMMARIUM.

1 *Votum religionis implere debet factus epiſcopus, renunciato epi-
ſcopatu, eius ſolennitas quæ, & num. 6.*
Gratianopolitana eccleſia eſt cathedralis canoni. regula.
Votum religionis de futuro non impedit matrimonium.
2 *Circa uotum continentiæ ſunt inductæ ſolennitates ab eccleſia.*
Vouentes peregrinationem, & religionem coguntur adimplere.
3 *Electio ad epiſcopatum eius, qui uouit religionem, non tenet.*
Gebennenſis eccleſia cathedralis.
4 *In epiſcopum electus an poſt conſenſum poſſit renuntiare.*
An epiſcopus, qui renuntiauit, ſit eligendus, an poſtulandus.
5 *Duo qui promiſit, ſi unum tranſgreſſus ſit, ad alterum tenetur.*
Mora purgatur etiam poſt terminum, cum non intereſt.
6 *Vinculo maiori ſuperueniente an tollatur primum.*
*Votum qui emiſit religionis electus in epiſcopum, an dicatur in me
lius commutaſſe, & non eſſe tranſgreſſor, & nu. 7.*
Epiſcopus fieri non poteſt monacus abſque reſignatione, in fin.
7 *Religio addit gradum.*
Religioſo multa non licent, quæ licerent ſeculari prælato.
8 *In epiſcopum ſi ſcienter eligatur nouitius, qui ſeculo renuntiauit
omnino, an ſit confirmandus.*
9 *Votum religionis impedit non impletum eligendum, & multo for
tius iam impletum.*
10 *Capitulum propriè dicitur cathedralis eccleſia.*
Conuentus conuentualis.
Poſſe me aliquid quo caſu intelligatur hic de ſuperioris licentia.
11 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 12.*
Dies in obligatione quoties non ponitur, quis intelligatur.
*Faciendum aliquando impeditur, quod iam factum non obeſt, &
quando hic. §. ſi.*

CAPUT X.

1 PEr tuas. Qui vouit † religionem in-
gredi, ſi uoto non impleto
fiat epiſcopus, renūciare debet, & uotum
implere. & communis diuiſio, ſecūda ibi,
nos igitur [*Tuas*] dicit Hoſt. ꝙ iſte d. Pe. fuit de Seſsino,
qui poſtea fuit Gratianopolitanus (*Gratianopolitana*) ca-
thedrali, in qua ſunt cano. regulares ſm Ho. (*Solēniter*)
i. coram pręlato in præſentia multorū: non tamen in-
teruenit ſolennitas profeſsionis, uel habitus: quia nō
ſtatim intrauit, ſed ſe ingreſſurū promiſit intra duos
menſes poſt, quàm de curia rediret, ut ſequitur, Goff.
& ſic ſecundum Inno. cum non de prę́ſenti, ſed de fu-
turo uotum emiſiſſet, & ſi contraxiſſet matrimoniū,
tenuiſſet, de uoto. c. uno, lib. 6. per quod. c. patet, ꝙ cir-
2 ca uotum † continentiæ ſunt propriè inductæ ſolen-
nitates ab eccleſia. Nam uotum peregrinationis non
dicitur à iure ſolenne. ſicut tamen uouens peregrina-
tionem cogitur illam perficere, ſupra capitulis proxi-
mis, ſic uouens ingredi monaſterium etiam per uer-
a ba de futuro, ut hic, & infra titu. 1. quod dei timorem
(*Prælati*) Ideſt epiſcopi. Hoſtiē. uel forte ſub epiſcopo
alius prælatus, ad quem ſpectabat monacorum rece-
ptio, de regula. cap. fi. lib. 6. (*Termino*) duorum menſiū
poſt

poſt reuerſionē de curia [*Tranſgreſſor*] quia intra duos
menſes non perfecerat uotum , ut promiſerat, Inno.
unde conſiderata ueritate, quam nec alii ignorabant,
cum publice uotum emiſiſſet, ut ſupra eo.ca.patet, ꝙ
ipſius electio fuit nulla. de electio. cum in cunctis. ſe-
cundum Hoſt. [*Vocatus*] per electionem alias canoni-
ce factā [*Gebenenſis*] etiam cathedralis. Hoſti. [*Et infra*]
hoc deciſum multis modis intelligitur. primo, ꝙ iſte
electioni de ſe factæ conſenſit. & pétiit , an licité poſ-
ſet confirmationem petere, uel potius debeat reſigna
re. ſecundò ꝙ iſte ante cōſenſum conſuluit papam, &
tunc, ꝙ dicit, Regimen reſignes. i. electioni non con-
ſentias, per quam ad regimen peruenitur. ſed tertiò
pōt ſubintelligi. ꝙ electus fuit, & confirmatus, & con
ſecratus, & poſt longa tēpora prouidere uolens cō-
4 ſcientiæ conſuluit papam. prima † lectura facit ad no.
de transla. cap. 2. an electus in epiſcopum poſt conſen
ſum renunciare poſſit. ultima ad no. de renū. poſt trā-
sla. in prin. an epiſcopus, qui renunciauit ſit eligēdus,
uel poſtulandus [*Conſulimus*] ſi enim hoc in iudicio pe-
teretur, te cogeremus ad hoc, ſupra eo. magnę, ſecun-
dum Inno. [*Sanare*] ſed per hoc non deſinit eſſe tranſ-
greſſor, cum promiſerit intra certum tempus ingre-
di, quod non fecit. Dicit Gof. duo promiſit. ſ. ingredi,
5 & intra certum tēpus. unde licet tranſgreſſus † ſit unū,
tenetur ad aliud, de dolo & contu. cum dilecti. uel hic
purgatur mora. cum nō interſit monaſterij illum ue-
niſſe prius. ff. de uer. ob. l. ſi inſulā. & l. ſi ita quis promi
ſerit. §. Scia. & l. interdū. §. ult. [*Regimen reſignes*] ſed non-
6 ne ſuperueniente † maiori uinculo rumpitur primū,
ſic ut ibi de ſpon. ueniens. ff. de ritu nup. nō ſolum. §.
2. de regu. qui poſt uotum, li. 6. Si ergo fuit electus in
epiſcopum, & conſenſit, uidetur uotum in maius &
melius commutaſſe, & ſic nō debet dici uiolator uo-
ti, ſupra eo. ſcripturæ. Communis enim utilitas & ma-
ius bonum in his eſt præferēdum, de regula. licet. ſup.
cap. 1. de transla. cap. fi. Sol. forte faciens hanc conſul-
tationem erroneam, habebat conſcientiam, quā ali-
ter deponere non poterat. unde neceſſe habuit illam
ſequi. uel dic ꝙ hoc conſilium fuit neceſſarium, ut ſer
uaretur utrunque, cum primum non tollat ſecundū,
de ſpon. commiſſum, ſecundum Goff. uel ſecundum
Hoſti. quia in mortali conſtitutus fuerat electus, ut. ſ.
dixi. Eodem modo reſpondetur ad id, quod opponi-
tur, ſi iſte iam eſſet canonicus, poſſet eligi, uel poſtu-
lari, ergo fortius antequàm fiat canonicus. Sol. epiſco
pus factus nō poſſet ſine reſignatione fieri monacus.
utrunq; autem ſic perficere poterit, ut in pdicta de-
cretali commiſſum, ſecūdum Inn. Conſulitur enim,
7 ut in prælatura ſit perfectior. nam † & religio gradū
addit, & licerent aliqua ſeculari prælato, quæ non li-
ceret religioſo. de uita & honeſtate clericorum, cleri-
8 ci, de regularibus, cōſulti. Quid † ſi nouitius, qui om-
b nino renunciauit ſeculo, [b] ſcienter in epiſcopum eli-
gatur? uidet hæc quæſtio expedita, de elec. nullus, li. 6.
Sed ut fortificetur quæſtio, exprimimus hoc de illo,
qui uouerat religionem ingredi. & uidetur, ꝙ talis nō
ſit confirmandus: quia licet reddere cœperit, adhuc
tamen ad plenum nō reddidit uotum ſuum deo, nec
uidetur aliquid actum &c. C. ad Sillania. cum Sillania
num, in fi. Sed contra: quia etſi profeſſus eſſet, poſſet
propter maius bonū à religione auocari etiā ad ſim-
plicem curam propter prædicationis officium in hoc
priuilegiatum, infra ti. 1. quod dei. unde uidetur, ꝙ ſta
tim poſſit fieri prelatus, ſicut & poſt profeſſionē. imo
uidetur hoc expedientius & compēdioſius, & ut om-
nis circuitus euitetur, ar. ff. de cōdictio. inde. dominus
teſtamento. Dicit Hoſti. ꝙ putat talem eligi poſſe, dū-
modo non ſit in euidenti mora, per quam poſſet dici
conſtitutus in mortali, ut ſupra dixi. & dicit, ꝙ talis p-
fitebitur ante, quàm cōfirmetur: & erit ſpeciale hoc
c caſu, ꝙ teneat profeſſio [c] facta intra annum, de con-
uer. coniuga. ex publico, & infra eo. c. in fi. Dicunt ta-
men quidam hæc uera, quando hæc expediuntur de
uoluntate eligentium. ad hoc, infra tit. 1. quod dei. de
off. archidia. ad hoc, in fi. aliàs profitendo uidetur ele-
ctioni renunciare per actum cōtrarium, nec deberet
cum eligentium ſcandalo confirmari, de præben. cū
non ignores, & c. pro illorum. ad hoc poteſt reſpōde-
ri, ꝙ ex quo ſcienter elegerint talem nouitiū, ſciebant
eum ad profeſſionem obligatum. unde non poſſunt
dicere ſe deceptos, de coniu. ſeruo propoſuit, de cle-
ri. coniug. diuerſis. Si verò id ignorabant, imputent ſi-
bi: quia non inquiſierunt plenius ueritatem, de elec.
cum terra, & c. innotuit. Maxime, quia ingreſſus mo-
naſterij de facili non fuit occultus. de hoc de tranſla.
quāto. Quamuis autem Hoſti. hoc de rigore iuris ue-
rum credat, dicit tamen tutius & honeſtius, ut de vo-
luntate eligentium hæc procedāt. ad hoc de elec. bo-
næ, uer. nos attendentes. & ſic dicit fuiſſe ſeruatum in
pmotione dñi Pet. de Collemedio ad Rothomag. ec-
cleſiā, qui poſtea fuit cardinalis Albanen. [*Memorata*]
9 nota † ſecundum Vincen. Ia. Pe. & Abb. quod ſi uotū
religionis nondum impletum impedit eligēdū, mul-
tofortius iam impletum, & apoſtatando dimiſſum,
ad hoc de apoſta. quidam, quod hodie maxime uerū
eſt, cum ſint tales excommunicati, ne cle. uel mona.
10 cap. 2. lib. 6. [*Capitulum*] non † dicit, Conuentus. & per
hoc poterant doctores intelligere, ꝙ hæc eccleſia nō
erat conuentualis, ſed cathedralis, licet hoc non ſit ꝓ-
ciſum, infra ti. 1. monaci. § priores [*Eligendum*] i. poſtu-
landum. Alij dicunt, ꝙ ſimpliciter eligendus eſt, In-
noc. (*Poteris*) de ſuperioris licentia: aliàs non. de elec.
11 ſi religioſus, lib. ſexto. ¶ Prima † glo. quærit, & ſoluit.
¶ Vltima glo. notat regularem eligi poſſe, & c. arguit
12 contrarium. ¶ (*In † glo. 1 ibi, porrectum*) & infra de trigi.
fraternitatem. & optime facit. ff. de uerb. ob. cum, qui
cal. §. quoties in obligatione dies non ponitur, præ-
ſenti die pecunia debetur, niſi locus adiectus ſpaciū
temporis inducat. ff. de regu. iuris, in omnibus. ¶ (*In glo.
ultima ibi, eligi in epiſcopor*) ex quo no. hic Vinc. ꝙ facien-
dum impedit, quod iam factum non obeſſet, ſicut &
in ſacerdotem poteſt cōpromitti, & tamen ſacerdo-
tiū ſuperueniens ſoluit arbitriū. ff. de arbi. nō diſtingue-
mus. §. ſacerdotio, & hoc pp tranſgreſſionē cōtingit.

ANNOTATIONES.

a ¶ Quod dei timorem. Vide Io. An. infra de cenſi. ex parte, in gloſſ. nota quod, & de regu. porrectum, in gl. per hoc, uerſi. ſunt etiam.

b ¶ Renunciauit ſeculo. Caue: quia per hoc uidetur obligatus religioni, ut de regu. ſtatuimus, & ſic quæſtio non dubia, & uide in præallega. c. niſi intelligas quòd tamen ſolebat prius probare religionem, ut quia ſine uoto ingreſſus religionem aſſumpſit habitū nouitiorum tantum diſtinctum, uel ingreſſum proteſtatus.

c ¶ Teneat profeſſio. Caue: quia illa ſemper tenet præterquam in in mendicantibus, ad hoc. c. ſtatuimus, coniuncto cap. 2. de regula, libro ſexto, puto ergo, quòd uelit dicere, quòd ſpeciale eſt ut cogatur infra annum.

SVMMARIVM.

1 *Votum ultramarinum prælatus etiam profeſſus poteſt emittere, & 3. in fin.*
Vigeſimamque eccleſiæ ſuæ tunc in uſus ſuos conuertere, & quomodo intelligatur, nu. 4.
Secularis, & regularis æquiparantur, & in quo.
2 *Votum religioſi ſimplices an & quando poſſint emittere.*
3 *Regularibus non licet habere præbendas, neq; portiones diſtinctas.*
4 *Prælatus cruceſignatus uiceſimam poteſt percipere, & quam.*
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 8.*
Vtilitas publica non non præfertur hic priuatæ, & cur. §. 3. in glo.

C A P V T XI.

1 POſtulaſtis. Caſus. Prælatus † etiam profeſſus poteſt votū vltramarinum emittere, & in uſus ſuos viceſimam eccleſiæ ſuæ conuertere. & ponitur cōſultatio & reſpōſio ibi, Diſcretioni [*Profeſſus*] loquitur duobus præpoſitis eccleſiarum regulariū. dubitabant forte, quia religioſi erant, quaſi priuilegium uiceſimæ retinendæ ſolum eſſet ſecularium clericorum: ſed idem de regularibus. ut hic patet, nam & alias tales æquiparantur, ſupra de teſta. requiſiſti. §. fi.
2 Quid † de religioſis ſimplicibus, nō uidetur, ꝙ poſsint hoc uotum emittere niſi de conſcientia abbatis, arg. 12. quæſtio. 1. nolo, & c. non dicatis. Dicit enim Hoſti. ꝙ non inuenit eos in hoc uoto priuilegiatos niſi forſan ratione officij prædicationis. ad hoc, ſupra eod. ex multa. §. fina. & de hoc, ſupra eo. ſcripturæ, & in ſum. eod. ti. §. quis uouere, uer. monacus [*Eccleſiarum*] non dicit, præbendarum cum † regularibus non liceat ha-
3 bere præbendas, Inno. nec portiones diſtinctas, vt dixi ſecundum eum, ſupra de præben. dilectus. 1. ſuper uer. obtulerit. & eſt contra Hug. in his, quæ dixi, ſupra de uita & hone. cler. deus qui [*Tenemini*] ergo hic expreſſum, ꝙ adminiſtrator eccleſiæ, quāuis religioſus, emittere pōt votum vltra marinū [*Eccleſiarum*] hoc † eſt no-
4 tādū, ꝙ prælatus crucecſignatus percipit nō ſolū uiceſimam partem redituum ipſum contingētiū, ſed etiā integram redituum ipſius eccleſię, ſecundum Innoc. eſto etiam, ꝙ religioſus ſit, ut prædixi. Item arg. ꝙ uiceſima nulla deductione facta de omnibus prouentibus eccleſiæ integraliter eſt ſoluenda, ſicut & decima, de deci. cum homines, & c. tua nobis. §. & cum de cunctis, & adde quod no. de Iudę. ad liberandā, ſecundum Hoſt. ſecundum quem quod hic dicitur, intellige, quādo prælatus habet adminiſtrationem omniū, quæ ueniunt in communi. Putat enim aliud, ſi bona eſſent diuiſa per præbēdas, uel ſi pro prælatura ſua haberet reditus ſeparatos. nam tunc de illis tantum, quæ ad manus ſuas uenirent, hāc ſoluere teneretur, ſupra
5 de reſcrip. edoceri. ¶ Secunda † gl. arguit, ſignat contrariū, & remittit. ¶ Pe. glo. arguit. ¶ Vlt. obijcit, & ſoluit. ¶ *In † glo. 2. ibi, nam hoc*] uide de priuile. parentibus,
6 ſuper ultima glo. ¶ [*In † glo. 1. ibi, Compilatione*] quam po-
7 ſuit, & gloſſauit Hoſtiē. infra de Iudæ. ad liberandam. ¶ [*In glo. 2. ibi, priuatæ*] Dixit Vinc. hoc contingere: quia priuata omnino confunditur, & publica non multū iuuatur. Dixit Gof. hoc ideò, quia priuata non includebatur ſub communi. idem Hoſtiē. ¶ [*In glo. 3. in fine*] & alios ad pugnam hortari. 23. q. ult. omni, & ca. hortatu, & c. ut pridem, Ia. ¶ [*In glo. 4. ibi, uitæ*] infra tit. 1. cū ad monaſterium, uer. prior, & uide quod ibi dicā [*& in fine*] & utilior † eſt prædicatio exempli, quàm uer-
8 bi. 40. diſt. multi, & ſupra eo. magnæ, uer. prætcrea. Ho-
a ſti. ¶ [*In glo. ecce quod, ibi, mulieri*] de reſcrip. ſtatutum a. §. aſſeſſorum, lib. 6. & clemē. de foro compet. quamuis, ad fi. ¶ [*In gl. no. ibi, prælatus*] prælati enim erant iſti, & præpoſiti, ut patet in ſuperſcrip. [*& in fin.*] de procu. petitio. ff. de iudi. ſi longius. C. de peda iudi. le. placet. ¶ [*In glo. ultima, in fi.*] uide, quod ibi ſatis dixi in textu.

A N N O T A T I O N E S.

a Statutum. Et ibi uide Ioan. An. & quid importet. cum papa conſcientiæ alicuius aliquid committit, uide gl. uerbo, Honoramus. in cle. prima, de iure patro. & in deciſio. Rotæ conclu. 470.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
De materia huius tituli quibus alijs in locis atque codicibus iuris edocetur.

De ſtatu mona. & canonicorum, regularium, Rub.

1 ¶ Dicto † de conuerſione ad religionem: quia qui cōuertuntur, ut plurimum fiunt monaci, uel regulares canonici, ideo &c. ſm Goff. ad materiam uide, quod dixi, ſupra de regula. & facit. 58. diſtin. per totum. repetitur in Sexto, in clem. Conuenit de vita & hone. clericorū, monaſteria. ne cleri. uel mona. relatum, libro ſexto, de præbendis, cum ſingula.

S V M M A R I V M.

1 *Monaſteria ſunt exempta à lege diœceſana, non iuriſdictionis, uide num. 4.*
2 *Archipresbyteri rurales epiſcopo tantum ſubſunt, & habent iuriſdictionem.*
Diſciplina quibus ſit moleſtia, & in quibus conſiſtat.
Ad abbatem correctio quando ſpectet.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 4.*
Epiſcopus quarum rerum à monaſterijs habent partem.
Ei quatenus ea ſubſint, eorumque capellæ, & quæ monaci & excipiantur ipſorum.
De lege diœceſana, & lege iuriſdictionis quæ ſunt quædam ponit.
Monaſteria, eorumque bona quæ exempta & à quibus.
5 *Additio gloſſarum.*

C A P V T I.

1 THeodoſius. Secūdum Abb. hoc intendit, ꝙ † monaſteria ſunt exēpta à lege diœceſana, ſed nō à l. iuriſdictionis. Duas prohibitiones ponit, ſecundæ rationem ſubdit. ſecūda ibi, Aut eius. ra-
2 tio ibi, Cum monacis [*Presbyteri tui*] arg. ꝙ † archipreſbyteri rurales ſubſunt tantum epiſcopo. Item ꝙ habent iuriſdictionem. de cēſi. cum apoſtolus. Vin. Sed Pe. exponit. i. epiſcopi. 90 diſt. olim, in prin. [*Præter diligentiam*] ergo diſciplina eſt moleſtia, quod eſt uerum ipſis monacis, qui nolunt corrigi. uel iſtud, Præter, nō ponitur exceptiuè, Phi. [*Diſciplina*] i. præter uiſitationem. quam facere poteſt quoties expedit. 18. q. 2. non ſemel, ſecundum Inno. uel dic [*Diſci.*] in uiſitando, & corrigendo, negligente abbate, ad quem ſpectat prima correctio, de officio ordi. quanto, ſecūdum Goff. dic ut ibi no. ſecundum Hoſt. [*Proficere*] ſi. quod in clericis ſecularibus dicitur, de his, quæ fiūt à prælato. pa-
3 ſtoralis. ¶ Prima † glo. reſpondet per ob, quam ſoluit, & remittit. ¶ Vltima gl. reſpondet per ob. ¶ [*In † prima glo. in fi.*] & 10. q. 1. in ſumma. de his legibus magnā gl. poſuit hic Inn. & Hoſ. poſt eū, & ſupra de off. ordi. dilectus. quæramus illam partem illius gloſ. quam hic omiſit. Dicebat etiam hic Inn. quoſdam dixiſſe, ꝙ in his, quæ non reſpiciunt populum, ſicut quæ dantur pietatis, uel religionis intuitu, nullam partem habere debet epiſcopus. ut hic, & 16. quæſtio. prima, cum pro utilitate. Item non poſſet epiſcopus mittere monacum pro alijs communibus negocijs, quàm monaſterij proprij. eis enim prohibitum eſt & periculoſum uagari. c. quæſtio. ſi cupis, & capitulo peruenit, & capitulo placuit. nec ob. ea. quæſtio. qui uere, & capitulū in parochia, quæ loquuntur, quando id faciunt de abbatis licentia, & non de mandato epiſcopi. qui in eis niſi ratione populi præcipere poteſt. 16. quæſtio. 2. luminoſo. Idem dicunt de omnibus alijs quæ ſunt legis diœce. niſi de his, ad quę tenetur eccleſię exemptę, uel non exemptę ratione populi. & ſi dicas, cum exem-
a pti, & monaſteria a teneantur ad debitam partē mortuariorum, de ſepulturis, de his, & ca. in noſtra, quare non

non eodem modo tenentur de his, quæ dantur non cauſa mortis, cum utrunque ſit legis diœceſanæ. 10. quæſtione prima. decretum? So. lex diœceſana indiſtinctè monaſterijs eſt remiſſa, ſiue populum habeāt, ſiue non, niſi talia ſint, quæ ratione populi dantur ex debito, quale eſt mortuarium. de teſta. requiſiſti, uel cauſa mortis relictum, ut ibi. Sed donatio inter uiuos non eſt tale, ſed omnino gratuitum & uoluntarium, infra de cenſi. ex parte. uel dic quartam mortuariorū eſſe de. l. iuriſdictionis, non de diœceſana. certum eſt enim, quod illorum canonica compeiit ratione ſacramentorum, & inter illas eccleſias fit diuiſio, à quibus recepit mortuus ſacramenta, de ſepul. cum quis, libro ſexto. Sed collatio ſacramentorum eſt de. le. iuriſdi. 16. quæſtio. prima. interdicimus. Ipſa ergo mortuaria, quæ ſunt acceſſoria ad ſacramenta, eiuſdem naturæ & conditionis eſſe debent, ſupra titu. primo, magnæ, uer. cum igitur. Idem poteſt dici in quarta decimæ, cum etiam pro ſacramentis detur, ſupra de deci. cum ſint homines, & ca. ad apoſtolicę. vel dic ꝙ in quarta decimarū non procedit quæſtio: quia mona. non recipit ab alio decimas, ſed alij dat. 16. q. prima, alia, de decimis nuper. & ſic cum quarta debeat de decimis ab alijs perceptis, nūquā tenetur ad quartam. Sed nec ex alterius donatione poſſet mona. habere decimam niſi cum ſuo onere, cum non ualeat donatio niſi quo ad partem donantis. 16. quæſtione prima, ſi quis laicus. Intelligitur ergo eccleſia donaſſe ſolum, quod ad eam ſpectat, nec alijs non conſentientibus præiudicare poteſt, de dona. paſtoralis, & c. inter dilectos. & ſi dicas perceptionem etiam decimarum, nedum quartę eſſe de. l. diœceſana, reſpondetur ob hoc quo ad poſſeſsiones non eſſe monaſteria exempta, niſi exempta probētur, de deci. ſuggeſtū. ¶ Ad perſonales uerò nec monaci, nec clerici ei tenentur, ut no. de deci. nouum. & ſic quòd non debetur, de l. aliqua eſſe non poteſt. Hoc autem ſciendum eſt ſecundum eūm, quod licet monaci morentur in aliqua eccleſia, ſubſunt tamen le. diœceſanæ, niſi ſint ibi ut collegiū. 10. quæſtione prima, capitulo primo, excipe grangias, de cenſi. capitulo ſi. Dicit etiam, quoſdam dicere, & ſatis probabiliter, ꝙ monaſteria non
non probatur hic, cum hic de carnibus nil dicat: facit tamen ad hoc finis capituli ſin Pe. & Abb. quia ſi prohibetur diſpenſare in illis, permittitur in aliis [*& in fine*] 35. caſus no. Guil. in quibus Abbates diſpenſant in ſpe. ti. de legato in materia diſpenſationum. §. ſunt quoq;. ¶ [*In glo. quoniam, ibi, Si quis Abbas*] hoc debet eſſe concor. & 81. diſt. dictum. & bene eſt de gl. & adde ibi hãc glo. & ſupra de officio archi. ea quæ [*& in fine*] & 1. q. 1. quicquid. ¶ [*In glo. ultima ibi, ſunt quidam*] ubi de

28 hoc [*& ibi, Vin. & Ioan*] dicebat † tamen Vin. ꝙ circa facienda conſtituere poterat papa, ut ꝙ de tali genere hominum non poſſet quis fieri monacus, uel contrahere matrimonium. ut ſeruus. de coniu. ſeruo per totum [*& ibi, non monacorum*] uide quid hoc deridendo Tho. dicit ſecunda ſecundæ, quæſti. 88. ar. 11. & quod poſt eum dixi in quæſtione, quam diſputaui ſuper regula, ſemel Deo, de reg. iur. libro ſexto [*& ibi, poteſtatis*] quaſi dicat de abſoluta, non de ordinata poteſtate [*& ibi, non congruit*] uel de ſolito curſu, ideſt non cõſueuit, uel cum non ſubeſt cauſa. Io. Goffr. quaſi dicat, ꝙ ex magna & neceſſaria cauſa hoc poſſet. & hoc

59 placet Inno. & Hoſt. ut iam dicam [*& ibi, æque † bonum*] ut dixi, ſupra ti. proximo, c. 1. bene eſſet reperiri æque & magis bonum, puta cum pars aliqua Chriſtianitatis ſit in periculo, niſi monacus fiat rex, & matrimonium cõtrahat, & regnum ſibi & filiis acquirat, nam quilibet, maximè monacus, debet ſe totum in holocauſtum offerre Deo, ut ei ſeruire præeligat in eo, qđ plus ſibi placeat: ſed pręomnibus placet ei creaturã ſuam rationabilem & corporalem conſeruare, pro qua etiam ipſam animam ſuam dedit: maius etiã bonum minori, & cõis utilitas priuatæ præfertur, de poſtul. c. 3. & propter communem utilitatem monacus fit epiſcopus, de regu. licet, & rector curatus. de hoc, ſupra c. proximo. quare non eodẽ modo & rex. Quid ſi dicant illi, qui poſſunt regnum dare, cuius puella hęres eſt. ꝙ parati ſunt nobili monaco dare puellam, & regnum, aliàs dabunt infideli tyranno: ponderabitur in hoc caſu illius monacelli continentia, & contemplatio. & credetur Deus tam crudelis eſſe, ꝙ nolit per ſui uicarii diſpenſationem tantæ Chriſtianitatis multitudini prouidere? Certè dicendum eſt papã diſpenſare poſſe. uidemus enim, ꝙ facit maiora, ſtatuens, ꝙ teneat matrimonium ſimpliciter uouentis, ꝙ uxor unius alii nubat, de diuor. gaudemus. §. penulti. ꝙ minor. 14. annis profiteri non poſſit, de regula. ad noſtram. Nec quandoque minor. 18. de reg. quia in inſulis. quod uidetur eſſe contra ius naturale, per quod doli capax obligare ſe poteſt Deo, & diabolo, de delic. pu. c. 1. & 2. ſecundum Inno. Et ſic dicebat Hoſtiẽ. Iſtæ ſunt conſtitutiones generales, & ad omnes extẽduntur. quanto fortius cum uno diſpenſare poterit. Poteſt etiam papa generaliter ſoluere, & ligare 24. q. 1. quodcunque. & per ſuam conſtitutionẽ imprimit characterem animæ. ſuper quo uide quod dixi de ſacra. non ite. c. fi. in glo. de ritu. & facit ad caſum quod ibi dixi in fine. & in quolibet uoto tacitè intelligitur, niſi aliud plus placeat Deo. de hoc, ſupra ti. 1. ſcripturæ, & quod magis placet, præeligendum eſt, ut ibi. Et credere debemus Deo plus placere, quod eſt utilius. Non ergo dicatur fractor uoti, qui arbitrio, uel diſpoſitioni ſuæ, uel uicarii ſui ſe committit, ſupra ti. 1. magnæ, & c. non eſt, ſecundum Inno. qui hoc præciſè tenet, ꝙ ex iuſta & magna cauſa papa poſſit hoc. ſi tamen talis cauſa non ſubſit, peccat diſpenſans, & is, cũ quo diſpenſatur. nec ualet diſpẽſatio in habendo proprio niſi ex cauſa, ut dixi: poſſet tamen concedi monaco, ꝙ peregrinetur, & uiaticum. i. expenſas uię ſecũ portet: quod tamen non poſſidebit ſuo nomine ut proprium, ſed ut monaſterij. Si autem papa ſine cauſa diſpenſet cum monaco, ut cõtrahat, ſi mulier, quã ducit, credit diſpenſationem factam bonam & licitã, tenet matrimonium, & monacus tenetur debitum reddere, ſed ipſum ſine peccato non poteſt exigere. Si uerò cõcederet monaco ſine cauſa, ꝙ haberet proprium. nulla eſt diſpenſatio, nec illum excuſat. Ratio diuerſitatis: quia ex diſpenſatione habendi propriũ nemini præiudicatur, nec alicui prodeſt, uel obeſt niſi illi, cum quo diſpenſatur. unde ibi niſi ſubſit cauſa, non ualet diſpenſatio. Secus in matrimonio, ubi diſpenſatio prodeſt coniugi; quare tenet matrimoniũ, ne principis auctoritate illa decipiatur. C. debi. qui uen. æta. in l. 1. ſupra de dona. per tuas, ad fi. Monaco uerò non prodeſt, quin ſemper peccet debitum exigendo. Dicit tamen Hoſti. ꝙ per hoc uidetur innui, ꝙ matrimonium claudicet, ut teneat ex altera parte tantum. remit. tamen ad ſum. qui cleri. uel uo. §. uidetur igitur. ꝙ ſummus ponti. cum præ. & ſequen. uer. Refert etiam Inno. quoſdam dicere, ꝙ ſicut papa ſine cauſa non diſpenſat in his, quæ ſunt contra uotum tacitum, uel expreſſum, uel contra euangelium, ſic eſſe dicendum de his, quę ſunt contra generalem ſtatum eccleſ. 24. q. 1. memor ſum, & c. ſi ea. Quod non eſt verum, ut dicit in his, quæ fiunt tantum contra ius poſitiuum, ſicut patet in ſtatutis de interſtitiis temporũ.

c 77. diſtin. per totum: uel ꝙ quis ᶜ non poſſit plures curas habere, ad hoc de præben. cum iam dudum. ſicut enim talia ſola uoluntate ſtatuit, ſic ſola uoluntate relaxat, nec princeps ſua lege ligatur. C. de legi. digna, licet bene faciat illam ſeruando, ut ibi. Et licet conditori conſtitutionis ex certa ſcientia liceat diſpenſare contra ſuam conſtitutionem: aliis tamen, quibus cõceſſum eſt diſpenſare, contra illam diſpenſare non licet: quod ſi prҿſumpſerit ſine cauſa, non ualet diſpenſatio, uel reuocatur; & ipſe diſpenſans peccat, & punitur. 51. diſtin. qui in aliquo, ſecundum Inno. ſupra ea. glo. remiſ. dedi ad regulam, ſemel Deo, & de hoc in ſpe. tit. 2. §. nunc breuiter, uer. & not. in quo. §. proſequitur quoſdam caſus, in quibus papa non diſpenſat, & finis huius gloſſ. uidetur contrarius additioni, quam poſui de tempo. ordi. dilectus, ſuper uer. diſpenſatio [*& ibi, Caſtitas*] ad hoc reſpondet, ut dixi ſupra ti. 1. ca. 1. [*& ibi, pro anima*] uerum dicit: ſed hic non perit anima: imò ex obedientia Dei uicario præſtita amplius meretur, & utendo legitimo matrimonio caſtè uiuit. 31. di. Nicena. nec prohibetur ille contrahere. l. diuina, ſed canonica. qui clerici, uel uo. uouens. de voto, capitulo uno, libro ſexto. Et præciſè puto, quod meretur, ſi nil habet de proprio in tali contractu. 1. quæſtio. 1. ſciendum.

ANNOTATIONES.

a ¶ Olim. Pro iſta parte facit, quia promoueri ſe faciendo in Abbatem ſi ſit nouitius, uidetur profiteri ibi. hoc uoluit Ioan. And. ſupra de teſta. quia ingredientibus, in glo. cum effectu.

b ¶ De inſtitu. Hanc. q. prolixe tractat Federi. de Senis conſ. 19. & concor. huic deciſioni Ioan. And. facit quod no. Bar. in l. ſi is ſenator, ff. ad muni. & uide per Federicum prædictum conſ. 5. in quæſtio. 1.

c ¶ Quis. Et tamen in illis etiam requiritur cauſa quo ad Deum: alias diſpenſans, & diſpenſatus peccant. quo ad iſtam eccleſiam tenet etiam ſine cauſa. uide Ioan. And. de uoto, magnæ, in glo. hic patet. in præcedentibus autem uidetur neceſſaria cauſa eſſe in hoc foro, ut hic oor.

SVMMARIVM.

1 *Capitulo prouincialia religioſorum quo tempore congregande, & nume. 2.*

Ad ea qui conueniant, & adhibeantur, eisque præſideant, & quid ibi tractandum, & nu. 3. ad dict. conueniant, & num. 4.

3 *Diœceſani quando uiſitare, & ſinodum conuocare poſſint.*

Priores

Priores quidam Abbates ſunt, qui habent patres Abbates.
Capitula prouincialia qui faciant.
Extrauagantem Benedicti citat auctor, in fin.
Euectio pro equitatura, ibid.
4 *Epiſcopo uiſitanti quod ducere liceat.*
Alieno conſilio non habent opus inſtructi.
Præſidentes concilij prouincialis monacorum qui habent ordinariam, nu. 5. in fi. & nu. 12. in fi. & 18. ſi diſcordent, quid, nu. 10
5 *Docti, & qui melius ſcire præſumuntur uocandi.*
6 *Hoc capitulum qui ordines obſeruent.*
Vtilitas communis præferenda ſingulari.
Moniales & ipſæ egent uiſitatione.
Rector pro quo hic accipiatur, in fi.
7 *Viſitatorum regularium poteſtas quæ, & nu. 9. & 11. & 18.*
8 *Abbatem, ſeu priorem ex qua cauſa & quis remoueat.*
Eorum poteſtas quæ, & exceſſus eius.
Epiſcoporum iuriſdictio quæ in regulares.
Eis negligentibus ad papam relicto metropolitano confugitur, & qua de cauſa, & nu. 9.
10 *Concorditer quando quid uideatur definitum.*
12 *In monaſteriorum rebus & perſonas offendentes qui iuriſdictionem habeat, & in quos, nu. 13. & quam ibid.*
Conſeruatores monaſteria quos habeant, uel concedantur.
13 *Aduocati nomen & patroni uidetur ſynonymum.*
Magnates qui dicantur.
Milites qui.
Secularē poteſtatem habentes oēs coercentur eccleſiaſtica cenſura.
14 *Offenſio fit in res etiam.*
Eccleſiaſticum negocium & perſonas, & res comprehendit.
15 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 16.*
Recuſationem impedire prohibentur iudices delegati.
17 *Suppletio, uel additio gloſſarum, & reliquis duobus num.*
18 *Capitulo prouinciali quo caſu liceat contradicere.*
Proportionatum quod non dicatur.
19 *In uiſitatione monaſteriorum uiſitatores eorum epiſcopo præferendi, in fin.*

CAPVT VII.

1 IN ſingulis. Statuit † capitula prouincialia religioſorū
fieri ſingulis triēnijs: de numero perſona
rum uenientium: de inſtructoribus adhi-
bendis: de præſidentibus capitulo: de tractatibus ha-
bendis in capitulo: de cōi uita ducenda: de uiſitato-
ribus eligendis, & de ipſorum officio hortatur diœce-
ſanos ad monaſteriorū reformationem. præcipit pa-
tronos, & ſimiles compeſci ab offenſis monaſterio-
rum. Et uide quod dixi ſupra. c. proxi. in princ. [*Etiam*
2 *triennium*] non † putarem ſufficere in fine primi triēnij
facere unum capitulū prouinciale. & ſtatim in princ.
ſecundi triennij facere aliud; quia id potius eſſet face
re capitula de 6. in 6. annū, quàm de triennio in trien
nium, & multo tempore poſſet ſic tardari ordinis re-
formatio, & ſic etiā interpretata eſt conſuetudo, & fa
cit quod dicam, infra de conſang. & affini. quod dile-
3 ctio [*Diœceſanorum*] qui † pluries, ꝙ̄ de triennio in trien-
nium poſſunt uiſitare, & ſynodum tenere, de accuſa.
ſicut olim. Goffr. & Hoſti. [*Non habentium*] quia mona-
ſteria reguntur per priores, uel excipit priores Abba-
tes, qui habent patres Abbates, de quibus ſupra de re-
gu. c. ulti. [*Conueniant*] ſi concilium intellexit, ꝙ ad hoc
capitulum uenire debeant omnes Abbates, & prio-
res prouinciæ cuiuſcunq; ordinis, hoc non ſeruatur,
ut etiam dixit Hoſti. quia Cartuſienſes ſuum, Ciſter-
cienſes ſuum, & ſic de aliis faciunt capitulum per ſe.
Item non habet hodie conſuetudo, ꝙ iſtud capitulū
faciant religioſi non habentes caput vnicum, licet cō
cilium Vienen. hæc innouauerit, de ſtat. mona. ne in
agro, in fine: hodie plene prouiſſum eſt per conſtitu-
tionē Benedicti [*Canonicam*] infirmitatem ſcilicet. vel
huic ſimile, de iureiurand. Ego. N. 18. diſtinct. placuit
[*Euectiones*] i. equitaturas, infra de cenſib. cum apoſto-
lus. & eſt hic arg. ad ea, quæ ibi dicam, & infra de ex-
4 ceſ. præla. cum ad quorundam, ſcilicet ꝙ † epiſcopo vi
ſitanti ducere liceat præter ſeſſores equorum unum
ſeruientē pro duobus equis. ducit enim hic 6. equos,
intelligo ſuo computato, & 8. perſonas, intelligo non
computata ſua perſona [*Aduocent*] hodie non habent
neceſſe vocare: quia ſunt inſtructi [*Primordijs*] poſt iſta
primordia uocabit capitulum. 4. de ſeipſis. Inno niſi
de conſuetudine, uel ex ſtatuto certi ſint ad præſiden
dum electi; ut patet exemplum, ſm̄ Hoſtiē. in ordine
Ciſtercienſi. in quo ſemper præeſſe conſueuerunt hi.
4. Primus Firmitaten. Cabilonen. diœceſis. Secundus
Pontiniacen. Altiſiodorenſis diœceſis. Tertius Cla-
reuallen. Quartus Mormiden. hi duo ultimi Lingo-
nen. diœceſis [*Auxilium*] de treu. & pac. ca. [*Conſuetu-
dine*] ſi. C. de iudi. l. certi [*Plenius*] iſtis nouis. uel. i. plene,
5 uocandi † ergo ſunt in his docti, & qui melius præſu-
muntur ſcire. ſi. infra, qui ma. accu poſſ. uidetur (*Qui*)
ſ. duo Ciſtercienſes (*De ipſis*) de capitulo, à quibus uo-
cati ſunt, Inno. (*prælationis*) præfui præcedenti anno, &
ſic præeſſe debeo in iſto. & ſi. ſm̄ Hoſti. de reſcri. cum
contingat. in fine (*Mutari*) nota, ꝙ habet ordinariam,
qui tamen mutatur ad nutum capituli ſecundum Pe.
6 (*Huiuſmodi*) dicto † qui debeant celebrare capitulum, di
cit qualiter. Petr. & Abba. (*Vbi*) ideſt quo loco, & ad
hoc apto, ut dictum eſt ſupra, ut dicit Hoſtien. hoc c.
melius ſeruant ordines paupertatis, quàm alii (*Commu
nem*) quæ præferenda eſt ſingulari. de hoc de ui. & ho
neſt. cle. quoniam (*Monialium*) nam & illæ egent uiſita-
tione, de uita & honeſtate cleric. monaſteriunt (*Præ-
fixam*) ideſt ordinatam in capitulo prouinciali (*Indige-
re*) circa ſpiritualia, & temporalia. hoc ſaluo, ꝙ mona
cos non corrigent ipſi, ſed corrigi facient (*Rectorem*)
Abbatem ſcilicet, priorem, vel alium cuiuſcunque ſit
nominis. 1. quæſt. 3. ſaluator [*Remouendum*] ſupp. & non
7 ſit exemptus [*Denuncient*] contra † ſupra de reſcrip. dile-
ctus, & uide qđ ibi dixi in glo. ſup. & de ele. per inquiſi
tionem, ubi uiſitator deponit. Solu. ſecundum quoſ-
dam generales uiſitatores non deponunt ſpeciales, ſi-
cut ibi: dic quod ſimplices uiſitatores, & iudices ge-
nerales ſpeciales deponere non poſſunt, ut hic, ſed ui-
ſitatores & iudices, ſicut ibi, & infra de accuſa. quali-
8 ter & quando, ſecundum Inno. & Hoſti. (*Epiſcopus pro-
prio*) qui illum remouebit ad denunciationem ſuam.
quod intelligas, ſi cauſa ſit manifeſta. C. de accuſa. ea
quidem. de hoc infra c. 1. uer. ꝙ ſi Abbas [*Amouere*] ip-
ſi ergo non amouent: quia præiudicaretur iuriſdictio
ni epiſcoporum, quorum poteſtas extenditur etiam
ad leuia, de offi. archidia. ca. fin. & ſit hæc litera contra
patres Abbates, qui in alienis diœceſibus uolunt uiſi-
tare, & pro tribunali ſedere, perſonas corrigendo, &
remouendo. Sed dicit Hoſt. quod non uidet, quo iure
id faciant, imo contradicunt. 9. quæſti. 2. per totum 6.
quæſtio. 3. cap. 1. de elec. uenerabilem, de ſepul. c. 1. de
exceſ. præla. accedentibus. & hoc uidetur etiam hic re
probari, cum hoc iſtis concedatur de gratia, & de le-
uibus tantum, etiam quod faciunt uice papæ, faciunt
& ſine epiſcoporum præiudicio, ut præmiſit. Alii igi-
tur, quibus hoc conceſſum non eſt, poſſunt à diœce-
ſanis epiſcopis prohiberi, argum. inſtitu. de rerum di-
ui. §. feræ, & §. planè, & quod le. & no. de uſu pall. c. ir-
repenſit. de cleri. peregri. c. fi. & de hoc plenius, ſupra
de officio ordi. quanto, ſecundum Hoſt. [*Fecerit*] diœ-
ceſanis. ſ. quia non remouet illum ad denūciationem
9 viſitatorum [*Referant*] in epiſcopum † enim poteſtatem
nō habent, de ma. & obe. cum inferior, de regula. c. fi.
Idē facient, ſi epiſcopus aliàs impediret ipſorum pro-
lo. And. ſuper 3. Decre.

ceſſum[*Examen*]quare non ad metropolitanum : po-
teſt dici, quod præſumitur negligens. ad hæc infra de
cenſi. Romana. §. notoria, lib. 6. ſecundum Abba. &
Pe. [*Nominate*] reſpicit quod dixit circa prin. [*Emerſerit*]
10 ſcilicet in ipſo † prouinciali capitulo, in quo diſcordāt
4. præſidentes, ut patet per ſequentia: putat autem Ab
ba. ꝙ uno contradicente, iſti nil poſsint ordinare per
literam ſequentem, Hoſtien. contra, vt ſtatim dicam.
[*Concordi*]quod eſt quando omnes 4. concordant, vel
a tres ex eis ff. ad munici. quod maior, [a] ſm Hoſtien.
ſm quem patet hic, ꝙ ſi pari numero diſcordant, re-
curretur ad Papam. contra id, quod not. ſupra [*Corre-
11 ctione*] & ſi † quid tale inuenerint circa leuia eius, cir-
ca quæ iuriſdictionem habent, corrigere poterunt;
grauia reſeruabunt, ut ſupra ſm Hoſti. [*Oneribus*] de of
ficio ordi. conquerente, de cenſi. cum apoſtolus [*Sub-
ſtinere*] ſic. infra ii. 1. c. 2. de priuil. paſtoralis, de foro cō
peten. ex tenore, de dona. inter uirum & uxo. nuper
12 [*Præerunt*] ſm Innoc. hoc dignum † no. quod non ſo-
lum diœceſani, ſed etiam illi, qui præſunt capitulis, iu
riſdictionem habent ſuper illos, qui monaſteria in re
b bus, uel perſonis [b] offendunt. Vnde dicebar Hoſti. ꝙ
monaſteria habent conſeruatores generales & perpe
tuos, licet nix hodie, ut dicit, eos obtinere poſsint à
ſede apoſtolica ad quinquennium, de quibus dic, ut
de offi. dele. c. 1. & ulti. lib. ſexto [*Compeſcant*] ordinarii
ſuo iure: præſidentes vero uice noſtra [*Aduocato*] forte
13 † hæc cum duobus ſequentibus ſunt ſynonyma, de iu
re patro, præ erea. infra de pœnis, in quibuſdam [*Con-
ſules*] ſic infra de immuni. eccl. non minus, & capitulo
aduerſus [*Magnates*] ut reges, duces, marchiones, comi
tes, & alii principes ſeculares [*Milites*] ſimplices. om-
nes ergo ſecularem poteſtatem habentes, quicunq;
ſint, debent cen. ec. coerceri, de officio dele. c. 1. de ſen
ten. excommu. nouit, & c. grauamine, Hoſti. [*In rebus*]
14 not. † offenſionem fieri etiam in rebus. ſic. ff. de iniur.
iniuriarum. §. ſi quis me prohibeat. ff. de actio. empti.
& uend. qui pendentem. & not. negotium dici eccle-
ſiaſticum non ſolum ratione perſonarum ſed rerum
de teſti. cogen. peruenit, de uerbo. ſignificatio. ſuper
quibuſdam, Hoſtien. [*Compellere*] ut ſacrilegos, de foro
compe. cum ſit, & c. conqueſtus, de immu. eccle. per
totum [*Vt liberius*] continuatur illi uerbo, non præſu-
15 mant offendere, ſm Hoſti. ¶ Prima t glo. arguit. alleg.
duo iura. ¶ *Glo. tanquam*] quærit, & ſoluit, & etiam ſol-
16 uit duas quæſtiones. *In* † *glo. inquiſitio, ibi. l. ulti.*] prohi-
bentur iudices delegati impedire recuſationem ante
litem conteſta. ¶ *In glo. ideſt pro numero, ibi, rerum*] ſcilicet
17 quæ ſaluatæ. & quæ proiectæ ſunt. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, Corre-
ctionibus*] uel quia per hoc in nullo eneruatur iuriſdi-
ctio epiſcopi. ut infra eo. §. ordinetur, ſm Hoſti ¶ *In
glo. quid iuris, ibi, ordinarij*] idem hic Goff [*& in fine*] Hoſt.
contra per uer. ſi uero in hac, infra eo. c. ¶ *In glo. inqui-
18 ſitio, in fine*] ſm Ioan. ſecundum † quem uidetur, quod
ſi quis capitulo à principio contradiceret, & iuſtā cau
ſam oſtenderet, eſſet audiendus, & hoc innuitur, ibi,
qui abſque contradictione, Idem Vinc. Phi. ¶ *In glo.
ideſt, ibi, Perſonarum*] & equitaturarum, & hoc tenet
Vincentius. non enim eſſet bene proportionatum, ſi
tantum ſolueret, qui ducit tres equos, ſicut qui ducit
ſex, ſm Hoſti. [*& in fi.*] Ioan. ad hoc de præſcrip. acce-
dentes. ¶ *In glo. tanquam, ibi, delegati*] uel ſm Inno. alter-
19 natiuè tamen loquentem, ordinaria † eſt iuriſdictio
iſtorum eis hac conſtitutione conceſſa. & idē de præ
ſidentibus [*& ibi, impediendi*] niſi prius denunciaſſet
epiſcopus, ꝙ uellet uiſitare, ſecundum Ioan. dicebat
Hoſti. honeſtè facit epiſcopus, ſi eis cedat: quia cum
à remotis forte ueniant, plus grauarentur, quàm epi-
ſcopus, ſi oporteret eos reuerti, & epiſcopus facile
poteſt ad alium locum declinare.

ANNOTATIONES.

a ¶ Maior. uide Bald. in l. fin. in prin. C. de fideicom. & uide glo. ſu-
per uerb. concordem, in c. cupientes. §. ad hæc, de elec. lib. ſexto,
b ¶ Vel perſonis. Et tamen ſupra monaſteria ipſi præſidentes capi-
tulis iuriſdi. non habent niſi in leuibus. uide uerſic. ordinantur
etiam, & ibi no. in pluribus glo. per Ioan. Andr.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio capituli.*
2 *Capitulum generale quod, & quod prouinciale regularium ſit.*
Viſitatorum inquiſitio de quibus fiat, & poteſtas quæ, nu. 4. & nu. 6. 11. proceſſus, nu. 9.
3 *Monacorum ſolam regula, ſed ius aſtringit.*
Pœnitentia quæ praua.
4 *Pro peccati menſura debet eſſe plagarum modus.*
Regula ſeruanda, & ſecundum eius inſtituta correctio facienda, num. 6.
6 *Proclamare, pro diuulgare, & publicare.*
Proclamatio pro accuſatione, uel reprehenſione, abſolutio pro depoſitione accipitur apud regulares.
Abbates ſuſpendi, uel interdici à quo poſſint, & de eius exceſſibus qualiter punitur, nu. 7. in fi. & nu. 8. in fi.
7 *Peccatum prouocat alios ad peccandum.*
Pœna eius reuocat à peccato.
In exemptos diœceſano iuriſdictio non competit, præterquàm in exceptis, & quibus.
8 *Coadiutor Abbati datur ad tempus, & perpetuò, & quando.*
9 *Sine ſtrepitu iudicij quando procedi dicatur.*
10 *Vacantis eccleſiæ collegium quando adminiſtret.*
Metropolitanus, uel archiepiſcopus ſupplet negligentiam epiſcopi, & quo caſu hic in fin.
11 *Præſidentiū capitulo, & uiſitatorū poteſtas quæ, & n. 13. & 14*
Exemptorum ius hic differt ab in exemptis.
Diœceſanis papa non uult in inexemptis præiudicare.
12 *Circa exemptos prælatos ſpecialia quæ.*
13 *Coadiutore remiſſo & negligente deputatur adminiſtrator.*
Adminiſtrator in caſu huius conſtitutionis à quo deputetur.
15 *Mixtura clericorum ſecularium, & regularium prohibetur, & num. 16.*
Laicus poteſt eſſe præbendarius, non canonicus.
Monaci poſſunt habere ſeculares beneficiatos.
Hi ſeculares beneficiati per diœceſanum amouentur, & quando.
16 *Religioſus non præbendatur in eccleſia ſeculari conuentuali.*
Vocem in capitulo monacorum non poteſt habere clericus ſecularis, excipiantur caſus.
Idem in capitulo canonicorum regularium.
In canonicis regularibus idem ferè ius, quod in monacis.
17 *Beneficium percipere non debet, qui non impendit officium, niſi in caſu, & quo.*
Egens quo caſu non impertit officium.
18 *Exemptorum beneficiati, & ſeruientes quatenus ſint exempti.*
Per inquiſitionis modum quis hic beneficio ſuo priuatur.
Familia ſcholaris an poſſit tueri priuilegio ſcholaſtico, remittit.
19 *Moniales hac conſtitutio comprehendit.*
Non uiſitant, non corrigunt, nec puniunt, ſed hæc omnia patiuntur.
In eas non cadit actio, ſed paſſio.
20 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 21.*
Propter paupertatem quis minus condemnatur.
Contributio Lege Rhodia qualiter fiat. §. penul.
Contra tutoratoris, qui male geſſit, filium agitur. § ulti.
Magiſtratus reipublicæ dolum malum, & quæ alia debet, ibid.
22 *Suppletio gloſſarum, & nu. ſequen.*
Vxoricida, quàm matricida grauius punitur, & ratio.
Per profeſſionem religionis quæ deponantur, in fin.
23 *Pœna maior nobili, & diuiti, quàm ignobili, & pauperi quando infligenda.*
Item in dignitate conſtituto, quàm priuato.
24 *Carnes putridæ ferro indigent, & cauterio.*
Cauterium unde.
Bonitas, & miſericordia quæ non dicenda.

Inquiſi-

25 *Inquiſitori uiſitatorum an credendum ab epiſcopo.*
Ea an oſtendatur amouendo.
Viſitatorum quandoque deprehenditur malitia, & quandoque iuris inſcitia.
Exceptiones quas admittet in c iſu huius conſtitutionis, in ſi.
26 *Cauſa cognitio quibus caſibus ad unum ſpectat, & ad alium deciſio.*
Per denuntiationem ſequitur remotio quandoque, ut hic.

CAPVT VIII.

EA, quę proreligionis.
Diuidā † & ſummabo per partes,& in hac
prima parte de monacorum correctione
tractatur [*Et infra*] ſupple, ſunt ſtatuta multum fauo-
ris habentia. Summa enim eſt ratio &c.ff. de religio-
ſis,& ſumpt. fu.ſunt perſonæ,de dolo, capitulo ſecun
2 do [*A generali*] generale† uocatur: quia generaliter
omnes de prouincia cōueniunt, etiam exempti. Sed
prouinciale eſt,ut ſupra c.proximo [*monaſteriorum*] a-
lias monacorū,& utrunq; uerum eſt,vt ſequitur [*Ob-
ſeruantijs*] ſup.eodem. cū ad mona. [*Temporalibus*] ergo
& de perſonis,& de ſtatu inquiritur. nam,& de rebus
temporalibus habenda eſt cura 1.quæſt.3.ſi quis ob-
iecerit.21.quæſtio.1. uidentes, ne cleri.uel mona. c.1.
[*Regulam*] de qua ſatis dixi, de reg.c. fi. [*Apoſtolica*] no.
3 quod non† ſolum regula, ſed etiam iura aſtringunt
monacos.ad idem,ſup. titu. 1. ex multa, in princ. ibi,
iuris ignari [*Pravæ*] ſecundum quam forte imponeba
tur pœnitentia nimis leuis, ſecundum Innoc.vel for-
te nimis crudelis,& dura,utpote ꝙ quaſi latrones ſta-
tim capiantur, & graui cuſtodiæ deputentur, ex quo
accidit, quod ſunt fugitiui,& alia multa mala exinde
ſequuntur,Hoſtien.[*Pro lege*] quod eſſe non poteſt,in
auct.ut nulli iudic.§.nulli,colla.9. quod dic ut de cō-
ſue.c.fi.[*Inoleuit*] ſubaudi,ſi obedire voluerint:aliàs ip
ſi uiſitatores &c. & ſic continua ſecundum Hoſtien.
4 [*Monacos*] ex hoc † uidetur, ꝙ viſitatores punire poſ-
ſunt monacos delinquētes, quod poteſt intelligi,cū
ſunt contumaces uiſitationis officio,puta quia inter
rogati nolunt reſpondere de ſtatu monaſterij, uel in-
gerunt impedimēta uiſitationis officio,uel aliàs pro-
pter præteritos exceſſus uiſitatores non puniunt mo
nacos,ſed puniendi ſunt per abbatem, uel eo negligē
te per generale capitulum, ut ſequitur ſecundum In-
noc.vel ſecundum Hoſt.loquitur de monacis contu
macibus in hoc, quod nolunt pœnitere ad præceptū
abbatum. licet uiſitatores hæc fieri præcepiſſent [*Mo
dum culpa*] Deute. 25. in princ. Pro † menſura pecca-
5 ti erit plagarum modus,& uide quod dicam de accu
ſa.cum dilecti,ſuper uerſ.leuiter [*Vice noſtra*] ſic ſup.c.
proximo,uerſ. ordinentur [*Poteſtatem*] contra.l.diſt.ut
conſtitueretur. Sol. in religioſis hoc locum habet,ut
dicit gloſ. aliàs illud locum habet ſecundum ea, quæ
no.de tempo. ordinan. c. 2. nam ſeruanda eſt regula,
ut patet ſupra eod.cum ad mona. Hoſt. [*Quin ouem*] ad
Gal.5.[*Morbidam*] ſic infra de exceſ.præl. [*Grauem*] ff.de
ædil.edic.l.plerunque [*Si uerò*] 2.pars,in qua tractatur
6 de correctione abbatum [*Regularia*] contra † quæ nil
poſſunt præcipere, ſupra de officio archidiaco.c.fin.
[*Proclamentur*] ideſt diuulgentur,& publicentur ſecun
dum Goff.dicit Hoſtien ꝙ monaci dicunt proclama
tionem,quod nos accuſationem,uel reprehenſionē,
ſic quod vocamus depoſitionem.ipſi uocant abſolu
tionem,curialibus ergo uerbis utuntur [*Puniantur*] pę
na ſuſpenſionis,uel interdicti. pœna enim depoſitio-
nis ad uiſitatores non ſpectat, ſupra c.proximo.§.or-
dinentur,uel dic, & melius, ꝙ ſuſpendi, uel interdici
non poſſunt abbates niſi per epiſcopum,ſed punien-
tur aliter,quia publicè recipiēt diſciplinam,& hoc vi-
detur ſonare hæc litera, & præcedens ſecundum In-
7 noc.[*Pœna*] ſicut unius † peccatum prouocat alios ad
peccandum. 11.quæſtio. 3.præcipuè,ſup.ti.1. magnæ,
ſic pœna reuocat à peccando, ut hic, & in concord.
[*Non exemptus*] de exemptis infra ſubmittet, & ſic pa-
tet diœceſanū ſe non intromittere de exemptis, quod
uerum eſt in his,quæ in religione ſua committunt:ſe
cus, ſi alibi in diœceſ.delinqnant ſecundum Hoſtien.
quod dic ut de priuil.c. 1.li.6.[*Remiſſus*] tunc enim non
ſtatim remouentur,niſi magna & ſupina fuerit negli
gentia,ut ſup.eo.cum ad mona.§.penul. Si uerò gra-
uia committat,remouetur,ut ſequitur [*Id*] ſcilicet ne-
8 gligentia,quā inuenerint [*Vſque ad*] datur † ergo quan
doque coadiutor ad tempus, quandoque perpetuò,
de cle.ægro.c.penult.& ultimo. Et vide,quod ibi ple-
ne dixi per modum ſummæ [*Generale*] & tunc ſi vide-
tur capitulo,omnino per diœceſanum remouetur ad
denunciationem ipſorum, uel uiſitatorum,ſupra c.
proximo,uel alia pęnitentia,prout ordinauerint,pu-
nietur.Hoſtien.[*Alias*] puta propter incontinentiam
9 ſupra.c.2.[*Abſque iudiciorum*] no.inquiſitores † abbatū
nō debere neceſſe ſeruare ſolitum curſum iudiciorū
ſecundum Inno. quod dicit Hoſti. uerum de abbati-
bus religioſis. Sunt enim quidam ſeculares, ſupra de
renuncia.ex tranſmiſſa [*Strepitu*] ideſt aduocatorum
clamoſa garrulatione, & ſophiſtica cauillatione re-
mota.nō attenta pernicioſa iur.ſubtilitate,ſed de pla-
no ueritate facti pura,& ſimplici conſiderata.de ſin-
di.c.uno,de iud.dilecti.Hoſtien.[*prouideatur*] per diœ-
ceſanum,ſupra eod.§.1.reſpond.de officio ordi.cum
uos,de ſucceſ.ab inte.c. fin.ſecundum Hoſti.non ob-
ſtant, quæ dixi,ſup. ut eccle. bene.c.uno, in glo. hoc
10 vult,uer.& hæc uera.ubi dicitur. ꝙ † collegium eccle
ſiæ uacātis adminiſtrat:quia ſi illud intelligatur de ec
cleſia cathedrali, planum eſt. & ſic loquitur canō ibi
allegatus, uel dicatur per collegiū hæc fieri,uel ſi uis
tenere hanc gl. pro qua facit,quod dicam poſt Inno.
infra ſuper uer. deputetur, procedat hoc abbate de-
poſito,uel ſuſpenſo propter culpam, cum eo caſu ſit
prę́ſumptio cōtra collegium facit, quod dicam poſt
Innoc.de accuſa.cum dilecti.poſt prin. ſuper ueri.ec-
cleſiæ [*Hæc*] tria,quæ ſunt dicta,ſcilicet de dando coa-
diutore,& de amouendo, & de adminiſtratore depu
tando [*Ap. ſedi.*] ad epiſcopi negligentiam puniendā;
ſed archiepiſcopo intimabitur ad negligentiā epiſco
11 pi ſupplendam,Pe.[*Intimare*] nec enim habent,nec ha
bere debent aliā poteſtatem in epiſcopū ut ſup.c.pro
xi. dictū eſt [*Depoſitione*] correctio ergo monacorū exē
ptorum. proclamatio abbatis, coadiutoris prouiſio
&c.depoſitione excepta,per viſitatores.uel præſiden
tes poterunt expediri, ſed quare non eſt idem in non
exemptis? ſecundum Innoc.hoc potuit inducere pa-
pæ diſtantia, & moræ periculum. ad quod faciat de
elec. nihil,ad fi. de offic. deleg. ſuper quæſtionum.§.
quem uerò,ſecundum Hoſti. eſt ratio:quia in exem-
ptis papa nō præiudicat, niſi ſibi, in nō exemptis præ
iudicaret diœceſanis,quibus tamen præiudicare non
12 vult,ſupra c.proxi.in princ.[*Reſeruata*] no. hic † vnum
ſpeciale circa exemptos prælatos aliud ſupra de con-
ſue.cum ven.aliud de renun.c.fi. item de rebus eccle.
non alienan. ut ſuper. Item de elec. ſi abbatem lib.6.
Item de priuile.c.1. eo.lib. Item eod.titu.auctoritate.
Item non renunciat priuilegio libertatis,de arb.cum
tempore.Item non tenetur ad ſtatuta epiſcopi,quod
dic, ut dixi de loca.c.2 ſuper 1.glo. [*Monaſterio*] idem
13 † intelligas de coadiutore ſibi dato, vbi negligens, &
remiſſus inuenitur, ut ſupra.§. proximo, ſecundum
Hoſti.[*Deputetur*] à diœceſano,uel à papa.Inn.hæc gl.
non placet de diœceſano, cum loquatur hic de exēm

p:is;

ptis: nec de papa: quia tarda eſſet prouiſio, ut modo
dixi in gl. correctio fiet ergo hæc per præſidentes, uel
uiſitatores: aliàs adminiſtraret collegium. primū puto de mente: facit quod poſt Hoſti dixi in prin. gl. correctio[*Sequentes*]3. pars. in qua tractatur de correctione uiſitatorum. & præſidentium[*Eorum*] ſcilicet priorum uiſitatorum, non tamen uiſitatorum, ut eſt di-
4 ctum ſæplus[*Idem*] dupliciter † poteſt intelligi uno modo, ꝙ uiſitatores inquirant actus etiam præſidentium, uel aliter, ut legit Hoſti ut ſicut uiſitatores de præſidentibus, ſic præſidentes de proximis præſidentibus inquirant[*Præcipimus*]4. pars, in qua tractatur de ſecularibus à monaſteriis. & in monaſteriis benefi-
15 ciatis[*Ad præbendas*] vt quaſi † fratres in eccleſia. & capitulo ſint cum eis permixti. Reprobatur enim talis mixtura per iura, quę alle. gl. ſic prohibetur laicus recipi in canonicum, & tamē poteſt eſſe præbendarius ſecundum ea, quæ no. de inſtitu. c. a. ſic uidetur, ꝙ talis poſſit in monaſterio habere præbendam, ſi forſan ad præſentationem monacorum fuerit promouēdo in mona. titulus aſſignatus: quia & monaci poſſunt habere ſeculares beneficiatos. argum. 16. q. 1. iuxta, de iure patro poſtulaſti de pręben. cum ſecundum. & tamen non per monacos, ſed per diœceſanum, ſi cauſa iuſta id poſtulauerit, amouentur, argu. infra eo. uer. ſi
16 quis uero, de capel. mona. c. 1. li. 6. & argue † per contrarium, religioſum non præbendari in eccleſia ſeculari conuentuali. de hoc ſupra eo. ꝙ Dei, infra tit. 1. inter quatuor. ſecundum Hoſti.[*Recepti*] non tanquàm monaci[*Vocem*] nō poteſt ergo ſecularis clericus vocem habere in capitulo monacorum, nec cum eis eligere abbatem ex pacto poſt fundationem appoſito: ſed ratione conſuetudinis. priuilegii, uel pacti in fundatione appoſiti hoc poſſent, & ſic poteſt intelligi de reſti. in inte. c. 2. de iure patro. nobis, & ſi. no. de ele. cōſtitutis. & idem dicas in canonicis regularibus, cum ſit idem ius in eis præter excepta, ſupra capitulis pro-
a xi.[a] [*Opportuna*] in capella forſan adiuuando, uel ſcribendo, uel aduocando, uel negocia monaſterii gerēdo, de ſindi. c. uno. aliàs pro nihilo non eſſet monaſte-
17 rium onerandum: quia † percipere non debet beneficium, qui non facit officium, uel obſequium. de cleri. coniu. diuerſis. de præben. cum ſecundum. niſi forſan & id concederetur alicui egenti pietatis intuitu. 16. q. 1. poſſeſſiones, & c. fi. de pecul. cleri. c. fi. de cleri. coniuga. Ioannes. ubi de hoc. Hoſtien.[*Vltra*] beneficia ſcilicet ſibi collata[*Talium*] ſcilicet ſecularium clericorum ſic exemptorum[*In exemptis*] no. ſecundum
18 Pe. & Abb. ꝙ † beneficiati ab exemptis, & qui illis ſeruiunt, ſunt exempti: quod eſt uerum quò ad illa benèficia, quæ ab exemptis tenent. Item not. per modum inquiſitionis, quem priuari beneficio ſuo, & facit primum ſecundum Abb. ad quæſtionē, an familia ſcholaris poſſit priuilegio ſcholaſtico ſe tueri, uide quod no. de foro compe. c. 2. in 2. gl. cum remiſ. quas ibi dedi, pro & contra. infra de priuile. licet. §. 1. & 2. lib. 6.
19 [*Hæc autem*] v. pars, in qua † conſtitutionem ad moniales extendit[*Omnia*] quæ dicta ſunt à principio uſque huc. nam & quod dictum eſt ſup. c. proximo de præbendatis, & in his locum habet (*Priores*) ſupra c. proxi. in princ. (*Articulos*) hoc dicit, quia moniales nec viſitabunt, nec corrigent, nec punient, ſed viſitabuntur, corrigentur, & punientur, de pœniten. noua. de hoc de arbi dilecti. de maiori. & obedien, dilecta. in tales enim non cadit actio, ſed paſſio ſecundum la. 33. q. 2. eſt ordo, & c. hęc imago, & c militem (*Congruentes*) concor. de ele. indemnitatibus. §. ſed cum cas, lib. 6.
20 ¶ Tertia † glo. allegat duas concor. in contrarium alleg. 5. iura, ſoluit, & ſolutioni ſignat contrarium. ¶ *Gl. quia de plano*) infra reddit rationem. ſubdit duo dicta, quorum primo reſpondet per quæſtionem, ſecundo
21 per ob. ¶ Penultima glo. ponit duo ſimilia. ¶ In † gl. 2. ¶ *In tertia glo. ibi, eos, in fi.*) propter paupertatem minus quis condemnatur. ¶ *In glo. primo enim, ibi, §. ult.*) de iudi. dilecti, ſuper gl. 3. (*& ibi, cum in eo*) uide de iureiur. petitio, ſuper ultima gl. (*& ibi, tutor*) hanc. & ſequen. uide de na. ex li. uen. c. uno, ſuper ultima glo. ¶ *In glo. ut 2. ibi. §. famoſos*) uide de calum. c. 2. ſuper vltima glo. (*& ibi. 1. reſpon. in fine*) uide de Iudæ. ad liberandum. ſuper gl. fin. ¶ *In glo. quia de, ibi, licet, in fine*) uide de accuſ. de his, ſuper 1. glo. ¶ *In glo. antepenultima ibi. l. 1.*) quæ ſic dicit. Lege Rhodia cauetur, ut ſi alleui andæ nauigatia iactus mercium factus eſſet, omnium cōtributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt: ad idem alle. ll. hic alleg. ¶ *In glo. penultima, ibi. l. 3.*] ago contra filium curatoris, qui male geſſit[*& ibi, magiſtratus*] ſequitur, reipublicæ nō ſolum debent dolum malum,
22 ſed & latam negligentiam, & diligentiam. ¶ *In † glo. 2. ibi, exerceatur*] niſi ex cauſa fiat contrarium, vt in uxoricida, qui grauius punitur, quàm matricida propter refręnandam maritorum ſæuiciam, ut no. 1. q. 1. cito turpem. in glo. & quis. ¶ *In glo. 3. ibi, æquales*] ſecundum Iac. idem Vincen. & Goff.[*& ibi. delinquunt*] ad hoc de con. ſeruo. c. 1.[*& in fi.*] nobilitas, & potentia deponitur per profeſſionē religionis, ut hic infirmitas, uel complexionis debilitas non, ut in contrario. Dicebat
23 † Hoſt. circa hanc glo. ſi agitur de pœna ſpirituali, uel pecuniaria, maior infligi debet nobili, quàm ignobili, diuiti, quàm pauperi· in dignitate cōſtituto, quàm priuato. & ſi cōtrarium inuenis, eſt ſpeciale, non ob. de off. deleg. ſane. 2. quia uerum eſt, ꝙ defertur conſtituto in dignitate ab initio, ut ibi: ſed ſi in malicia perſeueret, plus eſt puniendus, quàm alius. 11. q. 3. præcipue. ſi agiť de corporali pęna, maior imponitur ignobili pauperi, vel inferiori, quàm nobili, diuiti, vel ſuperiori, & ſi contrarium inuenis, eſt ſpeciale, ut hic in re-
b ligioſis, uide quod not. & dixi, de iureiur. cum[b] quidam in 1. gl. ¶ *In gl. quia, ibi carnes*] Hiero. ad amandum
24 C. putridæ carnes † ferro indigent, & cauterio. dicitur quaſi caute urens, ut uis morbi ardore ſiccetur (*& in fine*) ibi. quæ eſt iſta bonitas, quæ miſericordia, uni parcere, & omnes in diſcrimen adducere? polluitur enim &c. ¶ *In glo. prima, in fine*) adde quod not. ſupra de elec. dudum. 2. circa princ. ¶ *In glo. quia de plano, ibi, uiſita-*
25 *torum*] dixit hic Goff. † ꝙ epiſcopus nō tenetur ſtatim credere uiſitatoribus, ſed ipſorum inquiſitio eſt ſibi monſtranda, C. de accuſ. ſinguli, & ei fidem abhibeat, C. de teſt. l. fi. C. de arbi. l. pe. ſup. de teſti. conſtitutus, & c. cum cauſa. Dicit demum, ꝙ epiſcopus non tenetur inquiſitionem oſtendere amouēdo: quia amotio fit extra ordinem, alleg. in contrarium, quia timendum eſt, ne uiſitatores onerauerint illum mendaciis. 2. q. 6. biduum, in fine. ff. de cuſto. & exhi. reorum, diuus, in fine: dicit tamen, ꝙ ſi diœceſanus deprehendit manifeſtam maliciam uiſitatorum, non amouebit illū, argu. ff. de iudi. ſi prætor. §. Marcellus, infra de crim. fal. ſuper eo. ſupra de app. ſolicitudinem, uer. ſi uero notorium. Hoſt. dicit, ꝙ epiſcopus amouendo oſtendet inquiſitionem, & cum audiet circa falſitatem eorum, quæ opponuntur. ne omnino innocens damnetur: quia & poſſent malè proceſſiſſe uiſitatores, forte iuris ignari, ſup. ti. 1. ex multa. ad hoc, inf. de accuſa. ad petitionem. non tamen admittet epiſcopus exceptiones, quas admitteret in ſeculari, inf. de ſimo. licet, & c. per tuas: imo dummodo conſtet de cauſa, omnē ſubtilitatem abijciet, ut hic, & prę. decre. ad petitionem, & c. qualiter, ad hoc, cle. de uerb. ſign. ſępe[*& ibi, licet,*
26 *in fine*] ſecundum Iac.[*& in † fine*] dat Goff. ſimilia. ff. de cuſto. re. de militibus, & l. non dubium, de re mili. l. 3. in auc. vt nul. iudi. §. & quoniam, & §. ſi verò quis, col-
la. 9.

la.9.& de man. prin.§.oportet, colla.3.dicit etiam hic eſſe aliud ſpeciale, ꝙ per denunciationem ſequitur re motio, cum generaliter ſequi debeat pœnitentiæ im poſitio, de ſimo. licet. ſed hoc quia regulares facilius &c. ut in princ. glo. uel ſecundum eum non loquitur hic de denunciatione euangelica, & exponit denunciatum, ideſt manifeſtum. ¶ *In glo. pe. ibi, adminiſtrauit*] ad hoc. infra de immu. eccle. aduerſus. in gl. pe. [*& in fine*] C. ut omnes tam ciui. quàm mili. iudi. l. una, & C. vbi de crimi. agi oportet. l. 1. & 2. Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶Prox. uide de elect. ex eo, quòd, li. 6. & quod ibi no. de inſti. c. 2. & de conuerſis uide Ioan. And. de priuil. exceptionem, lib. 6.

b ¶Cum quidam, & de iud. nouit, & uide Cy. Bal. & Sali. in l. nemo, C. de epiſco. & cler. & per Bar. in l. illicitas. §. fi. ff. de offic. præſid. & de offic. deleg. c. 2. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, ſiue diſpoſitio tituli.*
Materia huius tituli ubi alibi tractetur, quàm hoc libro.

De religioſis domi. ut epiſcopo ſint ſubiectæ. Rub.

1 ¶ Viſo † de ſtatu religioſorum, de ipſorum domibus eſt videndum, Goff. habetur materia. 10. q. 1. per totum. 16. q. 7. omnes baſilicæ, cum capitulis ſequentibus. 18. q. 2. quidam, & in cap. quæ ſequuntur. Repetitur in 6. & in Cle. cui congruit, de offic. archidia. c. fin. de excep. cum uenerabilis, lib. 6. de priui. c. 1. ad fin. in ſubſcrip. Greg. fuit. VII. uel citerior: quia VIII. ſecutus fuit Vrbanum. III. cuius fuit decre. 4. infra, eo.

SVMMARIVM.

1 *Conſecratio baſilicæ in dubio à quo fiet epiſcopo, & nu. 4. & ponitur etiam pro ædificatione, num. 3.*
Diſquiri pro inquiri.
Conſignatio pro confirmatione chriſmatis.
Chriſmate epiſcopo licet tantum uti & nu. 2. & quo tempore.
2 *Epiſcopus quolibet anno uiſitare debet.*
3 *In ædificatione eccleſiæ quis epiſcopus in dubio primarium lapidem imponet.*
In limitibus, & adhærentibus præſcriptio non procedit.
4 *In poſſeſſione qui eſt unius iurium, præſumitur & in poſſeſſione alterius, niſi uera probetur.*
Ad archiepiſcopum ſpectat diffinitio controuerſiæ epiſcoporum ſuæ prouinciæ, & quo caſu hic.
Et quando ad papam.
Quando ſorte dirimitur, eſt hic caſus.
Adiudicatio ſit à iudice ſibi, & quando cir. fin.

CAPVT I.

1 NVnc autem. Caſus. Si † dubitatur, in cuius diœceſi ſit baſilica cõſecrãda, ille epiſcopus cõſecrabit, qui prius in illo loco epiſcopalia exercebat, & caſus dubij unã probationẽ approbat, & aliam improbat ibi, Non enim [*Diſquiri*] id eſt inquiri [*Incolas*] illius loci, in quo eſt baſilica ædificata. Pe. [*Conſignationem*] ideſt confirmationem chriſmatis, quæ fit in fronte per epiſcopum, non minorẽ, de ſacra un. c. uno, uerſi. per frontis. Hoſt. & no. ſecun-
2 dum † Inn. non licere niſi proprio epiſcopo infantes chriſmare [*Sub annua*] quolibet anno uiſitare debet epiſcopus. 10. q. 1. epiſcopum, & c. ſe. & tũc chriſmat pue-
3 ros, & alios occurrentes, ut hic. ¶ *In † glo. 1. ibi, conſecranda*] poteſt etiam poni pro ædificatione, in qua idem eſſet, ſcilicet cum quæritur quis epiſcopus debeat primarium lapidem imponere [*& in fi.*] & archiepiſcopus in receptione pallij de uſu pal. niſi. ¶ [*In gl. 2. in fine*] quæ tamen præſcriptio in limitibus, vel adhærentibus non procedit de hoc de præſcrip. quia indicante. ¶ *In glo. 3. ibi, ſuper eo*] uide quod ibi dixi poſt Hoſti. in prin. quod facit ad propoſitum, & de uoto, quod ſuper, ad fi. mag. gl. [*& in fine*] de proba. ex literis, & c. cum cau-
4 ſam de offi. archi. ad hæc. ¶ *In glo. pe. in fine*] qui † enim eſt in poſſeſſione unius iſtorum iurium præſumitur, & in poſſeſſione alterius, niſi cõtra probetur, arg. 12. q. 2. cognouimus. de decimis, cum in tua. Ad hoc tamen ut ſic præſumatur, requiritur, ꝙ certũ ſit, ꝙ hæc parochia ſit in diœce. eius, uel ꝙ non conſtet, ꝙ ſit in diœce. alicuius. Inno. Dixit autem Hoſti. ꝙ ſi non apparet de proprietate, nec de poſſeſſione, ſi ſunt epiſcopi eiuſdem prouinciæ, ad archiepiſcopũ ſpectat diffinitio, ſupra de foro compe. ſane ergo cui uoluerit, ad iudicet, uel ſibi retinet, de decimis, quoniam. ſi ſunt diuerſarum prouinciarum, uel ſorte dirimantur. 26. q. 2. ſors. ff. de iud. cum ambo, uel recurratur ad papã. ¶ *In glo. ulti. ibi, in poſſeſſione*] poſſet tamen poſtea apparere locus de alterius dominio. Vincentius.

SVMMARIVM.

1 *Per unionem unius eccleſiæ alteri eccleſiæ alterius diœceſeos nihil epiſcopo deperit unitum, & nume. 7. in fin.*
2 *Actiones ſi concedantur, intelliguntur tam in agendo, quàm in defendendo.*
Cum onere ſuo res tranſit.
Inuentarium conſulitur fieri ab eo, in quem tranſlatio fit actionũ.
Superior agere poteſt pro iuribus eccleſiæ ſibi commiſſæ.
3 *Vniti monaſterij capellæ trãſeunt in poteſtatẽ ſecundi, cui unitur.*
Per arrogationem unius tranſeunt omnes, qui ſub eo ſunt, in arrogatorem.
Principali extincto non amittitur acceſſorium.
4 *De reædificatione eccleſiæ deſtructæ item de unita, remiſs.*
Abbatem quis epiſcopus confirmet.
5 *Vnitus locus non mutat naturam ſuam.*
Naturam ſuam quando locus mutet.
6 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 7.*
Epiſcopus iure communi habet iuriſdictionem in monaſteria ſuæ diœceſis.

CAPVT II.

1 QVia monaſterium. Ca. Nihil iuris † deperit epiſcopo, in cuius diœceſi ſita eſt eccleſia, quam papa unit eccleſiæ alterius diœceſis. & primò ponit unionem. & eius cauſam. ſecunda ibi ipſum, unam determinationem, cuius ſub dit generalem rationem ibi, nam ſic [*Deſolatum*] ideſt derelictum [*A monachis*] non tamen penitus deſtructũ. Tan. Gof. Vin. uel idem depauperatum [*Actionibus*] tã
2 in † agendo, quàm in defendendo. ff. de capi. di. l. 1. & 2. & l. tutelas, tranſit cũ res cũ ſuo onere. de offi. dele. paſtoralis. §. qui uerò, & de decimis, paſtoralis, eſt tamen conſilium. ꝙ monaſterium faciat inuentarium. C. de iure delibe. l. ſcimus. & arg. ꝙ ſuperior agere põt pro iuribus eccleſiæ ſibi cõmiſſæ, de ſucceſ. ab inteſta.
3 c ſi. ſecundum Hoſti. [*Vnicuidum*] capellæ † uero iſtius monaſterij tranſeunt in poteſtatẽ ſecundi: ſicut arrogato patref. & omnes, qui ſub eo ſunt. inſti. de adop. §. illud, & omnes intelliguntur capite minui. ff. de ca-
a pi.[a] di. l. liberos. & ſi etiam monaſteriũ periret, tamen peterẽtur capellæ, ſicut ſi legantur ancillæ cum natis, uel ordinarij ſerui cum uicariis, licet pereant ancillæ, uel ordinarij: tamẽ filij ancillarum, & ſerui uicarij cedunt

dunt legato, in ſtitu de leg. §. ſi quis ancillas. Vincen-
4 tius[*Cuius eſt*]monaſterium unitum. Quid † notēt hic
doctores de eccleſia deſtructa reædificata, dixi infra,
titu. 2. c. 3. quod autem hic not. Vincen. de unita. uide
ad literam in Spe. de iure patro. in fine [*Habeat*] & ta-
mē, ut dicit Egi. abbatem confirmabit epiſcopus ma
ioris mona. [*Diſponimus*] aliàs diſpoſuimus[*Seruemus*]
5 hoc ideò: quia † unus locus alteri unitus non mutat
naturam ſuam. nam ſi locus naturā ſuum mutaret,
tunc ſumeret iura annexa à iure, uel conſuetudine
naturæ mutatæ, ſicut eſt uidere in monaſterio facto
capella, quod aſſumit iura competentia capellæ etiā
cū ſuo præiudicio, infra de capel. monaco. dilectus,
ſupra titu. 1. recolentes. Innocen. Hoſtien. remittit, ne
6 ſede uacan. c. 1. ¶ Prima † glo. remittit. ¶ Secunda gl.
7 arguit ¶ *In † gl. 2. ibi, ſi quis a principe*] uide ut lite pendē.
capitulo primo, ſuper ultima glo. ¶ *In glo. 1. in fine*] 16.
quæſtione. 1. & temporis. ¶ *In glo. ultima, in fine*] & no.
ſecundum Pet. epiſcopum de iure communi iuriſdi-
ctionem habere in monaſterijs diœceſis ſuæ, unde, ut
dicebat Hoſt. de uno mona. uni epiſcopo reſponde-
bit, & alteri de reliquo. ſi. de priuil. cum capella.

ANNOTATIONES.

a ¶ De capi. dimin. Et contra quem agent creditores monaſterij ſub
iecti, an contra ipſum, an contra principale, uide quod not. Ioan.
And. in c. per exceptionem, de priuil. li. 6. in gl. cum hic maxime,
& doct. & Bal. in l. cauſa quæ cum monaco, C. de epiſc. & cle.

SVMMARIVM.

1 *Locorum piorum uaria nomina ubi deſcribantur.*
Et quæ ad unius pertineant iuriſdictionem, & num. 3. quibus com
mittantur, & de eorum officio, num. 2.
2 *Prohibentis conditio potior in pari cauſa, ut intelligatur hæc re-*
gula.
3 *In loca religioſa, & eorum rerum, & perſonas quid habeat epi-*
ſcopus poteſtatis.
Epiſcopus nil ab eccleſia petit in temporalibus.
De hoſpitalibus ruſticorum quid iuris, reijcit alium in locum.
Exemptio in certis capitulis non iuuat in alijs.

CAPVT III.

DE xenodochijs. Breue ē. & nō
diuiditur[*Lo-*
1 *cis*] uaria † ſimilium locorum nomina ha
bes. 23. qō ulri. ſcimus. ubi de hoc. t. quæ-
ſtio. 7. ſi quis omnes, ad fi. & in auct. de alie. & emphy
teu. con. in principio, colla. 9. & de ec. ti. §. finali. [*Epi-*
ſcoporum] vel eorum, ad quos ſpectant ex ſtatuto facto
in fundatione locorū, uel ex præſcriptione legitima,
uel ex priuilegio papæ, ut in cōci. Vien. eodem titulo,
quia contingit. 1. reſpon. [*Ad eaſdem*] debent enim id
eſſe, quod uerbum ſonant. 42. diſtin. oratorum, & c.
2 ſequen. Goffre. [*Conſtituta*] dixit † Vincen. per hoc col-
ligi ſolutionem, illius regulæ, in pari cauſa potior eſt
conditio prohibentis. ff. communi diui. Sabinus, ſcili
cet quando quis illorum, quorum eſt res, uult ad a-
liud re uti, quàm ſit uſus rei [*Ordinentur*] hodie per con
cil. Vien. eo. tit. quia contingit. talia loca non conce-
duntur clericis in beneficium, & ad hoc concor. cle-
men. de præben. per literas, ſed committuntur uiris
prouidis, & boni teſtimonij, qui iurare debent. & in-
uentaria facere, & ſingulis annis ordinarijs rationem
3 reddere, quod dic ut ibi. 2. reſpon. ¶ *In † glo. 2. ibi, per-*
tinent] non quod dominium redituum ad epiſcopum ſpe
ctet: ſed ut eos expendi faciat ad id, ad quod ſunt depu
tati: compellet ergo epiſcopus parochialem ſacerdo-
tem, ut hoſpitalitatem ſeruet: hoſpitalarios domorū
pauperum, ut recipiāt pauperes, & idem in ſimilibus:
alias enim epiſcopus nil ab eccleſia ſaltem in tempo-
ralibus petere debet, de exceptio. cum venerabilis. 10.
q. 3. quia cognouimus, de hoc de offi. ordi. cum nos
[*& ibi, epiſcopum loci*] quid de hoſpitalibus ruſticorum,
quæ quis facit maximè in prouincia Prouinciæ? re-
nuit. Hoſt. ad ſum. de regu. §. fi. uer. quid de ruſticis. &
adde quod dicam, infra. c. proxi. [*& ibi, exemptionem*]
quæ ſi eſſet in certis capitulis, non iuuat in alijs, infra
eo. cum uen.

SVMMARIVM.

1 *Locus deputatus auctoritate epiſcopi ad hoſpitalitatis uſum reli-*
gioſus eſt, & unius epiſcopi.
Ad mundanos uſus redire non debet.
2 *Per laicum etiam regi poteſt.*
3 *Epilogus, ſuffragium gloſſarum, num. 4.*
Circa ſepulchrum qui quid facit, agitur contra eum.
Permutari prohibetur, & quomodo id intelligatur.
5 *Additio gloſſarum.*
Locus religioſus fit ſepeliendo etiam in alieno, & quando.
Quomodo deſinit eſſe talis.
Hoſpitale conſtruenti quo caſu ſit neceſſarius conſenſus epiſcopi,
Ab ipſis etiam deputari poteſt domus cū oratorio, & qua forma.
In oratorio quòd non poſſit ſine epiſcopali auctoritate celebrari.

CAPVT IIII.

AD hæc. Caſus. Locus † deputatus au-
ctoritate epiſcopi ad hoſpitali
tatis uſum religioſus eſt, & ad mundanos
uſus redire non debet. in prima deciſa cō-
ſultatio. in ſecunda reſponſio. ibi, Inquiſitioni, quam
probat per ſimile, ibi, Sicut[*Pontificis*] proprij illius
loci, non ædificātis tantum, ſupra capitulo proximo.
2 de hoc, infra titulo. 1. nobis [*Religioſus*] ſcire † debes, quod
licet locus talis religioſus ſit, uidetur tamen, quod etiam
per laicum poſſit regi. 18. q. 2. quidam [*Mundanis*] aliàs
humanis[*Sanctiones*] quas alleg. glo. in principio. ¶ Se-
3 cunda † glo. alleg. 7. concor. in contrarium duo iura,
4 & ſoluit. ¶ *In † prima gl. ibi, Si quis in ſepulchro dolo malo*]
iſte. §. & ſequens parum faciunt. dicunt enim agi con
tra illum, qui ædificium habet in ſepulchro, uel ibi
habitat, uel aliud agit, quàm quod cōgruit ſepulchri
cauſa. ¶ *In glo. ſecunda. ibi, ſi quis ſe. §. 1.*] ſenatus prohibet
ſepulchrum permutari, id eſt alterius conuerſationis
5 uſum accipere ¶ *In † gl. primu, ibi, ſacrum*] religioſum fa-
cit ſepeliendo etiam in alieno, dummodo id fiat de
domini uoluntate. C. de relig. & ſumpti. fune. l. 2. Inſti
tutio. de rerum diui. §. religioſum. ſic per exhumula-
tionem deſinit eſſe religioſus. ff. de religio. cum in di-
uerſis[*& in fine*] dixerunt Tan. & Vincen. quod ſi quis cō-
ſtruat hoſpitale cū oratorio, tunc eſt neceſſarius con
ſenſus epiſcopi. ſi ſine oratorio, non, & erat expreſſū
in 2. com. de eccl. ędifican. ſi hoſpitale. unde, ut dixit
Innocen. nulli dubium eſt, quin laicus deputare poſ-
a ſit domum ad pauperes [a] recipiendos. Refert eum
ipſe Hoſtien. quoſdam dicere, quod etiam poteſt ha-
bere oratorium, & hoſpitale in domo propria, dum
modo non habeat formam eccleſiæ: ibi tamen non
poterit celebrari ſine auctoritate epiſcopi, de conſe.
diſt. 1. unicuique, & c. clericos. ¶ *In glo. ulti. ibi, frequētis*]
ibi idem no. & 14. q. 6. comperimus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ad pauperes. Et ſine auctoritate epiſcopi illud poteſt deſtruere,
uide glo. ſuper uer. altare in clem. quia contingit, & circa talia
hoſpitalia, uide plurimas quæſtiones in libro domini Pe. de Per.
in tractatu quartæ epiſcopalis, c. 13. quæritur, &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio capituli.*
omiſſa dicendum, vt dictum eſt ſup. ſibi tamen bene
placet, ꝙ uterque reditus ſuos temporales, ſi quos ha-
bet certos, uel incertos, poteſt uendere, dū tamen ius
patronatus non immiſceat. ad hoc, ſup. de rerum per-
6 mu. ad quæſtiones. Sed † nunquid tranſit ius patrona-
tus tunc ipſa ui in emptorem, cum reditus iuris patr.
ſibi competēt? ita uidetur: aliàs emptio eſſet nulla, &
alia ſequeretur abſurditas, ꝙ emptor nō poſſit exige-
re fructus, cum patronus non eſſet: ſed neque vendi-
tor, cū ipſos uendidiſſet. uidetur igitur, ꝙ in huiuſmo
di caſu ratione cōnexitatis trāſeat, cuius ratione mul-
ta, quæ aliàs non concederentur, conceduntur, vt pa-
tet de ap. inquiſitioni, & c. una, & quia in dubio ſic in-
terpretanda eſt res, ut potius ualeat, quàm pereat, in-
fra de uerbo. ſignifica. abbate, uer. hic autem ſenſus,
& ſecundum hoc principale, & quod eſt maius, & di-
gnius, ſcilicet ius pa. ſpiritualibus annexū accedit ac-
ceſſorio,

ceſſorio,& uiliori,ſcilicet temporalibus reditibus, ſi-
cut & aliàs, licet aliter hoc contingit, ut patet de offi.
dele.ſuper quæſtionum. §. ſi uerò duo, infra de con-
ſe.ec.uel al. quod in dubiis, ſicut tranſit cum uniuer-
ſitate,ſupra eo.ex literis,ut autem teneas certum,con
ſulit Hoſtienſis, quòd reditus uendas per ſe,& ius pa-
tro.dones per ſe ita,quòd contractus ſe inuicem non
contingant,ſupra de rerum permu.ad quæſtiones. &
fiat donario in priuatum de conſenſu diœceſa. ut ſæ-
7 pius dictum eſt. ¶ Pen. † glo.reſpondet per q.an cen-
ſus poſſit patrono conſtitui. ¶ Vlti.glo.ſignat contra
8 rium, & remittit.¶ *In† glo.pen.ibi,perfecta*] ſequitur,do-
9 natio conditiones poſtea non capit.¶ *In †glo.2.in fine*]
ad hoc, infra de elec.generali,lib.6.¶ *In glo.penul.ibi,& non poteſt*] uide quod dicam de tradente dotem prius
oblatam,de ele.generali, lib.6.ſuper glo. fundans.

ANNOTATIONES.

a ¶Capitulo proximo.Vide glo.3.in c. generali, de elec.lib.6.quæ dicit omnia illa nomina ſumi pro iure patro. & uide, ſupra eod. quoniam.

b ¶Et l.ſe.Et uide Bar.in l.ſi factum,ff.de ac. empt. & in l. quoties. §.qui maximos, ff.de publi.

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus uno præſentato poteſt alium præſentare; ſecus clericus. plures etiam ſimul poteſt, & qualiter.*
Aduocatus quomodo ſumatur.
2 *Idoneus quis in caſu huius decretalis intelligatur.*
Idoneum recuſans epiſcopus peccat.
Iudiciũ quale eſſe debeat eius,cuius iudicio quid relinquitur,in fi.
3 *Gratificare poteſt alteri duorum præſentatorum epiſcopus.*
Prius impetrans potior eſt in iure.
4 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum, nu. 5.*
Gratificare quibus caſibus ſit locus, & quibus non ex legibus, & num.6. §.penul.
6 *Additio gloſſarum, & nu.7.*
Præſentantem ſecundum non uidetur à primo recedere, ſed cumulare.
Pœnitentiæ quando ſit locus in patrono, & epiſcopo, & nu.7.
Patroni minus pingue ius, quàm prælati.
7 *Clericorum digniora omnia, quàm laicorum, & exempla.*
In eorum præſentatione quæ diſcrepantia.
Clericorum præſentatio pro electione habetur, eorum pactio, & locutio quales eſſe debeant.

CAPVT XXIIII.

1 C Vm autem Caſus. Laicus † pa-
tronus uno præſen-
tato poteſt alium præſentare:clericus hoc
non poteſt. Diuiſio patet.ſecunda ibi, ue-
rum [*Aduocatus*] ideſt patronus. aliter ſumitur, ſupra
c.proxi.Innocen. & Hoſtien. contradicens, quòd ſic
etiam ſumitur ibi, & ibi de hoc dixi in ulti.glo. uerſi.
dicit etiam [*Poſtmodum*] ſimul etiam poteſt patronus
præſentare plures eo modo,quod epiſcopus alterum
eligat,& admittat,ut in cle.eo.ti.plures. in fin. [*Aeque*
2 *idoneum*]non intelligas † in quantitate idoneitatis, ſed
qualitatis.ſufficit enim, quòd non ſit malus, ſupra eo.
quoniam, ſecundũ Hoſti. aliàs non eſt in textu. æquè
[*Iudicio*] quantum ad hoc, quòd ius habeat ille, qui
ab epiſcopo fuerat admiſſus. Peccat tamẽ epiſcopus,
qui primum idoneum recuſauit admittere, infra eo.
paſtoralis, ſed ſi non refutauit primum, poteſt elige-
re,quem uelit ipſorum. Innocen. uel ſecundum Ho-
ſtien.dic [*iudicio*] rationis, non uoluntatis affectu, ſu-
pra de præben.graue.1.reſpon.Sed ſi pœnam uelit in
currere, anima ſua in manica ſua præter pœnam, in-
fra eo.paſtoralis(*Relinquendum*) argumen. quod ſi duo
3 † patroni præſentant duos, poſſit epiſcopus alteri gra
tificare[*Potior*]infra eo. c.ſi.contra,ibi ſoluitur. Et ar-
gue.quòd cum duo impetrant ſuper beneficio obti-
nendo,prius impetrans potior eſt in iure.quod dic,vt
ſupra de reſcrip.capitulum, de offi. deleg.ex parte. 1.
Hoſtien.de hoc plene de conceſ. præben.ſi ſoli, lib. 6.
4 ¶Secunda† glo.no.pro gratificatione.allegat.8. iura.
5 in contrarium tria,& ſoluit. ¶ *In† glo.2.ibi,in naue,in fi.*]
ſi plures confunderunt frumentum in naui: & nauta
prius vni reddidit ex communi,& poſtea nauis periit
non tenetur nauta,cum alicui prius reddi oporteret,
etiam ſi prius recipientis melior eſſet conditio[*& ibi Lulti.*]Si habens plura prędia,omnium uſufructum le
gauit ſeparatim, hæres illum mortuũ poterit in quẽ
uoluerit illorum inſerre,& ſic gratificari:datur tamẽ
utilis actio uſufructuario in hæredem ad id recipien-
dum, in quo minutus eſt uſufructus[*& ibi, de die*] ſe-
quitur, ponenda in ſtipulatione ſolet inter litigato-
res conuenire: ſi non conueniant, erit in poteſtate ſti
pulatoris moderato ſpacio de hoc à iudice ſtatuẽdo
[*& ibi,quoniam plerunque*]l.1.eſt. ibi: dandæ dilationis ar
bitrium non pendet ex iudicis poteſtate[*& ibi,quid ergo*] aliàs quis ergo. ſi teſtator Titio legauit 10.ut plu-
res ſeruos manumitteret, & legatum non ſufficit ad
æſtimationem omnium illorum, manumittere tene
tur aliquos ad æſtimationem legati, & non eliget hæ
res, nec legatarius: ſed ſeruabitur ordo ſcripturæ, uel
ſors fiet, uel ponderabitur meritum[*& ibi, ſi cum om-*
6 *nes*]uide de Iudæ.c.1. ſuper 3. glo. ¶ *In† glo.1.ibi,recede-*
re]dic quod non recedit,ſed accumulat: quod patet,
quia primus etiam inſtitui poteſt,ut hic patet.& uide
quod dicam, infra de reg.iur.in re communi,lib.6.in
fi.quæſtionis[*& ibi, procuratores*] dicit Hoſtien.non eſt
omnino locus penitentiæ, ex quo facta eſt præſenta-
tio diœceſano. Ratio huius,de poſtula.bonæ. c.2.uer
ſi.nec nocebat. ſed & quodammodo eſt pœnitentiæ
locus:quia quod à patrono fit, non eſt ratum, donec
per diœceſanum fuerit approbatum, ſupra eo. quod
autem.1.reſpon. in fi. & ſic eſt locus pœnitentiæ quò
a ad patronum, non quo ad diœceſanum,[a] ſed quan-
tum ad repræſentatum, & epiſcopum, & patronum
eſt,& non eſt locus pœnitentię.ſi enim primus eſt mi
nus idoneus,& ſecundus idoneus, meritò pęnitet pa
tronus.ff.de coll.bo.nonnunquam. ſed & tunc meri-
tò diœceſanus ſecũdum admittit repulſo primo ma-
lè merito: qui publica debet egeſtate laborare. ff. de
poſſ.bona fides. Imo & patrono intelligiť facere gra-
tiam; cum ex quo minus idoneus repræſentatus eſt,
iure ſuo poſſet eccleſiam ordinare, in authen. de ſan-
ctiſſ.epiſ.§.ſi quis oratorũ domum,col.9.& no.de hoc
ſupra de offi.or.cum vos.Si uero primus eſt idoneus,
non eſt locus pœnitentiæ, quo minus epiſcopus pœ-
nam incurrat,& de hoc,ſupra eo.cum laici. & ex his,
patet pinguius eſſe ius prælati,quàm patroni,de hoc,
ſupra de offi.lega. dilectus, & ſupra eo. quod autem,
ſecundum Hoſtien. per hoc collige, quod patronus
propriè non uariat,ſed accumulat.¶ *In glo.2.ibi,in iure*]
b ut de reſcrip.c.pe.[b] lib.6.[*& in fi.*] minus ſufficienter
ſoluitur hic hoc generale. ideò uide quod no. ſupra
de offi.dele.conſuluit.§.1.Hoſtien.vbi uide ſuper glo.
ecce quanta.¶ *In glo.quia clerici, in fi.*] dicit Hoſti. quòd
7 hoc eſt in fauorem: quia per † hoc declaratur, quòd
fortior & dignior eſt cœtus clericorum tanquam ſpi-
ritualis, quàm laicorum tanquam tẽporalis, uel cor-
poralis,ſupra de trãſla.inter corporalia. ſic & firmior
eſt limitatio eccleſiaſtica, ut ſupra de paroch. ſuper
eo,& ſupra eo.querimoniam, ſicut & pactio,ſiue lo-
cutio, uel dictum etiam cuiuſcunque, ſi agatur in fo
ro eccleſię, ut no. de pac. cap.1.& 3. nam quæ proce-
dunt de labiis pſalmiſtæ non facient irrita. 23.di. pſal-
miſta.

miſta. & ſecundum beatum Ber. uerbum ſacerdotis aut ſacrum, aut ſacrilegum. ſed etiam ſecundum Inno. hoc eſt ideo: quia uim electionis habet præſentatio clericorum: per quod infert Hoſti. ꝙ ſi priori præſentatione non caſſata attentetur ſecunda reprobanda eſt, ut patet in his, quæ not. de elect. conſiderauimus, & cap. audiris. uide quod ſcripſi poſt Compo. de reſcriptis, in c. capitulum, poſt glo. in ulti. col. uerſi. quærit poſt.

ANNOTATIONES.

a ¶Diœceſanum. Quando unus ſolus & idoneus eſt præſentatus. alias quando duo idonei ſaltem quo ad Deum, vide no. Ioan. And. in glo. fi. uel etiam quò ad illud forum.

a ¶Capitulo pe. In indiuiſibilibus, ſicut eſt in beneficio, & ſic locus eſt gratificationi aliis partibus in diuiſibilibus, uide glo. in c. licet, de proba. in glo. mag. quæ materia facit de duobus currentibus ad brauium; uide Iac. But. in prima conſti. digeſtorum. & per Bal. in l. fi. C. de condi. inſer.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio decretalis, & ſumma.*
2 *Decretalis hac cur habeat hoc initium.*
Decretalium principia quare non mutanda.
Si quis, comprendit etiam fœminam, in fi.
Maſculinum concipit fœmininum. ibid.
3 *Patronatum qui poſſint acquirere, & acquirant, & nume. 4. & 6. 7. 14. & 21*
Excommunicatus ad quæ admittatur, uer. de excommuni.
4 *Baſilica eccleſia quæ dicatur.*
Cum, præpoſitio an differat a præpoſitione, De.
Conſilium, licentia & aſſenſus differunt.
5 *Conſentire nolens cogitur per ſuperiorem.*
Patronum niſi unum quando diœceſanus non admittat.
Communio diſſenſionem inducit.
Defenſores plures habere non expedit eccleſiæ, & ratio.
Sumptibus an opera quid fiat, an referat.
Patrono quæ debeantur, & nu. 15. & 16. & quando nume. 17 & quæ ipſe ibid.
Ioan. And. plures in hoc commento citat, quod ſcripſit in regulas iuris canonici lib. 6.
7 *Patronatus ius ex quibus competat.*
8 *Eccleſia quæ dicatur conuentualis, & collegiata, & nu. 22. 24.*
An Iudæus regi poſſit aliquo conſenſu patroni.
In poſtulatione quis ius prælentationis, defendendi in ea.
Collegij ius remanet etiam in uno ſolo, & nomine eccleſia eliget, in fin.
9 *In eccleſiis collegiatis electiones, & collationes præbendarum & aliarum dignitatum, & prælati qui habeant.*
10 *Collegij ius quæ habeant eccleſiæ, & ex quibus poſſit, & eius poſſeſſio colligi. nu. 11.*
Eccleſiæ huiuſmodi poſſunt habere ſigillum, & arcam communem.
12 *Patroni quando ſit locus præſentationi & nu. 9. & quibus eorum aſſenſus requiratur, eod. nu. 12. & num. 22. §. 1. & 23. eo non requiſito non eſt ulla electio, eod. num. 22. & quæ & contra quem poſſit opponere, ibid. nu. 12.*
Comparatiuum pro poſitiuo.
Non delectus, & ſuſpectus non eſt dandus in epiſcopum.
Preces offerens pro idoneo & utili non eſt neceſſarium exaudiri, in fin.
13 *Præſentari quem ſufficiat.*
Presbyter pro in presbyterum ordinando.
Improprietas dictionis, & nu. 14. in dict. proceſſio.
Et, pro id eſt.
Eligere impropriè dicuntur patroni, uide nu. 23.
14 *Inſtitutio auctorizabilis an per alium fieri poſſit, quàm per epiſcopum.*
15 *Proceſſionaliter occurrendum quibus ſit.*
Honor ex quibus tribuatur.
Proceſſio pro præſentatione.
91 *Inops quis dicatur.*
In, præpoſitio in compoſitione quibus modis accipiatur, remiſſ.
Leg. nemo prædo. §. 1. de regu. iur. ff. intellectus.
17 *Eccleſia magis & prius tenetur ſubuenire patrono ſuo, quàm pauperibus.*
Patronus habet actionem petendi alimenta ab eccleſia, & ubi debeant præſtari, nu. 18.
Pauper minime.
Patronus appellatur etiam aduocatus, & ratio, & quibus aliis nominibus, in fin.
18 *Libertus an patrono, uaſallus domino debeant alimonium.*
Uxor quoque an debeat ali, & ubi, & à quo.
19 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 20.*
Aedificari monaſterium quando licet.
Aquæductus ſi prohibeatur à familia, quo caſu iubeat dictum boa poſſideri.
21 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*
In patronatu acquirendo cuius diœceſani requiratur aſſenſus.
23 *Eligere eſt actus ſpiritualis, & an laicus patronus ſolus uel cum clericis poſſit eligere.*
Arbitrari non eſt actus ſpiritualis, etiam ſi ſuper ſpiritualibus ſequatur arbitrium. §. 1.

CAPVT XXV.

1 NObis fuit. Diuiditur in tres † partes. in prima dicit ex conſtructione eccleſiæ facta de diœceſani cõſenſu ius pa. acquiri. in 2. dicit, patronũ nõ eligere prælatũ in eccleſia collegiata, licet eligat in capell. in 3. dicit ꝙ patrono debet̃ proceſsionis honor, & alimentatur ab eccleſia, ſi uergat ad inopiã. ſecunda ibi. Cæterum. tertia ibi. pro fundatione [*inquiſitioni*] prout patet in an. de duobus tñ quærebatur. primo an ex conſtructione eccleſiæ quis eſſet patronus. 2. an deberet admitti cum clericis ad eligendũ prælatũ eccleſiæ collegiatæ, maximè ſi ex conſue. hoc habebat
2 & poſſet † quæri, quare non incępit compilator hic decre. deciſo uerbo, Nobis fuit, ſicut ſupra de ap. infr. de ſen. ex. inquiſitioni. dic ad hoc ꝙ ſit illud principium reſeruatũ propter contẽporaneos huius compilationis, qui prius ſtuduerant, & propter glo. antiquas alſe. hic principia. unde ſi, quod abſit, hodie mutaret̃ Gregoriana compil. magna eſſet noſtra cõfuſio mutare principia decretaliũ. factum ergo, vt remaneret in his noticia, nec turbaretur memoria, & ſic non ob. proœmium ibi, Reſecatis ſuperfluis [*Tuæ*] vni ſoli loquit̃; qđ patet per ſingulare. j. de cri. fal. q̃ graui [*Tale damus reſponſum*] ſi fuiſsẽ deciſor, dixiſſem reſpõdemus [*Si quis*] comprehenditur hic fœmina. de hoc. j. de ele. generali lib. 6. & dic [*ſi quis*] fidelis. 16. q. 7 piæ mentis, in fi. & c.
3 quicunq;. in prin. & c. Frigentius, in fi. ubi † no. Iudæũ non acquirere patronatũ. ad quod bene facit, quod ſcripſi ſuper regula, ex eo quod, de reg. iur. li. 6. ſ. ꝙ nõ acquirit cognationẽ ſpiritualem. de hæretico, licet cognationem acquirat, ut ibi dixi tamen uidetur, ꝙ nõ acquirat patronatũ: quia cum bona ſua ipſo iure ſint confiſcata, de hæreti. cum ſcđm, lib. 6. ergo de ſuo dare non põt fundum, dotẽ, uel ædificium. facit eo. ti. c. 2. §. fi. Item dato, ꝙ patronus eſſet, ius illud confiſcatum eſſet. facit quod no. 1. q. 7. maximum, de excõicato deco, ꝙ male fecit epiſcopus illũ admittendo: ſed ſi cum ſuo conſenſu fiat, patronus erit: ſed exercitiũ non habebit ante abſolutionẽ. cum enim religionẽ profiteatur, & matrimoniũ contrahat, & alia faciat, quæ collegi ſuper regula. dolo facit, de reg. iur. lib. 6. in parte 2. quæſtionis, uer. 3. ergo, & hoc potuit. & uide etiã quæ ſcripſi, de ſenten. excõ. decernimus, lib. 6. de teſtamento excommunicati. Itẽ cum excommunicato liceat eccleſiam ingredi ad audiendum uerbum Dei, infra de ſenten. exc. reſponſo, & ad orandum, ut uidetur, re.

miſ

miſ.dedi.eo.ti.nuper,ſuper uer.orando. ergo & eccle-
ſiam conſtruere poterit. facit de ſen.ex. quoniam,lib.
6.& commendabile eſt ædificare templũ Dei. 12.q.2.
4 aurum[*Eccleſia*]i.baſilicam.conſtruitur † enim baſili-
ca.quæ poſtea, dũ cõſecratur,dicitur eccleſia.de hoc,
ſupra ti.2.c.1.& hæc differunt,infra ti.2.c.ult.uel reſpi
cit factum iam perfectum,nõ ut fuit, ſed ut eſt.ſ.cum
iam eſt conſecrata [*Cum*] quidam faciunt differentiã
inter,cum, & de, quam non curo,ut dixi de ele. cum
in ueteri.& plenius de reg.iur. nullus ex conſilio, li.6.
ad fi.quæſtionis[*Aſſenſu*] ar. uiolenter conſtruentem
non acquirere ius patro.ar.ſupra eo.cõſultationibus.
ar.contra.ff.de con.inde.ſi urbana.Vin.& no.quod di
cit,aſſenſu.non enim ſufficit petere conſilium, ſicut,
ſupra de ele.cum in ueteri,de arbi.cum olim,uel licẽ-
5 tiam, ſicut de regul.licet[*Diœceſani*] qui ſi † conſentire
nollet,agetur coram ſuperiore,ſuper quo uide quod
dixi,ſupra eo.nullus[*Conſtruxerit*] ſi fundator poteſt &
uult ſolus ædificare, & dotare,diœceſanus alium non
admittet,vt uitetur diſſenſio,quam cõmunio ſolet in
ducere.ff.de leg.2.cum pater. §.dulciſſimis. Hoſti. ad
hoc de ſen.ex.ex tenore,& de ui.& ho. ele.quoniam.
licet enim uideatur expediens eccleſiæ habere plures
defenſores,ubi boni eſſent: tamen docet experientia
hodie potius non expedire propter ipſorum malitias
6 diſcordias,& onus alẽdi. Quod † autem dicitur hic de
conſtructore,nõ intelligas de fabro,qui recepta mer-
cede operarum fabricat.ad hoc conuenit uerbũ,Re-
ceperunt mercedem ſuam, de pę.di.3. cauendum. ad
quod Luc. 16. & ff.de acquir.re.do. adeo.§ cum quis:
ſed de illo,cuius ſumptibus conſtruitur, licet. n.quan
doq; non differant,an ſumptibus an labore quid fiat,
de deci.ex parte:non tamen locũ habet id.cum labor
impenditur in alieno,ſed in proprio.eo.ti.dilecti. Pu-
to tamen,ꝙ ſi ſic conuenirent & faber, & alius, ꝙ ille
precium,uel tigna,& iſte operam poneret,ꝙ faber pa
tronatum acquireret, dummodò hoc fieret auctori-
tate diœceſani,ut hic.& facit quod dixi,ſupra c.1.Po-
teſt enim ſic contrahi ſocietas.ff.pro ſocio.l.5.quæ in-
cipit,ſocietas.§.1.Et idem puto eadem ratione de his,
quorum unus ponit precium tignorũ, & alter operá-
rum precium: & eadem ratione puto. ꝙ qui dat pre-
cium dotis emendæ,ſit patronus.ad hoc.ff.de vſuf.ga
qui precio [*Ex eo*] tribus de cauſis acquiritur ius patr.
& tria debentur patrono ex eo iure,quę omnia patẽt
his uerſibus. Patronũ faciunt dos,ædificatio, fundus.
Patrono debetur onus,honor,emolumentũ.Præſen-
tat,præſit, defendit,alatur egenus. Goffr. alios uerſus
uide infra eo.cũ propter. Et hæc quæ dicuntur de pa-
tronatu acquirendo, ſunt uera, quando hæc fiunt de
conſenſu diœce. ſed ſi alterum iſtorum fieret ſine ip-
ſius aſſenſu,reliqui habentes conſenſum eſſent patro
a ni: iſte uerò [a] non, ſm Hoſti. Quid iuris de reædifica-
tione,dictum eſt, ſupra eo.quoniam,& adde quod di
xi,ſupra c.1. Alij uerò uerſus,inquantum dicunt, Præ
ſentat, præſit,inſpiciũt honorem.uer. defendit,onus,
ver.alatur,&c.Emolumentum.& hæc exponentur in
fi.c.(*Ius patronatus*) quid ſit hoc,dixi in rubrica(*Acqui-*
7 *rit*) obiicitur. ſi ædifico in † alieno, ædificium cedit ſo
b lo [b] .ff. de acqui.rerum do.adeò.§.cum in ſuo, & inſti.
de rerũ. di.§. cum in ſuo. ergo ſoli domino fundi cõ-
petit hoc ius. So.hic bona fide, & de conſenſu domi-
ni fundi conſtruit. Item ius patro. competit ex domi
nio tranſlato, non ex retento; quod patet etiã in fun-
do,& dote.10.q.1.ca.2.nec quæritur hic,an uendicet,
ſed an patronatum acquirat,ſicut & patronatus liber
ti competit ex dominio ſerui perdito per manumiſ-
ſionem.ff.de iure pa.per totum, de re.eccle.non alie.
8 c.3. (*Conuentuali*) quæ † dicatur conuentualis eccleſia,
Inno.no.infra eo.poſtulaſti,& Hoſt.hic.Dixit autem
ibi Inno.conuentualem probari per priuilegium.per
quod conſtituitur collegium, & datur ius collegii. ff.
de col.illi.l.3. infra de priuile.porro. ꝙ ſi priuilegium
non apparet, & conſtat,ꝙ in fundatione ſui fuit ordi-
natum, ꝙ ibi eſſent tres clerici, uel plures. & pro tot
fuit dotata, tunc ſimiliter collegiata cenſebitur.ar ff.
de ele.c.1.ubi de hoc.& expreſſius de conſue. cum di-
lectus.ad hoc de conſe.di.1.nemo. 10.q.1.c.1.1.q.4. pla
cuit,& infra de cenſib. quanto. Si uerò conſtat fuiſſe
ordinatum, ꝙ non haberet ius collegii. ſed patronus
haberet repreſentationem, ponebam Paduæ exem-
plum in Arena compatris mei. d. Henrici, licet nunc
ſit mutatum,ut audiui, uel ꝙ ibi eſſet unus rector tan
tum cum uno clerico; tunc non cenſetur iure collé-
giatæ; & ſic poteſt intelligi, ſupra de uita & hone.cle.
ut quiſque, & 16.q.7. piæ mentis, & c.ſe. & in hoc tit.
quaſi per totum.& in hoc caſu ſi contingeret ibi plures
clericos ordinari,nõ tamen erit collegium.niſi patro
nus conſentiat,& omnes alii,qui ex mutatione ſtatus
læduntur,ar.hic & ex iuribus allegatis in glo. Si uerò
non apparet, qualiter eccleſia fuerit inſtituta.tunc ſi
clerici ſunt in poſſeſſione collegii, defendentur in il-
la,& econtra.ſi alius ſit in poſſeſſione ſubiectionis,&
præſentationis quaſi rei nõ collegiatæ. defendetur in
illa,de inſti.cum ueniſſent, ſupra eo.cõſultationibus,
de reſti.in integ.c.2.de proba. ex literis.C.de libe.cau-
ſa.l.lite ordinata, ff.de libe.cauſa.lite ordinata. ex quo
cõſtat de iure collegii,ius remanet in uno ſolo,& eli-
get ille nomine eccleſiæ, non ſuo tantum, argum.65.
di.ſi forte.ubi de hoc, & ſupra de poſtula.c. 2. Dicit ta
9 men Inno.ꝙ † epiſcopi, & alii clerici poſſunt habere
electiones, & collationes præbendarum, & aliarũ di-
gnitatum etiã in eccleſiis collegiatis, uel quia fuit ſic
ab initio conſtitutum, uel ex priuile.uel ex conſuetu.
ſpeciali.ſupra de conſue. cum dilectus, de uerbo. ſig.
Abbate, de exceſ. præla.accedentibus. de his quæ fi.à
præla. ea noſcitur,de elec.conſiderauimus,& c.bonæ
i.& idem dicendum eſt de laicis ſm eum. ſed tamen
per collationem laicalem nullum ius habebunt per
eos inueſtiti,uel fraternitatem de collegio,donec per
epiſcopum, uel alium clericum iura ſpiritualia & ca-
nonicalia acquirantur, ar.63.diſt. in ſynodo, & remi
ſit de hoc, ſupra de elec.ꝙ ſicut,ubi uide in glo. ſi uo-
luerit, in fi.Sed quantum ad iſtud ultimum dixit Ho-
ſti. ꝙ laicus ex ui iure pa. non habet conferre benefi-
cium, ſed tantum ius repræſentandi ad illud, infra ca.
ulti.ſiue quæratur de præbenda,quod dicut ſupra de
conceſ.pręb.c.fi.ſiue de parochialibus eccleſiis,ut ſu-
pra, & infra per totum. Si uerò quæratur de prælato
conuentualis eccleſiæ, de iure communi collegium
eligit ſine permixtione laicorum,niſi &c.vt ſequitur.
Dixit etiam ipſe Hoſt.quicquid Inno. ſupra dixerit di
10 ſtinguendo, ꝙ † quędam eccleſiæ iure communi ha-
bent ius collegii, ſicut cathedrales, & regulares, quæ
ad congregationem tenendam ſufficienter ſunt dota
tæ,& quæ in communi uiuunt.& poteſt colligi,ſupra
de elec. ne pro defectu, de ſtatu mo.monaci.§.fin. de
conſue.cum dilectus,de ui.& ho.cler.quoniam.& ta-
les poſſunt habere ſigillum, & arcam communẽ. ſu-
pra de app.ſignificauit.quod ergo diſtinctum eſt, dẽt
intelligi de aliis inferioribus eccleſiis,ſuper quo uide
quod no.infra de exceſ.præl.dilecta.& no. ſecundum
11 † eum,ꝙ hi ſunt actus, per quos poteſt colligi ius, uel
quaſi poſſeſſio collegii, ſigillum, & uſus ſigilli, ut eſt
dictum: tractatus communis in c.de proba.3. arca cõ
munis.ff.quod cuiuſque uniuer.l.1.refectoriũ, & dor
mitorium commune,de ſtatu mo.;cum ad mona.de
uita & ho. cleri. quoniam. communis fraternitas, &
12 ſimilia,ſupra de dona. inter dilectos [*Prælati*] in † pre-
bendis poſſet, ſupra de præben. dilectus, ulti.de con-
ceſ.

ceſ.præben.c.ulti.[*Honeſtius*]i.deſt honeſtè, ut patet ſu-
pra de ele.cum terra, & c.ꝙ ſicut. & cautum eſt facta
electione requirere talem aſſenſum. de ele.ſacroſan-
cta, ne excipiat contra ipſum ante confirmationem,
uel cōſecrationem, infra de accu.cum his; puta quia
diceret eum ſuum inimicum capitalem. vnde talem
in terra ſua non ſubſtineret, de iureiu.petitio, & eſt in
ſta cauſa ſecundum Vinc.qui hoc no.ſupra de ele. ſa-
croſancta. maximè cū patronus eſt princeps, qui ha-
bet defendere eccleſiam. 23.q.5.princeps, & ſuſpectus
& qui non diligitur, non eſt dandus in epiſcopum.63.
di.ſi forte, ſicut nec promoueri debet in principem,
qui ſuſpectus eſt eccleſiæ, ſupra de ele.uenerabilem.
uel ſecundum Hoſti.ſi dicat. ꝙ eſt prodigus, inhone-
ſtus, & malus diſpenſator, uel adminiſtrator. nam &
poſt conſecrationem uidetur patronus talia denūcia
re.16.q.7.filiis 18.q.2.abbatem: multofortius ante, de
iureiur.quemadmodum: aliàs propter ſuum diſſenſū
non uitiabitur electio, ex quo nil opponit rationabi-
le, ſupra de elec.ꝙ ſicut, & c.cum terra, in fi.ſecūdum
Hoſti.[*Aſſenſu*]uide, quod no.63.diſt.c.1.in 1.glo.[*Niſi*]
reſpicit, quod dixerat, non electioni prælati faciendæ
[*Tractandæ*]quaſi dicat non ſolum electioni iam factæ
conſentiet, ſed etiam in tractatu electionis requiretur
ſi hoc habet de priuilegio, conſue. uel ſtatuto. ſua ta-
men vox non afferret ſuffragium, ut in contrariis, ſe-
cundum Inn. & Hoſtienſem. unde poterit & debebit
eius requiri conſilium, ſi hoc obtinuit de cōſuetudi
ne, vel dic[*tractandæ*]preces offerendo, quas ſi pro ido-
neo & utili offerat, æquum eſt, nō neceſſarium exau-
diri, ſupra de æta.& quali.tuam, in fin. Hoſti.[*Capella.*]
etiam curata[*In qua*]i.ad quam[*Vnus*] ſupra de præbē.
cum non ignores, & ſupra eod.ca.3 [*presbyter*] ſufficit
13 †ꝙ ſit clericus talis, qui poſsit in preſbyterum promo
ueri, de inſti.c.2.lib.6.unde dic[*presbyter*]i. in preſbyte-
rum ordinandus, ſi eccleſia eſt parochialis.non colle
giata; quod dic.ut de ele.licet canon.& c. ſtatutum, li.
6.[*Et*]pro idest.vel expone[*eligitur*]ideſt, preeligitur, &
præoptatur. Goff.uel[*eligitur*]in mente ipſius patroni,
uel eum nominando.& uocando, & poſtea præſenta
tur epiſcopo. ut ſequitur. non tamen ius plenum ac-
quiritur, ut patet ſupra ea. proxi. Dicitur autem ideò
eligere, quia præſentat, quem uult, ſupra eo.ſignifica-
14 ſti, ſecundum Hoſti.[*Inſtitutione*]an †auctorizabilis in-
ſtitutio per alium ꝗ epiſcopum fieri poſsit, ſatis dixi,
de offi.archi.cū ſatis[*Loci epiſcopo*]uel eius capitulo ua-
cante ſede, infra de inſti.ca.1. lib.6.[*Præſentatur*] uide
quod dixi, infra c.fi, in glo.fi.[*Pro fundatione*]fundo ſci-
licet illo, ſuper quo fundata ē eccleſia, acquiritur ius
patronatus, ut dixi, ſupra c.1. ſuper 1. glo. & quod hic
dicit de fundatore, idē intelligas de quolibet alio pa-
15 trono[*Honor †proceſſionis*]ut ſcilicet proceſsionaliter oc
curratur ei, ſi ſit talis, & tantus; puta rex, uel magnus
princeps. hoc poſſet ſeruari uſque ad ambitum eccle-
ſiæ, & quando raro uenit ad illam, uel ut primum lo-
cum teneat in proceſsione, uel in eccleſia, uel inter
alios laicos ſecundum Hoſti. Ex talibus enim tribuit
honor. ff. de albo ſcri.l.fi. infra de priuile.ex ore.17.di.
c.2.& §.ulti.uel, ut no.in c.piæ mentis. proceſsio poni
tur pro præſentatione: & ideo, quia in illa procedit ad
epiſcopum cum eo, quem præſentat in eccleſia non
collegiata, uel in præbenda collegiatę, ſupra de con-
ceſ.præb.c.fi.ſecundum Hoſti.[*Seruatur*]16.q.7. piæ mē
16 tis, & c.Frigentius[*Inopiam*]inops† quaſi ſine opibus,
ſic optimates abundantes opibus, infra de ele. funda
menta.§.ne autem. Ponitur ergo hic in, pro ſine.& de
multiplici ſignifi. huius dictionis uide in ſpecu. de di-
ſpu.& alle.§.poſt hæc, uer. uel ibi in, ponitur. & no. per
hoc unum emolumentū, quod habet patronus.& ſic
ex eo iure uidetur locupletior; & tamen regula iuris
ciuilis dicit, ꝙ locupletior non eſt factus, qui liberū
acquiſiuit. ff. de reg.iur.nemo prædo.§.1. ſed ibi alia li-
tera habet liberum: ſecundum literā, Libertum, po.
ca. ut ibi not. per l.ff.de præſcript. uerbis, naturalis, in
prin.& §.fi. ne ſit contra. ff. de ac.emp. l.idemque, in fi.
uel dic illud loqui de manumittente ſeruum, qui re-
ſpectu prioris ſtatus non eſt locupletior, ſed paupe-
17 rior[*Vergit*]ut †no.16.q.3.quicunque, intelligitur hoc
quando eccleſia ſibi abundat: ſecus, ſi egeat. 86.di.nō
ſatis, infra de cenſi.licet, ad hæc infra de ex.ædi.de his,
C.de ſerui.l.præſes, de offi.or.præſcati.§. porro.lib.6.
Sed quale eſt iſtud priuilegium. nonne tenetur eccle
ſia omnibus pauperibus ſubuenire, 16.q.1.quoniam?
Reſpondeo ſecundum Phi.ſic. ſed iſtis abundantius, ꝗ aliis,
ſupra de teſt. cum in officiis. & melius prouidebit ei,
qui prius fuerat diues 41.di.nō cogantur. & idem no.
Io.16.q.7.piæ mentis, & c.quicunque.licet ergo tenea
tur prouidere pauperi, ne fame pereat, huic prouide-
bit honorificè, ſi abundat. Item ſi non ſufficit omni-
bus, præponet patronū. Item continuè prouidet pa-
trono: pauper quærat etiam ab alio. Itē pauperi non
eſt prodita actio, licet eccleſia teneatur. de hoc 1.q.7.
exigunt. ſed patronus ad hoc actionem habet p hæc
iura. habet etiam ipſe patronus onus defendendi ec-
cleſiam, & pro ipſa pugnandi, & aduocandi.16.q.7.
filiis.& ideo dicitur aduocatus, uicedominus, cuſtos,
uel guardianus, ſupra eod.præterea. Caueat ergo, ne
hoc in eo conuertatur, ſicut hodie pro maiori parte
accidit, ſupra eo.relatum §.1.ſecundum Hoſt.[*Ab eccleſia*]idē
18 †in liberto quo ad ſuum patronū. ff. de libe.agno.l.fin.
& econuerſo. ff. de iure pa.diuus, in fi.ſed nunquid idē
in uaſallo quo ad dominum inopē? uide in ſpe.qui fi-
lii ſint legi.uerſi.ſed nunquid dominus[*Succurritur*]in
domo propria. ff. de uſu, & habi.l.plenum.§.ponis, ſi
ſi uellet in eccleſia ſtare. Ab. Sum.n.expertus aliquos
nolle alimentari in eccleſia, ne uideantur conuerſi.
Nunquid uxor, cui alimenta debentur, in domo viri,
c uel eius hæredum, ᶜ ſit alenda, uide in ſpec. qui fi.ſint
19 leg.uer.ſed pone, petebat, & uer.ſeq.¶ Tertia †glo.Re-
ſpondet per qōnem, quæ dicatur conuentualis eccle-
ſia.¶ [*Glo.non uidetur*]obiicit, & dupliciter ſoluit.¶ An-
tepe.glo.quærit, alle pro & contra. dat unam ſolutio-
nem, cui opponit, & oppoſitioni adhæret, finis. reſpō
det per quæſtionem, an perdat patronus ius præſentā
di eum &c. & ſoluit reſpondens ad contrarium.¶ [*In*
20 *†glo.prima ibi, §.illud*] non prius licet ædificari monaſte-
rium, quàm diœceſanus epiſcopus locum conſecret,
& ibi crucem figat.¶ [*In glo. antepe. ibi, is cuius familia, in fi-
ne*]ſi non defenditur dominus, cuius familia mihi pro
hibet aquæductum, iubet prætor illius bona poſside-
ri, donec ius aquæducendæ conſtituat, ſi quod detri-
mentum ſiccitate obuenit; puta quia arbores exaruiſ
ſent, illud emendet [*& ibi.l. ulti.*]uide infra eo.gloſ.
[*& ibi, ſi quis domino*]uide ne præ.ui.ſu.c.fi. ſuper glo.2.
¶ [*In glo.pe.ibi, ſed & ſi quid §. 1.*] uide de cleri. non reſi.
21 quia nonnulli, in 1.glo.¶ [*In †glo. 1.ibi, nemo*] & ut ibi pa
tet, hoc intelligitur, de diœceſano loci, in quo funda-
tur eccleſia, nō fundatoris tantum. ad idem de ſocō-
pet.ſane. C.prædi.& ali. re.min.l. ſi prædium. ad hoc.
quod infra dicit, Loci epiſcopo, & 16.q.5.c.1. & opti-
me, infra de priuile.auctoritate, in prin. lib.6.¶ [*In glo.*
2.ibi, conſtructione]de refectione no. ſupra c.3.[*& ei ſi.*]
22 & c.monaſterium.¶ [*In †glo.conuentualis, in fi.*]de hoc ſu-
pra de poſtula.c.2.& 65.di.ſi forte.dixit hic Vincen.ꝙ
pluralitas facit collegium, cum ad hoc ſint inſtituti,
ut corpus faciant, & remit.ad no.per eum, de elec.ſa-
croſancta.¶ [*In glo.honeſtius, ibi, neceſſe*] & hoc tenet Vin-
cen.in decre.ſacroſancta, per decre.cum terra, dicens
quod ſi contemnatur, debet caſſari: ſed hoc non cre-
do, nec uideo effectum huius opi.nam & quando pe-
ter eſt

teret, illam caſſari, poſſet requiri: non ſic in clerico, qui à principio debuit intereſſe. hoc dico, quia ad requiſitionem huius conſenſus non habemus determinatum tempus, uirium ergo ineſt electioni, quæ fit canonico contempto: ſed licet non requiratur cõſenſus patroni ſuper electione iam facta: electio ta-
23 men in ſe non fuit uitioſa. ¶ [*Inea glo. in fi.*] quod † capitulum uidetur huic contradicere, cum ibi uideatur innui, ꝙ in eccleſia collegiata patronus eligat cum collegio. Dicebant antiqui, quòd illud uetus, hoc nouum. uel non dicitur ibi, ꝙ eligat, ſed ꝙ electum confirmari poſtulat, ſecundum Tan. & hoc ſatis patet: quia tex. dicit ibi, Monacorum electio, & poſſeſſionis dominus popoſcerit. unde non poſuit patronum inter eligentes. ¶ [*In glo. non uidetur, ibi, laicum*] poſſes dicere ſolum: & ſic ceſſat contrarium ſecundum quoſdã, ut recitat Vin. in c. ſacroſancta. Hic verò eligebat cum clericis. & eſt ſi. ſupra de arbi. per tuas. Sed hoc nõ placet ad hoc, infra de elec. ex eo quod, li. 6. nec ob. decr. per tuas: quia arbitrari non eſt ita ſpiritualis actus, ſicut eligere, etiam ſi ſuper ſpiritualibus feratur arbitrium, cum nõ per arbitrum, ſed per illos, inter quos fertur, exerceatur poſtea ille ſpiritualis actus. Præterea & auctoritas ſuperioris uidetur tunc neceſſaria, ut ibi [*& ibi, ſicut credo*] idem Hoſti. nec ob. in auth. de ec. ti. §. ſi quis ædificationem: quia ei non eſt ſtandum in talibus 10. di. c. 1. ſecundum eum. poteſt & aliter intelligi, ut dixi ſecundum eum ſuper uer. tractandæ [*& in*
24 *fi.*] aliam ſolutionem collige ex fine ſeq. glo. ¶ [*In glo. ſed nunquid, ibi, non poſſit fieri collegiata*] ad hoc, infra de exceſ. præ. dilecta. & hoc tenet hic Vin. alle. infra eo. poſtulaſti. Et idem Hoſtien. ſupra eo. ſuggeſtum. & facit quod poſt Inno. ibi dixi, & ſupra eo. c. ſuper uer. conuentuali, poſt prin. [*& ibi. monaſterium*] ubi de hoc.

ANNOTATIONES.

a ¶ Iſte uerò. Qui ergo probat ſe unum ex prædictis feciſſe, niſi probet conſenſum epiſcopi, non habet patronatum: quod non aduertunt plerique iſta facientes. ſi abbas, uel prælatus, uel alius fundat eccleſiam, & proceſſu temporis in illa per alios fiant capellæ, uel beneficia, quia ius patronatus expreſſe in illis non retinet. an ad primum fundatorem pertineat in illis ius patronatus, uel ad illos, uide in dec. nouis illorum de Rota, conclu. 35. & 77.

b ¶ Cedit ſolo. Stante ædificio; illo uerò deſtructo redit materia ædificii ad ædificantem. uide l. 2. & ibi doctores. & Bal. C. de rei uend.

c ¶ Hæredum. Vide doct. & Bald. in l. 3. C. de lega. & an hæredi laborare debeat, ibi per ip'um & Bar. in l. Caio. §. fin. ff. de ann. lega. & uide Bart. in l. libertis. §. fin. ff. de ali. & ci. le. & Ioan. And. de præben. cum ſecundum, in glo. per hoc.

SVMMARIVM.

1 *Præſentare ſe patronus eccleſiæ uacantis ad eam non poteſt, & quare nu. 2. ſed filium poteſt, ibid. & qua alia nequeat, nume. 2. in fin.*

2 *Dubitandi, & decidendi rationes quæ in caſu huius decretalis.*
Sibi quid aſcribere, uel dare in quibus prohibeatur.
Temporalia differunt à ſpiritualibus in acquirendo, & qualiter.
Patrono licet non præſentante inſtitutio an & quando irritanda, cir. fin. uer. nec obſt.

3 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum, nu. 4.*
Correlatiuorum natura quæ.
Inter eligentes an & quando ſit electa perſona computanda, iuncta gloſſ.

CAPVT XXVI.

1 PEr noſtras. Caſus. Patronus † eccleſiæ uacantis ad eã ſe præſentare non poteſt, & ſunt duæ partes. in prima conſultatio, in ſecunda reſpõſio ibi, cum igitur. & antiqua litera, per noſtras. & eſt uera litera per uer. poſtulaſti. & quia ſcribit uni [*Cle-*
ricus] hoc dixit: quia de laico nõ fuiſſet dubitatio [*Ido-*
2 *neus*] ut maior ſit dubitatio [*Præſentare*] uidebatur † ꝙ ſic, quia magis debemus nos diligere, quàm alios, ſupra de uſu pal. niſi ſpecialis: tum quia factum patroni non ratificatur niſi per approbationem diœceſani. ſupra eo. quod autem. ſed contrarium reſpondetur ſecundum Hoſtien. [*Ingerere*] ſic non debet quis ſe ingerere procuratoris officio. ff. de procura. quæ omnia, nec ſibi tutelam aſcribere. ff. ad l. Cor. de fal. l. uxori. §. qui ſe. nec auctoritatem præſtare. ff. ad Trebel. l. c. 1. §. fuit. Sed contra ff. de contrahen. emp. l. fiſtulas. §. fundum, ubi tutor ſibi ipſi poſſeſſionem tradit. So. non ſimpliciter ſibi tradit, ſed egrediente familia pupilli ipſe ingreditur. Goff. aliter reſpondebat hic Hoſtien. dicens aliud in temporalibus, in quibus habet locum ſucceſſio, nec in aditione requiritur iudicis auctoritas. ff. de acquir. hæredi. l. pro hærede. aliud in ſpiritualibus, in quibus nec ſucceſſio locum habet, ſupra de fil. preſ. ex tranſmiſſa, nec ſine iudicis auctoritate acquiruntur, ſupra de inſti. cap. 3. & no. de offi. archidi. cum ſatis, & ſupra eo. relatum. §. ſeipſum. pater uerò poteſt filiũ præſentare; quod dic, ut ſupra eo. conſuluit, & ca. quia clerici, ſecundum Hoſti. qui etiam dixit hic & in ſumma huius ti. in fi. ꝙ ſi uacante eccleſia epiſcopus uocat talem patronum, & confert ſibi ex ſuo officio eccleſiã, ꝙ poterit conſentire, & ualebit collatio: quia talis ſe non ingerit, ſed uocatur à Deo, ut Aaron, ſupra de ele. qualiter. nec eo, quod eſt patronus debet fieri conditio ſua deterior, imò melior. ſ. c. proxi. in fi. ſ. de teſta. cum in officiis. nec ob. ſi dicis, ꝙ inſtitutio facta patrono non præſentante omnino ſit irritanda, ſupra
a eo. illud, in fi. nã & ſufficit, ꝙ patronus conſentiat[a] ex poſtfacto, ut patet, ſupra eo. ſi uerò. & interdum ordinat epiſcopus eccleſiam nõ præſentante patrono, ut infra eo. cum autem, & c. cum propter, ſupra c. 1. 2. & 3. & facit quod ibi dixi, ſuper uer. plurimorum. nam & de ueritate iuris habet epiſcopus beneficia conferre, licet de gratia toleretur, quod patronus præſentet, ſupra capitulo quoniam. Præterea de ipſius fit cõſenſu, ex quo uocationi factæ ab ipſo epiſcopo cõſentit, nec eſt admittenda ſubtilitas, ex qua ſequi poſſet perplexitatis abſurditas, arg. ſup. de appel. interpoſita, ad fi. nec ob. quod hic. & in fi. dicitur, quod locum habet, cum quis ducit primam originem à ſeipſo, quod patet, ſupra de elect. cum in iure, de ſorti. c. fi. [*Perſonatum*] idem dicas de canonia, uel alio beneficio, cũ ea-
3 dem ſit quo ad hoc ratio. ¶ Prima † glo. ſignat contrarium. ¶ [*In prima glo. ibi, quæ omnia*] uide de procura. mandato, in fi. 2. gl. ¶ [*In glo. 2. ibi, prætor*] uide in c. cum in iure, ſuper 1. gloſſ. [*& ibi. l. ulti.*] uide de inſti. c. fina. ſuper
4 glo. 2. ¶ [*In † glo. prima in fine, ibi, coelegit ſe*] non elegit. ¶ [*In glo. 2. ibi, prætor*] ſecundum Ioan. [*& ibi. l. ulti.*] Eſt enim natura correlatiuorum, quòd unum non ſit reliquũ, ff. de rerum permu. l. 1. in prin. Hoſtien. [*& in fine*] hoc uerum in forma ſcrutinii: ſecus in forma cõpromiſſi, ſecundum ea, quæ dixi, ſupra de elect. cum in iure. & eſt ratio ſecundum Hoſt. quia in ſcrutinio, cũ ſecretò fiat, habet originem à ſeipſo, quod eſſe non poteſt: ſed in compromiſſo poſſunt alii ipſum audientem nominare, & ſic poteſt conſentire ab aliis nominatus, cũ tunc non habeat originem à ſeipſo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Conſentiat. Et talis receptio beneficii uidetur tacite præmiſiſſe præſentationem præambulam, & iſte actus receptionis continet plures actus l. 3. §. ſi debitorem, ff. de dona. inter ui. & uxo. facit l. illud, ff. de acquir. hæredi. & uide ad hoc bonam glo. in clemen. prima, de conceſ. præben. & ibi probatur.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Si patroni ad eccleſiam uacantem intra quadrimeſtre non præſentant, & quo alio caſu epiſcopus ordinabit eccleſiam, & numer. 3.*

2 *Inter patronum laicum, & clericum quæ differentia.*

4 *Additio gloſſarum.*

C A P V T XXVII.

1 CVm propter. Caſus. Si†patroni ad eccleſiam uacantem intra 4. menſes non præſentant,
epiſcopus ordinabit eccleſiam. uel ſi quæſtio iuris patro. non diffinitur, infra 4. menſes, epiſcopus ordinabit eccleſiam ſine præiudicio euincentis.
& ponit dictum, & proteſtationẽ ſubdit ibi, ita quòd
[*Laicorum*] patronorum: quo caſu locum habet, quod
a hic dicitur de quatuor[a] menſibus quod dic, ut infra,
eo. c. uno, lib. 6. [*Aliquos*] laicos ut præmiſit. differunt
2 † enim patroni laici, & clerici in his, quæ his uerſibus
continentur. Clericus, & laicus diſtant per plura patroni. Pœnitet, & tempus, ſubiectio, pœnaq; forſan.
Et ratio, titulus, donum coniungitur iſtis. Pœnitet.
quod dic, ut legitur & no. ſupra c. cum aũt. Tempus,
ut nunc dixi. & habes, infra c. uno lib. 6. Subiectio, quia
magis eſt aſtrictus poteſtati eccleſiæ clericus patronus, quàm laicus. quod dic, ut infra ca. proxi. & ſupra
de offi. leg. dilectus. Pœnaque forſan. nam ſecundum
quoſdam clericus priuatur poteſtate præſentandi ea
b uice, ſi minus[b] idoneum præſentat: ſed laicus non priuaretur. ſed ſecundum Hoſtien. idem in laico, ut probatur in auctẽ. ut hi qui. ecc. §. fi. coll. 5. & de ecc. ti. §.
ſi quis ædificationem, in fi. colla. 9. & de ſanctiſ. epiſc.
§. ſi quis oratorũ domum, colla. 9. & ideò dicitur forſan, quia opiniones ſunt. quod dic, ut de ſup. neg. præla. cap. 2. de offi. ordi. cum uos. tene quod ibi dixi ſuper gl. 2. poteſt notari. 5. differentia quò ad rationem
reddendam. unde dixit uerſus, Et ratio. quod dic, ut
ſupra eo. ex literis 6. quantum ad aſsignationem tituli
ordinandi. unde dixit, Titulus; quod dic, ut infra eod.
paſtoralis, & c. poſtulaſti. 7. quia clericus fit patronus
ex donatione ſiue auctoritate epiſcopi: ſecus in laico.
& ideo dicit, donum. de hoc, ſupra eo. ſignificaſti, &
c. ex inſinuatione. de his differentiis quantum ad expoſitionem primorum uerſuum no. plenius in ſumma eo. ti. §. in quibus differant, & per ultimum uerſi.
ſuppletur, quod ibi deeſt ſecundum Hoſtien. [*Idonea*
3 † *ordinare*] contra ſupra cap. 1. So. quando quod hic dicitur non poteſt fieri ſine ſcandalo, debet fieri quod
ibi dicitur. uel aliter ut ibi. Innocen. [*In poſterum*] ſic ſupra eod. conſultationibus; quod dic ut ibi. Hoſtien.
4 ¶ Glo. † allega. unam concord. ſignat unum contrarium, & utrobique remittit.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ De quatuor. Et ſi intra tempus ſuum patronus non præſentat, & ſic deuoluitur ius ſuum ad epiſcopum, & epiſcopus negligens eſt in conferendo, an illi currat tempus a die uacationis, an a die finis termini patroni dati a iure, uide in deci. Ro. conclu. 289.

b ¶ Minus. Et an dicatur idoneus monacus, ſi præſentetur ad eccleſiam parochialem, uide in deci. Ro. conclu. 288. & eo ipſo, quòd clericus patronus uariat, dicatur priuatus iure ſuo, quaſi indignũ ſcienter præſentauerit, uide in deci. nouis Ro. conclu. 149.

S V M M A R I V M.

1 *Legatus de latere quam eccleſiam reſeruare non uacantem, & uacantem poſſit conferre, & quam poteſtatem habeat, nu. 5. cir. fin. & num. 17.*

2 *Reſeruare an poſſit ſimiliter delegatus à papa, & quando quis, cũ ſcriptum ſit, ut prouideat alicui de beneficio in una uel pluribus eccleſiis, id facere poſſit, cum formis reſeruationum, nu. 3.*

4 *Prouiſor delegatus an uariare poſſit, & quando, & nu. 11.*

5 *Reſeruationes, & acceptationes beneficiorum an fieri poſſint ultra unum, & nu. 8. uer. & licet, & 11.*

6 *Poſt reſeruationem, & inhibitionem beneficij facta collatio an teneat.*

7 *Prouiſio ſecundi impetratoris non tenet, donec primo non ſit prouiſum, & quo caſu.*

Prouiſor delegatus, ut impetranti prouideat in aliqua eccleſiarum certæ ciuitatis, uel diœce. uel de aliquo beneficiorum pertinentium ad collationem abbatis, quod conferre poteſt, & ante quàm conferat ipſe, ſi fiat collatio ab eo, ad quem ſpectat, tenebit.

Idem, ſi deputatus ſpecialiter alius prouiſor, ſiue etiam ſecundus generaliter deputatus conferat de prædictis aliquam eccleſiam prius.

Delegatus generalis non habet poteſtatem ſuper contentis in clauſula generali ante, quàm exprimantur.

Reſeruatio comparatur expreſſioni.

9 *Prouiſio ſi ſit uſque ad certam ſummam, an niſi de uno poterit prouideri, & nu. 8. cir. fin.*

10 *Prouiſio ſi concedatur de conferendo primò uacaturo in eccleſia, uel diœceſi, non collato primo, poteſt ſecundum, tertium, uel ulterius conferri, ſed hoc non eſt perpetuum, uide nu. 12.*

11 *Prouiſor ſi moriatur poſt in aliqua eccleſia reſeruationem factam, ad quem prouiſio redeat.*

An & quando poterit ſuſpendere collatores, & de forma ſuſpenſionis, & an eos citari debeat.

12 *Prouiſor habens prouidendi poteſtatem in primo beneficio uacaturo in eccleſia, diœce. uel prouinciam quo debeat prouidere, & ſupra nu. 10.*

Prouiſor quid ſi habeat poteſtatem conferendi, cum ſe facultas obtulerit? in fin.

13 *Adiudicatio beneficij fit cum fructibus.*

Fructus non facit ſuos, qui non eſt canonicè adeptus beneficium, & nume. 16.

14 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 15. 16. & nu. 17.*

17 *Collatio non poteſt fieri à legato ante uacationem reſeruatæ eccleſiæ.*

Reſeruationis poteſt mutare propoſitum.

18 *Reſeruationis ui non poteſt ſtatim facere in canonicum, pro quo reſeruauit, recipi.*

Reſeruatione una pendente, non poteſt aliam facere in eccleſia collegiata, ibid.

C A P V T XXVIII.

1 CVm dilectus. Caſus. Legatus † de latere eccleſiam, cuius alia eccleſia eſt patrona, ſuæ
collationi reſeruare poteſt, licet non uacet; & conferre, cum uacat. Et ſunt duæ partes. in prima ponitur petitio. in ſecunda diffinitio ibi, Nos igitur. Hoſtien. ponebat literalem caſum, quem breuitatis cauſa, & quia ſatis patet, prætermitto [*Vacare contingeret*] no. legatum de latere poſſe reſeruare donationi ſuæ primam præbendam uacaturam cõferendam
certæ perſonæ, quamuis ipſam prius, quàm uacet,
non poſſet promittere, uel conferre: hoc ipſum poteſt delegatus, cui papa commiſit, quòd alicui prouideret ſecundum Innoc. ut eandem poteſtatem recipiat delegatus in ſpeciali commiſsione quò ad ipſam
exequendã, quam recipit legatus in generali; & ſunt
ſecundum Hoſtien. efficacia, argum. de conceſ. præben. quia cunctis. §. ex parte, de offi. dele. ſtuduiſti, de
conſti. tranſlato. ff. pro ſocio, actione. §. renunciare.
2 ff. de admi. tu. ſi duo. §. fi. Eſt tamen † diſtinguendum
ſecundum Innocen. quia ſi mandatur alicui prouideri de primo beneficio, quod uacabit in eccleſia, primum beneficium, & non aliud ſuæ donationi poterit

rit reſeruare. Si uerò papa mandauit, ꝙ alicui proui-
deret in aliqua ciuitate, uel diœceſi de primo benefi-
cio, quod ibi uacauerit, ſuæ donationi reſeruare po-
terit beneficia illius diœce. uel prouinciæ in hac for-
ma. ſcriberet enim cuilibet eccleſiæ, cum papa mihi
mandauerit, ꝙ tali prouideam in primo beneficio,
quod uacare in iſta diœceſi. uel prouincia in hunc
modũ. Clemẽs epiſcopus &c. uſq; in finem: cuius au-
ctoritate beneficium primò uacans in prouincia, ci-
uitate, uel diœceſi collationi noſtræ duximus reſer-
uandum, illi, pro quo ſcriptum eſt, conferendum. ea-
dem auctoritate vobis mandamus, ꝙ ſi cõtigerit pri-
mam uacationem eſſe in eccleſia ueſtra, illam uobis
reſeruetis. & adde ſecundum Hoſt. & quamcito uaca
uerit, & diem. quo uacare cœperit, nobis per ueſtras
literas intimetis: & tunc ſi de illo beneficio, quod ibi
uacabit, aliquid attentaretur contra reſeruationem
factam, non ualeret: quia hæc poteſtas eſt eis per ſu-
3 periorẽ ablata. Si uerò dicatur † in litera, ꝙ prouidea-
tur alicui de beneficio, quod in tali prouincia duxe-
rit acceptandum, tunc eſt in optione impetrãtis, quæ
beneficia uoluerit acceptare, & ſignificare illa ſuo
executori: quo facto executor ſibi reſeruabit vnum
de prædictis primò uacans, & ſic ſcribet ſingulis ec-
cleſiis, Noueritis &c. uſque ad finem literarum, Po-
ſtea dicet, & ipſe impetrans elegit talia beneficia, de
quibus eſt unum in eccleſia ueſtra; mandamus, qua-
tenus, ſi illud prius, quàm alia quæ elegit uacare con
tigerit, illud nobis reſeruetis &c. Si uerò papa com-
miſit in arbitrio executoris, ꝙ ei prouideret in bene-
ficio competenti, tunc iudex æſtimabit, quæ benefi-
cia ſibi competentia arbitretur, & ſibi ſecundum præ
4 dictam formam eadem reſeruabit. Quæra † conſue-
uit, an poſsit poſt, quàm ſemel elegerit, uariare: in
quo remittit Inno. ad no. qui matri. accu. poſ. cum in
tua, & Hoſt. ad no. de reſcrip. cum in multis, li. 6. Quod
5 † autem huiuſmodi reſeruationes poſsint fieri, pro-
batur: quia aliàs inutile eſſet mandatum de prouiſio-
ne, & quia principali commiſſo, & acceſſoria com-
miſſa uidentur, & ea ſine quibus expediri non poteſt
ut infra dicam. Alii dicunt, ꝙ in quacunq; prædicta-
rum formarum ſcribatur, nec impetrans, nec execu-
tor poſſunt ultra unum beneficium acceptare, uel ſi-
bi reſeruare: quia impetrãs unum ſolum beneficium
habere debet; & ſic unum ſolum ſibi eſt reſeruandũ,
Grauis enim, ambitioſus, & nimis vagus ẽ primus ſu-
perior intellectus, & ideò odioſus, nec ſequendus, ar.
de tranſla. c. fi. ff. de iniur. prætor. imò plus dicunt qui-
dam, & bene, ut uidetur, ꝙ per tales literas non poteſt
ſibi executor aliquod beneficium reſeruare; nec per
hoc dicitur mandatum inutile, uel ꝙ aliter expediri
non poſsit: quod eſt falſum. Expectetur enim uaca-
tio, ut iuri congruit, ſupra de conceſ. præb. c. 1. & 2. &
per totum, & tunc conferat. De prouiſione enim, &
non de reſeruatione recepit mandatum. illud ergo
ſeruet, & non excedat, ſupra de reſcrip. cum dilecta, de
offi. delega. prudentiam, in fin. 1. reſpon. Nec obſtat, ſi
dicas, ꝙ ſi non reſeruat, tenebit collatio alteri facta
per illum, ad quem ſpectat: quia nec illud erit ſine pę-
na, ex quo denunciatum eſt. quod dic, ut ſupra de prę
ben. inter cætera, & c. dilectus. 2. & ex contrario ape-
ritur uia ad uacaturas, contra id, de conceſ. præben. c.
2. & c. conſtitutus, in fi. ſecundum Inno. nec ob. ſecun
dum Hoſtien. quod dictum eſt in prin. glo. Legatus
enim habet poteſtatem ordinariam generalem & fa-
uorabilem, quæ plenior eſt, quam delegata, & habet
legatus de latere multas prærogatiuas, quas non ha-
bet ſpecialis delegatus, uel alius legatus, ut patet de of
fi. le. c. 1. lib. 6. Remittit tamen ad ea, quæ infra nota-
uit, & de conceſ. præben. c. 1. lib. 6. dic de his, ut ibi, &

co. ti. ſi capitulo, & c. ſi ſoli, & c. executor, & ca. ne ca-
6 ptandæ [inhibens] & quia † archidiaconus uenit contra
inhibitionem, legatus factum ſuum caſſauit, ut ſequi
tur, arg. 10. di. Iudæos, ſecundum Hoſti. Nam ſecun-
dum Inno. ex quo ille, qui ſuper hoc poteſtatem ha-
bet collationem beneficii ſibi reſeruat, uel inhibet
collatori, ne alteri conferat, quod fit contra talem re
ſeruationem. uel inhibitionem, non ualet: quia per
hoc illa uice ſuſpenſus eſt à collatione talis beneficii,
argum. hic & collatio facta per ſuſpenſos non ualet,
de conſue. cum dilectus, de elec. cum inter. R. & uide-
tur expreſſum, de conceſ. præben. quia cunctis. Sed
contra, quia ſemper uidetur ualere collatio facta, ni-
ſi decretum ſit interpoſitum, ſupra de elec. innotuit,
in fin. de præben. inter cætera, & c. dilecto. Aliis uide-
tur, & forte melius, ꝙ ſi ſcriptum eſt alicui, quòd ali-
cui prouideat in certa eccleſia, ꝙ ex quo prouiſor re-
cepit literas, ꝙ penes eum eſt poteſtas prouidendi, &
eſt ablata ei, q prius habebat. unde ſi hoc ſciens prior
collator illa alicui conferat, nõ ualet collatio. ſi vero
ignorat, tũc obtinet, quod dictũ eſt de decreto. Quid
7 † ſi duo impetrãt ad diuerſos, ut eis prouideatur in ali
qua eccleſia? Dicunt quidam in omni caſu primo im
petranti primò prouidendum, arg. ſup. eo. cum autẽ,
in fi. adeò, ꝙ donec ei prouiſum fuerit, non ualet pro
uiſio à ſecundo executore facta, etiam ſi ignoret pri-
mas literas, niſi de ipſis in ſecundis habeatur expreſſa
mentio, ut patet, ſupra de reſcri. cæterum. & c. capitu-
lum, de offi. dele. ex parte, i. nec ob. quod dicitur, ꝙ te-
net collatio facta poſt tales literas ab eo. ad quem ſpe
ctat iure ordinario, de præbendis, dilectus. 2. quia ius
ordinarium fauorabilius eſt, quàm extraordinariũ,
ut patet ex no. de appel. vt debitus, & quia in delegatis
primæ literæ præualent, ſup. de reſcrip. cæterum. licet
8 alii in utroque caſu dicant idem. Quid † ſi aliquis im-
petrat, ut ei prouideatur in aliqua eccleſiarum certæ
ciuitatis, uel diœce. uel de aliquo beneficiorum perti
nentium ad collationem Abbatis, cum plura benefi-
cia in diuerſis eccleſiis ad ipſum Abbatem pertineãt?
Reſpondeo: hoc uidetur, ꝙ iſte prouiſor quandocun
que ante, quàm eligat eccleſiam, ubi debet prouide-
re, inuenerit aliquam præbendam uacantem, illam
conferre poterit: ſed ante, quàm conferat, nullus illo-
a ſa ab initio ſit impoſitum, ad quod probãdum indu-
catur tempus, cuius contrarii &c. ad hoc, de præſcrip.
c. 1. lib. 6. cum ſuis concor. nec ob. ꝙ non ſpecificatur
cauſa: quia præſumptio eſt pro petente, cum non ſit
ueriſimile aliquem cenſum ſine cauſa, & ſine quere-
la tanto tempore præſtitiſſe, arg. ff. de proba. cũ de in-
debito. Itẽ incertitudo, & impoſſibilitas meritò excu
ſat, hoc caſu non exprimentem ſpecialem cauſam, in
fra de regu. iur. nemo poteſt, lib. 6. ff. quorum le. l. 1. §.
qui autem. remittit autem Hoſtien. ad multas utiles
practicatorias quæſtiones in hoc ad ſummam, eo. ti.
§. ſed quis cenſus. Sed ultra ibi no. ad eorum intellectũ
& illorum, quæ ſcripſi ſupra de elec. querelam, & quæ
no. in ſpecu. de reſtit. ſpol. §. nunc dicamus, in ulti. co-
lum. Scire debes, quod communiter legiſtæ hoc te-
nent, quod diutina ſolutio annuæ præſtationis nõ in
ducit obligationem. Dicunt enim, ꝙ certi ſunt mo-
di inducendi obligationem, inſtit. de obli. & in ti. ſeq.
Sed iſte non eſt de illis, ergo &c. & eſt idem modus ar
guendi, in l. patre furioſo. ff. de his, qui ſui, uel alie. iur.
Item, ut dicunt, in diutina ſolutione duo reperiuntur,
tẽpus, & ſolutio. ſed tempus per ſe non eſt modus &c.
ut in gl. Item ſolutio, quæ eſt modus liberandi, nõ in-
ducit obligationem, quæ contraria eſt liberationi, de
baptiſmo,

baptiſmo,maiores,ff.de ſolu.qui hominē.§.fi.ex quo
concluditur,ꝙ hæc duo iuncta non inducunt obliga-
tionem pro illo anno, argum.ff.de execu.tu.ſpadonē,
§.quæ iura.& procedit hoc,quando ſolutio fuit debi
ta.ſoluens enim quolibet anno ſe liberat per ſolutio-
nē.Obligatio igitur non inducitur,ſed remanet prior
per quam ſingulis an.erat id debitum . Et hac ratione
etiam non præſcribitur,ut dixi de præſcrip.auditis,ſu-
per uerbo,ſolutionem Si uerò ſolutio annuæ præſta-
tionis erat indebita,ſoluens uno anno extra id, quod
agitur,ſibi parat condi.indebiti ad repetendum, ff.cō
mo.ſi is.§.fi.de ſolu.c.fi.Item cum ſoluit tertio,& ulte
rioribus,quæ condictio perſonalis eſt, & ſic durat uſ-
que ad 30. annos. ex quo ſequitur , ꝙ per id in futurū
ſoluere non tenetur:quia dicit lex. ꝙ ſublata ſubſtan-
tia obligationis impoſsibile eſt ipſius qualitatē rema-
nere:ſed per contrariam probationem tollitur ſubſtā
tia debiti,cum repetitur ut indebitum.impoſsibile eſt
igitur,ꝙ remaneat qualitas. & ſubſtantiā uocant debi'
ti,uel debitum id,quod debetur:qualitatem: ꝙ ſit an-
nuum.purum,ſimplex,uel id ſimile.id probant per l.
actor, ff. de iureiu. ubi ſi debitor delato ſibi iuramen-
to iurauit non peti debitum , peti non poteſt ut con-
ſtitutum.& hæc procedunt, ubi ſolutum eſt ignoran-
ranter.Si uerò ſolutum eſt ſcienter. donū eſt,ff.de cō-
di.inde.l.1.Talis ergo ſolutio nō obligat in poſterum,
de poſtu.bonæ.2.in prin. de inſti.cum ueniſſent.ff. de
iti.actuq;.pri.l.1.in fi. Ex quibus cōcluditur,ꝙ ſiue an'
nua preſtatio ſoluatur ut debitum,ſiue ut indebitum
ſcienter,uel ignoranter obligationē ſolutionis fiendę
in poſterum non inducit. Ad l. 2.C.de ſerui. reſpōdēt,
ꝙ loquitur in iure reali , quod tempore quæritur, C.
de pact.traditionibus, & ſic loquatur.l. ſi quis diutur-
no,ff.ſi ſerui.uen. Ad l.cum de in rem uerſo, ff.de uſu.
reſpondent,ut ibi. no. ꝙ ibi non pronunciatur ex tpe
ſolo , ſed ex cauſa habili allegata , quæ præſumitur ex
tpe, uel probatur per longi temporis cōiecturam &
per hoc communiter tenent,ꝙ agens petitorio, ſi di-
cit me ſibi obligatum ad annua. 10.præſtanda,quia tā'
to tempore ſolui,petens ut ſoluam, & in futurum ſol
uere cogat,inepte petit:quia licet in realibus ſufficiat
allegare cauſam propinquam, ſcilicet dominium, in
perſonalibus hoc nō ſufficit allegare cauſam propin-
quam,ſcilicet obligationem, imo neceſſe eſt allegari
remotam,puta contractum,inſtitutionē, uel aliquid
tale, ex quo inſurgat obligatio,& de hoc,de libel. ob.
c.2.ad hoc,ff.de excep.rei iudi. an eadem, §. actiones.
hoc etiam uult gl.ff.de do. excep.l. 2.§.circa. ad hoc l.
6 litibus,C.de agri.& cenſi. Tenent† etiam,ꝙ in perſo-
nalibus præſtationibus non ſit reperire iudicium poſ
ſeſſorium dicendo,ago contra Tiriū,cum ſim in poſ-
ſeſſione percipiendi ab ipſo annua. 10.quæ mihi pluri
bus annis ſoluit:nūc denegat, petēs mihi reſtitui &c.
& probāt ſic.petitorium, & poſſeſſorium ſunt corre-
latiua.ubi ergo non eſt locus petitorio, nec poſſeſſo-
rio, cum hæc ſit natura correlatiuorum, ff. de acqui.
poſſ.l.1.in prin.& §.fi.inſti.de actio.§.ſic itaque.cū er-
go non ſit dare aliquod petitorium in perſonalibus
c actionibus,ergo nec poſſeſſorium[c]. non eſt enim da-
re,ꝙ poſſeſſorium locum habeat niſi in duobus gene
ribus, ſcilicet in rebus corporalibꝰ uerè poſſeſsis , ubi
locum habet directum,& in quaſi corporalibus, quæ
quaſi poſsidentur;ubi locum habet utile,ff.de ſerui.l.
quoties . reperitur tamen quædam poſſeſsio impro-
pria.& quædam impropriiſsima,quæ non pariunt ali
quod poſſeſſoriū, ff de peti.hæredi.l.regulariter. plus,
ut dicunt,eſt dare,ꝙ locum habet petitorium,ubi nō
haberet locum poſſeſſorium. nam rei uendicatio da-
tur contra illum , qui non poſsidet, ff. de rei uen. offi-
cium. Ad l.ff.de acqui.hære. nec ullam, §. fi. Reſpon-
dent,ꝙ petitio hæreditatis eſt mixta:quia eſt in rem &
in perſonam. Vnde poteſt competere diuerſis reſpe-
ctibus.Itē pro ea parte,qua petitio hæreditatis eſt rea-
lis,poteſt competere contra detentorem, qui nō poſ
ſidet. Inducunt ad primum dictum, ff. quorum bo.l.
1.& ulti.nam interdictum, Quorum bonorū,eſt poſ-
ſeſſorium, nec intentari poteſt contra debitorem per
ſonaliter obligatum his uidetur contradicere decre.
querelam,de elect.Dicit Iaco.de Ra.ꝙ aduerſus decr.
querelam. opus eſt querela, ſed dici poteſt, quòd illa
decr. prædictis non ob.quia loquitur non de perſona
li præſtatione,ſed de reali. ſcilicet de præſtatione cen-
ſus ex re.unde dicitur ibi in petitione, & in ſententia,
ꝙ pro eccleſia ſancti Saluatoris ſoluebatur illa peſio.
7 16.donariorum [*& ibi, dum † tamen probet tempus*] unde
tenet gl.ff.de aqua plu,ar.l. 1.§.fi.& ff.de ſeruitu.l. ſer-
uitutes prædiorum.2.ꝙ etiam in his,quæ non habent
continuam cauſam, allegata cauſa, quæ ſit habilis ad
ſeruitutem conſtituendam,ſufficit cauſam probari p
temporis coniecturam & facit. quia patientia habe-
tur pro traditione , ff. de ſerui. quoties. uide quod di-
xi poſt Goff. ſupra de cauſa poſſ.c.fi. [*& ibi, contradicit*]
ſed dici poſſet, ꝙ non eſt cenſus ignorantiæ, qui præ-
8 ſcriptus eſt. Hoſt.¶[*Int glo.ult.in fi.*] hoc uerum,quando
is,qui cenſum petit, non eſt in poſſeſsione cenſus , C.
de eden.qui accuſare.Si uerò eſſet in poſſeſsione non
ui,non clam,non precario tuendus eſt in ea uſq; ad fi
nem cauſæ,de cauſa poſſ. cum eccleſia, ut lite pend.à
memoria,& c.laudabilem.Si uerò ui,clam,uel preca-
rio poſsideret, non tueretur in ea,ff de iti.actuq; pri.il
lud,§.ait prætor,ff.de aqua quo. & æſti.l.1.Tan. Vinc.
Goff.Inn.Ipſe gl.idem no. de offi. ord. duo ſimul.

ANNOTATIONES.

a ¶Ex iuſta cauſa.Quia lapſu tanti temporis præſumitur titulo . uel priuilegio id conceſſum.uide bonum text. infra de uer.ſig. ſuper quibuſdam,& glo.ibi,quæ incipit,no.quod.& uide doct. & Bald. & d.Bart.de Saly.in l.ſi certis annis,C.de pactis, & Bart. in l.cum de in rem uerſo,ff.de uſur. qui idem no.

b ¶Obligatione.Vide Bart.ff.rem ra.ha.l.fi.& Bal.C.de iuris,& fac. igno.cum falſa.& ſufficiunt. 10.anni, ut no.doct. in l.ſi certis annis.forte ſecus contra eccleſiam.uide Ioan.An. de conſuetu. c.fi. ſuper gloſſ.fin. in prin.

b ¶Poſſeſſorium.Vide Bart.in l.fi.ff.quorum bo. & ibi reſpōdet, ad c.querelam. infra alle.& faciunt iſta ad materiam capituli, poſſeſſor,de reg.iu.lib.6.& uide Io, And.de excep.c.fi.lib.6. & Bart.in l.ſequleor,§.ſi oiam,ff.de uſuc. & Bald.in l.2.C. de ſerui. & C. de pac.l.ſi certis annis,& uide Io.And.in c.in literis, de teſtit.ſpo.in glo.mag.in 5.col.uer. ſed & ſecundum Inno.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio decretalis.*
In uiſitationibus , uel procurationibus quot prælati ſecum ducere queant,& quas alimonias habere,num.3.4.& 6.& 15.§.1.& quandiu,num.5.
Prælati an & qui grauare ſubditos poſſint, & quando, num. 6.7.& 9.
2 *Prædicator an & quo caſu petere poſſit expenſas, & qui lucraſe-ctetur.*
Pſeudo, Latinè falſi.
3 *Eccleſiarum ornamenta nec pignorari debent .*
Conſumere quis non debet uno anno & inhoneſtè , quod pluribus fuit annis acquiſitum .
Expenſæ faciendæ pro facultatibus.
4 *Legati an hoc capitulo comprendantur.*
6 *Competens procuratio quæ.*
7 *Charitatiuum ſubſidium epiſcopi quando , & quomodo à ſubditis petere poſſint, & an cogere per ſe, uel alios & quos.*
Epiſcopus pro ſuis neceſſitatibus fructus eccleſiarum habere & accipere poteſt .
Charitas ubi non prodeſt , adhibenda eſt poteſtas .

8 *Subditi mali etiam puniendi.*
9 *Terminum impoſitum tranſgredi non licet, num. 11.*
10 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 11.*
Ad parentum bona liberos quid admittat, & è contrario.
12 *Additio gloſſarum, & num ſequen.*
Epiſcopus accipitur pro archiepiſcopo, & pro papa.
Viſitatores plures admittuntur eodem anno.
13 *Superflui ſi ſeparari nequeunt, omnibus an denegetur.*
14 *Res delicatas deſiderare luxuria cauſa, ita uſitatas fugere dementia eſt,*
Propter conuiuij limitationem quidam fuit a ſenatu Ro. remotus.
Gula uitia reprenduntur, & effectus quis.
15 *Epiſcopus coram quo conueniatur à ſubdito, & è contrario.*
Per procuratorem agere quibus conceſſum eſt, & per ſe poſſunt, in fine,

C A P V T VI.

CVm apoſtolus. Concilia breuiter ſummari nõ
1 poſſunt. Præmittit† autem conſtitutionis
cauſam. ſecũdò conſtitutionem ponit ibi,
Quocirca. In qua determinat concilium numerum
equorum, quem ſecum ducere poſſunt prælati uiſitãtes: prohibet eos tũc uti uenationibus, & ſumptuo
ſas epulas quærere. Præcipit, ne prælati ſubditos tallient. permittit tamen ex iuſta cauſa ab eis peti mode
ratum auxilium. in fi. ibi, Sanè. determinat primũ di-
ctum de numero equorum [*Apoſtolus*] act. 20. in fine
2 [*Vt locum*] arguet† prædicatorem, qui petit expẽſas, fal-
ſum præſumi, tamen cõtrarium eſt: quia qui ſeminat
ſpiritualia &c. 1. 3. q. 1. c. 1. ad hoc, ſup. de offi. ord. inter
cætera [*Auferre*] libentius enim Corinthij auari audie
bant prędicationem Pauli gratis factam, quàm illorũ
qui munera exigebant,' & de hoc. 1. q. 2. ſacerdos. 1. &
eſt ſi. 18. di. de eulogiis, & 1. q. 1. placuit. 3. [*Pſeudo*] ideſt
falſis. Hiero. ad Algaſiam, q. 1. omnis falſa prædicatio
ſectatur lucra, & gloriam quærit humanam. ut ꝑ glo
riam naſcantur compendia. & eſt iſtud, pſeudo, Græ-
cum, & in ſingulari & plurali indeclinabile, & omnis
generis. uel. i. falſus ſeruus à pſeudo, quod eſt falſus, &
3 dulus, quod eſt ſeruus. Ho. [*Ornamenta*] quæ† nec pigno
rari debent niſi urgente neceſsſitate, ſupra de pig. c. 1.
& facit cle. de deci. ſi beneficiorum [*Conſumas*] not. hic
Hoſt. cõtra ſcholares, & prælatos, qui quod parentes,
uel prædeceſſores pluribus annis acquiſierant, uno
anno & inhoneſtè conſumunt. fieri enim debent ex-
penſæ ſecũdũ facultates, C. ubi pu. edu. de. l. 3. in auct.
ut deter. ſit numerus cleri. col. 1. §. 1. [*Euectionum*] de ꝑ-
ſonis dicam, inf. de exceſ. præla. cum ad quorũdã [*Numerum*] nuſquam excedant quod infra [*Cardinales*] non
epiſcopi. 25. utinam eſſent contenti. 30. Hoſtien. Et di-
4 cit Egi. quoſdam dicere per hoc† taxatum eſſe hunc
numerum etiam legatis, quod ipſe nõ credit, cum de
legatis nil dicatur hic [*Archidia.*] & iſti interdũ ducunt
plures, quàm 10. Hoſt. [*Exiſtant*] nec etiam tot ducant
ſi nimium per id grauantur eccleſiæ, ut infra ſequitur
[*Venatorijs*] canem cameræ ducere nõ prohibetur ſm
Hoſt. [*Quæ ſua*] ad Phi. 2. ſupra de cenſi. quidam [*Aepu-*
5 *las*] pro ea† die, qua procuratur. non enim amplius, ꝙ̃
una die manere poteſt in parochia, ut eſt expreſſum.
10. q. 3. inter cætera. ad hoc, infra eo. fęlicis, uer. adiicię
tes, lib. 6. Sed contra. 10. q. 1. placuit. per quod no. Inn.
infra eo. Romana, lib. 6. & ibi ſcripſi ſuper uer. uiſitatis, ꝙ ſi neceſsitas exigit, plus, quàm una die, manebit,
& procurabitur. nam ſi ibi conceditur archiepiſcopo
redire, poſt primam procurationẽ, & iterum procu-
rabitur, fortius ſm eum poteſt plus manere: quia nec
circa iura malignandum eſt. unde ſm eũ, c. inter cæte
ra, loquitur, quando neceſsitas non requirit, ꝙ ultra
unam diem moretur. Sed aliqui ſtantes. c. inter cæte-
ra, dicunt, ꝙ c. placuit, correctum eſt. uel aliter, ut ibi
no. uel dic ꝙ bene eſt duobus diebus in eccleſia, quia
de mane prædicat ad populum, & uadit ad eccleſiam
uicinam ad prandium. Alii, ꝙ procuratio incipit in
cæna, & finitur in prandio diei ſequentis, & pro tanto
6 ſunt duo dies [*Competenter*] ſm† decentiam epiſcopi, &
facultates ſacerdotis.' Sufficiat ergo epiſcopo læta fa-
cies, & ꝙ presbyter faciat poſſe ſuum: cætera ſuppleat
de ſuo. Hoſt. [*Tallijs*] ideſt collectis, uel ſodris, ſupra ti.
1; prætcrea [*Neceſſitatibus*] puta, quia fecit emptionem,
uel guerram habet, uel cauſam, nec ſufficit ad expen-
ſas, de offi. or. conquerente, ubi dixi de hoc. Idem in-
telligas, quandocunq; eget epiſcopus ſine culpa ſua
7 [*Rationabiliter*] arguit Io. 10. q. 3. Inn. ꝙ itineratio ad pa-
pam, uel ad regem non ſit ad hoc iuſta cauſa.' contra-
riũ dicit poſt Inn. de ſta. mo. c. 1. [*Cum charitate*] no. Ho.
inf. eo. cum uenerabilis, ut ibi dicam in fi. ꝙ cõtra hoc
charitatiuum ſubſidium non currit præſcriptio. & be
ne dixit, cum charitate: quia non ſunt inuiti cogendi
per epiſcopum, qui exigit, ſed per ſuperiorem, qui de
bet ſe facilem reddere ad cogendum, & ſuperior dici
poteſt metropolita. Dicit Inn. ꝙ papa, de of. or. paſto-
ralis, de immu. ec. aduerſus. de hoc, ſup. tit. 1. nullus. A-
lii dicunt, ꝙ probabiliter ſm eum, ꝙ per ipſum epm̃
cogi poſſunt. ſi neceſsitate oſtenſa, precibus & moni
tis nolunt obſequi, cum & pro ſuis neceſsitatibus fru
ctus eccleſiarũ hẽc, & accipere poſsit. de hoc ut ec. be
nc. c. uno, in fi. & quod ibi no. & facit cle. de exceſ. pręla. frequens, uer. in exigendo. nec ob. hoc uerbũ: quia
& ſi plus operari debeat charitas. ubi tamẽ non ꝓdeſt,
adhibenda eſt poteſtas. 45. diſt. licet, & c. qui emendat.
10. q. 3. cauendum. hoc tamen nõ eſt ſine capituli ſui,
& etiam ipſorum clericorum conſilio faciendum. de
his quæ ſi. à prę. per totum, de dona. paſtoralis, ſecun-
dum Inn. & hoc ultimum approbat Io. arg ſupra de
empt. c. 1. de teſta. cum in officiis. & hoc, cum neceſsi-
tas euidens eſt, nec in contributione grauantur ſubdi
ti, nec inde referunt quæſtionẽ: aliàs id per ſuperiorẽ,
uel ꝑ arbitros finietur, ut dicã ſuꝑ gl. & facit quod di-
cã. infra eo. procuratores, ad fin. Dicit Boa. ꝙ quidam
Bon. Epiſcopus frater prædicator uocatus contra Fe-
de. in auxiliũ eccleſiæ. per Inn. IIII. coegit clerum ſuũ
ad ſoluendũ tria mil. lib. & congregatis inde militibus
fuit in Apulia, & excellentius aliis militibus pugnãdo
fuit uulneratus. De quo dixit Nouarienſis eps, ꝙ uitu
perati erant omnes milites, ſi non inuenirent unum
militẽ, qui melius celebraret miſſam aliquo epo. cũ
inuentus eſſet eps, qui melius pugnaſſet aliquo milite
[*Dicũ*] 2. ad Corinth. 12. [*Pietate*] ſupra de reſti. ſpo. con
8 querente [*Subditis*] honeſtis† & bonis. malos enim pu-
nit, in auct. col. 2. ut iudi. ſine quoquo ſuf. §. eos autẽ.
Hoſti. [*Quos*] ſubditos [*Paſtoris*] uide quod dixi in clem.
eo. 1. ad noſtrum, in glo. contra id [*Debent*] ipſi præpoſi
ti [*Facultates*] unde ſine grauamine non poſſunt ſuſti-
9 nere [*Menſuram*] imponitur† ergo terminus, quem nõ
licet tranſgredi, ſed ex cauſa poteſt moderari. ſi. de dona. apoſtolicæ, de deci. c. 1. de ſepul. c. 1. Hoſti. [*Granari*]
dicat tunc prælatus cum apoſtolo. ad Philip. 4. Scio, &
minus habere ſcio, & abundare: ſcio & ſatiari, & eſurire. 4. . di. quod dicit, in fi. [*Indultam*] ſi. 3 1. di. c. 1. ¶ *Glo. 10.*
10 *† q. 3.*] ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ *Glo. quid ergo*] quæ-
11 rit, arguit, & ſoluit. ¶ *In† gl. quid ergo. §. Trebatius*] ſi habẽs
ſeruitutem ducẽdi certũ numerũ pecorum ad fontẽ,
maiorẽ ducat, in ſuperfluo prohibetur. ¶ *In glo. antepen.*
§. non ſic parentibus] parentes ad bona liberorũ tõ miſe-
rationis admittit. Liberos natura ſimul, & parentum
cõe uotũ, & idẽ dicit. l. ſequens, nã & ſi. ¶ *In gl. pen. ibi, Ti*
12 *tia, §. 1.*] uide de pręb. de multa, ſuꝑ gl. nota ꝙ. ¶ *In† glo.*
arg. quód, in fine] ẽt no negligentibus epis. j. e. 1. c. ult. li. 6,

¶ *In*

¶[*In glo. 10.q.3.in fi.*] Ala.uel illud, quod ibi dicit, epiſco
pus, ſumitur pro archiepiſcopo. nã & papa ſic uocat,
ut in proœmio, ſm Hoſt. ¶[*In gl.ideſt, in fi.*] Vin.de qui-
bus, ſupra de off.archipre.cap.fi.& no.plures uiſitato
res admiti eodem anno, quod dic ut ibi, de off.archi-
di.mandamus. Hoſtiẽ. ¶[*In glo.quid ergo, ibi, quia cognoui-
mus*] & c.inter cætera, ubi de hoc [*& ibi, ſuperfluis*] & ſi
13 ſuperflui † ab aliis ſeparari non poſſent, omnibus de-
a negetur. ff.de aqua quo. & æſti.l.1 §. itẽ quæritur.ᵃ ſe-
cundum Vin.hoc no.infra eo.cum inſtantia. Intelli-
go dictum Vin.de ſeparatione facti, ſ. cum epiſcopus
non vult ſeparationem pro parte equorum recipere
[*& ibi, forte*] Inno.licet dicat hoc ſecurius, tenet cõtra-
rium. Dicit Pet.propter tollendum omne ambiguũ
appellãdum, intellige primò, de hoc in præ.decre.cũ
ad quorundam. ¶[*In gl.25.ibi, cautela*] Sene.epi.5.Sicut
14 † deſiderare res delicatas luxuriæ cauſa, Ita uſitatas &
non magno parabiles fugere dementiæ eſt. ponit Va
lerius lib.2.cap.4.Duronium remotum à Senatu Ro.
qui legem abrogauerat limitantem conuiuia[*ibi, olet
os*] no.o.baccalar, gnotum. uade poſtea loqui cũ do-
minabus, quibus dabis pacem in altari, cum habeas
os hircoſum. T.Gof. Vix diuerſorũ nouit cautela co-
corum tãta miniſtrare, ꝙ eos poſſit ſatiare. Gof. ¶[*In
15 † gl.ſi de hoc, ibi ſuperioris*] archiepiſcopi, ſi agit ſubditus,
ſi conuenitur, itur ad arbitros. hoc probant iura alle.
& ſupra titu.1.nullus, & de regu.licet. ¶[*In glo.pe.in fi.*]
R.idem Gof. Phi.primum uerius, ſecũdũ Pe.& Abb.
Et dicit Hoſti. ꝙ hoc non poſſunt niſi ex priuilegio,
uel niſi id iã obtinuerit de conſue.iam præſcripta, inf.
de exceſ.præ.ad hæc, & ca.accedentibus, ubi de hoc.
¶[*In glo.ult. in fi.*] in auct.ut ab illuſtri, & qui ſuperillu.
ſunt, coll.5.Goffre.ibi, his, quibus conceſſum eſt per
procur.agere, nihilominus & per ſe.

ANNOTATIONES.

a ¶Item quæritur. Facit quod no.in l.Græce, ff.de fideiuſſo.& ibi per Bar. & quod no.Di.in l.utile, ff.de reg iur.lib.6.& ibi.Io.An.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus nouus eccleſiæ non poteſt imponi, nec antiquus augeri, & quis, & nu.4.& à quo, nu.5.*
2 *Reditum eccleſiæ temporalium habet abbas.*
Epiſcopus canonicam.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.3.*
Augmentum, & diminutio in quibus conſideretur, & quomodo.
5 *Additio gloſſarum.*
De cenſu minori, quàm debeatur, ſoluto, remiſſ.

CAPVT VII.

1 PRohibemus. Caſus. Nouus † cẽ-
ſus eccleſijs impo-
ni non poteſt, nec antiquus augeri. ponit
duplicem prohibitionem, quam iuſtifi-
cat. ſecũdò ponit decretum ibi, Siquis uerò [*Epiſcopis*]
repete, Ab. [*Imponatur*] contra, de cleri. non reſi.con-
querente, de off. uica.cap.3. So.hoc de cenſibus reali-
bus perpetuis, & ſine cauſa impoſitis, illud de perſo-
nalibus, uel ex cauſa impoſitis. & de hoc infra eo.ſi-
gnificauit. Hoſt. [*Eccleſiis*] etiam exemptis, circa quas
in his prouident diœceſani auctoritate apoſtolica. qđ
2 dic ut in cle.eo.ti.quia regulares [*Partem † redituum*] pa-
rochialis curæ. & ſic nullum contrarium. nam abbas
quandoq; habet partem temporalium. de hoc ſupra
ti.1.ex ex literis, in fi. & epiſcopus ſuam canonicam,
de decimis, quoniam. ſed ultra ſibi non debet appro-
3 priare, ut dicit in glo. ¶Secunda † glo.all.11.concor.
& 3.contraria, & ſoluit. ¶Antepe.gl.arguit. ¶[*In † glo.
3.ibi.l.1.lib.11.*] pro paſcuis principis ea manebit pen-
ſio, quam antiquitas ſtatuit [*& ibi, lacus*] ſequitur, &
ſtagna, licet quandoq; creſcant, quãdoq; exareſcant,
ſuos terminos tamen retinent, & ideò in his ius allu-
uionis non agnoſcitur [*& ibi l.ulti.*] quæ eſt.3.uide de
conſtitu.cum.M.ſuper glo.hoc uidebatur [*& ibi, gene-
raliter.§.ſi quis alienum*] ſi legatum factum.ut manumit-
tam ſeruum alienum. excreuit, conſideratur æſtima-
tio cum incremento [*& ibi l.1 §.ripa*] Ripa mutatur
creſcente fluminis alueo [*& ibi, ſi mortis*] hæreditatis
augmentum prodeſt libertatibus: diminutio nocet
[*& ibi, ſi ea lege*] uide de uſur.c.fi.ſuper gl.2. [*& ibi.§ ſed
ſi inſula*] uide de offi.dele.præterea, ſuper ulti.glo. ¶[*In
5 † glo.2.ibi, ab epiſcopo*] Dicebat Inno. ꝙ epiſcopi ſibi nõ
poterant imponere cenſum: ſed pro alijs clericis hoc
facere poſſunt, infra eo.cum clerici, ut ſic ſecundum
Hoſti. inter ponentem & recipientem ſit differentia,
ut patet, ſupra ti.1.per noſtras. Interuenire debet igi-
tur ſuperioris auctoritas, ubi nõ poteſt epiſcopus au-
a ctorizare ᵃ ſecundum Hoſtiẽ. qui remittit ad ſummã,
eo.ti.§.quis imponere. facit clemen. de re.ec.nõ alie.
ſi una. ¶[*In glo.pe.ibi, de forma*] ad idem, 70.di.c.fi.93.diſt.
nulla ratione, de offi.or.cum ab eccleſiarum.& ca.ad
reprimendam. Hoſti. & in auct.ut cũ de ap.eo.§.hoc
autem diſpoſuimus, & de hære & Fal.§.his omnibus.
quod dixit hic Vincen.de cenſu minori, quàm debea
tur, ſoluto, dixi in ſpe.eodem titu.in fin.

ANNOTATIONES.

a ¶Auctorizare. Quomodo, quid, & quando poſſit quis in ſuo facto auctorizari, uide Bal.in l.bonorum, C.qui admitti ad bo.poſ. poſ.& Bar.in l.ſi conſul, ff.de adop.

SVMMARIVM.

1 *Cenſualem eccleſiam prælatus auctoritate ſua nõ poteſt præſertim poſt mortem ſuam conſtituere, & nu.2.& 5.*
Illuſio pro fraude, & immunditia.
2 *Negatiua probatur hoc ipſo, quòd contrarium non conſtat.*
3 *Perſonale per ſuperioris auctoritatem fit, reale.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Præſertim, ut hic accipiatur.

CAPVT VIII.

1 PRæterea. Caſus. Prælatus † auctori-
tate ſua nõ poteſt præſer-
tim poſt mortem eccleſiã cõſtituere cen-
ſualem, & ſoluit caſum, generalẽ rationẽ
ſubdens ibi, Non enim [*Illuſione*] i.fraude, Inno.ſecũ-
dum Hoſti.ponitur impropriè, ſicut & aliàs immun-
dicia, de cleri.cõiu.quod à te. Nam etiam ſine illuſio
ne per compoſitionẽ ſine ſuperioris auctoritate nõ
durat poſt mortem, de tranſac. decætero, de deci.ex
multiplici, de præben. niſi. uel ſup. maxime [*Eis*] qui
ſoluerint, uel ſoluere promiſerint [*Defunctis*] ergo eis
uiuis audiuntur, ergo non fuit illuſio uera ſecũdum
2 Hoſt. [*Audiendi*] agendo † petitorio. ſi poſſeſſorio age-
a retur, dic ſecundum Inn.ut dixi.s̄.c.peruenit ᵃ.j.eo.ſi-
gnificauit [*Alterius*] legati, uel papæ. Gof. [*Non interue-
niſſe*] hoc conſtat hoc ipſo, ꝙ contrarium non proba-
tur, quod dic, ut no.de ſimili negatiua, de his, quæ fi.à
3 præla.ea noſcitur. & à cõtrario † no.perſonale per ſu-
perioris auctoritatem fieri reale, de trãſac.decætero,
& c.ueniens, de præben. niſi [*Simplices*] ad differentiã
4 epiſcoporum, de conſue.quanto. ¶Vlt. † glo.arguit,
5 & remit. ¶[*In † glo.quia penſio, ibi, eccleſiam*] ſe autem uſ-
que ad mortem potuit obligare, & per cõſeques fru-
ctus beneficij ſui, quamdiu tamen ipſum tenebit, de
fideiuſ.cap.ſecundo, de pecu.cleri.cap.fina.& ſecun-
dum hoc illud, præſertim, ponitur pro maxime. alij
exponunt pro tantum, ſecundum Abb.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a ¶Peruenit. Imò & ſi diceretur hoc caſu eſſe poſſeſſorium, non tamen daretur reſtitorio: quia talis poſſeſſio eſt uſurpata & contra iura. c. d. contra morem, de reſti. ſpo. ad decimas, & uide Io. And. infra eod. ſignificauit, in gloſſ. ſua mag. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſias, quas debent de manibus laicorum eripere epiſcopi, & quod ab eis habere poſſint, nu. 2. & 5.*
2 *Cathedraticum quantum ſoluatur.*
3 *Eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 5.*
Dubitandi, & decidendi rationes huius conſtitutionis.
Inter detracti reſtitutionem. & adiectionem intereſt, in fi.
Sicut augmentum, & recuperatio differunt, ibid.
Triumphus pro auctis, non recuperatis decernitur, ibid.

CAPVT IX.

1 ECcleſijs. Breue eſt [*Eripiunt*] quò ad
† ius patronatus, quod habebant ibi laici, quod modo epiſcopis eſt
donatū, uel laici de facto vſufructuabant,
& tenebant eccleſias, quod tolerandum nō eſt, de deci. quamuis, & c. prohibemus. uel ſecundū Pe. & Abb.
procurante epiſcopo remiſit patronus cenſum eccle
2 ſię in ea ſibi debitum [*Cathedraticum*] pro † quo ſoluūtur duo ſolidi, de off. or. conquerente [*Imponuntur*] iuſtè, ſiue de iure. ſiue de conſue. approbata. Innocē. uel
priuilegio, de exceſ. præla. accedentibus, de uerbo. ſig.
cum tibi ſecundum Hoſt. ſecundum quem ſup. & imponi poſſunt de iure. nam & ſi ab alijs non recipiat canonicam ſuam: tamen ab iſta recipere poterit. & no.
3 q † eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, de deci.
4 cum in tua, cum ſi. ¶Vlti. † gl. arguit, allegans duo iu-
5 ra. ¶[*In † gloſſ. 3. ibi, prohibemus*] gloſſatores antiqui, uel
moderni non aperuerunt dub. ū huius decre. ſed dic,
q videbat. q epiſcopus poſsit aliquid noui imponere
propter id, quod liberauit ipſam eccleſiam de manibus laicorum. vt ſicut in ſua libertate, quam cōcedit,
imponere poteſt cenſum. de reli. do. cū ſtitutus, ſic &
in iſta. ſed reſpondetur hic contrarium, nec ob. prædicta ratio. tenebatur enim ex debito officij epiſcopus
illam de laicorum manibus liberare, ſup. de reli. do. de
xenodochijs. facit cle. eo. titu. quia contingit, & in neceſsitate non eſt liberalitas. & eſt ſi. de ui. & ho. cle. cū
ab omni. Item ſi contrariū diceretur, facile eſſet fraude ficta conſtituere eccleſias cenſuales de nouo, procurarēt enim epiſcopi illas per laicos occupari, ut eis
poſtea per ſe liberatis cenſum imponerent, & contra
talia prouidendum eſt, de diuor. quanto, ad fi. Valerius lib. 2. cap. 3. ſic dicit. Tantum intereſt adijcias aliquid, an detractum reſtituas, quantum diſtat beneficij initium ab iniuriæ fine, & illud dicit commendādo legem, quæ habebat pro aucto imperio, non pro
recuperatis deperditis decerni triumphum.

SVMMARIVM.

1 *Pedagium quid, & quando liceat nouum imponere, & cui, & quę pœna cui non licet, nu. 2. & 6. in fin.*
2 *Sepultura quibus caſibus denegetur Chriſtiana.*
3 *Pedagium recipiens in quam pęnam incidat.*
A pœna quæ excuſent.
3 *Ad pedagia clerici nec ſi conſenſerint, aſtringi poſſunt.*
5 *Suffragium gloſſarum.*
De uectigalibus conſtituere niſi imperatori licet.
6 *Additio gloſſarum.*
Vim committenti quæ pęna irrogetur.

CAPVT VIII.

INnouamus. Breue eſt. Et Innouat prohitionē ſub
dens pęnam ibi, Si quis. & pars de treu. &
pa. innouamus [*Pedagiorum*] pedagium di-
1 citur † quædam præſtatio, quæ ab itinerantibus pro
his, quæ uehunt, uel ducunt, exigitur, & quandoque
pro perſonis [*Principum*] & ex cauſa licita. ad hoc. ſup.
eo. cum apoſtolus. §. prohibemus, ſecundum Goffre.
[*Statuere*] uel ſtatuta colligere, ar. 24. q. 1. Achatius, de
ſent. excom. in præſentia, & infra dicam [*Communione*]
2 habes † caſum, quo denegatur ſepultura. ſunt & alij,
de quibus, ſupra de ſepul. ex parte. ſed etiam excommunicandus eſt talis. 24. q. 3. ſi quis, & c. paternarum.
imo ſecundum Hoſtiē. in curia Romana ab ipſo ſummo pontifice excommunicatur ter in anno. diebus,
3 qui no. in cle. de iudi. dudum, in glo. ſolent. Sed † nunquid tale pedagium recipiens, non tamen ſtatuēs excommunicatus eſt? ſic ſaltem ex mente, arg. de ſentē.
ex. nuper. §. ſecundæ. niſi excuſet indulgentia, de ſen.
excom. quia periculoſum, lib. 6. uel iuſta ignorantia,
infra de cleri. ex. miniſtran. apoſtolicæ. Hoſt. [*Chriſtiana*] adde quod habes, infra eo. quamquam, lib. 6. & in
concil. Vien. eo. tit. præſenti. per quod etiam determi-
4 natur, quod hic no. Hoſti. de † clericis, qui non tenentur ad pedagia. nec l. imperiali, nec cōſuetudine poſ
ſunt ad id aſtringi, etiam ſi conſentirent, alle. de fo. cō
5 pe. ſi diligenti. ¶[*In † gl. 2. ibi, uectigalia*] ſequitur, ſine imperatoris præcepto neque præſidi, neq; curatori, neq;
curiæ conſtituere licet, neq; præcedentia reformare,
6 uel his addere, uel minuere. ¶[*In † gloſ. 2. in fi.*] reſpicit
hæc glo. partem deciſam, quæ eſt ſupra de treu. & pa.
innouamus. Goff. ¶[*In glo. 2. ibi, inſtituendi*] peccant, tamen ſi hoc faciunt ſine cauſa. Inno. [*& in fi.*] adde qđ
a ibi no.[a] ¶[*In glo. ulti. in fi.*] & deportatur, uel capite puni
tur. nam incidit in l. Iul. de ui pub. ff. ad l. Iul. de vi. pub.
l. ult. ſecundum Goff. Dicit Hoſti. ſi ſine armis uis cōmittatur, tertia tantum bonorum publicatur: ſi cum
armis, deportatur, Inſti. de pu. iud. l. Iul. de vi, niſi alienas ędes quis expugnet, uel frangat: quia tunc eſt pęna capitalis. ff. ad l. Iul. de ui. pu. l. penul. Quandoque
tamen exactor pedagij punitur capite. C. de uec. &
com. le. uniuerſi, ſecundum Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶Adde, quod ibi no. Et uide plenius per d. Bar. de Sali. in le. 2. C. noua uecti. & per Bar. in l. ſi publicanus. §. in uectigalibus, & in l. licitatio, ff. de publi. & tamen tex. hic dicit, regum: intelligit Hoſti. i. imperatorum Romanorum regū. vide Io. An. in c. ſuper quibuſdā, hic all. & Pau. in cle. ſi. e. t. & d. Bar. de Sali. in l. noua. uecti.

SVMMMARIVM.

1 *Cenſualem eccleſiam ſuam qui conſtituit per colluſionem, quibus pœnis ſubiectur, ſecus, ſi epiſcopi auctoritate, nu. 2. §. 2.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Auctoritas epiſcopi ſi interuenit, non præſumitur uitium.

CAPVT VIIII.

CVm clerici. Caſus. Pars de pac. cū
clerici. & h. d. Qui[1] p
ū colluſionem conſtituit ſuam eccleſiā cen
ſualem, illa priuabitur. Dicebat Abb. q dicit idem cum decre. præterea, ſupra eo. hoc addito, q
hic colludentibus imponitur pœna ibi, Præcipimus
[*Eis*] religioſis [*Cenſuales*] ſupple, eo pacto, ut poſt & c.
[*Eorundem*] ſi. de decimis. c. 2. §. ſane, lib. 6. (*Filios*) quod
etiam ſine pacto eſſe non poterat, dato etiam q legitimi eſſent. quod dic, ut ſup. de fil. preſbyte. ex tranſmiſſa. Hoſt. (*Talia*) illicita pacta, & ſymoniaca. i. q. 2. q̄ pio,
de

de pactis, cum pridem, & c. cum cleric. & c. ſi. Hoſtiē.
[*Eos*] ex quo remori fuerint: & ſic quò ad eccleſiam
mortui cenſus ulterius non ſoluetur, ſupra eo. ſciētes,
& c. præterea, ſecundum Inn. [*Eccleſiis*] intellexit Ho-
ſti. ꝙ clerici priuabuntur eccleſijs. & religioſi iure pa-
tronatus, quanquam non uideatur hic loqui niſi de
a eccleſijs quinimò & tales poſſunt deponi, & ſunt ſi-
2 moniaci. de hoc de pac. cum clerici. ¶ Secunda † glo.
reſpondet per ob. ¶ [*In glo. 1. ibi, In iudicio*] putabat Hoſt.
ꝙ hic extra iudiciū facta fuiſſet hæc colluſio. ¶ [*In gl. 2.
ibi, excuſaretur*] Dicit Hoſt. ꝙ textus hoc ideò dicit, quia
ex quo auctoritas epiſcopi interuenit, non pruſumitē
uicium: imò ſi fiat ex cauſa, & ex officio ſuo, purga-
tur omne uicium, & penſio eſt perpetua. & de præbē.
niſi, de tranſac. ſtatuimus, & c. ſuper eo. unde non ap-
poſuit hoc uerbum, ut peccatū excuſet auctoritas, ſed
ut denotet, ꝙ ep̄s pōt ex cauſa eccleſiā facere cēſualē.

ANNOTATIONES.

a ¶ Niſi de eccleſijs. Quia in eodem genere ſimoniæ prius punitur dans, quàm recipiens. uide de ſtato mo. c. 3. uer. quæro, ſi quis autem, per Io. An. ſuper uer. officiū. & ſic hic ſolū puniuntur clerici.

SVMMARIVM.

1 *Collectores ſi grauant eccleſias, eo officio priuabuntur, & reprenduntur. 2. in fin.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Iudæi niſi abſtineant ab his, quæ reſpiciunt contemptum fidei noſtræ, perdent etiam hactenus promiſſa.

CAPVT XII.

1 EA, quæ. Caſus. Pars de ſimo. ea q̄. & hoc dicit. Si † collecto-
res grauant eccleſias, illo officio priuabū-
tur. ſecunda ibi, ꝙ ſi [*Beati Petri*] concor. de
præſcrip. auditis, uer. & receptionem [*Id quod*] ſ. remiſ-
ſio peccatorum, uel archidiaconatus. Inno. uel offi-
2 cium colligendi. Abb. ¶ [*In † glo. 1. ibi, ex damni*] uide de
exceſ. prela. capitulo primo, ſuper. 3. glo. [*& ibi. Iudæos*]
hæc concor. deberent eſſe in fi. ulti. glo ibi enim dici-
tur, ꝙ niſi Iudæi abſtineant ab his, quæ reſpiciunt con
temptum fidei noſtræ, perdent etiā hactenus permiſ-
ſa. ¶ [*In glo. 2. ibi, illicite*] reprehendit hic Hoſt. prælatos,
& alios collectores, qui leuāt. 150. pro. 100. ꝑtendētes,
ꝙ plus imponunt, quia non poſſunt omnes ſoluere.

SVMMARIVM.

1 *De cenſu nouo impoſito eccleſiæ perſoluendo qui recipit iuramentum, compellitur abſoluere iurantem, & nu. 2.*
2 *Cenſus imponi eccleſiæ ſine auctoritate epiſcopi non poteſt: aliàs eccleſia non obligatur. & poteſt tunc prohiberi, ne ſoluatur, & quando nu. 5.*
Poſſeſſio an acquiri potuit monacis hic per ſolutionem cenſus.
3 *Poſſeſſio etiam cuipiam ut malæ fidei auferatur uiolenter, non eſt bonum epiſcopi præceptum.*
Recuperatio non eſt facienda ui, etiamſi ui ſubtractus eſſet cenſus.
Poſſeſſori bonæ fidei cenſum ſacerdos tenetur ſoluere, & ratio.
4 *Hic quam actionem intentabit contra ſacerdotem nolentem ſoluere, uel ceſſantem, & nu. 6. cir. fin.*
Poſſeſſionem qui dicantur turbare, & qua contra eos utendum actione.
5 *Præcepto epiſcopi quando non parendum, & ab eo appellandum, & uidetur, cum quid præcipit contra ius commune, & nu. 11.*
Excommunicatio etiam poſt appellationem teneat, & quo caſu, & num. 7.
In notorijs & falſis non ualet appellatio.
Appellatio non debet ulli ſuam auferre poſſeſſionem, in fin.
6 *Excommunicationis ſententia ſi feratur in non ſoluentem cenſum ab abbate, & ab epiſcopo, ſi ſoluat, quid iuris.*
8 *Et, pro aut.*
Cenſus impoſitio quando non teneat, & quæ requirantur, nu. 10.
Iuramentum an teneatur obſeruare, qui iuratus cenſum promiſit, non obſtante contrario mandato epiſcopi, uel debitum ſoluere, ſi præcipiatur, ne ſoluat, nu. 11.
9 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. ſequen.*
Malam fidem quis non debet habere, cū fulcitur auctoritate papę.
11 *Cenſus quando debeat ſolui non obſtante præcepto epiſcopi, ne ſoluatur.*
Soluere qui iurauit intra certam diem, an teneatur ſoluere, ſi præcipiatur à iudice, ne ſoluat.
12 *Cenſus quòd olim ſit præſtitus ſi cōſtare poſſit, & poſtea ceſſatum in ſolutione ea cauſa, nunc uerò renouatus auctoritate epiſcopi, an obſtet præſcriptio.*
Renouatio diſtat ab impoſitione noua.
Conditio deterior non uidetur eccleſiæ fieri, ſi reuertatur ad id, quod erat ab initio, in fin.

CAPVT XIII.

1 SIgnificauit. Caſus. Is † qui recipit
iuramētum de nouo
cenſu impoſito eccleſiæ perſoluēdo, cō-
pellitur iurantem abſoluere. ſecunda pars
ibi, Quocirca. Significauit autem hoc iſte presbyter
quærendo, cui potius obedire deberet ſecundū Abb.
unde primò ponit caſum perplexū. ſecūdo ibi, Quo-
circa, prouidet diſtinguendo. & ſecundum membrū
ibi, ſi uerò [*Electus*] confirmatus. aliàs cōtra. 8. q. 3. Ar-
taldus. Goſ. uel ſecundum eum electus. i. præſentatus
& admiſſus [*Sacramentum*] ſupra de iureiuran. querelā.
T. & c. tua, per quæ iura & decr. ſecundam infra eo. ti.
dicit Hoſti. ꝙ ſi cenſus erat indebitus, iuramentum il-
2 lum T. nō aſtringebat [*Interdixit*] quia † monaci igno
rante epiſcopo, cuius auctoritate & non inferioris cē
ſus eſt eccleſiæ imponendus, ſupra eo. præterea, & c.
ſcientes, ſupra de præben. auaritię. hunc cēſum acqui
ſierant, & ſic clandeſtinè poſsidebāt: nec eccleſia erat
obligata, ſed de is, qui ſoluit tantū: quia ſacerdos non
potuit eccleſiam obligare, nec ei quò ad poſſeſsionē
præiudicare niſi legitimis modis. ff. quod ui aut clam
leg. prohibere. § non tantum, ſupra de arbi. per tuas.
uel dic ꝙ ſatis potuit acquiri poſ. monacis per ſolutio
nem ſacerdotis, ſupra de capel. mo. cap. 2. de reſti. ſpo.
cum ueniſſent. ſed epiſcopus bene ſciebat hunc cen-
ſum non deberi de iure, & iuramētum non obſtare,
quod fuit præſtitum in eccleſiæ detrimentum, ſupra
de iureiur. cap. 2. & c. ſicut noſtris. & ideò bene potuit
prohibere, ne ſolueretur: quia conſtabat, ꝙ monaci
3 iniuſtè & mala fide poſsidebāt. Secus, ſi † præciperet,
ꝙ poſſeſsio rei corporalis, quam alius etiā mala fide
tenet, auferatur eidem uiolenter. hoc enim malum
præceptum eſſet: quia etiam uiolento poſſeſſori nō
eſt uis inferenda 3. quæſtio. 2 §. fina. de reſti. ſpo. in li-
teris. & eodem modo ſi ille. cui de nouo cēſus ſubtra-
ctus eſt uiolenter, & etiam cum armis ipſum recupe-
rare uellet, non eſſet forſan eidem cum armis recupe
randum: de iure tamen contra ipſum agēdum eſt, ar.
ſupra de offi. dele. ſi quando, licet alij contradicant. Si
autem monaci, qui cenſum recipiebant, eſſent bonę-
fidei poſſeſſores, tunc ſacerdos & ſi in ueritate cēſum
non debeat, ipſum tamen tenetur ſoluere: quia ſicut
non licet aliquem ſpoliare aliqua re, ſic nec poſſeſsio
ne. C. unde ui. ſi quis in tantam, uel cenſum de nouo
ſubtrahere, ſup. de elec. querelam. Sed † quam actio-
nem intentabit poſſeſſor bonefidei cōtra hunc ſacer-
dotem, quia non ſoluit cenſum, ubi non apparet nec
de ſolutione, nec de iuramento præſtito ſuper cenſu?
Reſpondeo, ſi ſacerdos iutēdebat eos ſpoliare poſſeſ-
ſione cenſus, competit interdictum, Unde ui, uel cō-
dictio

dictio ex illa decr. ſupra de elec. querelam. Si uerò nõ
intendebat eum ſpoliare poſſeſsione, ſed tantũ in cen
ſus ſolutione ceſſabat, tunc aget interdicto, uti poſsi-
detis: quia ſic moleſtar eũ non ſoluendo cenſum ſuo
tempore. argu. ff. uti poſsidetis. ſi duo. §. fi. & ſic etiam
agendum eſt contra illum. qui eligit, uel inſtituit ali-
quem in eccleſia, in qua ad me pertinet electio, uel in
ſtitutio, & eodem modo contra clericum electũ. uel
inſtitutum: quia ipſi ſunt, qui mihi turbant poſſeſsio-
nem meam. ff. ſi ſerui. uẽ. ſi quis diuturno. uide quod
dixi de ſepul. certificarii. n q. nona. uer. & eſt idem. ue-
5 rùm † ſi epiſcopus præcipiat ſacerdoti, ne ſoluat cen-
ſum bonæfidei poſſeſſori, ſacerdos debet appellare ꝓ
co: quia iniuſtum eſt præceptum. & idem uidetur di-
cendum, quãdo epiſcopus præcipit alicui de ſua diœ-
ce. ꝙ præſtet ei obedientiam, uel aliud ad ipſum epi-
ſcopum ſpectans de iure communi: ſed ſubditus dicit
ſe liberum priuilegio. uel præſcriptione, uel alio mo-
do. In hoc tamen caſu ſi epiſcopus etiam poſt appel-
lationem & ſine aliqua cauſæ cognitione ſubditum
excommunicet: tamẽ tenet excommunicatio, dum-
modò uerum ſit. ꝙ non ſit liber: quia quod petit epi-
ſcopus, notorium iuris eſt. & ideò ibi non requiritur
ordo iuris. de iureiuran. ad noſtram. 3. ſed & in noto-
rij, & in falſis non ualet appellatio. ſ. de ap. peruenit. 1.
& c. propoſuit, & patet in eo, quod legitur & no. ſecũ-
dum Inno. de offi. dele. ſtatuimus. 1. & 2. Secus eſt, ſi
hoc petat à clerico, qui nõ eſt de ſua diœc. uel etiam
à clerico ſuæ diœce. ea, quę ad ipſum epiſcopum non
ſpectant de iure communi. nam tunc non teneret ex-
communicatio poſt appellationem lata, etiã ſi in ue-
ritate peteretur, quod debebatur, quia per appellatio
nem negocium ad ſuperioris audientiam eſt delatũ,
ſup. de ap. ad audientiam. & c. ſolicitudinem. §. 1. Ali-
qui tamen contradicunt aſſerentes, ꝙ & in hoc caſu
appellationis ſententia ſemper ligat, & maxime in eo,
cui cenſus, quem poſsidet. ſubtrahitur. hic enim etiã
poſt appellationem & etiã ſine cauſę cognitione po-
teſt excommunicare ſubtrahentem, & ſic defendet
poſſeſsionem ſuam per excommunicationis ſenten-
tiam, argu. ſupra reſtitu. ſpoliato. olim 3. appellatio e-
nim alicui non debet poſſeſsionem ſuam auferre, ar-
6 gu. ſupra de appella. cum ſpeciali. §. porrò. Sed † quid
ſi abbas excõmunicat hic ſacerdotem, ſi nõ ſoluit cẽ-
ſum, & epiſcopus eum excommunicat, ſi ſoluit? Re-
ſpondeo. appellet ſacerdos, & ſic tutus erit, ut patet in
eo, quod legitur & notatur, ſup. de appella. præterea,
& nunquam obliget eccleſiam, nec cenſum ſoluat,
niſi probabilem & manifeſtam credulitatẽ habeat, ꝙ
ſoluere debeat. argu. infra de ſenten. excom. inquiſi-
tioni, ſecundum Innocen. cuius eſt tota mens huius
glo. Sed nec per omnia placent iſta. Quomodo enim
ſcire potero ſecundum Hoſti. de mente ſubtrahentis
a cenſum, qua intentione [a] hoc faciat? utique hoc ipſo,
quód ſubtrahit, poſſum agere contra ipſum poſſeſſo
rio, uel petitorio, quod dic, ut plenè notatur, ſup. eo-
dem peruenit, & de electio. querelã. Nec curo de no-
7 mine actionis, ut ſupra de iudi. dilecti. Sed † nec pla-
cet. quod dixit, ꝙ in his, quæ de iure petũtur, poſt ap-
pellationem interpoſitam teneat excommunicatio.
hoc enim uerum eſſet, ſi ſubditus appellaret pro eo,
quod liber eſt, & libertatem non probaret. Si autem
appellet: quia in dubio non debet epiſcopus ſibi ius
dicere, bene defendet ipſum appellatio, quod dic ut
plene nota. in ſumma de appel. qualiter ſit appellatio
facienda ſub. §. ego abbas, & duobus ſequẽ. [*Et non de
8 nouo*] exponi † poteſt. &, pro aut. ff. de uerbo. ſig. ſępe.
intelligitur, quando fit ſine cauſa, uel ſine cõſenſu ca-
pituli, vt dicam ſuper prima glo. ſecundum Hoſtien.
[*Compellas*] colligit per hoc Hoſtiẽ. ꝙ iſte Tan. tenetur

iuramentum ſeruare, non ob. contrario mãdato epi-
ſcopi, donec fuerit abſolutus ad modum eius, quód
dicitur, de iureiuran. cap. 1. & c. debitores, uide finem
9 pe. glo. infra capitulo ſecundo. ¶ Secunda † glo. quæ-
rit, arguit pro, & contra, ponit opi. Lau. quam appro-
bat. ¶ Pe. glo. quærit, & tripliciter ſoluit. ¶ Vltima gl.
10 ſuppeler. & remittit. ¶ [*In 1. glo. ibi, iuſta de cauſa*] dicit Ho-
ſtiẽ. ꝙ non ſolum requirũtur hæc duo auctoritas epi-
ſcopi. & iuſta cauſa, ſed & ꝙ capitulum conſentiat, de
his quę fi. à prę. tua. & c. paſtoralis, de dona. paſtoralis,
& conuentus eccleſiæ, cui cenſus imponitur, ſi ſit cõ-
uentualis. de ſe. ecc. non alie. capitulo primo, de tran-
ſac. de cætero, & infra c. quanto. Fatetur tamen, quòd
ſola epiſcopi auctoritas ſufficit, maxime cum ſit cau-
ſa ad transferendum iuſtum titulum præſcribendi, &
ſic poteſt & hoc c. intelligi, & ſupra de dona. apoſto-
licę, de reli. do. conſtitutus, ſupra ti. 1. cura, infra eo. cũ
olim, & c. cum uenerabilis. nec præſcribẽs ſuper hoc
debet habere malam fidem, cum fulciatur auctorita
te papæ, qui hoc ius cõſtituit, maxime cum de tali re
agatur, quam papa poſſet tollere, & contrarium ius
conſtituere. ſ. ꝙ ſola epiſcopi auctoritas in his ſuffice-
ret ad ius plenum transferendum, ſi tamen haberet
conſcientiam remordentem quamuis ſcrupuloſam,
illam ſequatur, infra de ſimo. per tuas. 3. & facit quod
dixi de præſcrip. ca. fi. ¶ [*In glo 2. ibi, Lau. dixit*] alle. 8. q. 1.
11 ſciendum. Dixit † Goff. ſi certum ſit deberi, ſoluetur,
ſi dubium, obedietur epiſcopo. 11. q. 3. quid ergo. Di-
cit Hoſti. ſi conſcientia dictat, ꝙ debeatur, ſoluat ipſe
rector: ſi dictat contrarium, non ſoluat. in dubio obe-
diat, per no. de tem. or. ad aures. Quærit etiam, quid de
eo, qui iurauit ſoluere intra certam diem, creditore
demum damnato per iudicem, uel de graui crimine
accuſato præcipit iudex ſub magna pęna debitori, ne
b ſoluat, an teneatur ſoluere [b]? & dicit, ꝙ communiter
ſubditi de facto obediunt, pro quibus faciũt iura pro
obedientia ſupra inducta. Item ꝙ iuramẽtum habet
tacitam conditionem, de iureiur. quẽadmodum. Ip-
ſe tamen tenet contrarium: quia tali rectè ſoluitur. ff.
de ſolu. reo criminis. ff. de iure fi. auſertur. §. in reali, ni
ſi in caſu. C. ad. l. Iul. ma. quiſquis. & quia certum eſt,
ꝙ iuramentum eſt licitum, ergo contrarium manda-
tum illicitum. & ſi dicat ſe timere pœnam tempora-
lem iudicis? Reſpondet, ꝙ plus timendus eſt deus, ar.
ſupra quod me. cau. factis, ſed & iudex obligatur pro-
cedẽs iniuſtè, de emp. & uen. c. fi. de re iudi. cum æter-
ni. imò imputatur quandoq; illi, qui contra iniuriam
non appellat. ff. de mi. ait prætor. l. reſpõſo. ſi tamẽ bo-
na cõfiſcata eſſent, tunc ſoluitur fiſco ut hæredi. ff. ad
l. Iul. ma. l. fi. C. de bo. dam. l. fi. ff. de iure fiſci. in fraudẽ
uide tu ſpec. de ſolu. §. nunc aliqua, uer. illud autẽ [*&
ibi, fecerunt*] ſupra de renun. ſuper eo. ¶ [*In glo. & ita, ibi,
fundatione*] vel exemptione, de reli. do. cõſtitutus. Goff.
12 [*& in fi.*] quærit † Hoſt. quid ſi conſtare poſsit, ꝙ olim
præſtabatur, & ex cauſa tamen fuit ceſſatum in ſolu-
tione longo, uel longiſsimo tempore, nunc uerò de
nouo renouatus eſt auctoritate epiſcopi, nunquid ſit
ſoluẽdus? Videtur ꝙ non: quia obſtat præſcriptio, ar.
infra eo. olim, & c. cum canonicis. tenet ipſe contra-
rium: tum quia cenſus nõ præſcribitur. C. de præſcrip.
30. an. l. male agit, de reli. do. cõſtitutus: tum q̃a aliud
eſt de nouo imponere, aliud renouare. J. de iudi. con-
ſuluit, cum côcor. tum quia non uidetur facta dete-
rior conditio eccleſiæ, ſi ad id, quod ab initio ſibi im-
poſitũ fuerat, reuertitur. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus. 54.
di. gñalis: tũ q̃a caſus vſ. J. eo. cũ venerabilis. ſ. e. ſciẽtes.

ANNOTATIONES.

a ¶Quia intentione. Conſtare poterit per materiã, quam no. Cõ-
poſt. in præal. c. querelam, & ſatis colligitur ibi ex glo. Innoc. &
vide

uide de Bar. ff. ex qui.cau.in poſ. ea.l. Fulcinius.§.quid autem, & ff. de acquir.hæredi.l.is poteſt.

b ¶Soluere. Ad materiam u de,quod no.ſo.An.de offi.dele.ſane.2. in glo.f.non obediendo.& uide.l.ſi fundum.C.de rei uen.

S V M M A R I V M.

1 *Archiepiſcopus uiſitans prouinciam etiam in monaſterijs prouincia procurari debebit, & nu.5.*
Conſors eiuſdem litis procuratorem conſtituit.
Monacus eſſe poteſt procurator epiſcopi.
Abbas poteſt fieri procurator.
2 *Litera abbatis an probent mandatum ſuum.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.3.*
Epiſcopo, & clericis qua officia inhibita.
In nominibus non eſt differentia, modò de re conſtet.
Conſuetudo iuri non contraria extenditur ad ſimilia.

C A P V T XIIII.

1 SOpitæ. Caſus. Archiepiſcopus † uiſitãs prouinciam etiam in mo
naſterijs prouinciæ procurari debebit. &
prima pars factum narrat. ſecũda diffinit
ibi, inde eſt [*Inter te*] loquitur Rauen. metropolitano
Bonon. [*Procurator*] no. ſecundum Inn. abbatem eiuſ-
dem litis procuratorem conſtitui. facit ſupra de con-
fir. uti. uel inuti. cũ dilecta, de tranſac. cõtingit. dixit e-
tiam hic Gof. ꝙ monacus eſſe poteſt procurator epi-
ſcopi. 16.q.1. qui uere, & c.doctos, & c.ſi monacus, ta-
men cõſenſu abbatis. 18. diſtin. capitulo primo. Dicit
Hoſtien. ꝙ hic non loquitur de ſimplici monaco, de
quo dicendum eſt, ut ſupra de poſtul. cap. 2. de ſenten
tia & re iudi. cum. I. & A. in prin. ſed loquitur de abba-
te, qui cum adminiſtrationem habeat, poteſt ſicut q-
libet alius fieri procurator, arg. eius, quod legitur &
no. ſupra de teſta. requiſiſti, ad fi. uide clemen. de pro-
2 cura. religioſus [*Ex literis*] probant † ergo literæ abba
tis, ꝙ aliquis ſit procurator ſuus, de quo dic, ut no. ſu-
pra de proba. poſt ceſſionem. Hoſtiẽ. [*& infra*] conti-
nebatur hic abbatis allegatio, qui forte dicebat, ꝙ cũ
in eccleſijs ſubiectis epiſcopo nõ haberet iuriſdictio-
nem, ergo nec debebat procurari. vel ꝙ quia epiſco-
ſcopus non erat negligens, non poterat archiepiſco-
pus uiſitare [*Iure communi*] ſup. fundari. ſed conſue. ad-
iuuari ſecundum Hoſti. quaſi ius cõmune ſuper hoc
non eſſet expreſſum, niſi in caſu, ſ. cum epiſcopus ne-
gli. non inſtet: ſed dic ut infra eo. Romana, & c.fi. li. 6.
[*Ea propter*] ſ. quia ius commune, & cõſuetudo pro te
3 faciunt. ¶Prima † gl. reſpondet per ob. & ſo. ¶Secun-
da gl. arguit. ¶Tertia alle. concor. & ſol. contrarium.
4 ¶Vltima diſtinguit. ¶*In 1. † glo. ibi. §. alium*] ibi dicitur
ſuſceptorem, exactorem, conductorem, curatorem,
procuratorem, epiſcopum, uel clericum eſſe non de-
5 bere. ¶*In glo. 2. in fi.*] ſupra offi. archi. c. ulti. unde dice-
bat Inn. ꝙ huic archiepiſcopo ſufficiebat ius cõmu-
ne, uel generalis conſuetudo: quia cum non eſſet cõ-
tra ius, erat extendenda ad eccleſias ſimilis conditio-
nis. ¶*In glo. ulti. in fi.*] etiam ſi per illam diœceſim iret
ad aliam uiſitandam, ut dicam, eodem titulo, Roma-
na. §. primo, ſuper uer. uiſitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Cenſum nouum patroni etiam eccleſiaſtici imponere non poſſunt eccleſiis, & nec ueterem augere.*
Iuramenta, uel cautiones exacta ſuper hoc cogetur abſoluere, quod non ſemper ſic. § fi. in fin.
Admodum, pro ualde.
Auaritia intendunt clerici.
2 *Nouus cenſus quis dicatur, remiſſ.*
Coactio pœnam attenuat.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 4.*
Alienatio rei eccleſiaſtica quando non tenet.
Alienari rei prohibita non competit pro pretio, uel ſœnore actio.
5 *Additio gloſſarum.*
Pœna certa ubi non eſt ſtatuta, punitio eſt arbitraria.
Huius decretalis cum. c. cum clerici, ſupra eod. conciliatio.

C A P V T XV.

1 GRauis. Caſus. Patroni † etiam eccle-
ſiaſtici nouum cenſum impo-
nere non poſſunt eccleſiis, nec ueterẽ au-
gere. & ſi ſuper hoc iuramenta, uel cautio
nes exegerint, cogentur abſoluere. prima pars narrat
factum. ſecunda prouidet ibi, diſcretioni [*Admodum*]
pro ualde. ad idem clemen. de iureiur. Romani, uerſi.
nos itaque, & ibi concordantiæ [*Eccleſiaſtica*] habẽtes
ius pa. nec per hoc intelligas, ꝙ illud liceret laicis pa-
tronis. ſed dictũ eſt, ꝙ potiſſimè clerici huic auaræ ue-
nalitati intendũt, ſupra eo. ſignificauit. & c. eam te. de
præbẽ. auaritiæ, de ſup. ne. præ. c. 2. Hoſt [*Nouum*] quis
2 † dicatur nouus, no. ſupra eod. ſignificauit [*Adipſius*]
ſcilicet cenſus augmentati, uel de nouo cõſtituti [*Sa-
tisfactioni*] de pœnitentia ll poteſt hoc intelligi ſecundũ
Hoſt. [*Abſolui*] à præſtito iuramẽto. & à peccato [*Præ-
ſumpſerint*] uoluntarij, uel coacti, quamuis coactio in
his pœnam attenuet. ſup. quod me. cauſa. ſacris ¶Ter-
3 tia † gloſſ. rationem reddit, alli. 7. iura, & tria, quibus
fallit ratio. ¶Pe. gloſſ. ſignat contrarium. & ſol. ¶Vlt.
4 gl. quærit, & ſol. ¶*In 3. † gl. ibi, non dubium*] uide in c. ſi. di-
ligenti. ſuper ult. glo. [*& ibi, ſancimus nemini*] non tenet
uenditio, pignoratio, uel hypotheca rei eccleſiaſti-
cæ. & ſic nec aliqua contra eccleſiam competet actio
pro precio, uel ſœnore [*& ibi, annuendo*] l. ultima eſt. ui-
de de dona. inter ui. & uxo. c. 3. ſuper. 1. glo. [*& ibi l. 1.*]
uide de probati. in præſentia, ſuper gl. pen. [*& ibi, quid
tamen. i. reſpon.*] uide de fi. inſtru. inter dilectos, ſuper gl.
5 iſtud. ¶*In † glo. 3. ibi, debitores*] & c. cum contingat [*& in
fi.*] de pac. quamuis, lib. 6. ¶*In gloſſ penul. ibi, non poterat*]
quod exponas ut ibi, ¶*In glo. ulti. ibi, ad reprimendam*] &
infra titu. 2. dolentes, in glo. fi. [*& in fi.*] dicit Hoſti ꝙ
cum non ſit certa pœna ſtatuta, punietur arbitrarie,
de off. dele. de cauſis. non ob. ſupra eo. cum clerici, qd
loquitur, quãdo per colluſionem & ex pacto hoc ui-
tium interceſſit, hic quando ſine pacto, & ſine collu-
ſione. illud ergo ſimoniacum: iſtud nõ. nec ob. de iu-
reiur. querelam, & c. ſeq. illa enim loquuntur de uio-
latione liciti iuramenti. iſtud uerò de præſtatione illi-
citi ſecũdum Hoſt. ſed hic etiam potuit eſſe ſimonia.

S V M M A R I V M.

1 *Procurare qui tenentur fratres alicuius domus, ſi illorum numerus nunc creuerit, an teneantur.*
7 cum olim. ¶ *In eq. glo. in fine*) inſtandũ puto † circa materiam huius glo. an. ſ. epiſcopus etiam de capituli ſui conſenſu eccleſiã eximendo, uel alteri concedendo, puta abbati, uel decano pro ſua dignitate recipienti, poſſit, dato ꝙ uelit, & hoc exprimat in ea, iuriſdictionem epiſcopalẽ à ſe in totum abdicare, excutere, uel remouere. De commiſſione etenim per uiã delegationis non dubitatur, in qua etiã ſemper remanet idẽ ius penes ipſum, & maius per ius reuocandi, & reſumendi. ff. de iudic. l. iudicium, ſupra de inſti. cũ ueniſſent, de præb. dudum, lib. 6. Io. 16. q. 2. uiſis, in gl. pleno iure. Glo. hic ſupra, de dona. paſtoralis, in glo. pe. apertẽ innuunt, ꝙ non poteſt, quo minus retineat hæc 4. uiſitationem. procurationẽ propter uiſitationem; itẽ correctionẽ, & cathedraticum. Idẽ Hoſtien. hic. & in ſum. de re. ecc. non ali. §. fi. uer. extra ſummã. plenius de off. or. §. quid pertinet, ſub. §. ſunt autem, ver. & no. ꝙ quantumcũq;. Sed ad prædicta. 4. addi poſſunt alia. 4. ſ. de reuerentia, ut recitat Hoſti. in præ. uer. & no. & facit quod no. de tranſa. præterea. 2. in fi. 3. gl. & quod hic inducit glo. de patrono. ſm de charitatiuo ſubſidio, ut dixi in textu poſt Hoſti. tertium ſm cum de inſtitutione auctorizabili, ut dixi in ca. paſtoralis. & remit. ad decre. cum ſatis, de offi. archidi. quartũ de his, quæ ſunt ordinis epiſcopalis, ut no. 16. q. 2. in ſumma. & facit de præſcri. ueniens, & ſcripſi poſt Innocen. de præb. de monacis, ſuper 2. glo. Rationes gloſſarum, & quæ eas coadiuuant, ultra iura prædicta, ſunt hæc. epſ non põt alium ordinarium facere in diœc. ſua: ſed ſic transferendo ille, in quem fieret talis tranſlatio, haberet ordinariã epiſcopalem; ergo &c. De primo. 16. q. 1 experientię, infra ne præla. ui. ſu. c. 2. in glo. 2. Item abſurdum eſſet, ꝙ epiſcopus poſſet à ſe abdicare iuriſdictionem epiſcopalem. contra id. ff. de offi. præ. legatus facit. ff. de pac. ius agnationis, & de reg. iur. iura ſanguinis, ac ſi dicam, ſi hẽt epiſcopus. 100. eccleſias, & plene põt eximere primam, ergo & 10. ergo. & 20. & centeſimã; & ſic remanebit epiſcopus nomine, & nõ re. facit de priuile. quanto, de elec. licet. itẽ iuriſdictio epiſcopalis eſt iuris publici. 1. diſt. ius publicum. & ea, quę ſunt iuris publici, non remittuntur. ff. de pac. ius publicum, & ueniaut no. de foro comp. ſi diligenti, in princ. 1. glo. Item in conſecratione epiſcopus ſe obligat ad curam animarum, & eccleſiarũ ex uoto, ſupra de renun. niſi. §. uerum, & patet. 1. ad Ti. 4. & 6. capitulis. Illud autem uotũ ſic inhæret ipſius oſſibus, ꝙ illud excutere non poteſt, de regula. cum uirum, de ſta. mo. cum ad mona. hinc eſt, ꝙ etiam zelo ſpiritus ad religionem tranſeundo ſine papę licentia non renunciat de regu. licet, uer. illa, de renun. niſi, in fin. imò, quod plus eſt, nec longæ peregrinationis uotum emittit, de uoto, magnæ, uerſi. ipſum etiã. Item ſubditus epiſcopi nõ poteſt à ſe reiicere iuriſdictionem ipſius, de for. compe. ſi diligenti, & ca. ſignificaſti, de renun. admonet. ergo nec epiſcopus iuriſdictionem, quam habet in ſubditum, facit. C. de pa. po. l. abdicatio. Item uaſallus non alienat ſine cõſenſu domini, nec dominus dominium ſine conſenſu vaſalli, vt in lib. feu. de feu. non
a alie. ſine con. ma. do. l. imperialem. §. 1. & §. præterea ducatus. Item epiſcopus non poteſt facere exemptionem in præiudicium inferioris, puta archidiaconi, de exceſ. præ. c. 2. multo minus in præiudicium partis, ſcilicet ſucceſſoris, de ele. innotuit, cum concor. nec mirum, quia epiſcopus non alienat, niſi ut meliora proſpiciat. 12. q. 2. ſine, ſupra de his, quæ fi. à præla. tua. ſed talis abdicatio nõ poſſet meliora reſpicere; ergo nec fieri poterit. Item patronus, quantumcunque plenè liberet, uel eximat, quædam iura retinet in liberto, ſcilicet reuerentiæ, & ius competens aduerſus ingratos. C. de bon. liber. l. 3. quæ eſt ultim. Ad partem contrariam inducitur decreta. conſtitutus, de religio. do. ad quam reſpondetur, in glo. prædictis. Item inducitur. decreta. cum inter uos, de re iudic. ubi de hoc dixi in glo. primum, & in gloſſ. lata. ad quod reſpondetur, ꝙ ex donatione epiſcopi non obtinuit ibi Abbas, ut ibi patet, uerſi. quamuis; ſed ex ſententia, quæ tranſiue-

rat in rem iudi.nt ibi patet in fi.Itē inducit, ꝙ papa ſi-
ne alterius conſenſu abdicat à ſe iuriſdictionē papalē
in totum, quæ fortius ſibi ineſſe vr,q̄ epiſcopalis epo
patet id de renū.c.1.lib.6.Sed reſpondet per ibi no. in
glo.& erat.Item inducitur decr.abbates,de priuile.in
fi.lib.6.ubi patet, ꝙ abbates habent iuriſdictionē qua
ſi epiſcopalem: ſed ibi non dr, ꝙ ex conceſsione epi
tantū. pōt ergo id eſſe ex conceſsione papali, uel epi
confirmata per papā. inducitur etiā c. uiſis. 16.q.2.ad
qđ reſpōdet, ꝙ ſpiritualiter ex inſtōne loqtur, quod
dicit Inno.ad alia non trahendū,ut no.de præb. in La
teranen.ſed id ſcripſi.eo.ti.de monacis,ſuper 2.gl.quę
glo.allegatur ēt ad hanc partem in uer. ſi pleno iure,
quæ vr innuere,ꝙ cathedraticum, & l.prædicta rema
neant, vbi ſimpliciter fit cōceſsio, ſed non, ubi pleno
iure: ſed ſupplenda & intelligēda eſt illa glo. ſm alias
s̄.in prin.allegatas non ob.ēt quod no.de tranſac.præ
terea.2.in 3.glo.quia ibi prima pars facit pro ſecunda.
non loquitur de epo,uel ſolum intendit excludere vi
tiū ſimoniæ.Ex prædictis collige tres modos, quibus
procedit plena abdicatio,quādo, ſi interuenit papalis
confirmatio ex certa ſcientia, nt in ca.conſtitutus. qn̄
ſic iudicatū eſt,nec appellatum,ut in ca.cū inter uos,
nec reſtitutio petita,de reſti.in inte.c.1. li.6.& quādo
ſic præſcriptum eſſet,alterius tamen noīe,vt dixi poſt
Ho.ſuper ca.gl.aliàs aūt teneo me cum gloſsis, & his,
quæ addidi ad dicta gloſſarū, ꝙ nō teneat plena renū-
ciatio,remiſsio,vel exēptio quo ad caſus,quos in prin
cipio dixi: tamen hoc puto, ꝙ ubi per epm eum con-
ſenſu capituli ſui ex cauſa ēt prædicti caſus excepti cō
cederentur,excepto cathedratico,reuerentia, & cha-
ritatiuo ſubſidio, ualeret conceſsio nedū perſonalis,
de qua dixi in prin. ſed ēt realis competens dignitati,
ita tamen, ꝙ per id non fiat abdicatio, ſed quædā ui-
cariæ commiſsio,licet perpetua.& facit,quod poſt In
no.dixi in præ. decreta.conſtitutus,in glo. dicit Inno.
unde ſingulos caſus reſumendo dico, ꝙ ſi uiſitationē
procurationem,& correctionē abbatiæ, uel alteri di-
gnitati conceſſerit,abbas ut eius uicarius faciet prædi
cta: ſed per hoc non erunt ab epo abdicata, qui pote-
rit ſaltem abbate negligente uiſitare; & ſuper hoc ui-
de,quod ſcripſi in præ.c.de monacis.ſic dico de inſti-
tutione, ꝙ licet illam faciat abbas: tamen & illā facere
poſſet eps per querelam, uel appellationem aditus,&
ſic non erit abdicata, uel excuſſa. De cathedratico ue-
ro no. Archi.de præb.c.1.lib.6.ꝙ licet generalis remiſ-
ſio nō extendatur ad illud; ſpecialiter tamen poſsit re-
mitti.inducit illas duas glo.de decreta.de monacis,de
præb.& de decre.præterea. de tranſac. quibus iam re-
ſponſum eſt.s̄.& Io.contra 16.q.7.quicunq; in fi. 1. gl.
ubi dicit, ꝙ licet in eius quantitate currat præſcriptio,
ſupra c.proxi.non tamen in toto, cū nec remitti poſ-
ſit,De reuerentia, & charitatiuo ſubſidio ſatis placet,
quod eſt dictū, illa non poſſe remitti. de inſtitutione
auctorizabili,licet Hoſt.teneat illā præſcribi non poſ-
ſe in præ.decre.cū ſatis, contrarium tamen ſeruari ui-
demus: & tamen dato, ꝙ id uerū eſſet,non per hoc ſe-
quitur,quin poſsit remitti per modū prædictum, ut.ſ.
alius uice epi auctorizet: non tamen per hoc dicetur
abdicata,cum epo petenti fidem fieri oporteat.faciat
quod no.de reg.iu.c. 1.lib.6.De receptione illorū,quę
ſunt epalis ordinis, idem dico, ualeat licentia de con-
ſenſu capituli ex cauſa data prælato, ut clerici,uel mo-
naci ſui poſsint illa recipere. à quo epo uoluerint, nec
per hoc dicuntur abdicata,cū illa ſit accumulatio tan
tū. conſtat enim, ꝙ ipſe epiſcopus concedens, ſine al-
terius licentia, uel dimiſſoriis illos ſuo iure poterit or
dinare,uel alia epiſcopalia conferre. ¶[*In glo.3.in fine*]&
infra de regu.iur.in generali,lib.6. ¶[*In glo.ulti.ibi,manda
mus*]uide quod ibi dixi[*& ibi,dixit Vinc.*]Io.Phi. Goffr.

8 [*& ibi.† uiſitare*] honeſtè facit epiſcopus abſtinendo,
quæſtionē tamen ſibi non credo referri poſſe.ad hoc
infra eo.c.ulti.lib.6.[*& ibi,uiſitandi*]ubi de hoc[*& ibi,ſo
lennitate*]ſic eſt differentia inter has duas in caſu cle.eo.
ti.ad noſtrum.§.nos igitur[*& in fi.*] ſecundum Io. uel
dic, ꝙ plus tenentur in hoc monaſteria, quàm eccle-
ſiæ: quia illæ ſubſunt l.diœceſa.monaſteria non,& ca
non mandat ea ſępius uiſitari. 18.q.2. non ſemel. Io.
Goff.Vinc. Dixit Hoſti. ꝙ hic non loquitur de uiſita-
tione monaſterij,ſed eccleſiæ: ſed in antiqua patet, ꝙ
iſta erat eccleſia canonicorum regularium. dixit au-
tem Hoſt.loqui de ſpeciali conſuetudine,qualem di-
cit ſe expertum in monaſterio Ciſtercien. & ut dixit,
vulgariter dicitur in talibus eccleſiis, ꝙ epiſcopus in
eis procurationem habet cum fęno, & cum herba.

ANNOTATIONES.

a ¶Præterea.In omnibus,quæ no.iſta glo. unum eſt aduertendum,
quòd ſolus epiſcopus cum capitulo poteſt facere iſtas exemptio-
nes,nec aliquid dicitur de archiepiſcopo, ad hoc de his, quæ fi.a
præla.paſtoralis,& tamen in alienatione alterius rei de menſa ſua
uidetur requiri ipſius conſenſus, ad hoc quod not. Ioan. Andr.de
tranſac,cap.2.in glo.qui ſic,& ſuper illa Ioan.And.in cap.1.de rē.
eccle.non alie.lib.6.ſuper uerbo, defenſore.quod uidetur mira-
bile: cum iſta ſint maiora re aliqua temporali.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia de nouo conuerſa in procurationibus, & alys ſeruabunt
conſuetudinem uicinarum.*
*Compoſtellana eccleſia in qua ſit prouincia, & quondam à Sarace-
nis poſſeſſa & recuperata.*
2 *Viſitandi, & procurandi ius nec remitti, nec præſcribi poteſt.*
*Metropolitanus in quibus caſibus iure communi iuriſdictionem
habeat in prouincia. remiſſ.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum.nu.4.*
*In conſuetudinum diuerſitate qua ſeruanda, & quando Romana,
& quando metropolitana*

CAPVT XXII.

1 SVper eo. Caſus. Eccleſiæ † de no-
uo conuerſæ in procura
tionibus,& aliis ſeruabunt conſue. uicina
tum.& ponitur primo conſultatio.ſecun-
do ipſius reſponſio ibi, Tibi duximus[*Ferè tota*]olim
enim erat in parte eccleſię Brachatenſis ſed interue-
niente iudicio & partium compoſitione ad eccleſiā
Iacobitanam conuerſa eſt, Vinc.Hoſtien.dicit, ꝙ ferè
totam occupauerunt Saraceni,quam poſtea Rex Ca
ſtellæ recuperauit,& ſubiugauit,& ſic quaſi iure poſt
liminii erant reſtituta eccleſiæ Compoſtellanæ. ff.de
a capti.l.poſtliminium idem Pe.[*Partem*]hoc tamen in
tellige ſecundum id, quod habetur, infra e.Romana,
lib.6.[*Obſequi*]ideſt obedire[*Tenetur*]ipſa prouincia cir
ca obſequium,& alia,quæ ad iuriſdictionem, & obſe
quia extraordinaria. & modum procurationis perti-
nent,& in iuris conſuetu.cadunt ſecundum Hoſtien.
2 qui † dixit hic, ꝙ ipſum ius uiſitandi, & procurādi nul
la contraria conſuet. tolli poſſet: quia talia nec remit-
ti poſſunt,nec præſcribi, ut ſupra cap.proxi.Item ſunt
quidam caſus,in quibus de iure communi iuriſdictio
nem habet, de quibus,ſupra de offic. ordi.paſtoralis.
3 ¶Prima † glo.no.uicinarum &c.allega.6. iura.& 4.in.
contrarium, & ſoluit. ¶[*In † glo.1.ibi,non contradicunt*] &
ſophiſticè inducuntur ſm Vin.T.& Goff.[*& ibi,conſue
tudine*]ſi diuerſę eſſent conſuetudines,dic ut legitur &
no.s̄.de conſue.cum olim.Gof.[*& in fi.*]Item contrà,
attendenda eſt conſuetudo Romanę eccleſię.j.de hę-
reti.ad abolendam.So.illud uerum in ſententiis,& ſa-
cramentis eccleſiaſticis exhibendis, de quo dic ut no
b de temp. or.c.1.& 2.Item cōtrà,attendenda eſt con

ſuetudo metropolitana. de ſpon. duo. ca. fi. Sol. illud,
cum apparet. ſed hic non apparebat. Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶Poſtliminium. Ad hoc facit de elec. quia diligentia, & bona ta-
lia, dum ſunt apud hoſtes, poſſunt pure legari & donari. ad hoc de
leg. 1. id quod apud, ubi uide Bar.
b ¶Temp. ord. Et de ſum. tri. c. 1. lib. 6. in glo. no. & conſuetudo Ro
manæ eccleſiæ prævalet etiam contra determinationem l. ciuilis
probat tex. de iur. ca. literas.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio quando debeatur prælatis, & quibus, & quanta, &
quouſque, & nu. 2. & 3.*
Viſitantium officium quod, & nu. 7.
2 *Ratio eadem ſi ſit priuilegij, an idem ſit priuilegium.*
3 *Legati, & nuncij ſedis apoſtolicæ procurationem habent, & quan
tam, & qua ratione.*
4 *Vltra procurationem quæ alia ueniant.*
Euentus bonos non habet præda ſordida.
5 *Procuratio ſi ab una non poſſit eccleſia ſolui, reintegranda ab alia
& num. 6. cir. fin. & 7.*
6 *Eſt ſoluenda ſi dicat quis impotentem ſe, quando cogendus, & quo
modo.*
Soluendo qui impotens eſt non arctandus.
7 *Onus in plures diuiſum facilius ſupportatur.*
Prædicatio bonis, & malis ſit, & cur.
8 *Pereuntibus non incumbendum.*
9 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 10.*
11 *In procuratione, uel exenijs grauans eccleſiam in quantam con-
demnandus.*
In quadruplum, uel duplum quibus caſibus hic condemnatio fiat.

CAPVT XXIII.

PRocurationes. Caſus. Prælati
1 † tunc ſunt pro-
curandi, cũ perſonaliter viſitant, & debent
tunc conciliũ Lateranenſe ſeruare, & præ
dicationi, correctioni, & reformationi uacare. legati
& nuncij papæ pro his diebus tantũ, quibus moram
trahunt, procurari debent. contra hanc conſtitutio-
nem exactũ eccleſiæ grauatæ reſtituitur duplicatum
& ſunt tres partes ſm Ab. ſecunda ponens, quid face-
re debent ibi, Porrò. tertia puniens ibi, ꝙ autem [*Aut
nuncij*] iſti procurantur, quando trãſeunt, etiam ſi nõ
uiſitent, ut ſequitur, & patet. ſ. eo. cum inſtantia. nec
tollitur tẽpore, ut ibi. Quid de legatis, uel nunciis me-
tropolitani ſm Hoſti. uidetur, ꝙ ſint tranſeundo per
prouinciam procurandi. ſ. de iureiu. ego. N. de ma. &
obe. dilecti, de pœnis, Romana. unde etiã tenebat In-
no. j. eo. Romana, li. 6. ꝙ quando archieps pro nego-
cio totius prouinciæ in loco aliquo moram trahit,
erit continuè procurandus. ad hoc de ele. ut præteri-
tæ. eadem enim ratio, quæ in legato. ergo idẽ ius. Sed
2 † dices, licet ubi eſt eadẽ ratio iuris cõis, idẽ ius cenſea
tur; non tñ ubi eſt eadẽ ratio priuilegij, eſt idẽ priuile
gium, niſi à principe impetretur. j. de priuile. ſane. ſed
reſpõderi poſſet, aliud in priuilegio non corpore iu-
a ris clauſo, [a] q̃ in clauſo. & adde quod ſtatim dicam de
legato [*Moderamine*] i. temperamento. j. de uer. ſig. c. fi.
3 Circa † legatos tene, quod poſt multa dicit Hoſti. &
ſic ſeruatur, ꝙ legati ſedis apoſtolicæ ſint de latere,
uel non, de tota legatione leuant procurationem ſuã
nec leuant illam ratione uiſitationis, ſed ratione com
munis oneris, de procur. cum pro cauſa, de ele. ut præ
teritæ, de ſta. mo. in ſingulis. & ſic dicit intelligendum
quod no. in ſum. de offi. archi. §. quod ſit eius officiũ.
ut dixi, ſupra eo. cum inſtantia, in glo. deſcendit. lega-
tis non de latere, & nunciis curia certam quantitatẽ,
taxat pro die. & hoc facit tam in ſtando, quàm in iti-
2 nerando; legatis de latere taxare ſolet in itinerando.
40. Flor. ſed non in ſtando, cum enim ſunt in legatio-
ne, ſolent recipere, ut dicitur, 25. reditum. & ſicut
olim illam recipiebant, ubi una ſola prouincia erat il
lis decreta, ſic & hodie recipiunt, quotcunque pro-
4 uincias regant [*Procurationum*] de his † quæ conſiſtunt
in uictualibus. nam ſi uelit accipere ueſtes, uel emen-
dam equorum mortuorũ, uel expenſas factas in eun-
do ad locum, uel ſi. hæc omnia petet ſupra rationem
expenſarum ad dies. Innoc. [*Numerum dierum*] ut ſi ex-
pendat. 100. ſol. in die, moratꝰ per 10. dies leuet. 10. pro
curationes, & ſic 50. li. & non ultra, licet interdum cõ
tra fiat, & recondatur ad ditandos parentes, qui quan
doque non ſolum ex hoc ortis diſcordiis depaupe-
rantur, imò & occiduntur ſecundum Hoſti. qui dicit
talia cauẽda iuxta id, Non habet euentus ſordida præ
da bonos. Ouidius ſine ti. lib. 1. & uide quod dixi. ſu-
5 pra de deci. non eſt, ſuper glo. 2. [*Per ſeipſam*] puta, † po
tens eſt ſoluere centum ſol. quæ eſt integra procura-
tio. expediat igitur ſe, & ſoluat, ſi non poteſt ſoluere
niſi. 50. iungatur ſibi alia, quæ ſibi ſit æqualis, & ſic fa
ciant procurationem integram. & caueat rector ec-
cleſiæ, ne aliquid contingat ſm ea, quæ habes, ſupra
6 eo. cum inſtantia. ꝙ † ſi dicat ſe impotentem, legatus
dicit eum potentem. reſpondet Hoſti. aut euidenter
liquet de potentia ſecundum communem famam,
arg. ff. de flumini. l. 1. §. 1. & tunc compellatur. aut eui-
denter liquet, quod eget; & ſic non cogatur, ſupra de
ſolu. Odoardus. aut dubitatur; & tunc prælatus poteſt
ſi uult, exigere iuramentum, ꝙ dicat ueritatem. & ſta-
bit dicto ſuo, ſupra de iureiur. c. fi. aut poteſt ipſum ex
communicare, ſi habeat illum ſuſpectum ſub hac cõ
ditione, ſi in fraudem ueri ſe aſſerat impotentem, arg.
ſupra de ap. præterea, & relinquat illum conſcientiæ,
ſuæ, ſupra de iureiu. mulieri, cum ſuis concor. [*Vel plu
res*] idem facit hodie archiepiſcopus, uel epiſcopus ui
ſitans; quod dic, ut infra eo. Romana. t. reſpon. lib. 6.
Si autem tam pauper eſt eccleſia, ꝙ nil poteſt, nil da-
bit, de ſolu. Odoardus. & tunc eam, ſi uiſitatione indi-
get, prælatus ſuis ſumptibus viſitabit. de hoc, ſupra eo.
cum apoſtolus, in glo. 2. [*Coniungantur*] onus enim in
7 † plures diuiſum facilius ſupportatur, de præſcri. acce
dentes. Goff. de ſta. mo. in ſingulis [*Prædicationi*] quid
à clericis exquirere debeat, & quid eos docere, tradi-
tur. 10. q. 1. placuit. Phi. [*Exhortationi*] licet generaliter
& indiſtinctè fiat prædicatio ad bonos & malos in ex
hortatione habetur bonorum, & malorũ deſcriptio.
exhortamur enim bonos, ut procedant de uirtute in
uirtutem, malos, ut à peccato recedant. & ſi nolunt
obedire, tunc intendunt correctioni ſeruato ordine,
de quo, ſupra de iudi. cum non ab homine; & refor-
mationi quò ad ſtatũ eccleſiæ deformatæ. de his ſor-
mis viſitationum dic, ut infra eo, Romana. §. ſane, lib.
8 6. [*Qui non † perit*] ibi enim nec erugo, nec tinea demo-
litur, neque fures ſodiunt, nec furantur. Matth. 6. Lu-
cæ. 12. [*Tantundem*] additur pœna, infra eo. Romana. §.
procurationes, & §. caueant, & eod. titu. exigit. lib. 6.
9 ¶Prima † glo. tractat de triplici procuratione. ¶Vlti.
10 glo. ſignat contrarium, & ibi remittit. ¶[*In 1. † glo. ibi, pa
cti*] quarta ratione priuilegii, arg. infra de exceſ. præla.
accedentibus. Hoſtien. [*& in fi.*] & adde quod no. in-
fra c. proxi. ¶[*In glo. 2. ibi, inter cætera*] & ca. ſi epiſcopus,
11 lib. 6. dic ut ibi. ¶[*In † glo. ulti. ibi, in quadruplum*] illud po-
teſt intelligi, cum per uim, uel concuſſionem aliquid
eſt extortum, arg. in auctèn. ut iudi. ſine quo. ſuf. §. ſic
igitur, in fi. & §. neceſſitatem, in fi. & de hoc infra de
ſimo. & ſi quæſtiones, ad fin. uidetur tamen, ꝙ in his
ſufficiat de iure canonico, ꝙ duplum reddatur. iam
decreta. infra eo. Romana, loquitur de exeniis, & de
uiolenter extortis, ſecundum Hoſtienſem.

ANNOTATIONES.

a ¶Clauſo. Vbi eſt maior ratio etiam in priuilegio, fit extenſio, ut de deci. ex parte, el 2. & uide Io. And. de reſcrip. poſtulaſti, in glo. idem ſi habeat. & uide Ioan. And. de priuile. per executionem, ſuper glo. finali.

SVMMARIVM.

1 *Procurare epiſcopum uiſitantem tenetur etiam eccleſia Ciuitatenſis licet ipſam nunquam procurauerit, & nu. 16.*
2 *Viſitare uolentem qua non repellat exceptio, uel appellatio, & reliquis num. uſque ad 14.*
Appellatio extraiudicialis qua dicatur, & qua iuſta.
Probationis contra ſe extra iudicium recipere quis non tenetur utens iure ſuo, & nu. 7. 8. & 10.
3 *Per negationem quando dicatur res fieri dubia & habeat ea regula locum, ner. nec obſtat.*
Iure ſuo uti nunquam per negationem, uel prohibitionem, uel appellationem debet ullus omittere, & nu. 4.
Ordini iudiciario quando locus.
4 *Vt iudex ſi quid facio, non praiudicat mihi ut priuato.*
Poſſeſſionem ſuam defendere etiam materialis, armis, & ſpiritualibus licet, & ſtatim recuperare, & nu. 5. & 10.
5 *Ius ſibi dicere quibus caſibus liceat, & nu. 10.*
Excommunicationis ſententia in recuſantem uiſitationem meam quando teneat, & nu. 6. 9. 13.
6 *Epiſcopus, ſi intra epiſcopalia, qua poſſidet, negentur ei, quomodo ſe gerere debeat.*
Reum te conſtituere ſi poſſis, utile.
Delegationem ſuam delegatus oſtendere tenetur, excipitur legatus de latere.
Legatus de latere in quibus ſit priuilegiatus, remittit.
7 *An iuriſdictio ſit ſua, iudici cognoſcere quando liceat.*
Iudicem quem facio per quarum exceptionum oppoſitionem.
8 *Coram arbitratore quod ſit, non dicitur in iudicio fieri.*
9 *Abſolutio ad cautelam quo caſu concedatur excommunicato propter recuſationem uiſitatoris.*
11 *Per exemptionis allegationem non ſpoliatus quis ſua poſſeſſione.*
12 *In cauſa ſua & qua poſſit eſſe iudex epiſcopus.*
13 *Excommunicare quis ut pare nequit ullum.*
14 *Intentionis uocabulum hic ut accipiatur.*
Error non obeſt, cum conſtat de perſonis.
Ius commune pro ſe habens reijcit in aduerſarium probationem in fi. & ſupra nu. 9.
15 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 16.*
Viſitanti qua ueniant.
Vicinitas loci non derogat iuri procurationis tribuendæ.
Obſequium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.
Cap. Charitatem. 12. q. 2. intellectus.

CAPVT XXIIII.

1 VEnerabili. Caſus. Eccleſia etiã Ciuitatenſis procurare tenetur epiſcopum uiſitantem, licet ipſum nunquã procurauerit. & primò ponit querelam epiſcopi. ſecundo inſtructionem iudicum ibi, diſcretioni ueſtræ [*Procurationibus*] quia ſæpe quæſtiones occurrunt occaſione uiſitationum, & procurationum denegatarum, ideò Inno. hic materiam proſequitur, quam glo. poſuit. Hoſtien. ſupra ca. proxi. In
2 fi. primò ponens† quæſtionem talem. quæ fuit in curia, epiſcopus Eduen. acceſſit ad mona. ſancti Martini in ſua diœce. ſitum, mandans abbati, & conuentui ꝙ pararent ſe ad ipſum recipiendum & procurandũ: quia intendebat eos uiſitare. abbas reſpondit, ꝙ nullo modo pararet ſe ad uiſitationem, ſeu procurationem quia & ipſe & mon. exempti erant à iuriſdictione ſua, & appellauit ad ſe. apo. ſi in aliquo mon. hac occaſione grauaret: adijciens, ꝙ coram ipſo epiſcopo, uel coram papa, ſi ei magis placeret, paratus erat probare exemptionem, prædictam. Epiſcopus uero non ob. prædictis excommunicauit abbatem, & interdixit cõuentum: poſtea uenit Abbas, & egit contra epiſcopũ de iniuſta excommunicatione, uel potius nulla, & petiit abſolui ad cautelam. Pro Abbate autem dici poteſt, ꝙ excommunicatio nulla fuit: quia lata poſt appellationẽ ex cauſa legitima interpoſitam, quod ſufficit, & ſi cauſa uera non ſit, & quia lata eſt ſine cauſæ cognitione, arg ſupra de app. ad audientiam, & c. dilectis, maxime cum ex abundanti obtulit Abbas, ꝙ paratus erat probare exemptionem, ſupra de app. interpoſita. ſed ex eo apparet epiſcopum omnino eſſe puniendũ: quia ſine manifeſta cauſa rationabili, ſeu probata excommunicauit. nam per negationem, & contentionem abbatis facta fuit res dubia. C. quibus ad liber. procla. non licet. l. 3. ſupra de reſti. ſpo. Piſanis. Iniuſtè ergo excommunicauit: & ideò puniendus eſt. 2. q. 1. nemo, infra de ſen. excom. ſacro. Item ſi rector alicuius eccleſiæ diœce. Eduen. peteret decimas ab aliquo laico tanquam à parochiano ſuo, uel aliquod ius parochiale, & laicus diceret, ꝙ non eſt parochianus ſuus, ſed alterius, & hoc uellet probare coram epiſcopo, planum eſt, ꝙ epiſcopus exceptionem hanc admitteret, nec ſuſtineret, ꝙ rector ipſum moleſtaret, hac dubitatione pendente. ubi ergo iuſticia epiſcopi, qui contra rectorẽ admittit exceptionem, quam contra ſe non admittit? utiq; hoc non eſt iuſticia, uel æquitas, imo iniuſticia, & iniquitas, ut poteſt colligi. 4. q. 4. c. 1. & in prin. decretorum. & in eo, quod le. & no. ſupra de offi. ordi. cum ab eccleſiarum. & c. ad reprimẽdam. & de reſti. ſpol. conquerente. Epiſcopus autem econtrario pro ſe allegat: quia ex quo conſtat, ꝙ monaſterium ſitum eſt in ſua diœc præſumptio iuris eſt, ꝙ ei debet uiſitationem, & procurationem, ut patet in hoc. c. & infra eo. cum nuper, ſupra eo. cum uenerabilis, & c. ſopitæ, ſupra de præſcrip. cum ex officii. per quæ probatur, ꝙ ei ſubeſt in prędictis, quia & pręſumptio iuris eſt, & ueritas eſt. ergo iuſta eſt ſua ſententia ideò autem iungit epiſcopus, ꝙ eſt ueritas: quia bene fatetur, ꝙ ſi in ueritate probaretur exemptio, mala eſſet ſua ſententia: ſed hoc tantum uult defendere, ꝙ ſi abbas deficiat in probatione exemptionis, quamuis probationem obtulerit, tamen ſententia reputabitur iuſta: ergo pendẽte probatione prima facie iuſta pręſumitur. unde & ei ſtandum eſt, quouſque contrariũ probetur. patet in eo, quod no. ſupra eo. ſignificauit, reſpon. 1. nec ob. quod Abba. dicit, appellationem ex cauſa iuſta, quam paratus fuit probare interpoſitam, & poſt ipſam ſine cauſæ cognitione ſententiam latã; unde ſententia nulla eſt. reſpondemus enim pro epiſcopo, ꝙ quantumcunq; extra iudicium procedat appellatio ex cauſa legitima, & quantumcũq; appellans probationẽ offerat, nunq̃ tamen cenſetur iuſta appellatio, niſi ueritas cauſæ ipſius appellationis probetur, ut no. ſupra de his, quæ fi. à ma. par. ca. ex orc, ſupra de
a ele. cum inter canonicos[a]. Hic autem, ut quidam dicunt, facta fuit appellatio extra iudicium, quod ex eo apparet: quia abbas proponebat ſe exemptum, & per conſequens dicebat epiſcopum non eſſe iudicem, ſicut & cenſenda eſt appellatio extra iudicium, ſi quis appellaret ab epiſcopo, ne ordinaret eccleſiam de canonicis, uel ne confirmaret electum, uel ne inſtitueret repræſentatum, aſſerens ad ſe hæc omnia pertinere. licet enim hæc de lege iuriſdictionis exiſtant; non tamen ſemper ordinẽ iudiciarium requirũt, nec pro ipſis expediendis iudiciũ ordinatur: imò frequentius, extra iudicium, quàm in iudicio expediũtur: uel dic, ut notatur, ſupra de appellat. dilectis. ſed & ſi in iudicio eſſent partes: tamen non fuit exceptio iuſtè propoſita. oblatio enim probationis coram epiſcopo facta abbatem non releuat: quia coram eo non debebat fieri probatio: cum nemo ſit iudex in cauſa ſua. C. ne quis in ſua cauſa iudi. l. 1. ſed nec illud, quod offere-

batur coram papa ſe probaturum, ſufficiens eſt ad re-
uocanda illa, quæ poſt app. ſunt attentata, niſi ueritas
cauſæ probetur coram illo, ad quem eſt appellatum,
ut ſupra de appel. interpoſita. nec ualet, ſi dicat Abbas
ſe uelle, ꝙ idem epiſcopus cognoſcat: quia in re ſua
nemo iudex eſſe poteſt, ut dictum eſt, nec etiam arbi-
ter. ff. de arbi. l. penul. ſed nec ualet, ſi dicat, ꝙ non de-
buit excommunicari ſine manifeſta cauſa. hæc enim
fuit cauſa ſufficiens. ſcilicet contumacia: quia epiſco
pum ad viſitationem recipere denegauit. & hęc cauſa
probatur manifeſta per pręſumptionem iuris. ex quo
conſtat, ꝙ mona in diœceſi ſitum: uel ſi probetur, ꝙ
idem epiſcopus eſſet in quaſi poſſeſsione uiſitandi,
3 donec contrarium ſit probatum. nec † obſtat, ſi dicas,
ꝙ præſumptio iuris tollitur per negationem Abbatis
per quam fit res dubia. C. quibus ad libert. proclama-
b re [b] non licet. l. 3. quia, ſicut ex lege illa colligitur, hoc
in his, quæ in iudiciis aguntur, & non extra iudicium
locum habēt. & hæc exceptio exemptionis ſecundū,
quoſdam extra iudicium proponebatur. uel melius
res dubia facta etiam per litem impedit, ne noua poſ-
ſeſsio detur, ut in præallegata. l. ſed non impedit, quin
ueteri quis utatur, ſupra ut lite pendente. c. 1. ſupra de
appellationibus, ſignificante, & ſupra ti. 1. conſultatio
nibus. Item quia nunquam per negationem, uel pro-
hibitionem, vel appellationem alicuius debet aliquis
dimittere uti iure ſuo. C. de rei uendi. ſi fundus. C. cre-
di. uen. pi. l. 1. & not. ſupra de maio. & obe. dilecti. nec
obeſt, quod opponitur de epiſcopo, ꝙ admitteret ex-
ceptionem laici contra rectorē eccleſiæ &c. quia quā
do epiſcopus inter ſubditos cognoſcit, debet ordinē
iudiciarium ſeruare, & ſecundum allegata potius, q̃
ſecundum ueritatem iudicare, ut 3. q. 7. iudicet. 2. q. 1.
Deus. 11. q. 3. illa. ff. de offi. præſi. illicitas. non enim per
ſonam ſuam gerit priuatam in iudicando. ſed iudicis
& publicę perſonę, quibus nō eſt iudicare niſi de pro-
batis. 6. q. 4. ſi. io. 1. ſi omnia. ſed ad uiſitationem hanc
faciendam epiſcopus nō procedit ordine iudiciario
ſeruato, nec ut iudex ſecundum quoſdam, maximè
quò ad thema & intentionem abbatis, qui ſe dicit exē
ptum. licet in ea ordinem aliquem ſeruare debeat, in-
fra eo. Romana infra de accuſa. qualiter, ultra mediū
in eo tamen, quod petit ad uiſitationem admitti, nō
procedit ut iudex, ſed tanquàm utens iure ſuo. unde
non debet inquirere, ſi habet ius uiſitandi, cum ipſe
ſciat ſe habere, ſicut uerum eſt: nec debet admittere
exceptionem, cui non poſsit de hac exceptione co-
gnoſcere. Item iudex, qui eſt medius, debet omnia au
dire, ſed pars tantum utilitatem cauſæ ſuæ ſecundum
Deum & cū bona conſcientia proſequi debet; quod
bene hic epiſcopus facit, ſi viſitatio ad epiſcopum p-
4 tinet. Ad hoc † etiam facit, quod ius dicit, ꝙ non præ-
iudicat alicui ut priuato, quod facit ut iudex, ſupra de
fide inſtru. inter dilectos, circa fi. uel dic & melius, ꝙ
etiam ſi in iudicio coram archiepiſcopo, uel papa ab
bas prouocaret in libertatem, uel etiam ſi epiſcopus
interdicto, uti poſsi. ageret contra Abbatem, nihilo-
minus epiſcopus lite pen. uteretur poſ. ſua, & contra-
dictores excommunicaret iuſtè, dummodo in ueri-
tate poſsideret, ſupra ut lit pen. ca. 1. Item dicunt qui-
dam, ꝙ liceret epiſcopo cum armis materialibus de-
fendere poſſeſsionem ſuam, quare non magis cum
ſpiritualibus. ſcilicet per excommunicationem, quæ
eſt medicinalis. 2. q. 1. multi, quia arma epiſcopi, & mu
cro eſt excommunicatio. 16. q. 2. uiſis. 24. q. 3. corri-
piantur. So. ſi epiſcopus exequens officium ſuum, ſi-
cut dictum eſt in themate, uadat ad aliquod mon. ui-
ſitandum, in cuius poſſeſsione ſit uiſitandi, quantun-
cunq; abbas mon. alleget ſe exemptum, & hoc ipſum
offerat ſe probaturum, dummodo epiſcopus ſciat ſe

quaſi poſſeſsionem habere, quæ non potuit amitti ſi-
ne animo eius, & eo ſciente, ſi per ſe poſsidebat. ff. de
acqu. poſ. peregre. §. quibus, & quantuncunq; contra-
dicat, uel appellet abbas, ſemper uiſitabit epiſcopus:
& ſi pertinaciter renuat, materialibus armis defendet
epiſcopus poſſeſsionem ſuam. de hoc no. infra de im-
mu. ecc. ca. 1. & ſpiritualibus armis, ſupra de præſcrip.
cum ex officii, infra eo. cum nuper. & ut bene proba-
uit epiſcopus in ſuis allegationibus, idem uidetur, ſi
incontinenti recuperet amiſſam poſſeſsionem, ſupra
5 de reſti. ſpo. olim nam † & ſm iura ciuilia licet cuique
ius ſibi dicere in his caſibus; & in quibuſdam aliis, qui
no. in glo. generali. C. quando liceat cuiq; ſibi ius di-
cere, & in ſum. de re iud. ſub rubrica de ſententia. §. qs
debet, uer. fallit hic. Si autem eſſet quaſi in poſſeſsio-
ne talis iuris, quæ potuiſſet amitti etiam ignorante
epiſcopo, ut ſi aliquod ius per procuratorem poſside
bat, quia id bene amitteret epiſcopus etiam ignorans
tunc bene poteſt differre uti iure ſuo, ſi uult & ſi non
uult, uteretur illo iure, & contradictores excommu-
nicabit, ſi poſtea apparebit coram iudice, coram quo
agitur de iniuſta excommunicatione, ꝙ adhuc tem-
pore excōicationis erat in poſſeſsione viſitandi, vel al
terius iuris, rata manebit ſententia. Si uerò apparebit,
ꝙ non poſsidebat tempore excōicationis reuocabi-
tur ſententia: & tamen non punietur epiſcopus de in-
iuſta excōicatione, uel nulla. ar. ad hoc, ſupra de offi.
dele. ex literis, niſi appareat de eius malicia, uel craſſa
ignorantia. quæ ſatis apparet, ſi abbas ſeriatim modū
amiſſæ poſſeſsionis dicebat; & hoc ſe ei oſtenſurum
offerebat: nec obſunt huic opi. iura præal. ubi dicitur,
ꝙ ſententia excōicationis non debet ferri ſine cauſæ
cognitione, & ſine monitione: quia illa habent locū,
quādo procedit ut iudex: hic autem procedit ut pars,
quæ iura ſua defendit mucrone ſuo ſpirituali. nam &
aliàs ſine cauſę cognitione, & monitione procedit ex
cōicatio. ſ. de offi. or. ſi ſacerdos, infra de ſen. ex. roma-
na. §. caueant. 5. q. 1. quidam. monitio tamē ſemper ui-
detur neceſſaria infra de ſen. ex. ſacro. imò, ut dicebat
Hoſti. iuſta cauſa ſubeſt, ſ. quia non admittitur epiſco
pus ad uiſitationē, quæ ſibi de iure debetur. nec eſt ne
ceſſaria monitio, ex quo dicit Abb. ꝙ illum non reci-
piet, cum per hoc probetur ipſius contumacia mani-
feſta. nam in incertis non in certis &c. ff. de uer. ob. l.
continuus. ff. de re iudi. l. contumacia. & per hoc pa-
tet, ꝙ epiſcopus exequens officium uiſitandi non ad-
miſſus poteſt ſine alia monitione excommunicare
rebelles, de præſcrip. cum ex offi. & infra c. prox. ſed ſi
non exequens officiū ſuū viſitandi, ſed in iudicio vult
epiſcopus agere cōtra abbatem ius ſibi eſſe illud mo-
naſterium uiſitandi, debet eligere arbitros cum abba
te, qui hanc cauſam dirimant. 11. q. 1. ſi clericus, & epi
ſcopus coget abbatem ad arbitros eligendos. 11. q. 1.
peruenit, & ſupra de offi. dele. ſuſpitionis. Si autē con-
tra alium ageret, qui dicit ſe uiſitationem epiſcopa-
lem in eodem monaſterio habere, cōueniet eum co-
ram iudice rei. ff. ad munici. de iure, & de decur. l. 1. di-
cit Hoſtien. pri. coram metropo. mona. de foro com-
pe. ſane. Si autem ualet, ut eſt dictum, excommunica
tionis ſententia, quando conſtat mona. in diœce. epi-
ſcopi ſitum eſſe, ſic uidetur dicendum ſi in alia diœ-
ce. ſitum ſit, dum tamen epiſcopus fidem faciat, ꝙ in
quaſi poſſeſsione iuris uiſitandi eſſet. ꝙ ſi hoc coram
ſuperiore nō probet, facilis erit ſuperior ad credēdū,
ꝙ mala fide tulit excōicationis ſententiā, & ad ipſum
epm puniendum: quod non eſſet, ſi in ſua diœce. ſitū
eſſet præſcriptione iuris epiſcopū releuāte, & de hoc
6 no. infra de uerb. ſi, ex parte. 1. Ex præmiſsis † patet, ꝙ
eps, cui iura epiſcopalia, quæ poſsidet, deneganť, cau-
tè & prudenter agit, ſi ut pars & non ut iudex proce-
dat;

dat:qa ſic non aſtringit ad iuris ordinē obſeruandū.
Item quia ex hoc ſe reum conſtituit, & conſeruat, &
aduerſarium actorem facit. qui neceſſe habet cōque
ri de iniuſta excommunicatione, vel nulla, ſup. de of-
fic.le.cum contingat, & ſupra de offi.or.ad reprimen-
dam, & ſic in dubio abſoluetur epiſcopus: quia fauo-
rabiliores ſunt rei, quàm actores. ff. de reg.iur. fauora-
biliores, & patet in eo, quod legi. & no. ſupra de re iu-
di.c.fin. & de proba. ex literis, ubi uerò epiſcopus non
tāquàm ordinarius, ſeu ius ſuū proſequens, ſed quaſi
delegatus à Papa, uel ab alio deſcēdit ad aliquod mo-
na. viſitandum, quantumcunque ſit delegatus in ueri
tate, tamen nunquàm eſt admittendus de neceſſitate
iuris, niſi fidem faciat de ſua delegatione, nec aliter te
c net excommunicationis ſententia [c] ab eo lata, ut pa-
tet, C. de man. princ. l. unica. imò ei reſiſti poteſt, C. de
iure fiſ. prohibitum eſt, lib. 10. & probatur in eo, quod
legi. & notatur de offic. dele. cum in iure. Excipe lega-
tum apo. ſe. ex latere maximè quantum ad procura-
d tionem, ar. 26. diſtinct. aliàs 97. diſt. nobiliſſimus, [d] qui
& in multis alijs priuilegiatus exiſtit, ut patet in eo,
quod legi. & not. ſupra de offic. le. officij. §. fin. Quid ſi
delegato ab epiſcopo, uel metropolitano dicat ab-
bas, Ego ſum exemptus, uel in poſſeſſione libertatis?
reſpondeo, ſi delegatus ſentit delegantem, à quo cau-
ſam habet, eſſe in poſſeſſione uiſitandi, non obſtante
hoc uiſitabit, & excommunicabit, ar. ſupra ut lit. pen.
c. 1. Quid ſi eidem delegato, vel etiam ordinario uiſita
re uolenti obijciatur, quòd excommunicatus eſt, &
probatio ſuper hoc offeratur, & quia nō admittitur,
appellatur? reſpondeo, iuſta eſt appellatio, ſupra de ap
pel. interpoſita, & per conſequens excommunicatio-
nis ſententia poſtea lata nulla, ſupra de offi. dele. cum
7 olim abbas, in fin. Ex his † ergo patet, quòd viſitans,
qui in poſſeſſione eſt, nō tenetur admittere exceptio
nem exemptionis, & tamen tenetur admittere exce-
ptionem excommunicationis, quę eſt ratio diuerſita
tis? reſpondeo, quia quando abbas excipit de excom-
municatione, & probationem offert, confitetur eum
e iudicem, [e] qui & de hac exceptione fori cognoſcere
poteſt, ſupra de reſcri. ſuper literis. Sed ubi dicit ſe exē-
ptum in prædictis, reſtat per conſequens, quod negat
epiſcopum eſſe iudicem in eiſdem, & ideo coram nō
iudice non poteſt proponere exceptionem fori. Sed
contra. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. ff. ſi quis in ius uoc.
non ierit. l. 1. Sol. illa iura locum habent, quando con
ſtat, quòd citans iudex eſt, uel de hoc dubitatur. nam
ſi certum eſſet, quod non eſſet iudex, non tenetur ci-
tatus comparere, ar. ff. qui ſatiſda. cogan. ſi uero. §. qui
pro rei qualitate. In dubio igitur citatus cōparere te-
netur, & ratione dubij tenet lata ſententia, ſiue citans
ſententiet, ꝙ ſua ſit iuriſdictio: ſiue etiam ſuper princi
pali, ex quo partes non curant de iuriſdictione cōten
dere, ar. ff. de iudi. l. 2. §. ſed ſi duo, & l. ſi quis ex aliena,
ff. ad munici. de iure. C. de uſuris. ſi ea. Quod ergo di-
cunt prędictę leges, iudices debere cognoſcere, an ſua
ſit iuriſdictio: locus habet, quando citatus dicit, non
teneor reſpondere: quia habeo ius reuocandi domū,
uel non teneor reſpōdere auctoritate literarum: quia
impetratæ ſunt per falſi ſuggeſtionem, ſupra de foro
compe. c. fi. §. fi. de reſcri. ſuper literis, vel quando quæ
ritur de iuriſdictione iudi. tantum, & non de principa
li. ff. de iud. ſi quis ex aliena. Secus eſt, ubi quæritur nō
tantum de iuriſdictione, ſed de principali, ut in caſu
thematis noſtri apparet. Sic enim dicit abbas, Domi-
nę epiſcope, non poteſtis uiſitare mona. quia non eſt
is iudex, cum monaſterium ſit exemptum, in quo ca-
ſu non tantum quæritur de iuriſdi. epiſcopi, an ſua ſit:
ſed etiam de principali, ſcilicet an monaſteriū ſit exē-
ptum, de quo nō poteſt cognoſcere nec ut iudex, nec

ut arbiter, ut ſupra dictum eſt: nec etiam poſſet uideri
ſententiare ſuper iuriſdi. niſi & ſimul ſuper principali
pronunciaret. quinimò, & ſi cōſter, quòd aliàs iudex
ſit, de priuilegio tamē exemptionis nullo modo ſine
conſcientia principis cognoſcere poteſt, ſupra de iu-
di. cum veniſſent. vel melius dic, quòd epiſcopus non
uocauit hūc abbatem vt iudex: ſed ut pars, uel ut pro-
ſequeretur officiū ſuum. unde nec tenetur abbas ire,
uel ſuum priuilegium allegare: quia & ſi uellet abbas
omittere allegationem priuilegij, & quòd epiſcopus
procederet in principali tanquàm iudex, de iure hoc
nō poſſet fieri, cum idem epiſcopus ſit actor. ex quo
ſequeretur, quòd idem eſſet actor. & iudex. & ꝙ quis
eſſet iudex in cauſa ſua, quod eſſet contrarium iuri,
ut patet. 4. q. 4. c. 1. infra de uerb. ſig. forus. §. in omni,
C. ne quis in cauſa ſu. iudi. in rubro, & nigro. Non ob-
ſtant ergo. ll. quæ inductę ſunt, ſupra pro contrarijs:
quia qn̄do iudex procedit ut pars, ſicut eſt in noſtro
themate, non uendicant ſibi locum. imò loquuntur,
cum quis procedit ut iudex inter partes, & reus exci-
pit de iuriſdi. & de foro, dicens quòd non eſt ſuus iu-
dex: hic aūt loquitur, ubi epiſcopus procedit ut pars,
ut ſæpe dictum eſt, unde & ſi epiſcopus admitteret ex
ceptionem exemptionis, nihilominus tamen pendē-
te lite ſuper hac exceptione uteretur poſſeſſione uiſitā-
di, ſi in ipſa eſſet, & contradictores excommunicaret.
Quod tamen non uidet Inn. quomodo poſſit eſſe, q.
d. iuri non congrueret, quòd ſic eſſet. Nec ob. ſi dicas,
8 quòd epiſcopus † poſſit eſſe arbitrator: quia quod co
ram arbitratore fit, non dicitur fieri in iudicio ut no.
ſupra eo. de iureiuran. quintauallis. Item tales quęſtio
nes in principali negocio ſunt deferendæ, ſupra de fo
ro compe. ex parte, hoc eſt primò lis conteſtanda. &
poſtea de exceptione quærendum, de lit. conte. exce-
ptionis, li. 6. & hoc magis placuit Innocen. quàm ea,
quæ notata ſunt, ſupra uel infra de uerb. ſig. ex parte,
1. ubi not. quòd niſi abbas incontinenti oſtendat co-
ram epiſcopo priuilegium. uel aliquam aliam excep.
legitimam probet, quod poteſt eum excommunica-
re epiſcopus. Si uero oſtendat, non debet excommu-
nicare eum: hæc, inquam, non placent: quia non eſt
uis in exhibendo, uel nō exhibendo probationes, cū
non teneatur abbas ipſas exhibere, uel epiſcopus reci
pere: quia nec poſſet de hoc ut iudex cognoſcere, ut
præmiſſum eſt, licet tanquàm priuata perſona poſſit
ea uidere, ut inde inſtruatur, non ut de his iudicet. ſl.
ſupra de reſcrip. cum contingat, & in hoc tantum con
tēdimus, an in ueritate monaſterium ſit exemptum,
9 uel non. Superior † uerò hunc abbatē non ſtatim ab-
ſoluet ad cautelam: quia cum monaſt. ſitum ſit in diœ
ce. epiſcopi, pręſumptio iuris eſt pro epiſcopo contra
abbatem, cui ſtandum eſt, donec contrarium ſit pro-
batum, ut ſupra no. Si autem eſſet in aliena diœce. uel
etiam in eadē, ſed tamen abbas ſtatim exhibet aliquā
probationem, per quā licet ſemipleuè appareat vt cū-
que prima facie de exemptione monaſterij, tūc ſupe-
rior ſtatim abſoluet abbatem ad cautelam, quod dic
ut le. & no. infra de ſen. excommu. ſolet, & ſupra de ex
cep. apoſtolicæ. Quid ſi abbas quantum ad ſolam uiſi
tationem dicatur exemptus, licet in alijs epiſcopo ſit
ſubiectus? Reſpon. ſi de exemptione uiſitationis appa
reat, propter hoc quòd in alijs eſt ſubiectus, non mi-
nus iudicabitur excōmunicatio nulla. ut patet in eo,
quod le. & not. de exceſ. præla. cum ad quorundam.
Quàmuis autem quidam dixerint, ſupradicta tantum
locum habere, vbi quis officium ſuum exequitur, vel
exigit ſibi debitum iure ſcripto, uel conſuetudine: alij
10 † tamen dicunt, & forte melius. quòd unuſquiſq; epi-
ſcopus id. quod iuſtè poſſidet, quodcunque ſit illud,
poteſt defendere per excommunicationis ſententiam,
quan-

dictlo ex illa decr. ſupra de elec. querelam. Si uerò nõ
intendebat eum ſpoliare poſſeſsione, ſed tantũ in cen
ſus ſolutione ceſſabat, tunc aget interdicto, uti poſsi-
detis: quia ſic moleſtat eũ non ſoluendo cenſum ſuo
tempore. argu. ff. uti poſsideris. ſi duo. §. fi. & ſic etiam
agendum eſt contra illum. qui eligit, uel inſtituit ali-
quem in eccleſia. in qua ad me pertinet electio, uel in
ſtitutio, & eodem modo contra clericum electũ, uel
inſtitutum: quia ipſi ſunt, qui mihi turbant poſſeſsio-
nem meam. ff. ſi ſerui. uẽ. ſi quis diuturno. uide quod
dixi de ſepul. certificarii, n q. nona. uer. & eſt idem. ue-
5 rùm † ſi epiſcopus præcipiat ſacerdoti, ne ſoluat cen-
ſum bonæfidei poſſeſſori, ſacerdos debet appellare ꝑ
eo: quia iniuſtum eſt præceptum. & idem uidetur di-
cendum, quãdo epiſcopus præcipit alicui de ſua dioe-
ce. ꝙ præſtet ei obedientiam, uel aliud ad ipſum epi-
ſcopum ſpectans de iure communi: ſed ſubditus dicit
ſe liberum priuilegio. uel præſcriptione, uel alio mo-
do. In hoc tamen caſu ſi epiſcopus etiam poſt appel-
lationem & ſine aliqua cauſæ cognitione ſubditum
excommunicet: tamẽ tenet excommunicatio, dum-
modò uerum ſit. ꝙ non ſit liber: quia quod petit epi-
ſcopus, notorium iuris eſt. & ideò ibi non requiritur
ordo iuris. de iureiuran. ad noſtram. 3. ſed & in noto-
rij, & in falſis non ualet appellatio. s. de ap. peruenit. i.
& c. propoſuit. & patet in eo, quod legitur & no. ſecũ-
dum Inno. de offi. dele. ſtatuimus. 1. & 2. Secus eſt, ſi
hoc petat à clerico, qui nõ eſt de ſua diœce. uel etiam
à clerico ſuæ diœcc. ea, quę ad ipſum epiſcopum non
ſpectant de iure communi. nam tunc non teneret ex-
communicatio poſt appellationem lata, etiã ſi in ue-
ritate peteretur, quod debebatur, quia per appellatio
nem negocium ad ſuperioris audientiam eſt delatũ,
ſup. de ap. ad audientiam, & c. ſolicitudinem. §. 1. Ali-
qui tamen contradicunt aſſerentes, ꝙ & in hoc caſu
appellationis ſententia ſemper ligat, & maxime in eo,
cui cenſus, quem poſsidet, ſubtrahitur. hic enim etiã
poſt appellationem & etiã ſine cauſę cognitione po-
teſt excommunicare ſubtrahentem, & ſic defendet
poſſeſsionem ſuam per excommunicationis ſenten-
tiam, argu. ſupra reſtitu. ſpoliato. olim 3. appellatio e-
nim alicui non debet poſſeſsionem ſuam auferre, ar-
6 gu. ſupra de appella. cum ſpeciali. §. porrò. Sed † quid
ſi abbas excõmunicat hic ſacerdotem, ſi nõ ſoluit cẽ-
ſum, & epiſcopus eum excommunicat, ſi ſoluit? Re-
ſpondeo. appellet ſacerdos, & ſic tutus erit, ut patet in
eo, quod legitur & notatur, ſup. de appella. præterea,
& nunquam obliget eccleſiam, nec cenſum ſoluat,
niſi probabilem & manifeſtam credulitatẽ habeat, ꝙ
ſoluere debeat. argu. infra de ſenten. excom. inquiſi-
tioni, ſecundum Innocen. cuius eſt tota mens huius
glo. Sed nec per omnia placent iſta. Quomodo enim
ſcire potero ſecundum Hoſti. de mente ſubtrahentis
a cenſum, qua intentione [a] hoc faciat? utique hoc ipſo,
quòd ſubtrahit, poſſum agere contra ipſum poſſeſſo
rio, uel petitorio, quod dic, ut plenè notatur, ſup. eo-
dem peruenit, & de electio. querelã. Nec curo de no-
7 mine actionis, ut ſupra de iudi. dilecti. Sed † nec pla-
cet, quod dixit, ꝙ in his, quæ de iure petũtur, poſt ap-
pellationem interpoſitam teneat excommunicatio.
hoc enim uerum eſſet, ſi ſubditus appellaret pro eó,
quod liber eſt, & libertatem non probaret. Si autem
appellet: quia in dubio non debet epiſcopus ſibi ius
dicere, bene defendet ipſum appellatio, quod dic ut
plene nota. in ſumma de appel. qualiter ſit appellatio
facienda ſub. §. ego abbas, & duobus ſequẽ. [*Et non de*
8 *nouo*] exponi † poteſt, &, pro aut. ff. de uerbo. ſig. ſępe.
intelligitur, quando fit ſine cauſa, uel ſine cõſenſu ca-
pituli, vt dicam ſuper prima glo. ſecundum Hoſtien.
[*Compellas*] colligit per hoc Hoſtiẽ. ꝙ iſte Tan. tenetur
iuramentum ſeruare, non ob. contrario mãdato epi-
ſcopi, donec fuerit abſolutus ad modum eius, quod
dicitur, de iureiuran. cap. 1. & c. debitores, uide finem
9 pe. glo. infra capitulo ſecundo. ¶ Secunda † glo. quæ-
rit, arguit pro, & contra, ponit opi. Lau. quam appro-
bat. ¶ Pe. glo. quærit, & tripliciter ſoluit. ¶ Vltima gl.
10 ſuppelet, & remittit. ¶ *In 1. glo. ibi, iuſta de cauſa*] dicit Ho-
ſtiẽ. ꝙ non ſolum requiruntur hæc duo auctoritas epi-
ſcopi. & iuſta cauſa, ſed & ꝙ capitulum conſentiat, dè
his quę fi. à prę. tua, & c. paſtoralis, de dona. paſtoralis,
& conuentus eccleſiæ, cui cenſus imponitur, ſi ſit cõ-
uentualis, de re. ecc. non alie. capitulo primo, de tran-
ſac. de cætero, & infra c. quanto. Fatetur tamen, quòd
ſola epiſcopi auctoritas ſufficit, maxime cum ſit cau-
ſa ad transferendum iuſtum titulum præſcribendi, &
ſic poteſt & hoc c. intelligi. & ſupra de dona. apoſto-
licę, de reli. do. conſtitutus, ſupra ti. 1. cura, infra eo. cũ
olim, & c. cum uenerabilis. nec præſcribẽs ſuper hoc
debet habere malam fidem, cum fulciatur auctorita
te papæ, qui hoc ius cõſtituit, maxime cum de tali rę
agatur, quam papa poſſet tollere, & contrarium ius
conſtituere. ſ. ꝙ ſola epiſcopi auctoritas in his ſuffice-
ret ad ius plenum transferendum, ſi tamen haberet
conſcientiam remordentem quamuis ſcrupuloſam,
illam ſequatur, infra de ſimo. per tuas. 3. & facit quod
dixi de præſcrip. ca. fi. ¶ *In glo 2. ibi, Lau. dixit*] alle. 8. q. 1.
11 ſciendum. Dixit † Goff. ſi certum ſit deberi, ſoluetur;
ſi dubium, obedietur epiſcopo. 11. q. 3. quid ergo. Di-
cit Hoſti. ſi conſcientia dictat, ꝙ debeatur, ſoluat ipſe
rector: ſi dictat contrarium, non ſoluat. in dubio obe-
diat, per no. de tem. or. ad aures. Quęrit etiam, quid de
eo, qui iurauit ſoluere intra certam diem, creditore
demum damnato per iudicem, uel de graui crimine
accuſato præcipit iudex ſub magna pęna debitori, ne
b ſoluat, an teneatur ſoluere [b]? & dicit, ꝙ communiter
ſubditi de facto obediunt, pro quibus faciũt iura pro
obedientia ſupra inducta. Item ꝙ iuramẽtum habet
tacitam conditionem, de iureiur. quẽadmodum. Ip-
ſe tamen tenet contrarium: quia tali rectè ſoluitur. ff.
de ſolu. reo criminis. ff. de iure fi. aufertur. §. in reali, ni
ſi in caſu. C. ad l. Iul. ma. quiſquis. & quia certum eſt,
ꝙ iuramentum eſt licitum, ergo contrarium manda-
tum illicitum. & ſi dicat ſe timere pœnam tempora-
lem iudicis? Reſpondet, ꝙ plus timendus eſt deus, ar.
ſupra quod me. cau. ſacris. ſed & iudex obligatur pro-
cedẽs iniuſtè, de emp. & uen. c. fi. de re iudi. cum æter-
ni. imò imputatur quandoq; illi, qui contra iniuriam
non appellat. ff. de mi. ait prætor. i. reſpõſo. ſi tamẽ bo-
na cõfiſcata eſſent, tunc ſoluitur fiſco ut hæredi. ff. ad
l. Iul. ma. l. fi. C. de bo. dam. l. fi. ff. de iure fiſci. in fraudẽ
uide tu ſpec. de ſolu. §. nunc aliqua, uer. illud autẽ [*&
ibi, fecerunt*] ſupra de renun. ſuper eo. ¶ *In glo. & ita, ibi,
fundatione*] vel exemptione, de reli. do. cõſtitutus. Goff.
12 [*& inf.*] quærit † Hoſt. quid ſi conſtare poſsit, ꝙ olim
præſtabatur, & ex cauſa tamen fuit ceſſatum in ſolu-
tione longo, uel longiſsimo tempore, nunc uerò de
nouo renouatus eſt auctoritate epiſcopi, nunquid ſit
ſoluẽdus? Videtur ꝙ non: quia obſtat præſcriptio, ar.
infra eo. olim, & c. cum canonicis. tenet ipſe contra-
rium: tum quia cenſus nõ præſcribitur. C. de præſcrip.
30. an. l. male agit, de reli. do. cõſtitutus: tum qa aliud
eſt de nouo imponere, aliud renouare. j. de iudi. con-
ſuluit, cum cõcor. tum quia non uidetur facta dete-
rior conditio eccleſiæ, ſi ad id, quod ab initio ſibi im-
poſitũ fuerat, reuertitur. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus. 51.
di. gñalis: tũ qa caſus vſ. j. eo. cũ venerabilis. s. c. ſciẽtes.

ANNOTATIONES.

a ¶Quia intentione. Conſtare poterit per materiã, quam no. Cõ-
poſte. in præal. c. querelam, & ſatis colligitur ibi ex glo. Innoc. &
vide

ti de Bar.ff.de qui.cau.in poſ. ea.l. Fulcinius.§.quid autem, & ff.
de acquir.hæredi.l.is poteſt.
b ¶Soluere. Ad materiam u de, quod no.Io.An.de offi.dele.ſane.2.
in glo.ſ.non obediendo.& uide.l.ſi fundum.C.de rei uen.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus uiſitans prouinciam etiam in monaſterijs prouincia procurari debebit, & nu.5.*
Conſors eiuſdem litis procuratorem conſtituit.
Monacus eſſe poteſt procurator epiſcopi.
Abbas poteſt fieri procurator.
2 *Literæ abbatis an probent mandatum ſuum.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.3.*
Epiſcopo, & clerico quæ officia inhibita.
In nominibus non eſt differentia, modò de re conſtet.
Conſuetudo iuri non contraria extenditur ad ſimilia.

CAPVT XIIII.

1 SOpitæ. Caſus. Archiepiſcopus † viſitãs prouinciam etiam in mo
naſterijs prouinciæ procurari debebit. &
prima pars factum narrat. ſecũda diffinit
ibi, inde eſt [*Inter ſe*] loquitur Rauen. metropolitano
Bonon. [*Procurator*] no. ſecundum Inn. abbatem eiuſ-
dem litis procuratorem conſtitui. facit ſupra de con-
fir. uti. uel inuti. cũ dilecta, de tranſac. cõtingit. dixit e-
tiam hic Gof. ꝙ monacus eſſe poteſt procurator epi-
ſcopi. 16.q.1.qui uere, & c.doctos, & c.ſi monacus, ta-
men cõſenſu abbatis. 18.diſtin. capitulo primo. Dicit
Hoſtien. ꝙ hic non loquitur de ſimplici monaco, de
quo dicendum eſt, ut ſupra de poſtul. cap.2. de ſenten
tia & re iudi. cum.I.& A. in prin. ſed loquitur de abba-
te, qui cum adminiſtrationem habeat, poteſt ſicut q-
libet alius fieri procurator, arg. eius, quod legitur &
no. ſupra de teſta. requiſiſti, ad fi. uide clemen. de pro-
2 cura. religioſis [*Ex literis*] probant † ergo literæ abba
tis, ꝙ aliquis ſit procurator ſuus, de quo die, ut no. ſu-
pra de proba. poſt ceſſionem. Hoſtië. [*& infra*] conti-
nebatur hic abbatis allegatio, qui forte dicebat, ꝙ cũ
in eccleſijs ſubiectis epiſcopo nõ haberet iuriſdictio-
nem, ergo nec debebat procurari. vel ꝙ quia epiſco-
ſcopus non erat negligens, non poterat archiepiſco-
pus uiſitare [*Iure communi*] ſup. fundari. ſed conſue. ad-
iuuari ſecundum Hoſti. quaſi ius cõmune ſuper hoc
non eſſet expreſſum, niſi in caſu, ſ. cum epiſcopus ne-
gli. non inſtes: ſed die ut infra eo. Romana, & c.fi.li.6.
[*Ea propter*] ſ. quia ius commune, & cõſuetudo pro te
3 faciunt. ¶Prima † gl. reſpondet per ob. & ſo. ¶Secun-
da gl. arguit. ¶Tertia alle. concor. & ſol. contrarium.
4 ¶Vltima diſtinguit. ¶*In 1. † glo. ibi. §. alium*] ibi dicitur
ſuſceptorem, exactorem, conductorem, curatorem,
procuratorem, epiſcopum, uel clericum eſſe non de-
5 bere. ¶*In glo.2. in fi.*] ſupra offi. archi. c. ulti. unde dice-
bat Inn. ꝙ huic archiepiſcopo ſufficiebat ius cõmu-
ne, uel generalis conſuetudo: quia cum non eſſet cõ-
tra ius, erat extendenda ad eccleſias ſimilis conditio-
nis. ¶*In glo. ulti. in fi.*] etiam ſi per illam diœceſim iret
ad aliam uiſitandam, ut dicam, eodem titulo, Roma-
na.§.primo, ſuper uer. uiſitatis.

SVMMARIVM.

1 *Cenſum nouum patroni etiam eccleſiaſtici imponere non poſſunt eccleſijs, & nec ueterem augere.*
Iuramenta, uel cautiones exacta ſuper hoc cogetur abſoluere, quod non ſemper fit. § fi. in fin.
Admodum, pro ualde.
Auaritiæ intendunt clerici.
2 *Nouus cenſus quis dicatur, remiſſ.*
Coactio pœnam attenuat.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 4.*
Alienatio rei eccleſiaſticæ quando non tenet.
Alienari rei probibitæ non competit pro pretio, uel fœnore actio.
5 *Additio gloſſarum.*
Pœna certa ubi non eſt ſtatuta, punitio eſt arbitraria.
Huius decretalis cum c. cum clerici, ſupra eod. conciliatio.

CAPVT XV.

1 GRauis. Caſus. Patroni † etiam eccle-
ſiaſtici nouum cenſum impo-
nere non poſſunt eccleſijs, nec ueterẽ au-
gere. & ſi ſuper hoc iuramenta, uel cautio
nes exegerint, cogentur abſoluere. prima pars narrat
factum. ſecunda prouidet ibi, diſcretioni [*Admodum*]
pro ualde. ad idem clemen. de iureiur. Romani, uerſi.
nos itaque, & ibi concordantiæ [*Eccleſiaſtica*] habẽtes
ius pa. nec per hoc intelligas, ꝙ illud liceret laicis pa-
tronis. ſed dictũ eſt, ꝙ potiſſimè clerici huic auaræ ue-
nalitati intendũt, ſupra eo. ſignificauit. & c. eam te. de
præbẽ. auaritiæ, de ſup. ne. præ. c.2. Hoſt [*Nouum*] quis
2 † dicatur nouus, no. ſupra eod. ſignificauit [*Ad ipſius*]
ſcilicet cenſus augmentati, uel de nouo cõſtituti [*Sa-
tisfactioni*] de pœnitentiali poteſt hoc intelligi ſecundũ
Hoſt. [*Abſolui*] à præſtito iuramẽto. & à peccato [*Præ-
ſumpſerint*] uoluntarij, uel coacti, quamuis coactio in
his pœnam attenuet, ſup. quod me. cauſa, ſacris ¶Ter-
3 tia † gloſſ. rationem reddit, all. 7. iura, & tria, quibus
fallit ratio. ¶Pe. gloſſ. ſignat contrarium, & ſol. ¶Vlt.
4 gl. quærit, & ſol. ¶*In 3. † gl. ibi, non dubium*] uide in c. ſi di-
ligenti. ſuper ult. glo. [*& ibi, ſancimus nemini*] non tenet
uenditio, pignoratio, uel hypotheca rei eccleſiaſti-
cæ. & ſic nec aliqua contra eccleſiam competet actio
pro precio, uel fœnore [*& ibi, annuendo*] l. ultima eſt. ui-
de de dona. inter ui. & uxo. c.3. ſuper. 1. glo. [*& ibi l. 1.*]
uide de probati. in præſentia, ſuper gl. pen. [*& ibi, quid
tamen. i. reſpon.*] uide de fi. inſtru, inter dilectos, ſuper gl.
5 iſtud. ¶*In † glo. 3. ibi, debitores*] & c. cum contingat [*& in
fi.*] de pac. quamuis, lib.6. ¶*In gloſſ penul. ibi, non poterat*]
quod exponas ut ibi. ¶*In glo. ulti. ibi, ad reprimendam*] &
infra titu. 2. dolentes, in glo. fi. [*& in fi.*] dicit Hoſti ꝙ
cum non ſit certa pœna ſtatuta, punietur arbitratiè,
de off. dele. de cauſis. non ob. ſupra eo. cum clerici, qđ
loquitur, quãdo per colluſionem & ex pacto hoc ui-
tium interceſſit. hic quando ſine pacto, & ſine collu-
ſione. illud ergo ſimoniacum: iſtud nõ. nec ob. de iu-
reiur. querelam, & c. ſeq. illa enim loquuntur de uio-
latione liciti iuramenti. iſtud uerò de præſtatione illi-
citi ſecũdum Hoſt. ſed hic etiam potuit eſſe ſimonia.

SVMMARIVM.

1 *Procurare qui tenentur fratres alienius domus, ſi illorum numerus nunc creuerit, an teneantur.*
Liberaliter quod fit, excludit omne uitium ſimoniacum, partiumque pactionem.
Ex liberalitate quis obligatur, & nu.7.
2 *In poſſeſſione qui eſt, non tenetur docere cauſam.*
Contra cenſum exigentem quomodo agere debeam, ſi ſoluere non intendo.
3 *Seruientes etiam procurabit qui dominos tenetur procurare.*
4 *Aucto onere plus, quàm erat ab initio promiſſionis, an & illud tenear ſubire, & quo caſu, & nu.5.*
Liberalitas ad temperantiã deducitur, ſi ex ea grauamen oriatur.
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.8.*
Donator compellitur rem tradere, qui ſibi non retinuit uſumfructũ
Contrariorum eadem eſt diſciplina. §. 2. obligatio non renaſcitur.
Auctare an creſcere debeat & canõ, uel pẽſio, ibi. in fi. & nu.9.
Additio gloſſarum, & nu.9.
Indefinitè ſi lega habitationem, intelligitur ad uitam.
Declarare qui potuit apertius, & non facienti imputandum.

CA-

CAPVT XVI.

1 QVanto. C. qui † teneatur ꝓcurare fratres alienius domus, licet illorum numerus nunc creuerit, procurabũt omnes: ſed ſi ex eo nimiũ granaretur, eis
per officium iudicis conſulteretur. & primò narrat factum. 2. indulget. & indultum moderatur ibi, Indulgemus. Hoſt dicens ſe habere facti notitiam: ponit factum, quod quia intellectum ca. nõ coadiuuat, omitto. dicebat etiam aliam quæſtio. inter iſtos fuiſſe ſup iute eligendi, cuius diffinitionem dicit colligi poſſe per ea, quę no. de elec. cum in ueteri, ſuper uer. ſociorum [*Annis ſingulis*] uide quod dixi de arbi. peruenit, in prin [*Liberaliter*] hoc dicit ad omne ſimoniacum vitium excludendum, & partim pactionem. nam & ſecundum Inno. quamuis ab illo mon. nil haberet ſpirituale. uel temporale, quare hanc præſtaret: tamen de-
a bita fuit, ex quo fuit liberaliter conſtituta[a] [*Exiberet*] domus ueſtra [*Teneatis*] hæc allegatio non profuit:
2 quia fratres † erant in poſſeſſione. unde non haberẽt neceſſe docere cauſam, vt dixi ſupra c. peruenit. Gof. hoc non placet Hoſtien. nam ſecundum id ſufficeret quaſi poſſeſſio cenſus, quod ipſe negat. nam licet nõ debeã ſubtrahere: quia id eſſet ſpoliare, ſupra de elec. querelam: poſſum tamen vltra agere cõtra exigentẽ cenſum. uel procura. pro eo, ꝙ ſine cauſa illa exigit, & exegit, & petere quicquid habuit, uel extorſit à. 40. annis citra, ar. ff. ſi cer. pe. le. ſi me & Titiũ. nec ob. quod dicitur, cogi poſſeſſorem &c. nã illud uerũ actore nil probante: ſed ſecus eſt. ubi pręſumitur contra reũ, vt ecclesia. benefi. c. uno. Fortius ergo. qñ actoris intentio iure cõi fundatur, vt in caſu noſtro, condẽnabitur ergo reus, niſi aliud dicat ſm eum. ad hoc. ſ. eo. ſopitę, de reli. do. cũ dilectus. 100. d. cõtra morẽ. dicebat autẽ, ꝙ licet iſti nil tenerẽt à fratribus ſancti Irenei: tñ olim tenuerant, & eis ſubiecti fuerãt. & hæc eſt ratio, quare
3 hæc allegatio illis non ꝓdeſt [*Et ſeruientium*] arg. ꝙ † qui tenetur procurare fratres alicuius loci, procurabit & ſeruientes [*Exereunt*] ſi. ſ. de deci. ſuggeſtum [*Primam*] ergo non ultra unam marcham [*Menſuram*] ar. ſm Pe.
4 & Abb. ad quõnem de illo, qui habebat † furnum, uel molendinũ in emphyteuſim ſub pacto ibi molendi, & coquendi gratis dño, & familie ſuæ. habuit poſtea dominus. 10. filios. & quilibet ex illis alios. 10. unde, ſi omnibus molat, uel coquat gratis emphyteuta, magis expedit ſibi non habere, quàm habere. de iure ſtricto dicunt illum teneri, ſed iudicis officio ſibi prouidebitur, vt non teneat vltra primã menſurã. Sed Hoſt. ſimpliciter dicit per hanc decre. ad primũ ſtatum hoc debere reduci. Ad idẽ. j. eo. cum canonicis. C. de ſeruiri. l. præſes. C. cõia prædi. l. uẽditor, in fi. ſ. de deci. ſuggeſtũ. quod dicit uerũ, niſi in maiori numero ſit pręſcriptũ, j. eo. olim, licet multa iura, ut dicit, poſſint in contrariũ allegari. ff. de pac. veteribus. ff. loca. ſi quis domũ. §. 1. ff. de uer. ob. quicquid aſtringẽdæ, de ſer. nõ ordi. c. j. cũ ſuis concor. Quod autẽ. ſ. dixit litera, Indulgemus, intelligit, ut dicã ſuper gl. Hoſt. cõcor. Bar. Brix. in dñi. 50. quę incipit, Quidã paterfamil. q. a nõ eſt ueriſimile, ꝙ in infinitũ uoluerit obligari. ff. de pericu. & cõmo.
5 rei uen. l. ſi quis uina, in fi. Inn. uerò notabat † per hanc literã liberalitatẽ ad temperãtiam reduci, & de gratia per uer. indulgemus, ſi ex ea oriatur grauamen, & inf. eo. ex parte, & pręc. decre. ſuggeſtũ, dicẽs, ꝙ forte ſecus eſſet, ſi ex pacto aliquo dato uel ꝓmiſſo id promiſiſſent, ar. de pac. c. 1. & 2. pro prima lectura facit, qđ ſequitur, & ideo ſm illam. ſup. ſummaui. nam uides, ꝙ ſi conuentus Bellæ villę ita ſufficit hodie ad quattuor marchas, ſicut olim ad vnã, non fiet temperatio. ſufficit enim, ꝙ non grauaretur eccleſia procurans, ut ſequitur, & ſic etiam terminauit Abb. Odof. ponens in nemore, ſ. ꝙ mortuo patre cuilibet filiorum, & ſuæ familiæ teneatur. inducit l. ult. C. de uer. ſig. ff. eo. pronũciatio. & dicit. ꝙ filijs acquiratur utilis. ff de uerbo. ob. quodcunque. § ſi ita quis [*Eccleſiæ*] ueſtræ. ſ. ¶ Secũda
6 † glo. reſpondet per ob. & ſol. ¶ Tertia glo. reſpondet per quæſtio. & ſolu. demum obiicit. & ſol. ¶ Vlti. glo. ar. ſignat contrarium. & ſol. ¶ *In † gl. 2. ibi. §. ſin autem. 2.*] donator, qui non retinuit vſumfructum, compellitur rem tradere, & liberalitatem traditione perficere. ¶ *In 3. glo. ibi. ſi ſeruitus*] uide in c. quia circa, ſuper ultima gl. [*& ibi, qui lancem*] uide & §. ſed & ſi quis, inf. alle. de fil. presby. literas. ſuper ulti. glo. [*& ibi. §. illud*] uide de clerici. non reſi. tuæ, ſuper glo. 2. [*& ibi, nimis*] uide infra eo. ex parte, ſuper. 3. glo. [*& ibi. l. ulti.*] uide de reſti. in inte. c. fi. & ſuper ulti. glo. [*& ibi, ſancimus*] uide ſupra titu. 3. conſultationibus, ſuper gloſſ. 2. ¶ *In glo. ulti. ibi. §. ſacram rem*] non ualet ſtipulatio rei ſacræ, uel publicæ, uel liberi hominis, licet illa poſſet fieri profana, uel priuata, uel ille liber ſeruus. nam & ſi profana, uel Stichũ dare promiſi, liberor, ſi ſine facto meo res illa efficiatur ſacra, uel Stichus fiat liber: nec renaſcitur obligatio: licet poſtea reincipiat eſſe profana, uel priuata, uel ille liber ſeruus, ne ſit eadem cauſa liberandi, & obligãdi [*& ibi. l. 3.*] uide de conſti. cum. M. in glo. hæc uidebatur [*& ibi. l. 2. lib. 11.*] licet aliquid mãcipiorum, vel pecoris accreuerit rei emphyteuticæ, nõ propter hoc augebitur canon, uel penſio: ſed cedat fęlicitas domi-
8 nis, & dominorum hæredibus. ¶ *In † gl. 1. ibi, uoluntate*] quæ in hoc eſt neceſſaria. ¶ *In glo. 3. ibi, quotcunque*] idẽ Inno. ad quod facit ſecundum Vin. ff de uſu, & habi. l. ſi habitatio. §. utrum. ubi ſi lego habitationẽ, non intelligitur unius anni tantum, ſed ad uitam: & ſibi imputet ſecundum eum, ſi donatio nõ fuit à principio apertius declarata. ff. de pac. ueteribus, infra de regu.
b iur. contra eum[b], lib. 6. Hoſtien. uerò dicit, ꝙ in hoc fuit indulgẽtia: quia licet ſm ius fiat interpretatio: fit tamen & terminat hæc quæſtio abſentibus fratribus ſancti Irenei non uocatis, nec cõtumacibus, quod fieri non deberet, de cau. poſ. ca. 1. de maio. & obe. inter quattuor, qđ dic, ut plenè no. de uerb. ſig. olim [*& ibi, mediocris*] ar. ſ. ti. 1. paſtoralis, in fi. Lau. de hoc. j. de reg. iuris, in obſcuris, li. 6. & uide qđ dixi de offi. cuſto. c. 1.
9 in gl. no. cuncta. ¶ *In † gl. ult. in fi.*] hominũ, & maximè religioſorum, qui ſibi non poſſunt acquirere. & tales erant iſti. uel aliter, ſi bona eccleſiæ creſcunt, & augẽtur tacitè & per latens incrementum, non ideo augebit cẽſus. ſi uerò patẽter, ſecus. ad hoc. C. de alluui. l. j. & 2. inſti. de rerum diui. §. quod per alluuionem. Vin.

ANNOTATIONES.

a ¶ Liberaliter cõſtituta. Cenſus ergo ab initio etiam ſine cauſa poteſt à fundatore imponi, intellige conſenſu epiſcopi accedente, qui tũ in fundatore requiritur, ut ſup. de iure patronatus, nobis.

b ¶ Contra. eum. Pro opinione Vin. & ad materiam facit. c. cum capella, & c. quia circa, infra de priuile. cum ibi no. & per Bar. in l. ſi ita, ff. de auro, & argen. legato.

SVMMARIVM.

1 *Procurare tenentur omnes eccleſię legatos, & nuntios apoſtolicos, excipiuntur caſus duo & nu. 2. & alius num. 5. & 6. & quando num. 5.*

Procurationis modus ponitur hic, & quo caſu non debeatur, nu. 2. & quibus fiat taxatio, nu. 5.

Et à quibus eum accipere teneatur, nu. 6. & 5. nu. 4.

Ab omnibus ſubſidium quem habere iuſtum eſt, ſi pro omnibus laborat.

Memoria etiam ſi in contrarium nõ ſit, non iuuat pręſcriptioni procurationis.

2 *Per collectam alicubi fit procuratio.*

3 *Permiſſa uidentur, quæ non ſunt inhibita.*

4 *Inter debentes mihi procurationem ſi fiat pactum, mihi non præiudicat,*

dicat, & nu.8.& 8.in fi.
Contra ſocios habeo actionem, ſi quid plus, quàm ipſi, impendam conuentus,nu.8.§.2.
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.8.*
Contra publicam utilitatem conceſſum nihil ualet.
Milites quomodo alantur.§.1. quod transfertur ad clericos à glo.
Soluenti integrum tributum cedit fiſcus actiones contra alios, & faciendum ab alijs, ſupra nu.4.
Exactio, & ſolutio quandoque particularis eſt commoda.§. fina. coniuncta gloſſ.
9 *Additio gloſſarum.*
Priuilegiare cõtra ſe nõ ſolet quẽ Romana eccleſia, nec imperator
Vincentius iureconſultus epiſcopus fuit.
Guloſitatem, & curioſitatem nimiam quæ prohibeant.
Impoſſibilium nulla obligatio.

C A P V T XIII.

1 Cum inſtantia. C.Omnes † eccle
ſiæ, niſi ab hoc p
priuile.ap.ſint exemptæ, procurare tenen-
tur legatos, & nuncios apo. ſe. nec in hoc
præſcriptione iuuãtur. Demum de procurationis ip-
ſorum modo ſubnectit. ſecunda ibi, Sane. de eodem
facto,ſupra de præſcrip.accedentes [*& infra*]q.d.cum
nos & noſtri pro omnibus laboremus, iuſtum eſt, ꝙ
ab omnibus ſubſidium habeamus, ut infra ſequitur.
ad hoc de poſtula: præla.bonæ.i. Hoſtien.[*Exempta*] à
præſtandis prædictis procurationibus [*Longiſſimo*] quã
tocunque uolueris,etiam ſi contrarij non ſit memo-
ria [*Omnes*] quod autẽ omnes tangit &c. de regulis iu-
2 ris,quod omnes, li.6.[*Ceſſamus*] quia non † ceſſat pro-
uiſio,niſi ceſſet procuratio.& propterea ceſſante uiſi
tatione procuratio non debetur ſm Goff.de hoc inf.
eo.cũ uenerabilis,ſm Hoſt.[*Collecta*] loquitur ſm cõ-
ſuetudinem, quæ iã in multis epiſcopatibus inoleuit,
ꝙ fit collecta per totũ epatum, & daẽ ꝓcuratoribus,
qui talibus prouidẽt ſm Hoſ.[*Legatorum*] tranſeuntiũ.
alij enim,qui ſunt legati in prouincia, procurationes
ſuas leuãt.& hoc docet experientia.& de hoc,inf.eo.
3 procurationes[*Inhibendum*] arg. ꝙ † ea ſunt permiſſa,
quæ non ſunt inhibita.de hoc de transla.c.2.[*Præiudi-
cium*] concor.de capel. mona.c.2.[*Grauari*] dixit Vin.
4 hic,& ſupra de decimis,de terris,ꝙ † ſi clerici eccleſię
paciſcuntur inter ſe, quis eorum det procurationem
epõ. ꝙ clerici dent medietatem, prælatus medietatẽ,
hoc nõ præiudicat epõ,uel archiepõ,in auct.de duo.
reis promitten.§.ſi uerò.in illa litera, licet inter ſe pe-
pigerint.ſi.ff.de pac. inter debitorẽ.ff.de tranſac.con-
trouerſia. habet tamẽ actionẽ cõtra ſocios.ff. de pac.
epiſtola. facit, quod no.ſupra de pac.plerique.in 1.gl.
[*Maluerint*] ergo nec in modo procurationis currit p̄-
ſcriptio.de hoc in ſpecu.eo.tit.in fi.[*Requiſitus*] & hoc
5 ſi † poteſt,nec fraudulẽter alleget impotentiã:aliàs cõ
tumax cenſeretur ſm Hoſti.[*Fraudem*] deſcendit apud
amicũ,ut procuretur ab eo: & ille datis ſibi literis per
eum ab alijs duplũ, uel triplum recipiat ſecũdũ Abb.
Hodie fit taxatio de certa ſumma legatis non de late-
re,& nũcijs.uide quod dicam, infra c.procurationes,
6 in gl.tene ꝙ[*Communes*] hoc intendit † ꝙ à ſindicis,uel
maſſarijs cleri non tenentur procurationem recipe-
re,licet per ſuos miniſtros ſe poſſunt procurare[*Si no-
luerint*] ſed tamẽ quilibet per ſe ſufficit: aliàs cõtra.ſ.e.
procurationes.§.1.in fi.ſm Hoſti.[*Contumaciter*] ut pa-
tet ex præcedentibus, ſi priuilegium immunitatis nõ
habet,dũmodo facultates ſufficiant ſm Hoſti. ¶ Ter-
7 tia † gl.tractat de modo procurãdi legatũ,ſignat con-
8 trarium,& ſol. ¶ *In † glo. 2.ibi, iubemus nullam*] imperiale
oraculũ, ſiue ſit annotatio, ſiue pragmatica ſanctio,
contra publicã utilitatem conceſſum non ualet. ¶ *In
glo.3.ibi.l.1.li.12.ibi,milites*] ſic aluntẽ à repub.quia duo-
bus diebus recipiunt bucellatiũ. tertio panẽ integrũ:
uno die uinum. alio acetum:uno die lardum. biduo
carnem berbecinam.i.ouinam,ſ.de caſtrato.aliàs uer
uecina,ſ.de ariete, qui uir eſt ouium, uel quia uermẽ
habet in capite [*& ibi, quia Trebatius*] uide ſup.c.cũ apo
ſtolus,ſuper gl.quid ergo. ¶ *In gl.antepe.ibi,Cum poſſeſſor*]
fiſcus actiones cedit uni poſſeſſori ſoluẽti integrũ tri-
butum contra alios,ut contribuant pro modo ſuorũ
prædiorũ [*& ibi.Luna*] ut de de ſepul.cũ liberũ, in gl.2.
¶ *In glo.ulti.ibi, lineam*] ſi teſtator mihi legauit lineã.35.
margaritarum, quæ apud me erant. ſi locus eſt Falci-
diæ,põt hæres petere ſibi lineam reſtitui,uel uendica-
re partem ſibi propter Falcidiam competentẽ[*& ibi,
Plautius*] habetur ratio Falcidiæ, cũ legatus eſt ſeruus
[*& ibi, epiſtola.§.ulti.*] ſi agens de inofficioſo pactus eſt
certam quantitatem ſibi per hæredem dari,quamdiu
uiueret hæres,mortuo herede illa quantitas nõ debe-
tur[*& ibi, debitori*] ſi creditor hæres debitoris adiuit.cõ
fuſa eſt actio:ſed ſi ei,quem ſententia ſuperauerat,hę-
reditatem tradidit,ita. ꝙ ſibi;& alijs creditoribus ſatiſ-
faceret,ſeruandum eſt pactũ.& ſcias ꝙ Io. de his dua-
bus ult.cõcor.faciebat unam gl.& allegabat illas pro
ſimili ad lex.& tunc debet dicere.l.epiſtola.§.pe.& q d
dicat,uide de pac.plerique.in 1.gl.[*& C.de pac.debitum*]
ſequitur,pactionibus creditorũ petitio nec tolli, nec
9 mutari poteſt. ¶ *In † glo.1.in fi.*] ad idem de off.leg.c.1.
de homici.c.1.li.6. ¶ *In gl.2.ibi, Romana*] nec imperator.
a C.de præſcrip.30.uel.40.an.l.comperit[a].nec credo, ꝙ
papa poſſet priuilegiare aliquem priuatũ, uel aliquã
religionem, ne ueniat ad eũ, uel ne poſſit eum excõ-
municare,nec extendo ſimbrias Ciſtercienſium in id,
quod nituntur non permittẽdo monacos ad curiam
uenire: Vin. ¶ *In glo.3.ibi, ſic tibi quoque*] nec expenſas.ſ.
de reſcrip.ſtatutum.§.prouiſurus,lib.6.[*& ibi, dicit Io.*]
10.q.3.illud.1.[*& ibi, nõ cogentur*] Io. Ego Vin.minimus
epiſcoporum dico.ꝙ hæc gl.Io. Theutonica eſt.& nõ
Anglica [*& ibi, cui ſtatus*] & contraria prohibẽt gulo-
ſitatem, uel nimiam curioſitatem. de his de con.di.5.
quinque modis[*& ibi.hoc caſu*] ſecundum Lau.[*& ibi,
ultra uires*] impoſſibiliũ enim nulla eſt obligatio ff. de
reg.iur.impoſſibilium, & de hoc ſup.eo.cum apoſto-
lus. Hoſt. ¶ *In gl.pe.in fi.*] Io.& de præſcrip.accedentes.
¶ *In glo.ulti.ibi,ar.contra*] in ſuffragio patet ſolutio: quia
per.l.Falcidiam debetur pars tantum.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Comperit. Poteſt tamen imperator, & papa priuilegium dare, & ex illo poteſt oriri præſcriptio.uide l.notabilem in le.finali.C. de fun.patri.libro 11.

S V M M A R I V M.

1 *Menſura qua ſolui debeat quod ex uoto debetur, & quæ ſit uериſi-
milis nu.2.& 4.*
2 *Pœnitentibus plus credendum.*
Coniecturis quando locus.
Commune; & uſitatum in dubio quis intellexiſſe præſumitur.
3 *Ex uoto quis obligatur, licet nulli ſpecialiter facto, & poteſt &
à quibus aſtringi;*
De occultis non iudicat eccleſia, niſi in pœnitentia.
4 *Quantitas incerta ſi promittatur an & quæ ſolui poſſit.*
5 *Gratuitum, uel liberale quod fuit ab initio, expoſt facto ſit neceſ-
ſarium.*
Gratuita ſunt gratiora.
Enallage caſus ibi, per uiros.
Inbiare quid.
6 *Suffragium gloſſarum.*
Emere, uel uẽdere nullus cogitur, ſi mẽſura, uel pretiũ diſpliceat.
Nuncijs legatis generaliter, qui debeantur.
In dubio quæ ſint attendenda, & nu.7.

Maiori

Maiori parti creditorum ſtatur in remiſſione debiti.
Munificentia parentũ, uel liberalitas ne retardetur, quid faciẽdũ.
7 *Additio gloſſarum.*

C A P V T XVIII.

1 EX parte. C. Si ad † unicam menſuram
ſolui ſolet id, quod debetur
ex uoto, ad illam impoſterum ſolui debe-
bit. ſi uerò ad diuerſas, liberabitur ſoluens
etiam ad minorem illarũ. & in prima cõſultatio, in
ſecunda reſpõſio ibi, Cum ergo. quæ diſtinguit, & pri-
mum membrum proſequitur ibi, In primo. ſecundũ
ibi, In ſecundo, cuius rationem ſubdit ibi. quoniam
[*Ceſſarunt*] & male. unde pœnituerat eos, ut ſequitur
2 [*Nunc*] pœnitentes, ſ. & ſoluere uolentes. unde † plus
ei credendum erat. de preſump. literas, ſecundũ Hoſt.
uel ſecundum eum ad hoc compellebãtur inuiti, quõd
ipſe plus credit [*Perſoluerint*] quia ſi id conſtaret, non
requireretur alia probatio, nec præſumeretur. ꝙ uo-
uens hæredes ad aliam menſurant uoluerit obligare
ſecundum Inno. quia in incertis. non tamen omnino
certis locus eſt coniecturis. ff. de ver. obli. l. continuus.
ſi igitur de hoc conſtaret, illud ſeruaretur. ff. de piguo.
actio. uel uniuerſorum [*Ad eandem*] & eſt hoc non tã
propter conſuetudinẽ, quantum quia ille, qui primò
promiſit, de cõmuni intellexiſſe præſumitur, ex quo
a de nulla menſura [a] ſpecialem mentionem fecit, ſecun
dum Inno. puto decreta. loqui, quando bene fuit ex-
preſſa menſura. puta ſextariũ· ſed plus ſextarij ibi erãt
3 in uſu. [*Cogendi*] no. ꝙ † licet nulli ſpecialiter facta fue-
rit hęc promiſſio, ſiue uotum: tamen uouens obliga-
tur, ut hic. & ff. de pollici. l. e. pactum. §. 1. de uoto, licet,
b & c. magnæ, & de hoc dixi eo. tit. ſcripturæ [b]. & per hoc
uidetur ſecundũ Inno. ꝙ ſi quis promittat intrare ali-
quod monaſterium, licet tale uotũ ſit ſimplex, & de
futuro. tamen mon. poteſt agere contra talem, ut vo-
tum adimpleat: & ſi in genere uouit aliquam religio-
nem intrare. non dicens quam. eccleſia ipſum diſtrin
git, ut intret unam de approbatis, ex quo in iudicio
fuerit ſibi facta fides de voto. alias de occultis non iu-
dicat. infra de ſimo. ſicut. niſi in foro pœnitentiali, de
uoto. per tuas. cum ſi. & uide quod dixi de regu. por-
rectum, in glo. per hoc, uer. ſunt etiam qui, uſque ad
finem [*In ſecundo*] ſ. quando ad uarias & diuerſas men-
ſuras ſoluebant [*Ad minorem*] ad quam tamen alicubi
menſuratur. Io. Vin. Gof. & ſecundum Goff. ſunt hæc
4 intelligenda, quando † in voto actũ eſt de certa men-
ſura: alias uel uotum eſſet nullum, arg. ff. de iure do. l.
cum poſt diuortium. §. generaliter, uel quantocunq;
frumento dato fieret liberatio. ff. manda. l. fideiuſſorẽ
[*Vt ad maiorem*] ergo bene ſunt cogendi ſoluere ad mi-
5 norem ſm. G. Na. qui dicit per hoc † capitulum, ꝙ hi
qui promiſerunt ſingulis annis dare uinum, cerã, uel
aliquid tale ſachriſtiæ, licet à prin. id fuerit gratuitum,
cogendi ſunt id ſeruare. facit quod prædixi in glo. no.
ꝙ [*Gratuita*] & ex hoc fuerunt gratiora. 28. q. 1. iã nunc
[*Ab initio*] bene dicit, quia ex poſtfacto fuerunt neceſ-
ſaria. ſupra de uoto, magnæ, & c. ſcripturæ, ubi de hoc
[*A uiris*] i. per uiros (*inhiare*) i. nimis auarè intẽdere, cõ
tra id, quod ſignificat raſio capitis, per quam tempo-
6 raliũ depoſitio deſignatur. 12. q. 1. duo ſunt. ¶ *In † glo. 2.*
ibi, imperatores) nullus tamen emere, uel uendere com-
pellitur, ſi menſula, uel precium diſplicet, ut ibi. ¶ *In glo.*
3. ibi §. ulti) iſte. §. & l. nummis, hoc dicunt, ꝙ legato nu-
mero nummorum, uel nummis, generaliter debentur nu
mi. ſi nec ex conſuetu. patrisfamil. nec religionis, nec
ex præcedentibus, uel ſequentibus partibus teſtamẽ-
ti apparet teſtatorem aliud ſenſiſſe (*& ibi, ſemper in ſti-*
pulationibus) ut de de verb. ſig. intelligentia, ſuper. 3. glo.
¶ *In gl. pe. ibi, & ſuum hæredem, in fi.*) alias eſt ſub. l. iuris gẽ-
tiũ, & alias ſub. l. ſeq. ſi diſſentiunt creditores in quan-
titate debiti remittẽda, ſtatur maiori parti (*& ibi, maio-*
rem) uide de ele. dudum. 1. ſuper. 5. gl. ¶ *In gl. ulti. ibi, l. 2.*)
ne munificentia parẽtum erga filios retardetur, quæ
dotis, uel donatio. ante nuptias cauſa per parentes eis
7 data ſunt, ad ipſos reuertuntur. ¶ *In † prima gl. ibi, cladis*)
uide de loca. potuit, ſuper penulti. glo. ¶ *In gl. tertia ibi,*
maior pars duplo) maior quo ad hunc caſum ſm Hoſti.
alleg. de electio. licet. & c. ſcriptum, cũ his, quæ ibi no.
textus etiam nil dicit de maiori parte: & in his fieri de
bet benigna interpretatio, ut ſequitur (*& ibi, in ſtipula-*
tionibus) Io. & infra de regulis iuris, in obſcuris, li. 6. di-
xit Vinc, per hæc iura, & per. l. ff. de lega. 1. ſi ita ſcriptũ,
ꝙ cũ dubietas eſt in re, debetur minor. ſed ſi eſt in per
ſonis, omnes repelluntur ab inſtitutione, legato, uel li
bertate. ff. de rebus dubijs, ſi fuerit ¶ *In glo. ſuper, ibi, pa-*
res) ſupple, numero (*& in fine*) ad hoc. j. ti. 2. cũ Marthę.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶Nulla meſura. Sicut dicimus in moneta. uide glo. fin. in ca. ſi. de maledi. & in c. ſi. de Iudæis, in glo. tertia.

b ¶Scripturæ. In gloſſ. ma. uerſi. quid ſi conditio, & ff. de pollici. l. ſi quis rem, & ibi Bar. & Bal. C. de fur. l. ſi nondum.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia tenentur reſpondere epõ, in cuius diœceſi ſunt, et de quib.*
Pro eccleſiis qui reſpondeant.
2 *Impugnatio mea inſtrumenti quando mihi noceat, & aduerſario proſit, uel obſit, & poſſim ab ea recedere, & num. 3. 4. 5. 9. & reliquis, & qua tunc ſit ferenda ſententia, nu. 3.*
Inſtrumentum licet quis dicat falſum, & ſuccumbat, tamen adhuc poſſum dicere ſolemnitatibus deficere, cir. fin.
Legatũ quãdo petere poſſim, licet impugnauerim inſtrumẽtũ, ibid.
Si ex exceptione una ſuccubui poſſim aliã obijcere, & quãdo, ibid.
3 *Epiſcopales reditus abſque deductione ſoluendi.*
4 *Ex ſententia lata pro me, reiecto inſtrumento, quod aduerſarius impugnabat, & uerum erat, an mihi retinere quid poſſim.*
Eccleſia punitur aliquando ex delicto, ſine culpa miniſtri.
Contra inſtrumentum, quod induxi, nihil poſſum dicere, & ſi falſum à me, uel aduerſario dicatur, quando recedere poſſim, quæ probare debeam, & nu. 10. uer. ſed dices, & nu. 11.
Impugnatio inſtrumenti interdum fit tacite, ut hic, in fin.
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
Inſtrumento ſtandum, donec contrarium probetur, licet principaliter ob aliud ſit factum, iuncta glo.
Seruus adire cogitur hæreditatem, licet ſui referat quæſtionem, & num. 8. §. primo.
8 *Additio gloſſarum.*
Ius denominatur etiam à compoſitoribus, uel compilatoribus.
9 *Bertrandus iureconſultus Prouincialis.*
Quod reprobare quis nititur, ex eo nullum fructum conſequi debet §. primo, & an hoc ſit perpetuum, ſupra num. 3. & alijs ibi citatis.
10 *Contrarius ſibi ipſi an & quando ſit audiendus, & ſupra num. 2. & cęteris ibi nota.*
Inſtrumentum producens ut pro ſe, ita & contra ſe admittere tenetur, niſi proteſtetur, & an uideat omnia in eo ſcripta confiteri, & num. 11.
Epiſcopi priuilegium non ualet abſque conſenſu capituli.
Eccleſias tales tibi concedimus, per hæc uerba quid abbati uideatur conceſſum.
Per aduerſarij reprobationem quid conſequor, quod aliàs conſequi nequirem.
11 *Contra confeſſionem ſuam quare quis admittatur.*
Non contra inſtrumentum, quod produxit.
Lingua, & memoria labiles.
Ex improuiſo q̃ fiũt, excuſantur errore, ſecus, ſi cũ deliberatione.
Confeſſionem habere, & inſtrumenti probationem plus, quàm cõfeſſionem tantum, in fin.

C A-

CAPVT XIX.

1 Vm olim. C.Eccleſiæ † tenent re-
ſpondere epo. in cuius
diœceſi ſunt, de procur. quarta decimarũ
& aliis temporalibus. & ponit primò cau-
ſæ diffinitionẽ. ſecundò duo ſoluit obſtãtia. primum
ibi, Licet enim ſm ibi, Abſonum[*De Luna & de Bes*]no
mina ſunt eccleſiarũ, de quibus erat quæſtio, & quæ
conceſſæ erant in proprios uſus abbatis, & monaco-
rum; & ideò pro ipſis reſpondet abbas: aliàs ipſæ ec-
cleſiæ per ſe, uel proprium ſyndicũ reſponderent, ut
no. ſupra de reſcrip. edoceri, ſm Inno. ad idem ſm Ho
ſti. ſupra de fi. inſtru. G. perpetuus, de præſcrip. ex tranſ.
miſſa, de reſti. ſpo. olim, & de offi. ordi. conquerente,
ubi etiã dixi in princ. in glo. no. ꝙ Abbas[*Inſtrumentis*]
2 hæc inſtrumenta † erant talia forte, ꝙ uno anno inte-
grè ſoluerent epalia: alio anno ſoluerent aliqua. non
omnia. Contra hæc inſtrumenta obiicit Abb. defectũ
talis ſolennitatis, cuius completio ex ipſius ratihabi-
tione pendebat, puta inſtrumenta ſibi non obeſſe: qa
non interuenerat capituli ſui conſenſus. & ideò in tan
tum ſibi præiudicat exceptio, ut ſi inſtrumẽta pro ip-
ſo faciant, ſibi non proſunt: ſecus autẽ eſſet, ſi obiicie
ret defectũ ſolennitatis, quæ compleri poſſet per par-
a tem epiſcopi: quia eo caſu ſi uerũ non eſſet [a], uel etiã
ſi uerũ eſſet, ſed eps nollet illas ſolennitates complere
per hoc abbas non uidetur inſtrumentis renunciare,
ſm Inno. q. d. ſm Hoſti. in primo caſu eſt quid impu-
tari abbati; & ideò obeſt. in ſecundo uerò eſt quid im
putari epo. unde non nocet abbati, arg. ff. de dolo. l. 1.
& ſm Inno. idem, ſi dicat inſtrumentũ falſum, niſi ꝓ-
bet, remanet inſtrumentum in ſuo robore: nec tunc
per oppoſitionẽ falſitatis videtur renũciari iuri, quod
ſibi ex illo inſtrumento competebat: nec illud petere
impedit, dummodò conſentiat, aliàs conſtet & aſſe-
cat illud eſſe uerũ. cõperta. n. ueritate, ꝙ inſtrm non
ſit falſum, cedit error ueritati. s. diſt. ueritate, niſi per-
b ſeueraret [b] in dicendo, ꝙ inſtrm eſſet falſum: qa tunc
etiam poſt ſententiã latã, quod falſum nõ eſſet, nil ex
eo petere poſſet: quia faceret cõtra cõſcientiã. & licet
per uerbũ, quod ſequitur, probetur, ꝙ nullatenus ap-
probauit. Abbas. n. ibi, ut dr in regeſto, ſemper dice-
bat, & in hoc perſeuerabat. ut. j. dicã, ꝙ hæc cõpoſitio
erat obtenta per metũ regiũ ſm Inno. nõ tamẽ ꝑ hoc
recedit ab eo, quod. s. dixit. dicit Inno. ꝙ licet quis di-
cat inſtrm falſum, & ſuccumbat: tñ adhuc põt dicere
illud non ualere propter defectũ ſolennitatũ. ff. de pe-
ti. hære. l. Lucius. Item & ſi dixit inſtrm deficere ſolen-
nitatibus: tamen põt petere legatum ex eo inſtrumẽ-
to. eo. ti. l. poſtq̃: ſecus, ſi dixiſſet falſum, uel inofficio-
ſum[*Compoſitionis*]aliàs compoſitionũ[*duarum*]. ſ. de q-
bus infra dicetur [*Abbas*] contra quẽ agebatur, & ad
quẽ dictæ eccleſiæ pertinebant[*Deductionibus*]no. redi-
3 tus † epiſcopales ſine deductione ſoluendos. j. de uer.
ſigni. cũ inter 16. q. 1. reuertimini, de tranſac. ueniens.
contra. ff. fami. er. fundus, qui dotis. ff. pro ſoc. Lucius
Vin. [*Deductiones*] in inſtrumento ſecundæ cõpoſitio-
nis continebatur, ꝙ decimæ integraliter epo ſoluerẽ-
tur: ſed de ipſis in certis caſibus debebat monaſterio
aliquid impẽdere: vel eps debebat accipere quartam
decimarum ab illis eccleſiis, & de ipſa debebat dare
monaſterio. nam ſi inſtrumentũ diceret, ꝙ epiſcopus
tãtũ duas partes, uel aliam partem decimarũ ſibi re-
ciperet, tunc non fuiſſet monaſteriũ condemnatum
ad plenã ſolutionem decimarũ, quæ ſibi non debebã
tur. nam licet cõpoſitio, quã Abbas impugnauit, eidẽ
Abbati non debeat prodeſſe: nõ tñ debet dare epo,
quod ſibi nõ debetur. ſed dices, imo debebatur de iu-
re communi epiſcopo, cũ eccleſiæ in ſua diœceſi ſitæ
eſſent, ſupra de decimis. dudũ: reſpondeo hoc non ꝓ-
deſſet epiſcopo, qui per compoſitionẽ; quam non im
pugnat, à iure communi receſſiſſe uidetur. Fatemur
tamen, ꝙ ſi epiſcopus reſpondiſſet abbati, quando di-
cebat cõpoſitionẽ non ualere, & ego ratum habeo,
quod dicis, ꝙ tunc ſtandũ eſſet iuri cõi: quia de uolun
tate partiũ receſſum eſſet à cõpoſitiõe. Breuiter. n. di-
cendum eſt, ꝙ & ſi pro Abbate, qui cõpoſitionẽ im-
pugnat. nihil ſit ſic iudicandũ; tamen nec pro epiſco-
po. & ſi cõpoſitione utat, iniuſta ſententia eſt ferẽda.
vnde dico. ꝙ ſi induco ↄ te inſtrm, in quo continetur.
ꝙ promiſiſti mihi centũ ſub conditione ſoluere. & ſi
illud inſtrm impugnes. tñ nõ adiudicabunt mihi pu-
re iſta 100. quæ peto, ſed ſub conditione: qa ex inſtro,
quo utor, nec ante conditionẽ exiſtentẽ debentur. in
ſti. de uer. ob. §. ſub conditione, & §. ex conditionali.
imò plus dicimus. ꝙ ſi in diẽ deberes. non dent mihi
adiudicari niſi in diẽ propter rõnẽ præmiſſã: qa nunq̃
ferenda eſt ſnĩa iniuſta pro aliqua partiũ: ſed altera ↄ-
ctũ improbet: tamen pro improbante nihil eſt ſnĩan-
4 dũ. Sed quid ſi hoc inſtrm, quod abbas impugnabat
ueritate continet, nunqd poterit eps ſalua cõſcientia,
ex quo pro ipſo ſnĩa lata eſt, integras decimas retinẽ-
re? Reſpondeo. licet tutius ſit, ꝙ reddat illud, qd dedu
cendũ erat, ex quo tñ pro ipſo lata eſt ſententia, bene
põt illud retinere ſine peccato, quouſq; abbas per re-
ſtitutionẽ in integ. vel alio mõ ſibi ſtuduerit prouide-
re, maximè qa bene põt puniri miniſter eccleſiæ. qui-
nimò & qñq. ipſa eccleſia ex delicto, ſiue culpa mini-
ſtri. 16. q. 3. placuit, ſm Inno. cuius eſt mens totius glo.
Hoſti. remit. ad ſum. de ſen. & re iudic. ſub rubrica, de
ſentẽtia. § quot ſunt eius ſpecies. Sed nunquid eſt hoc
ſimpliciter uerũ. & uide quod not. de con. præ. c. 1. in
5 gl. 2. & quod ſuper ea dixi[*Multipliciter*]in integra † cõ
tinetur. quod abbas impugnabat hæc inſtra: quia di-
cebat, ꝙ cõpoſitio per metum regiũ extorta fuit. & in
hac impugnatione uſq; ad ſentẽtiam perſeuerauit: &
ideo iudex noluit ſibi adiudicare deductiones, quæ
ſm inſtrm faciendæ erant. ar. s. de teſti. præſentiũ: qa
cũ illæ deductiones eſſent ſm eũ ↄ ius, nec compete-
rent abbati niſi per inſtra, quæ falſa & per metũ extor
ta dicebat, ↄ conſciam faceret idẽ Abb. ſi illas deduce
ret, & iudex male faceret, ſi ei mãdaret, ꝙ faceret ↄ cõ-
ſcientiã. Si aũt nõ diceret inſtra falſa: ſed aliàs diceret
ipſa ſibi ꝑiudicare nõ debere de iure, tunc nõ obſtan-
te tali impugnatione pro ipſo abbate ferre ſnĩam po-
tuiſſet: ſed & ante ſnĩam ab impugnatione falſitatis
deſiſtere poſſet, nec tunc exigeret aliqua probatio in
hoc caſu: imò ſufficeret, ꝙ confiteret ſe erraſſe, & in-
ſtra uera eſſe, cũ & aduerſarius, qui inſtra induxit, ni-
hil poſſit dicere contra ipſa, nec probationibus ſuper
hoc aduerſariũ aggrauare. Si uero aduerſarius non in
duxiſſet inſtra, ſed ipſe proprio motu diceret in iudi-
cio illa falſa: poſtea ex illis inſtrũis nihil exigere poſſet,
niſi probaret illa eſſe uera. poſt ſnĩam uero, puta ſi in-
ſtra, quæ quis falſa eſſe dicebat, iudicentur uera, non
prohibetur ille, qui dixerat illa eſſe falſa, per ea aliqd
petere, ar. s. di. ueritate, & s. de iureiur. mulieri. quidã
tamen dicunt, ꝙ ſi eps non iuuaretur alio iure niſi eo
quod continebatur in inſtrõ, in quo præcipiebantur
fieri deductiones, tunc ſicut epo adiudicatæ fuerunt
quartæ decimarũ, ſic & Abbati adiudicatæ fuiſſent de
ductiones: quia una & eadẽ res non det diuerſo iure
cenſeri. s. de deci. cũ in tua. §. 1. ad fi. cum ſuis concor.
ſed prius dictum melius probatur ex hac decr. ſm In-
no. (*Impugnare*) ſcienter. & ſic non ob. ff. de peti. hære. le
gitimatũ. Vin. (*Ex ea*) ſ. compoſitione (*Conſequi*) niſi per
in integ. reſti. iure minoris. s. de in integ. reſti. auditis,
ff. de mino. l. minor. §. 1. Vinc. (*Tacite*) ſ. impugnando
(*Super qua*) ſ. eccleſia ad probandum, ꝙ nil tibi deberet
6 (*Petebat*) abbas. Io. ¶ Tertia gl. reſpõdet per ob. & po-

pit fol. Lan. ¶[*Glo. no. quòd*] pnnit dictũ, quod ſtatim de
terminat. ſecundo arguit; alleg. tria iura, & duo alle. in
7 contrarium. ¶[*In* †*glo, 2. ibi, optimam*] uide de probatio,
3. ſuper prima gl. [*& ibi. cum aliquis*] ſi teſtator dicit Ti-
tium ſeruum Seij hæredẽ inſtituo, cum cõtemplatio-
ne Seij appareat eum inſtitutum, adire cogitur: licet
libertatis ſuæ referat quæſtionem, & ſi pronuncietur
liber, nec damnum, nec lucrũ ex aditione conſequi-
tur. ¶[*In glo. no. quòd. ibi. §, meminiſſe*] uide hanc & ſeq. alia
de foro compe. ſi diligenti, ſuper glo. nunquid [*& ibi,
generaliter*] uide de app. conſtitutus. 1. ſuper ultima glo.
¶[*In glo. antepenul. ibi. ſi quis iuſiurandum*] uide de foro com
pe. ſignificaſti, ſuper glo. 2. [*& ibi, qui falſas*] uide de te-
8 ſtibus, præſentium, ſuper ultima glo. ¶[*In* †*glo. prima in
fine*] ius commune, uel alio modo. Innoc. ¶[*In glo. 2. in
prin.*] iſtam glo. Inno. & Hoſtien. ponebant. & puto, ꝙ
melius in fin. capituli ſuper uer. inſtrumenta [*& ibi, ob
aliud*] argum. contra de priuile. ſi papa. 1, reſpon. lib. 6.
dic, ut ibi in 3. glo. [*& ibi, cum aliquis*] ibi de hoc, & dici-
tur ius ciuile Papirianum, cui Papirius nil addidit, ſed
compoſuit. ff. de origine iuris. l. 2. §. 1. Vincen. & facit
pro compilatoribus glo. ut ibi no. ¶[*In gl. 3. in fine*] hanc
glo. habes. 10. q. 1. de his. & Hoſti. hic addens, quod ibi
9 no. Bar. Brix. attribuens tamen illud† Bertrando Pro-
uinciali, finaliter remittit ad ſum. de ſepul. §. uetus eſt
quæſtio, & §. ſequentibus. ¶[*In glo. no. quòd, ibi, reprobar*]
& ſecundum Hoſtiẽ. hic uidetur reprobari cauillatio
dicentium, non fateor: imò nego, quod in inſtrumẽ-
to continetur, hoc ſaluo, ꝙ ſi contingeret me condẽ-
nari, tali articulo, qui ibi continetur, uti uolo: ſed iu-
dex recuſabit hanc incõſtantiam, & meritò. ff. de pro-
cur. in cauſæ. quinimò quicquid dicatᷓ cauillando, ſi-
bi uidetur eſſe contrarius, de app. ſolicitudinem. de
hoc de excep. cum uenerabilis [*& ibi, perſeuer aueris*) &
ſic intelligitur, infra de reg. iur. ex eo, lib. 6. ubi de hoc
(*& ibi, ſi quid ueri*) ubi de hoc, & vide quod dixi de uita
& honeſta. cleri. ca. fin. ſuper 1. glo. cum ſua remiſ. (*&
in fi.*) & hic conſiderata perſona epiſcopi, qui produ-
cit pro ſe, quod non recipit contra ſe ſecundũ Hoſti.
10 ¶[*In gl. pe. in fi.*) ſcriptum † erat contrarium uoci, & vox
ſcripto. ſic. ſupra de elec. cum inter, R. ſm Goff. poſſet
tamen forte dicere Abb. ſe nõ ad hoc recepiſſe priui-
legium, quod habet ab eo ius epiſcopale: ſed ad hoc,
ꝙ non haberet frontem impetendi. C. de excep. l. ſi q-
dem. ff. de proba. cum de indebito, hoc tamen prote-
ſtari deberet, vt d. l. ſi quidem. alioquin inſtrumẽtũ ſi-
cut pro ſe, ita & cõtra ſe admittere teneretur. Sed qua
re non fuerunt abbati adiudicata temporalia? Reſpõ-
deo, quia licet uerum eſſet priuilegium cõceſsionis;
tamen conſenſus capituli non interuenerat; & ideò
non ualuit, ſupra de dona. paſtoralis, ad fi. uel melius
ideo non fuerat adiudicata: quia nec fuerũt data. per
hoc enim uerba, concedimus tibi tales eccleſias, ſicut
hic in iſto inſtrumento continebatur, non uidetᷓ con
ceſſum ius epiſcopale, ſed tantũ temporale, quod epi-
ſcopus in eis habebat; uel in proprios vſus fuerũt cõ-
ceſſe, ſupra de do. paſtoral. hæc aũt inſtrumenta, de q-
bus hic loquitᷓ, non impugnabantur, ſed inſtrumenta
cõpoſitionum tm̃, de quibus ꝑmiſit. ſi enim epſ hæc
reprobaſſet, nullã fidem feciſſent poſtea pro epo, nec
probarent, ꝙ eccleſiæ in ſua diœce. ſitæ eſſent: quia
reprobato inſtrumento quicquid ibi continetur, ui-
gore caret. 9. di. ſi ad ſacros. 1. q. 9. pura. licet etiam pro-
ducens inſtrumentũ ipſum, vel aliquid, quod ibi con-
tineatᷓ, reprobare non poſsit, ut hic, & no. ſ. de excep.
cũ uenerabilis: tamen ſi aduerſarius probet ipſum fal
ſum, per hanc ꝓbationẽ, ſi ibi erat aliquid producẽti
ꝯriũ, ſibi non nocebit. aliquãdo enim per aduerſariũ
meum cõſequor, quod per meipſum habere nõ poſ-
ſum. C. de tempo. reſti. in inte. petendæ. l. 1. ff. quemad.

c ſer. amit. ſi cõem [c]. Sed dices, nonne eo ipſo, ꝙ Abbas,
produxit inſtrumenta. vr confeſſus fuiſſe oĩa ea. quæ
in eis continentᷓ ita uidetur. & ſic nõ põt dicere ꝯ illa,
quæ continentur ibidẽ, & ſi ad inſtãtiã aduerſarii pro
nuncientur falſa: ſic nec audiretᷓ, ſi uellet aliquid dice
re contra confeſsionẽ ſuã tacitã, uel expreſſam. reſpõ
11 de, ut no. ſ. de exec. cũ uenerabilis. Hoc no. ꝙ† quam-
uis contra confeſsionẽ propriã admittatur qs ad pro
bandum errorẽ, ut C. de iur. & fac. igno. error, & le. &
no. ſupra de confeſsis. c. fi. contra inſtrumenta tamen
quæ qs produxit, non admittitᷓ, nec mirũ, qa plus eſt
probatio inſtrũorum, q̃ confeſsio ſm Inno. imò quia
lingua labilis eſt, ut patet. ff. ad l. Iul. ma. famoſi. §. pen.
ibi, nec lubricũ linguæ &c. Inſtrumentũ uerò cũ ma-
gna deliberatione & ſolennitate fieri conſueuit, & an
teq̃ ipſum producat aliquis, deliberare debet & põt,
an ſibi expediat ipſum ꝓducere, vt patet in eo, quod
legitur & no. ſupra de fide inſtru. imputari. Non eſt er
go mirum, ſi illi, qui forſan ex improuiſo & ſine ma-
gna deliberatione confitetur, ſubueniatur, maxime
cũ memoria labilis ſit. C. qui teſta. fa. poſt hac conſul-
tiſsima, §. at cum humana, & error facti peritiſsimos
fallat. ff. de iur. & fac. igno. l. 2. & 3. Illi uerò, qui plenius
deliberare potuerat, non ſubueniat, ad hoc, ſupra de
d fide inſtr. imputari [d]. C. arbi. tute. l. fi. Itẽ ex quo pars in
duxit inſtrm̃ ad probandum aliquẽ articulũ, quomo
do ſm Inno. poſtea admitteretᷓ ad probandum cõtra
rium? non enim eſt allegans contraria audiendus, ſu-
pra de app. ſolicitudinẽ, ad fi. C. de fi. inſtru. ſcripturæ,
& plus eſt habere tacitam confeſsionem, & inſtrumẽ
ti probationem, q̃ confeſsionem tantum, ſm Innoc.

ANNOTATIONES.

a ¶Verum non eſſet. Quod deficeret, & requireretur ſolennitas ab epiſcopo. & uide Bar. in l. poſt legatum, ff. de his, qui. ut indignis, & Bald. in l. alia, C. eo. ti. & ibi de materia illa plenius.

b ¶Perſeueraret. Prout dicitur in confeſſione, quæ ante finitum negocium reuocatur, & non præiudicat. iſta enim eſt quædam tacita confeſsio, ut infra patet, & uide infra in glo. in integra.

c ¶Si communem. Idem no. ſupra in glo. in uerbo, multipliciter, & uide Ioan. And. de iureiur. mulier, & uide Bal. in l. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus.

d ¶Imputari. Et facit optime, quod notatur, infra de diuor. ex literis, in glo. a. & uide Bal. in l. error. præallegata.

SVMMARIVM.

1 *Ad monetam antiquam ſoluendi ſunt cenſus, in qua conſtituti fuerunt, excipitur caſus, & nu. 11.*
2 *Dies ſtatuta interpellat abſque ulla mentione.*
3 *Ad æſtimationem, uel intereſſe quando quis condemnari poſſit, & niſi eam, uel ipſum petere, & nu. 5.*
Petendum quod eſt in obligatione, uel æquiualens, & num. 5.
4 *Quæ res repræſentet aliam.*
5 *Solutio eiuſdem rei pro utraque parte præſcriptionem inducit, & quomodo hic, cir. fin.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
Confeſſio quæ poſſit, & quando reuocari, & probari contrarium, & num 9.
Seruitus amittitur etiam quò ad horam, & qualiter.
8 *Additio gloſſarum, & nu. ſequen.*
10 *Præſcriptio annuæ præſtationis quantum temporis requirat.*
Cenſus non ſubiacet præſcriptioni, in fin.
11 *In bonitatis æſtimatione tempus contractus inſpicitur.*
Dominicalis quæſtio quæ non eſſet inter dominicales.

CAPVT XX.

1 OLim cauſam. C. Soluendi ſunt
cẽſus ad antiquã
monetã, in qua conſtituti fuerũt, niſi ſit in
alterius monetæ ſolutione ꝑſcriptũ. & pri-
ma pars factũ narrat. ſecunda decidit, exprimẽdo mo

tiua

tiua ibi,cum igit[*Synodatico*]uel cathedratico, de quo
2 ſupra de offi.or.conquerente[*Dominicæ*]dies†ergo ſta
tuta interpellabat ſine aliqua monitione,de hoc ſ.de
loca.potuit[*Perſoluerint*] antiquitus,poſtea uerò ſolue
bant Lucenſes pro illis,ut ſequitur (*Pro ſingulis*) i.pro
unoquoq; pap.tres Lucenſes(*Compelli*)vel ad ipſorum
3 †æſtimationẽ,ne poſsit ſententia reprehendi. Papien-
ſes aũt erant in æſtimatione,quãuis ſi non inuenirentur,de alia pecunia æquiualẽti ſatisfieri poſſet. de hoc
ſupra de iureiur.quanto. ſic dicendum eſt ſm Innoc.
quando agitur ex empto ad rem venditam tradendã,
ꝙ rectè fit,cum res ſit in obligatione.ff.de actio.emp.
l.ex empto. t.reſpon.& etiam in condẽnatione, infra
§.fi.ſm Hoſti.liberatur tamen venditor præſtando in
tereſſe.ff.de ac.emp.& uend.l.1.ſecus, ſi petitur, quod
non eſt in obligatione,ut ſi agatur.l.Aquil.prçcisè ad
reficiendas domos deſtructas.cum enim ſolum intereſſe ibi ſit in obligatione , & illud ſolũ venire debet
in petitione:aliàs libellus ineptus eſt,& dentibus lacerandus,ſm Inno.alleg.Hoſti.inſti.ad l Aquil.§.his autem uerbis,& §.hoc tamen capite.ff.de offic. aſſeſ.l.1.
[*Primo anno*]promotionis ruæ,quãdo de facultatibus,
& reditibus epiſcopatus nondum poteras eſſe certus,
ar.ſupra de reſt.in inte.tum ex literis,ver.perſpeximus
[*Et infra*]hoc intellige ſm Pe.& Ab.ꝙ allegabatur præ
ſcriptio in moneta Lucenſi,quod negabatur per partem aduerſam, ſ. præſcriptionem cõpletam eſſe[*Pro*
4 *eiſdem*]q.d.res†ſuccedẽs repræſentat rem,cui ſuccedit.
ſupra ut lite pen.eccleſia,de voto,magnę,uer.cum igi
tur.ſic delegatus repræſentat delegantem,de offic.dele.cum olim,& faciens illũ,cuius nomine facit.de offi.dele.paſtoralis.§.prçterea.& poſsidens illum . cuius
nomine poſsidet, ſupra de reſti.ſpo.cum ueniſſent, in
fi.ſic & precium & rem.ff.de uſufr.quia qui precio, &
pecunia pecuniam,ut hic,ſm Hoſti.[*ex hoc*]ſ.quia Papienſes debebantur,& pro ipſis ſoluti fuerunt tres Lu
cenſes pro uno:quia ab initio tantũ ualebant: ſed hodie unus ualet 6.[*Moneta*]Lucenſes.& tunc dic[*declinationem*]i.diminutionẽ.uel.ſ.Papienſis. & dic[*declinationem*]ſ.quia declinauerat,& non inueniebatur,ſm Inn.
5 [*Papienſium*]ergo Papienſes ſunt† in obligatione,& ueniunt in petitione. quinimo & in cõdemnatione , ut
hic patet ; & tamen condẽnatus liberatur præſtando
a intereſſe,ut hic patet,& dixi.ſ. a & dic ſm Inno. ꝙ hic
conſtabat,nec uertebatur in dubiũ,ꝙ epſ ex conſtituto,uel ex præſcrip. præcedente ſolutionẽ Lucenſium
debebat pro cathedratico recipere 6.dena. Papienſiũ
uel dic ſm eum, ꝙ ſufficit epõ , ſi cõputatis omnibus
annis, quibus recepit Lucenſes pro Papiẽ. compleuit
præſcrip.40.an.ar.ff.de uſuf. quia qui precio.ſed hic ẽt
uidetur colligi,ꝙ ſi Lucenſes pro Papien.ſoluit: ſi tamen ſoluit ipſos Lucenſes 40.annis,non cogetur ſoluere Papien.& eſt mirabile ſm Inno.ꝙ ſolutio eiuſdẽ
rei pro utraq; præſcriptionẽ inducit,ſ.pro epõ,ꝙ præſcribat Papien.ſed finita præſcriptione epi de Papien.
ẽt lapſu ſolius anni præſcribit plebs , ut non teneatur
6 Papien. ſoluere, ſed Lucenſes. ¶Prima† glo.arguit,
¶Secunda gl. reſpondet qõ. an & quando conceſsio
aduocati reuocari poſsit ¶Tertia glo.no.contra proteſtationem , & illud coadiuuat, allegãs contrarium.
7 ¶Vlti.glo.arguit ad qõ.alleg.duo contraria.¶[*In*† *glo. a ibi,§.ulti.*]qui cõfeſſus ſuit hominem occidiſſe, pro
bat illum uiuere[*& ibi, non fatetur,qui erat*]ſequitur,niſi
ius ignorauerit[*& ibi,electio.§.pe.*]ſi negaui ſeruum in
poteſtate ante litem conteſt. poſſum fateri contrariũ
[*& ibi.§ ulti.*]pœnitet quẽ reſpõſi,ubi nulla captio eſt
aduerſarii: ut quia poſtea plenius eſt inſtructus inſtru
mentis, uel epiſtolis[*& ibi.l.2.*]aliàs eſt.§. ulti. uide de
pur.uul.c.2.ſuper 1.glo.[*& ibi.l.3.*]quæ eſt ulti.uide infra in ſuppletionibus.¶[*In 3.glo.ibi,præſcriptum*]l.ſi quis,
alia,dicit,ꝙ ſeruitus amittitur(*& ibi,ſi communem. §.1.*)
Ibi amittit ſeruitutem quò ad horã. qui alia hora utitur,quam debeat(*& ibi.una eſt uia*) uide in cap.auditis,
ſuper glo.penul.(*& ibi.§.geſſiſſe*)uidetur,qui per alium
geſsit.¶*In ulti.glo. ibi,l.3.*) incipit,cum quid.vide de iureiuran.quemadmodum,ſuper glo.2.(*& ibi, imperato-*
8 *res*)uide,ſupra c.ex parte,ſuper glo.2.¶*In*†*glo.1.ibi,præ-*
ſcriptio)quę per proteſtationem nõ interrumpitur,niſi in caſibus.C.de anna.excep.ut perſectius,de offi.or
di.paſtoralis, ad fi.Inno.& 16.q.3.§.poteſt,uer.his au-
9 tem.Abb.¶*In* †*glo.2.ibi,præiudicat*)ſi fiat pręſente,& intelligente parte,C.de erro.aduo.l.1.contra.non ſufficit tutorẽ,curatorẽ. uel procuratorem fari in dominorum præiudiciũ.ff.de confeſ.certum.§. ſed & an ip
ſorum. intellige , ſi probetur contrariũ à dominis, &
ſic reuocetur:aliàs ei ſtatur.reſtituitur ẽt eccleſia contra confeſsionẽ,ſi ex ea capta eſt.ff.de min. ait pretor,
§.ſed & in iudiciis.Vin.& infra de in inte. reſti. c.2.lib.
6.ꝙ dicitur,cõfeſsionem aduocati nocere parti,intelligo,cum ſub eius nomine aliquid ſcribit, & porrigit.
ad quod facit rubrica.C.de erro.aduo.libellos,ſeu pre
ces concipientium (*& ibi.ante ſententiam*) ſicut propria,
& multo magis(*& ibi.ſimplex*) unde dicebat Goſ.alternatiue,ſupra de ele.ſcriptũ,in 1. glo. ꝙ oſtenſo errore
uſq; ad ſentẽtiam reuocatur,ut in l.error, infra triduũ
uero etiam non oſtenſo errore,ut in l.ulti.de erro.aduo. Aliqui faciunt hanc diſtinctionem inter errorem
aduocati, & propriũ, ut 1. caſu ſine probatione intra
triduum reuocetur(*& ia ſi.*) lex non loquitur affirmatiuè,ut dicat confeſsionem fuiſſe.infra triduũ reuocaram, ſed negatiuè dicendo, eã non fuiſſe infra triduũ
reuocatã.ſi.quod dicã.de priuile.accedentibus, in fi.
vnde non uidetur ponere factum.niſi dicas, vt ibi no.
ꝙ tantum per tres dies durauit cauſa poſt errorẽ. idẽ
hic Vinc. de errore uero iuris ſm omnes non eſt dubiũ,quin reuocari poſsit:de hoc in Spe.de confeſ.§.ul
10 ti.in prin.¶*In* †*glo.ex hoc,ibi 40.annis*)& ſic facit† contra
eos,qui dicunt,cuiuslibet annuæ præſtationis præſcriptionẽ incipere ſuo anno: ex quo concluditur , in his
requiri tempus duplicatũ. de hoc. C.de præſcript. 30.
an.cum notiſsimi. in fi.& uide in Spe. de loca. §.nunc
aliqua,uer.41.(*& ibi,auditis*)ibi uide in glo. pe. (*& ibi,*
ſeruum)ſm Io.(*& in fine*) dicit Hoſti. ꝙ non eſſet præſcriptum propter malam fidẽ,ſupra de præſcri.cap.fi.nec
ob.quod hic dicitur,quia ſubaudiẽdum eſt,maximè.
nam ſicut cenſus præſcribi non poteſt. C.de pręſcrip.
30.an.male agitur, ſic nec diminui ſaltem ab illo, qui
malam fidem habet, argum. de reli. do. conſtitutus.
11 ¶*In*†*glo.ulti.ibi, dominicalem*)inter dominicales, quibus
utimur,non eſt (*& ibi.l.3.*) Goff.hoc tenuit in decret.
olim,de iniu.& dam.da.per l.bonitatis, ff.de euic.quę
vult in æſtimatione bonitatis tempus cõtractus inſpici(*& ibi ,quis ignoret*)ubi de hoc.& uide in Specu.de ſolu.§.nunc aliqua de ſolu.in fi.(*& ibi,imperatores*)ſecundum Io.& cle.de deci. ſi beneficiorum.

ANNOTATIONES.

olim,& c.cum uenerabilis. nec præſcribēs ſuper hoc
debet habere malam fidem, cum fulciatur auctorita
te papæ, qui hoc ius cōſtituit, maxime cum de tali re
agatur, quam papa poſſet tollere, & contrarium ius
conſtituere.ſ.ꝙ ſola epiſcopi auctoritas in his ſuffice-
ret ad ius plenum transferendum, ſi tamen haberet
conſcientiam remordentem quamuis ſcrupuloſam,
illam ſequatur,infra de ſimo.per tuas.3. & facit quod
dixi de præſcrip.ca.fi. ¶[*In glo 2.ibi, Lau.dixit*] alle.8.q.1.
11 ſciendum. Dixit † Goff.ſi certum ſit deberi, ſoluetur;
ſi dubium,obedietur epiſcopo. 11.q.3.quid ergo. Di-
cit Hoſti.ſi conſcientia dictat, ꝙ debeatur, ſoluat ipſe
rector:ſi dictat contrarium,non ſoluat.in dubio obe-
diat,per no.de tem.or.ad aures.Quęrit etiam,quid de
eo, qui iurauit ſoluere intra certam diem, creditore
demum damnato per iudicem, uel de graui crimine
accuſato præcipit iudex ſub magna pęna debitori, ne
b ſoluat, an teneatur ſoluere [b]?& dicit, ꝙ communiter
ſubditi de facto obediunt,pro quibus faciūt iura pro
obedientia ſupra inducta. Item ꝙ iuramētum habet
tacitam conditionem,de iureiur.quēadmodum. Ip-
ſe tamen tenet contrarium: quia tali rectè ſoluitur.ff.
de ſolu.reo criminis.ff.de iure fi.aufertur.§.in reali,ni
ſi in caſu. C.ad.l. Iul.ma.quiſquis. & quia certum eſt,
ꝙ iuramentum eſt licitum,ergo contrarium manda-
tum illicitum. & ſi dicat ſe timere pœnam tempora-
lem iudicis? Reſpondet,ꝙ plus timendus eſt deus, ar.
ſupra quod me.cau.ſacris,ſed & iudex obligatur pro-
cedēs iniuſtè,de emp.& uen.c.fi.de re iudi.cum æter-
ni.imò imputatur quandoq; illi,qui contra iniuriam
non appellat.ff.de mi.ait prætor.l.reſpōſo.ſi tamē bo-
na cōfiſcata eſſent, tunc ſoluitur fiſco ut hæredi.ff.ad
l.Iul.ma.l.fi.C.de bo.dam.l.fi.ff.de iure fiſci.in fraudē
uide tu ſpec. de ſolu.§.nunc aliqua, uer.illud autē[*&
ibi, fecerunt*] ſupra de renun.ſuper eo. ¶[*In glo. & ita,ibi,
fundatione*] vel exemptione,de reli.do.cōſtitutus.Goff.
12 [*& inf.*] quærit † Hoſt.quid ſi conſtare poſsit,ꝙ olim
præſtabatur, & ex cauſa tamen fuit ceſſatum in ſolu-
tione longo, uel longiſsimo tempore, nunc uerò de
nouo renouatus eſt auctoritate epiſcopi,nunquid ſit
ſoluēdus? Videtur ꝙ non:quia obſtat præſcriptio, ar.
infra eo.olim, & c.cum canonicis. tenet ipſe contra-
rium:tum quia cenſus nō præſcribitur.C.de præſcrip.
30.an.l.male agit, de reli.do.cōſtitutus: tum q̃a aliud
eſt de nouo imponere,aliud renouare.J.de Iudi.con-
ſuluit, cum cōcor. tum quia non uidetur facta dete-
rior conditio eccleſiæ,ſi ad id, quod ab initio ſibi im-
poſitū fuerat,reuertitur.ff.de pac.ſi vnus.§.pactus.5 1.
di.gnalis:tū q̃a caſus vr.J.eo.cū venerabilis.ſ.e.ſciētes.

ANNOTATIONES.

a ¶Quia intentione. Conſtare poterit per materiā, quam no. Cō-
poſte.in præl.c.querelam,& ſatis colligitur ibi ex glo.Innoc.&

vide

ſi de Bar.ff.ex qui.cau.in poſ. ea.l, Fulcinius.§.quid autem, & ff.
de acquir. hæredi.l.is poteſt.
b ¶ Soluere. Ad materiam u de, quod no.io. An.de offi.dele.ſane.2.
in glo.ſ.non obediendo.& uide l.ſi fuodum.C.de rei uen.

S V M M A R I V M.

1 *Archiepiſcopus uiſitans prouinciam etiam in monaſterijs prouincia procurari debebit, & nu.5.*
Conſorte eiuſdem litis procuratorem conſtituit.
Monacus eſſe poteſt procurator epiſcopi.
Abbas poteſt fieri procurator.
2 *Litera abbatis an probent mandatum ſuum.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.3.*
Epiſcopo, & clerico quæ officia inhibita.
In nominibus non eſt differentia, modò de re conſtet.
Conſuetudo iuri non contraria extenditur ad ſimilia.

C A P V T XIIII.

1 SOpitæ. Caſus. Archiepiſcopus † uiſi-
tãs prouinciam etiam in mo
naſterijs prouinciæ procurari debebit. &
prima pars factum narrat. ſecũda diffinit
ibi, inde eſt [*Inter te*] loquitur Rauen. metropolitano
Bonon. [*Procurator*] no. ſecundum Inn. abbatem eiuſ-
dem litis procuratorem conſtitui. facit ſupra de con-
fir. uti. uel inuti. cũ dilecta, de tranſac. cõtingit. dixit e-
tiam hic Gof. ꝙ monacus eſſe poteſt procurator epi-
ſcopi. 16.q.1. qui uere, & c. doctos, & c. ſi monacus, ta-
men cõſenſu abbatis. 18. diſtin. capitulo primo. Dicit
Hoſtien. ꝙ hic non loquitur de ſimplici monaco, de
quo dicendum eſt, ut ſupra de poſtul. cap. 2. de ſenten
tia & re iudi. cum. I. & A. in prin. ſed loquitur de abba-
te, qui cum adminiſtrationem habeat, poteſt ſicut q-
libet alius fieri procurator, arg. eius, quod legitur &
no. ſupra de teſta. requiſiſti, ad fi. uide clemen. de pro-
2 cura. religioſus [*Ex literis*] probant † ergo literæ abba
tis, ꝙ aliquis ſit procurator ſuus. de quo dic, ut no. ſu-
pra de proba. poſt ceſsionem. Hoſtiẽ. [*& infra*] conti-
nebatur hic abbatis allegatio, qui forte dicebat, ꝙ cũ
in eccleſijs ſubiectis epiſcopo nõ haberet iuriſdictio-
nem, ergo nec debebat procurari. vel ꝙ quia epiſco-
ſcopus non erat negligens, non poterat archiepiſco-
pus uiſitare [*Iure communi*] ſup. fundari. ſed conſue. ad-
iuuari ſecundum Hoſti. quaſi ius cõmune ſuper hoc
non eſſet expreſſum, niſi in caſu, ſ. cum epiſcopus ne-
gli. non inſtes: ſed dic ut infra eo. Romana, & c. fi. li. 6.
[*Ea propter*] ſ. quia ius commune, & cõſuetudo pro te
3 faciunt. ¶ Prima † gl. reſpondet per ob. & ſo. ¶ Secun-
da gl. arguit. ¶ Tertia alle. concor. & ſol. contrarium.
4 ¶ Vltima diſtinguit. ¶ *In 1. † glo. ibi. §. alium*] ibi dicitur
ſuſceptorem, exactorem, conductorem, curatorem,
procuratorem, epiſcopum, uel clericum eſſe non de-
5 bere. ¶ *In glo. 2. in fi.*] ſupra offi. archi. c. ulti. unde dice-
bat Inn. ꝙ huic archiepiſcopo ſufficiebat ius cõmu-
ne, uel generalis conſuetudo: quia cum non eſſet cõ-
tra ius, erat extendenda ad eccleſias ſimilis conditio-
nis. ¶ *In glo. ulti. in fi.*] etiam ſi per illam diœceſim iret
ad aliam uiſitandam, ut dicam, eodem titulo, Roma-
na. §. primo, ſuper uer. uiſitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Cenſum nouum patroni etiam eccleſiaſtici imponere non poſſunt eccleſiis, & nec ueterem augere.*
Iuramenta, uel cautiones exacta ſuper hoc cogetur abſoluere, quod non ſemper ſic. § fi. in fin.
Admodum, pro ualde.
Auaritia intendunt clerici.
2 *Nouus cenſus quis dicatur, remiſſ.*
Coactio pœnam attenuat.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 4.*
Alienatio rei eccleſiaſticæ quando non tenet.
Alienari rei probibitæ non competit pro pretio, uel ſœnore actio.
5 *Additio gloſſarum.*
Pœna certa ubi non eſt ſtatuta, punitio eſt arbitraria.
Huius decretalis cum. c. cum clerici, ſupra eod. conciliatio.

C A P V T XV.

1 GRauis. Caſus. Patroni † etiam eccle-
ſiaſtici nouum cenſum impo-
nere non poſſunt eccleſijs, nec ueterẽ au-
gere. & ſi ſuper hoc iuramenta, uel cautio
nes exegerint, cogentur abſoluere. prima pars narrat
factum. ſecunda prouidet ibi, diſcretioni [*Admodum*]
pro ualde. ad idem clemen. de iureiur. Romani, uerſi.
nos itaque, & ibi concordantiæ [*Eccleſiaſticæ*] habẽtes
ius pa. nec per hoc intelligas, ꝙ illud liceret laicis pa-
tronis. ſed dictũ eſt. ꝙ potiſsimè clerici huic auaræ ue-
nalitati intendũt, ſupra eo. ſignificauit. & c. eam te. de
præbẽ. auaritiæ, de ſup. ne. præ. c. 2. Hoſt [*Nouum*] quis
2 † dicatur nouus, no. ſupra eod. ſignificauit [*Adipſinc*]
ſcilicet cenſus augmentati, uel de nouo cõſtituti [*Sa-
tiſfactioni*] de pœnitentiali poteſt hoc intelligi ſecundũ
Hoſt. [*Abſolui*] à præſtito iuramẽto. & à peccato [*Præ-
ſumpſerint*] uoluntarij, uel coacti, quamuis coactio in
his pœnam attenuet, ſup. quod me. cauſa. factis ¶ Ter-
3 tia † gloſſ. rationem reddit, all. 7. iura, & tria, quibus
fallit ratio. ¶ Pe. gloſſ. ſignat contrarium. & ſol. ¶ Vlt.
4 gl. quærit, & ſol. ¶ *In 3. † gl. ibi, non dubium*] uide in c. ſi. di-
ligenti. ſuper ult. glo. [*& ibi, ſancimus nemini*] non tenet
uenditio, pignoratio, uel hypothecha rei eccleſiaſti-
cæ. & ſic nec aliqua contra eccleſiam competet actio
pro precio, uel ſœnore [*& ibi, mutuo*] l. ultima eſt. ui-
de de dona. inter ui. & uxo. c. 3. ſuper. 1. glo. [*& ibi. l. 1.*]
uide de probati. in præſentia, ſuper gl. pen. [*& ibi, quid
tamen. i. reſpon.*] uide de fi. inſtru, inter dilectos, ſuper gl.
5 iſtud. ¶ *In † glo. 3. ibi, debitores*] & c. cum contingat [*& in
fi.*] de pac. quamuis, lib. 6. ¶ *In gloſſ penul. ibi, non poterat*]
quod exponas ut ibi. ¶ *In glo. ulti. ibi. ad repr. mendam*] &
infra titu. 2. dolentes, in glo. fi. [*& in fi.*] dicit Hoſti ꝙ
cum non ſit certa pœna ſtatuta, punietur arbitrariè,
de off. dele. de cauſis. non ob. ſupra eo. cum clerici, qđ
loquitur, quãdo per colluſionem & ex pacto hoc ui-
tium interceſsit. hic quando ſine pacto, & ſine collu-
ſione. illud ergo ſimoniacum: iſtud nõ. nec ob. de iu-
reiur. querelam, & c. ſeq. illa enim loquuntur de uio-
latione liciti iuramenti. iſtud uerò de præſtatione illi-
citi ſecũdum Hoſt. ſed hic etiam potuit eſſe ſimonia.

S V M M A R I V M.

1 *Procurare qui tenentur fratres alicuius domus, ſi illorum numerus nunc creuerit, an teneantur.*
Liberaliter quod fit, excludit omne uitium ſimoniacum, partiumque pactionem.
Ex liberalitate quis obligatur, & nu.7.
2 *In poſſeſſione qui eſt, non tenetur docere cauſam.*
Contra cenſum exigentem quomodo agere debeam, ſi ſoluere non intendo.
3 *Seruientes etiam procurabit qui dominos tenetur procurare.*
4 *Aucto onere plus, quàm erat ab initio promiſſione, an & illud tenear ſubire, & quo caſu, & nu.5.*
Liberalitas ad temperantiã deducitur, ſi ex ea grauamen oriatur.
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.8.*
Donator compellitur rem tradere, qui ſibi non retinuit uſumfructũ
Contrariorum eadem eſt diſciplina. §. 2. obligatio non renaſcitur.
Auctare an creſcere debeat & canõ, uel pẽſio, ibi. in fi. & nu.9.
Additio gloſſarum, & nu.9.
Indefinitè ſi lego habitationem, intelligitur ad uitam.
Declarare qui potuit apertius, & non facienti imputandum.

C A-

C A P V T XVI.

1 QVanto. C. qui † teneatur ꝓcurare fratres alicuius domus, licet illorum numerus nunc creuerit. procurabũt omnes: ſed ſi ex eo nimiũ grauaretur, eis
per officium iudicis conſuletur. & primò narrat factum. 2. Indulger. & indultum moderatur ibi, Indulgemus. Hoſt dicens ſe habere facti notitiam: ponit factum, quod quia intellectum ea. nõ coadiuuat, omitto. dicebat etiam aliam quæſtio. inter iſtos fuiſſe ſup
iure eligendi, cuius diffinitionem dicit colligi poſſe
per ea, quę no. de elec. cum in ueteri. ſuper uer. ſociorum [*Annis ſingulis*] uide quod dixi de arbi. peruenit,
in prin [*Liberaliter*] hoc dicit ad omne ſimoniacum vitium excludendum. & partium pactionem. nam & ſecundum Inno. quamuis ab illo mon. nil haberet ſpirituale, uel temporale, quare hanc præſtaret: tamen de-
a bita fuit, ex quo fuit liberaliter conſtituta [a] [*Exiberet*]
domus ueſtra [*Teneatis*] hæc allegatio non profuit:
2 quia fratres † erant in poſſeſsione. unde non haberẽt
neceſſe docere cauſam, vt dixi ſupra e. peruenit. Goſ.
hoc non placet Hoſtien. nam ſecundum id ſufficeret
quaſi poſſeſsio cenſus, quod ipſe negat. nam licet nõ
debeã ſubtrahere: quia id eſſet ſpoliare, ſupra de elec.
querelam: poſſum tamen vltra agere cõtra exigentẽ
cenſum, uel procura. pro eo, ꝙ ſine cauſa illa exigit, &
exegit, & petere quicquid habuit, uel extorſit à. 40. annis citra, ar. ff. ſi cer. pe. le. ſi me & Titiũ. nec ob. quod
dicitur, cogi poſſeſſorem &c. nã illud uerũ actore nil
probante: ſed ſecus eſt, ubi pręſumitur contra reũ, vt
eccleſia. benefi. c. uno. Fortius ergo, qñ actoris intentio iure cõi fundatur, vt in caſu noſtro, condẽnabitur
ergo reus, niſi aliud dicat ſm eum. ad hoc. ſ. eo. ſopitę,
de reli. do. cũ dilectus. 100. d. cõtra morẽ. dicebat autẽ,
ꝙ licet iſti nil tenerẽt à fratribus ſancti Irenei: tñ olim
tenuerant, & eis ſubiecti fuerãt. & hæc eſt ratio, quare
3 hæc allegatio illis non ꝓdeſt [*Et ſeruientium*] arg. ꝙ † qui
tenetur procurare fratres alicuius loci, procurabit &
ſeruientes [*Exereuit*] ſi. ſ. de deci. ſuggeſtum [*Primam*]
ergo non ultra unam marcham [*Menſuram*] ar. ſm Pe.
4 & Abb. ad qõnem de illo, qui habebat † furnum, uel
molendinũ in emphyteuſim ſub pacto ibi molendi,
& coquendi gratis dño, & familie ſuæ. habuit poſtea
dominus. 10. filios. & quilibet ex illis alios. 10. unde, ſi
omnibus molat, uł coquat gratis emphyteuta, magis
expedit ſibi non habere, quàm habere. de iure ſtricto
dicunt illum teneri, ſed iudicis officio ſibi prouidebitur, vt non teneať vltra primã menſurã. Sed Hoſt. ſimpliciter dicit per hanc decre ad primũ ſtatum hoc debere reduci. Ad idẽ. j. eo. cum canonicis. C. de ſeruiti. l.
præſes. C. cõia prædi. l. uẽditor, in fi. ſ. de deci. ſuggeſtũ.
quod dicit uerũ, niſi in maiori numero ſit pręſcriptũ.
j. eo. olim, licet multa iura, ut dicit, poſsint in contrariũ allegari. ff. de pac. veteribus. ff. loca. ſi quis domũ. §.
1. ff. de uer. ob. quicquid aſtringẽdæ, de ſer. nõ ordi. c. j.
cũ ſuis concor. Quod autẽ. ſ. dixit litera, Indulgemus,
intelligit, ut dicã ſuper gl. Hoſt. cõcor. Bar. Brix. in dñi.
50. quę incipit, Quidã paterfamil. q a nõ eſt ueriſimile,
ꝙ in infinitũ uoluerit obligari. ff. de pericu. & cõmo.
5 rei uen. l. ſi quis uina, in fi. Inn. uerò notabat † per hanc
literã liberalitatẽ ad temperãtiam reduci, & de gratia
per uer. indulgemus, ſi ex ea oriatur grauamen, & inf.
eo. ex parte, & pręc. decre. ſuggeſtũ, dicẽs, ꝙ forte ſecus
eſſet, ſi ex pacto aliquo dato uel ꝓmiſſo id promiſiſſent, ar. de pac. c. 1. & 2. pro prima lectura facit, qđ ſequitur, & ideo ſm illam, ſup. ſummaul. nam uides, ꝙ
ſi conuentus Bellæ villę ita ſufficit hodie ad quattuor
marchas, ſicut olim ad vnã, non fiet temperatio. ſufficit enim, ꝙ non grauaretur eccleſia procurans, ut ſequitur, & ſic etiam terminauit Abb. Odoſ. ponens in
nemore, ſ. ꝙ mortuo patre cuilibet filiorum, & ſuæ familiæ teneatur. inducit l. ult. C. de uer. ſig. ff. eo. pronũciatio. & dicit. ꝙ filijs acquirantur utilis. ff de uerbo. ob.
quodcunque. § ſi ita quis [*Eccleſiæ*] ueſtræ. ſ. ¶ Secũda
6 † glo. reſpondet per ob. & ſol. ¶ Tertia glo. reſpondet
per quæſtio. & ſolu. demum obiicit, & ſol. ¶ Vlti. glo.
ar. ſignat contrarium, & ſol. ¶ *In † gl. 2. ibi. §. ſin autem. 2.*]
donator, qui non retinuit vſumfructum, compellitur
rem tradere, & liberalitatem traditione perficere. ¶ *In
3. glo. ibi. ſi ſeruitus*] uide in c. quia circa, ſuper ultima gl.
[*& ibi, qui lancem*] uide & §. ſed & ſi quis, inſ. alle. de fil.
preſby. literas. ſuper ulti. glo. [*& ibi. §. illud*] uide de clerici. non reſi. tuæ, ſuper glo. 2. [*& ibi, nimis*] uide infra eo.
ex parte, ſuper. 3. glo. [*& ibi. l. ulti.*] uide de reſti. in inte.
c. fi. & ſuper ulti. glo. [*& ibi, ſancimus*] uide ſupra titu. 1.
conſultationibus, ſuper gloſſ. 2. ¶ *In glo. ulti. ibi. §. ſacram
rem*] non ualet ſtipulatio rei ſacræ, uel publicæ, uel liberi hominis, licet illa poſſet fieri profana, uel priuata, uel ille liber ſeruus. nam & ſi profana, uel Stichũ dare promiſi, liberor, ſi ſine facto meo res illa efficiatur
ſacra, uel Stichus fiat liber: nec renaſcitur obligatio:
licet poſtea reincipiat eſſe profana, uel priuata, uel ille liber ſeruus, nec ſit eadem cauſa liberandi, & obligãdi [*& ibi. l. 3.*] uide de conſti. cum. M. in glo. hæc uidebatur [*& ibi. l. 2. lib. 11.*] licet aliquid mãcipiorum, vel
pecoris accreuerit rei emphyteuticæ, nõ propter hoc
augebitur canon, uel penſio: ſed cedat fęlicitas domi-
8 nis, & dominorum hæredibus. ¶ *In † gl. 1. ibi, uoluntate*]
quæ in hoc eſt neceſſaria. ¶ *In glo. 3. ibi, quotcunque*] idẽ
Inno. ad quod facit ſecundum Vin. ff de uſu, & habi. l.
ſi habitatio. §. utrum. ubi ſi lego habitationẽ, non intelligitur unius anni tantum, ſed ad uitam: & ſibi imputet ſecundum eum, ſi donatio nõ fuit à principio
apertius declarata. ff. de pac. ueteribus, infra de regu.
b iur. contra eum [b], lib. 6. Hoſtien. uerò dicit, ꝙ in hoc
fuit indulgẽtia: quia licet ſm ius fiat Interpretatio: fit
tamen & terminať hæc quæſtio abſentibus fratribus
ſancti Irenei non uocatis, nec cõtumacibus, quod fieri non deberet, de cau. poſ. ca. 1. de maio. & obe. inter
quattuor, qđ dic, ut plenè no. de uerb. ſig. olim [*& ibi,
mediocris*] ar. ſ. ti. 1. paſtoralis, in fi. Lau. de hoc. j. de reg.
iuris, in obſcuris, li. 6. & uide qđ dixi de offi. cuſto. c. 1.
9 in gl. no. cuncta ¶ *In † gl. ult. in fi.*] hominũ, & maximè
religioſorum, qui ſibi non poſſunt acquirere. & tales
erant iſti. uel aliter, ſi bona eccleſiæ creſcunt, & augẽtur tacitè & per latens incrementum, non ideo augebiť cẽſus. ſi uero patẽter, ſecus. ad hoc. C. de alluui. l. j.
& 2. inſti. de rerum diui. §. quod per alluuionem. Vin.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Liberaliter cõſtituta. Cenſus ergo ab initio etiam ſine cauſa poteſt à fundatore imponi, intellige conſenſu epiſcopi accedente, qui tñ in fundatore requiritur, ut ſup. de iure patronatus, nobis.

b ¶ Contra. eum. Pro opinione Vin. & ad materiam facit. c. cum capella, & c. quia circa, infra de priuile. cum ibi no. & per Bar. in l. ſi ita, ff. de auro, & argen. legato.

S V M M A R I V M.

1 *Procurare tenentur omnes eccleſię legatos, & nuntios apoſtolicos, excipiuntur caſus duo & nu. 2. & alius num. 5. & 6. & quando num. 5.*

Procurationis modus ponitur hic, & quo caſu non debeatur, nu. 2. & quibus fiat taxatio, nu. 5.

Et à quibus eam accipere tenear, nu. 6. & 5. nu. 4.

Ab omnibus ſubſidium quem habere iuſtum eſt, ſi pro omnibus laborat.

Memoria etiam ſi in contrarium nõ ſit, non iuuat pręſcriptioni procurationis.

2 *Per collectam alicubi fit procuratio.*

3 *Permiſſa uidentur, quæ non ſunt inhibita.*

4 *Inter debentes mihi procurationem ſi fiat pactum, mihi non praiudicat,*

dicat, & nu.8. & 8. In fi.
Contra ſocios habeo actionem, ſi quid plus, quàm ipſi, impendam conuentus, nu. 8. §. 2.
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 8.*
Contra publicam utilitatem conceſſum nihil ualet.
Milites quomodo alantur. §. 1. quod transfertur ad clericos à glo.
Soluenti integrum tributum cedit fiſcus actiones contra alios, & faciendum ab alijs, ſupra nu. 4.
Exactio, & ſolutio quandoque particularis eſt commoda. §. fine. coniuncta gloſſ.
9 *Additio gloſſarum.*
Priuilegiare cõtra ſe nõ ſolet quæ Romana eccleſia, nec imperator.
Vincentius iureconſultus epiſcopus fuit.
Guloſitatem, & curioſitatem nimiam quæ prohibeant.
Impoſſibilium nulla obligatio.

C A P V T XIII.

1 CVm inſtantia. C. Omnes † eccleſiæ, niſi ab hoc priuile. ap. ſint exemptæ, procurare tenentur legatos, & nuncios apo. ſe. nec in hoc
præſcriptione iuuãtur. Demum de procurationis ipſorum modo ſubnectit. ſecunda ibi, Sane. de eodem
facto, ſupra de præſcrip. accedentes [*& infra*] q. d. cum
nos & noſtri pro omnibus laboremus, iuſtum eſt, ꝙ
ab omnibus ſubſidium habeamus, ut infra ſequitur.
ad hoc de poſtula. præla. bonæ. i. Hoſtien. [*Exempta*] à
præſtandis prædictis procurationibus [*Longiſſimo*] quã
tocunque uolueris, etiam ſi contrarij non ſit memoria
[*Omnes*] quod autẽ omnes tangit &c. de regulis iu-
2 ris, quod omnes, li. 6. [*Ceſſamus*] quia non † ceſſat prouiſio, niſi ceſſet procuratio. & propterea ceſſante uiſi
tatione procuratio non debetur ſm Goff. de hoc inf.
eo. cũ uenerabilis, ſm Hoſt. [*Collecta*] loquitur ſm cõ-
ſuetudinem, quæ iã in multis epiſcopatibus inoleuit,
ꝙ fit collecta per totũ epatum, & daẽ ꝓcuratoribus,
qui talibus prouidẽt ſm Hoſ. [*Legatorum*] tranſeuntiũ.
alij enim, qui ſunt legati in prouincia, procurationes
ſuas leuãt. & hoc docet experientia. & de hoc, inf. eo.
3 procurationes [*Inhibendum*] arg. ꝙ † ea ſunt permiſſa,
quæ non ſunt inhibita. de hoc de tranſla. c. 2. [*Præiudicium*] concor. de capel. mona. c. 2. [*Generari*] dixit Vin.
4 hic. & ſupra de decimis, de terris, ꝙ † ſi clerici eccleſię
paciſcuntur inter ſe, quis eorum det procurationem
epõ. ꝙ clerici dent medietatem, prælatus medietatẽ,
hoc nõ præiudicat epõ, uel archiepõ, in auct. de duo.
reis promitten. §. ſi uerò. in illa litera, licet inter ſe pe-
pigerint. ſi. ff. de pac. inter debitorẽ. ff. de tranſac. con-
trouerſia. habet tamẽ actionẽ cõtra ſocios. ff. de pac.
epiſtola. facit, quod no. ſupra de pac. plerique. in 1. gl.
[*Maluerint*] ergo nec in modo procurationis currit ꝓ-
ſcriptio. de hoc in ſpecu. co. tit. in fi. [*Requiſitus*] & hoc
5 ſi † poteſt, nec fraudulẽter alleget impotentiã: aliàs cõ
tumax cenſeretur ſm Hoſti. [*Fraudem*] deſcendit apud
amicũ, ut procuretur ab eo: & ille datis ſibi literis per
eum ab alijs duplũ, uel triplum recipiat ſecũdũ Abb.
Hodie fit taxatio de certa ſumma legatis non de latere, & nũcijs. uide quod dicam, infra e. procurationes,
6 in gl. tene ꝙ [*Communes*] hoc intendit † ꝙ à ſindicis, uel
maſſarijs cleri non tenentur procurationem recipe-
re, licet per ſuos miniſtros ſe poſſunt procurare [*Si noluerint*] ſed tamẽ quilibet per ſe ſufficit: aliàs cõtra. ſ. e.
procurationes. §. 1. in fi. ſm Hoſti. [*Contumaciter*] ut pa-
tet ex præcedentibus, ſi priuilegium immunitatis nõ
habet, dũmodò facultates ſufficiant ſm Hoſti. ¶ Ter-
7 tia † gl. tractat de modo procurãdi legatũ, ſignat con-
8 trarium, & ſol. ¶ *In † glo. 2. ibi, iubemus nullam*] imperiale
oraculũ, ſiue ſit annotatio, ſiue pragmatica ſanctio,
contra publicã utilitatem conceſſum non ualet. ¶ *In
glo. 3. ibi. l. 1. li. 12. ibi, milites*] ſic aluntẽ à repub. quia duo-
bus diebus recipiunt bucellariũ. tertio panẽ integrũ:
uno die uinum. alio acetum: uno die lardum. biduo
carnem berbecinam. i. ouinam. ſ. de caſtrato. aliàs uer
uecina, ſ. de ariete, qui uir eſt ouium, uel quia uermẽ
habet in capite [*& ibi, quia Trebatius*] uide ſup. c. cũ apo
ſtolus, ſuper gl. quid ergo. ¶ *In gl. antepe. ibi, Cum poſſeſſor*]
fiſcus actiones cedit uni poſſeſſori ſoluẽti integrũ tri-
butum contra alios, vt contribuant pro modo ſuorũ
prædiorũ [*& ibi. Lana*] uide de ſepul. cũ liberũ, in gl. 2.
¶ *In glo. ulti. ibi, lineam*] ſi teſtator mihi legauit lineã. 35.
margaritarum, quæ apud me erant. ſi locus eſt Falci-
diæ, põt hæres petere ſibi lineam reſtitui, uel uendica-
re partem ſibi propter Falcidiam competentẽ [*& ibi, Plautius*] habetur ratio Falcidiæ, cũ legatus eſt ſeruus
[*& ibi, epiſtola. §. ulti.*] ſi agens de inofficioſo pactus eſt
certam quantitatem ſibi per hæredem dari, quamdiu
uiueret hæres, mortuo hęrede illa quantitas nõ debe-
tur [*& ibi, debitori*] ſi creditor hæres debitoris adiuit. cõ
fuſa eſt actio: ſed ſi ei, quem ſententia ſuperauerat, hę-
reditatem tradidit, ita. ꝙ ſibi; & alijs creditoribus ſatiſ-
faceret, ſeruandum eſt pactũ. & ſcias. ꝙ Io. de his dua-
bus ulti. cõcor. faciebat unam gl. & allegabat illas pro
ſimili ad tex. & tunc debet dicere. l. epiſtola. §. pe. & q d
dicat, uide de pac. plerique. in 1. gl. [*& C. de pac. debitum*]
ſequitur, pactionibus creditorũ petitio nec tolli, nec
9 mutari poteſt. ¶ *In † glo. 1. in fi.*] ad idem de off. leg. c. 1.
de homici. c. 1. li. 6. ¶ *In gl. 2. ibi, Romana*] nec imperator.
a C. de præſcrip. 30. uel. 40. an. l. comperit[a]. nec credo, ꝙ
papa poſſet priuilegiare aliquem priuatũ, uel aliquã
religionem, ne ueniat ad eũ, uel ne poſſit eum excõ-
municare, nec extendo ſimbrias Ciſtercienſium in id,
quod nituntur non permittẽdo monacos ad curiam
uenire. Vin. ¶ *In glo. 3. ibi, ſit ſibi quoque*] nec expenſas. ſ.
de reſcrip. ſtatutum. § prouiſurus, lib. 6. [*& ibi, dicit Io.*]
10. q. 3. illud. 1. [*& ibi, nõ cogentur*] Io. Ego Vin. minimus
epiſcoporum dico. ꝙ hæc gl. Io. Theutonica eſt. & nõ
Anglica [*& ibi, cui ſtatus*] & contraria prohibẽt gulo-
ſitatem, uel nimiam curioſitatem. de his de con. di. 5.
quinque modis [*& ibi, hoc caſu*] ſecundum Lau. [*& ibi, ultra uires*] impoſſibiliũ enim nulla eſt obligatio ff. de
reg. iur. impoſſibilium, & de hoc ſup. eo. cum apoſto-
lus. Hoſt. ¶ *In gl. pe. in fi.*] Io. & de præſcrip. accedentes.
¶ *In glo. ulti. ibi, ar. contra*] in ſuffragio patet ſolutio: quia
per. l. Falcidiam debetur pars tantum.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Comperit. Poteſt tamen imperator, & papa priuilegium dare, & ex illo poteſt oriri præſcriptio. uide l. notabilem in le. finali. C. de fun. patri. libro 11.

S V M M A R I V M.

1 *Menſura qua ſolui debeat quod ex uoto debetur, & quæ ſit ueriſimilis nu. 2. & 4.*
2 *Pœnitentibus plus credendum.*
Coniecturis quando locus.
Commune, & uſitatum in dubio quis intellexiſſe præſumitur.
3 *Ex uoto quis obligatur, licet nulli ſpecialiter facto, & poteſt & à quibus aſtringi.*
De occultis non iudicat eccleſia, niſi in pœnitentia.
4 *Quantitas incerta ſi promittatur an & quæ ſolui poſſit.*
5 *Gratuitum, uel liberale quod fuit ab initio, ex poſt facto fit neceſſarium.*
Gratuita ſunt gratiora.
Enallage caſus ibi, per uiros.
Inhiare quid.
6 *Suffragium gloſſarum.*
Emere, uel uẽdere nullus cogitur, ſi mẽſura, uel pretiũ diſpliceat.
Num legatis generaliter, qui debeantur.
In dubio quæ ſint attendenda, & nu. 7.

Maiori

Maiori parti creditorum ſtatur in remiſſione debiti.
Munificentia parentū, uel liberalitas ne retardetur, quid faciē dū.
7 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XVIII.

1 Ex parte. C. Si ad †unicam menſuram
ſolui ſolet id, quod debetur
ex uoto, ad illam impoſterum ſolui debe-
bit. ſi uerò ad diuerſas, liberabitur ſoluens
etiam ad minorem illarū. & in prima cōſultatio, in
ſecunda reſpōſio ibi, Cum ergo. quæ diſtinguit, & pri-
mum membrum proſequitur ibi, In primo. ſecundū
ibi, In ſecundo, cuius rationem ſubdit ibi, quoniam
[*Ceſſarunt*] & male. unde pœnituerat eos, ut ſequitur
2 [*Nunc*] pœnitentes, ſ. & ſoluere uolentes. unde † plus
ei credendum erat. de præſump. literas, ſecundū Hoſt.
uel ſecundum eum ad hoc compellebātur inuiti, qđ
ipſe plus credit [*Perſoluerint*] quia ſi id conſtaret, non
requireretur alia probatio, nec præſumeretur, ꝙ uo-
uens hæredes ad aliam menſuram uoluerit obligare
ſecundum Inno. quia in incertis, non tamen omnino
certis locus eſt coniecturis. ff. de uer. obli. l. continuus.
ſi igitur de hoc conſtaret, illud ſeruaretur. ff. de pigno.
actio. uel uniuerſorum [*Ad eandem*] & eſt hoc non tā
propter conſuetudinē, quantum quia ille, qui primò
promiſit, de cōmuni intellexiſſe præſumitur, ex quo
a de nulla menſura [a] ſpecialem mentionem fecit, ſecun
dum Inno. puto decreta loqui, quando bene fuit ex-
preſſa menſura. puta ſextariū. ſed plus ſextarij ibi erāt
3 in uſu. [*Cogendi*] no. ꝙ † licet nulli ſpecialiter facta fue-
rit hæc promiſſio, ſiue uotum: tamen uouens obliga-
tur, ut hic. & ff. de pollici. l. pactum. §. 1. de uoto, licet,
b & c. magnæ, & de hoc dixi eo. tit. ſcripturæ [b]. & per hoc
uidetur ſecundū Inno. ꝙ ſi quis promittat intrare ali-
quod monaſterium, licet tale uotū ſit ſimplex, & de
futuro, tamen mon. poteſt agere contra talem, ut vo-
tum adimpleat: & ſi in genere uouit aliquam religio-
nem intrare, non dicens quam, eccleſia ipſum diſtrin
git, ut intret unam de approbatis, ex quo in iudicio
fuerit ſibi facta fides de uoto, alias de occultis non iu-
dicat, infra de ſimo. ſicut, niſi in foro pœnitentiali, de
uoto, per tuas, cum ſi. & uide quod dixi de regu. por-
tectum, in glo. per hoc, uer. ſunt etiam qui, uſque ad
finem [*In ſecundo*] ſ. quando ad uarias & diuerſas men-
ſuras ſoluebant [*Ad minorem*] ad quam tamen alicubi
menſuratur. Io. Vin. Gof. & ſecundum Goff. ſunt hæc
4 intelligenda, quando † in voto actū eſt de certa men-
ſura: alias uel uotum eſſet nullum, arg. ff. de iure do. l.
cum poſt diuortium. §. generaliter, uel quanto cunq;
frumento dato fieret liberatio. ff manda. l. fideiuſſorē
[*Vt ad maiorem*] ergo bene ſunt cogendi ſoluere ad mi-
5 norem ſm̄. G. Na. qui dicit per hoc † capitulum, ꝙ hi
qui promiſerunt ſingulis annis dare uinum, cerā, uel
aliquid tale ſachriſtiæ, licet à prin. id fuerit gratuitum,
cogendi ſunt id ſeruare. facit quod prædixi in glo. no.
ꝙ [*Gratuita*] & ex hoc fuerunt gratiora. 28. q. 1. iā nunc
[*Ab initio*] bene dicit, quia ex poſtfacto fuerunt neceſ-
ſaria, ſupra de uoto, magnæ, & c. ſcripturæ, ubi de hoc
[*A uiris*] i. per uiros (*inhiare*) i. nimis auarè intēdere, cō
tra id, quod ſignificat raſio capitis, per quam tempo-
6 raliū depoſitio deſignatur. 12. q. 1. duo ſunt. ¶ *In † glo. 2.
ibi, imperationes*) nullus tamen emere, uel uendere com-
pellitur, ſi menſula, uel precium diſplicet, ut ibi. ¶ *In glo.
3. ibi §. ulti*) iſte. §. & l. nummis, hoc dicunt, ꝙ legato nu-
mero nummorum, uel nummis, generaliter debentur nu
mi, ſi nec ex conſuetu. patrisfamil. nec religionis, nec
ex præcedentibus, uel ſequentibus partibus teſtamē-
ti apparet teſtatorem aliud ſenſiſſe (*& ibi, ſemper in ſti-
pulationibus*) ut de de verb. ſig. intelligentia, ſuper. 3. glo.
¶ *In gl. pe. ibi, & ſuum hæredem, in ſi.*) alias eſt ſub. l. iuris gē-
tiū, & alias ſub. l. ſeq. ſi diſſentiunt creditores in quan-
titate debiti remittēda, ſtatur maiori parti (*& ibi, maio-
rem*) uide de ele. dudum. 1. ſuper. 5. gl. ¶ *In gl. ulti. ibi. l. 2.*)
ne munificentia parētum erga filios retardetur, quæ
doris, uel donatio. ante nuptias cauſa per parentes eis
7 data ſunt, ad ipſos reuertuntur. ¶ *In † prima gl. ibi, cladis*)
uide de loca. potuit, ſuper penulti. glo. ¶ *In gl. tertia ibi,
maior pars duplo*) maior quo ad hunc caſum ſm̄ Hoſti.
alleg. de electio. licet, & c. ſcriptum, cū his, quæ ibi no.
textus etiam nil dicit de maiori parte: & in his fieri de
bet benigna interpretatio, ut ſequitur (*& ibi, in ſtipula-
tionibus*) Io. & infra de regulis iuris, in obſcuris, li. 6. di-
xit Vinc. per hæc iura, & per. l. ff. de lega. 1. ſi ita ſcriptū,
ꝙ cū dubietas eſt in re, debetur minor. ſed ſi eſt in per
ſonis, omnes repelluntur ab inſtitutione, legato, uel li
bertate. ff. de rebus dubijs, ſi fuerit ¶ *In glo. ſuper. ibi, pa-
res*) ſupple, numero (*& in ſine*) ad hoc. j. ti. 2. cū Marthę.

ANNOTATIONES.

a ¶Nulla meſura. ſicut dicimus in moneta. uide glo. fin. in ca. ſi. de maledi. & in c. ſi. de Iudæis, in glo. tertia.

b ¶Scripturæ. In gloſſ. ma. uerſi. quid ſi conditio, & ff. de pollici. l. ſi quis rem, & ibi Bar. & Bal. C. de fur. l. ſi nondum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ tenentur reſpondere epō, in cuius diœceſi ſunt, et de quib.*
Pro eccleſiis qui reſpondeant.
2 *Impugnatio mea inſtrumenti quando mihi noceat, & aduerſario proſit, uel obſit, & poſſim ab ea recedere, & num. 3. 4. 5. 9. & reliquis, & quæ tunc ſit ferenda ſententia, nu. 3.*
Inſtrumentum licet quis dicat falſum, & ſuccumbat, tamen adhuc poſſum dicere ſolemnitatibus deficere, cir. fin.
Legatū quādo petere poſſim, licet impugnauerim inſtrumētū, ibid.
Si ex exceptione una ſuccubui poſſum aliā obijcere, & quādo, ibid.
3 *Epiſcopales reditus abſque deductione ſoluendi.*
4 *Ex ſententia lata pro me, reiecto inſtrumento, quod aduerſarius impugnabat, & uerum erat, an mihi retinere quid poſſim.*
Eccleſia punitur aliquando ex delicto, ſine culpa miniſtri.
Contra inſtrumentum, quod induxi, nihil poſſum dicere, & ſi falſum à me, uel aduerſario dicatur, quando recedere poſſim, quæ probare debeam, & nu. 10. uer. ſed dices, & nu. 11.
Impugnatio inſtrumenti interdum ſit tacite, ut hic, in ſin.
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
Inſtrumento ſtandum, donec contrarium probetur, licet principaliter ob aliud ſit factum, iuncta glo.
Seruus adire cogitur hæreditatem, licet ſui referat quæſtionem, & num. 8. §. primo.
8 *Additio gloſſarum.*
Ius denominatur etiam à compoſitoribus, uel compilatoribus.
9 *Bertrandus iureconſultus Prouincialis.*
Quod reprobare quis nititur, ex eo nullum fructum conſequi debet §. primo, & an hoc ſit perpetuum, ſupra num. 3. & alijs ibi citatis.
10 *Contrarius ſibi ipſi an & quando ſit audiendus, & ſupra num. 2. & cæteris ibi nota.*
Inſtrumentum producens ut pro ſe, ita & contra ſe admittere tenetur, niſi proteſtetur, & an uidear omnia in eo ſcripta confiteri, & num. 11.
Epiſcopi priuilegium non ualet abſque conſenſu capituli.
Eccleſias tales tibi concedimus, per hac uerba quid abbati uideatur conceſſum.
Per aduerſarij reprobationem quid conſequor, quod aliàs conſequi nequirem.
11 *Contra confeſſionem ſuam quare quis admittatur.*
Non contra inſtrumentum, quod produxit.
Lingua, & memoria labiles.
Ex improuiſo q̄ fiūt, excuſantur errore, ſecus, ſi cū deliberatione.
Confeſſionem habere, & inſtrumenti probationem plus, quàm cōfeſſionem tantum, in ſin.

C A-

C A P V T   X I X.

1 Cum olim. C. Eccleſiæ † tenenſ reſpondere epõ, in cuius
diœceſi ſunt, de procur. quarta decimarũ
& aliis temporalibus. & ponit primò cauſæ diffinitionẽ, ſecundò duo ſoluit obſtãtia. primum
ibi, Licet enim. ſm ibi, Abſonum [*De Luna & de Bes*] nomina ſunt eccleſiarũ, de quibus erat quæſtio, & quæ
conceſſæ erant in proprios uſus abbatis, & monacorum; & ideò pro ipſis reſpondet abbas: aliàs ipſæ eccleſiæ per ſe, uel proprium ſyndicũ reſponderent, ut
no. ſupra de reſcrip. edoceri, ſm Inno. ad idem ſm Hoſti. ſupra de fi. inſtru. G. perpetuus, de præſcrip. ex tranſmiſſa, de reſti. ſpo. olim, & de offi. ordi. conquerente,
ubi etiã dixi in princ. in glo. no. ꝙ Abbas [*Inſtrumentis*]
2 hæc inſtrumenta † erant talia forte, ꝙ uno anno integrè ſoluerent epalia: alio anno ſoluerent aliqua. non
omnia. Contra hæc Inſtrumenta obiicit Abb. defectũ
talis ſolennitatis, cuius complerio ex ipſius ratihabitione pendebat, puta inſtrumenta ſibi non obeſſe: qa
non interuenerat capituli ſui conſenſus. & ideò in tantum ſibi præiudicat exceptio, ut ſi inſtrumẽta pro ipſo faciant, ſibi non proſunt: ſecus autẽ eſſet, ſi obiiceret defectũ ſolennitatis, quæ compleri poſſet per pat-
a tem epiſcopi: quia eo caſu ſi uerũ non eſſet ᵃ, uel etiã
ſi uerũ eſſet, ſed eps nollet illas ſolennitates complere
per hoc abbas non uidetur inſtrumentis renunciare,
ſm Inno. q. d. ſm Hoſti. in primo caſu eſt quid imputari abbati; & ideò obeſt. in ſecundo uerò eſt quid imputari epõ. unde non nocet abbati, arg. ff. de dolo. l. 1.
& ſm Inno. idem, ſi dicat inſtrumentũ falſum, niſi probet, remanet inſtrumentum in ſuo robore: nec tunc
per oppoſitionẽ falſitatis videtur renũciari iuri, quod
ſibi ex illo Inſtrumento competebat: nec illud petere
impedit, dummodò conſentiat, aliàs conſtet & aſſerat illud eſſe uerũ. cõperta n. ueritate, ꝙ. ſ inſtrũm non
ſit falſum, cedit error ueritati. 8. diſt. ueritate, niſi per-
b ſeueraret ᵇ in dicendo, ꝙ inſtrũm eſſet falſum: qa tunc
etiam poſt ſententiã latã, quod falſum nõ eſſet, nil ex
eo petere poſſet: quia faceret cõtra cõſcientiã. & licet
per uerbũ, quod ſequitur, probetur, ꝙ nullatenus approbauit. Abbas. n. iſte, ut dr in regeſto, ſemper dicebat, & in hoc perſeuerabat, ut. j. dicã, ꝙ hæc cõpoſitio
erat obtenta per metũ regiũ ſm Inno. nõ tamẽ p hoc
recedit ab eo, quod. ſ. dixit. dicit Inno. ꝙ licet quis dicat inſtrũm falſum, & ſuccumbat: tñ adhuc põt dicere
illud non ualere propter defectũ ſolennitatũ. ff. de peti. hære. l. Lucius. Item & ſi dixit inſtrũm deficere ſolennitatibus: tamen põt petere legatum ex eo inſtrumẽto. eo. ti. l. poſtq̃: ſecus, ſi dixiſſet falſum, uel inofficioſum [*Compoſitionis*] aliàs compoſitionũ [*duarum*]. ſ. de quibus infra dicetur [*Abbas*] contra quẽ agebatur, & ad
quẽ dictæ eccleſiæ pertinebant [*Deductionibus*] no. redi-
3 tus † epiſcopales ſine deductione ſoluendos. j. de uer.
ſigni. cũ inter 16. q. 1. frequentiam, de tranſac. ueniens.
contra. ff. fami. er. fundus, qui dotis. ff. pro ſoc. Lucius
Vin. [*Deductiones*] in inſtrumento ſecundæ cõpoſitionis continebatur, ꝙ decimæ integraliter epõ ſoluerẽtur: ſed de ipſis in certis caſibus debebat monaſterio
aliquid impẽdere, vel eps debebat accipere quartam
decimarum ab illis eccleſiis, & de ipſa debebat dare
monaſterio. nam ſi inſtrumẽtũ diceret, ꝙ epiſcopus
tãtũ duas partes, uel aliam partem decimarũ ſibi reciperet, tunc non fuiſſet monaſteriũ condemnatum
ad plenã ſolutionem decimarũ, quæ ſibi non debebãtur. nam licet cõpoſitio, quã Abbas impugnauit, eidẽ
Abbati non debeat proſuiſſe: nõ tamẽ debet dare epõ,
quod ſibi nõ debetur. ſed dices, imo debebatur de iure communi epiſcopo, cũ eccleſiæ in ſua diœceſi ſitæ
eſſent, ſupra de decimis. dudũ: reſpondeo hoc non prodeſſet epiſcopo, qui per compoſitionẽ, quam non im
pugnat, à iure communi receſsiſſe uidetur. Fatemur
tamen, ꝙ ſi epiſcopus reſpondiſſet abbati, quando dicebat cõpoſitionẽ non ualere, & ego ratum habeo,
quod dicis, ꝙ tunc ſtandũ eſſet iuri cõi: quia de uoluntate partiũ receſſum eſſet à cõpoſitiõe. Breuiter. n. dicendum eſt, ꝙ & ſi pro Abbate, qui cõpoſitionẽ impugnat, nihil ſit ſic iudicandũ; tamen nec pro epiſcopo, & ſi cõpoſitione utatſ, iniuſta ſententia eſt ferẽda.
vnde dico, ꝙ ſi induco ꝯ te iuſtrũm, in quo continetur,
ꝙ promiſiſti mihi centũ ſub conditione ſoluere, & ſi
illud inſtrũm impugnes, tñ nõ adiudicabuntſ mihi pure iſta 100. quæ peto, ſed ſub conditione: qa ex inſtrõ,
quo utor, nec ante conditionẽ exiſtentẽ debentur, in
ſti. de uer. ob. §. ſub conditione, & §. ex conditionali,
imò plus dicimus, ꝙ ſi in diẽ deberes, non dẽnt mihi
adiudicari niſi in diẽ propter rõnẽ pręmiſſã: qa nunq̃
ferenda eſt ſñia iniuſta pro aliqua partiũ: ſed altera ꝯtrã improbet· tamen pro improbante nihil eſt ſñiandũ.
4 Sedſ quid ſi hoc inſtrũm, quod abbas impugnabat
ueritate continet, nunq d poterit eps ſalua cõſcientia,
ex quo pro ipſo ſñia lata eſt, integras decimas retinẽre? Reſpondeo. licet tutius ſit, ꝙ reddat illud, qd deducendũ erat, ex quo tñ pro ipſo lata eſt ſententia, bene
põt illud retinere ſine peccato, quouſq; abbas per reſtitutionẽ in integ. vel alio mõ ſibi ſtuduerit prouidere, maximè qa bene põt puniri miniſter eccleſiæ. quinimò & qñq; ipſa eccleſia ex delicto, ſiue culpa miniſtri. 16. q. 3. placuit, ſm Inno. cuius eſt mens totius glo.
Hoſti. remit. ad ſum. de ſen. & re iudic. ſub rubrica, de
ſentẽtia, § quot ſunt eius ſpecies. Sed nunquid eſt hoc
ſimpliciter uerũ, & uide quod not. de con. præ. c. 1. in
5 gl. 2. & quod ſuper ea dixi [*Multipliciter*] in integra † cõtinetur. quod abbas impugnabat hæc inſtrã: quia dicebat, ꝙ cõpoſitio per metum regiũ extorta fuit. & in
hac impugnatione uſq; ad ſententiam perſeuerauit: &
ideo iudex noluit ſibi adiudicare deductiones, quæ
ſm inſtrũm faciendæ erant. ar. ſ. de teſti. præſentiũ: qa
cũ illæ deductiones eſſent ſm eũ ꝯ ius, nec competerent abbati niſi per inſtrã, quæ falſa & per metũ extorta dicebat, ꝯ conſciam faceret idẽ Abb. ſi illas deduceret, & iudex male faceret, ſi ei mãdaret, ꝙ faceret ꝯ cõſcientiã. Si aũt nõ diceret inſtrã falſa: ſed aliàs diceret
ipſa ſibi ꝑiudicare nõ debere de iure, tunc nõ obſtante tali impugnatione pro ipſo abbate ferre ſñiam potuiſſet: ſed & ante ſñiam ab impugnatione falſitatis
deſiſtere poſſet. nec tunc exigeretſ aliqua probatio in
hoc caſu: imò ſufficeret, ꝙ confiteretſ ſe erraſſe, & inſtrã uera eſſe, cũ & aduerſarius, qui inſtrã induxit, nihil poſsit dicere contra ipſa, nec probationibus ſuper
hoc aduerſariũ aggrauare. Si uero aduerſarius non induxiſſet inſtrã, ſed ipſe proprio motu diceret in iudicio illa falſa: poſtea ex illis inſtrĩs nihil exigere poſſet,
niſi probaret illa eſſe uera. poſt ſñiam uero, puta ſi inſtrã, quæ quis falſa eſſe dicebat, iudicentur uera, non
prohibetur ille, qui dixerat illa eſſe falſa, per ea aliqd
petere, ar. 8. di. ueritate, & ſ. de iureiur. mulieri. quidã
tamen dicunt, ꝙ ſi eps non iuuaretur alio iure niſi eo
quod continebatur in inſtrõ, in quo præcipiebantur
fieri deductiones, tunc ſicut epõ adiudicatæ fuerunt
quartę decimarũ, ſic & Abbati adiudicatæ fuiſſent deductiones: quia una & eadẽ res non dẽt diuerſo iure
cenſeri. ſ. de deci. cũ in tua. §. 1. ad fi. cum ſuis concor,
ſed prius dictum melius probatur ex hac decr. ſm Inno. (*Impugnare*) ſcienter. & ſic non ob. ff. de peti. hære. legitimatũ. Vin. (*Ex ea*) ſ. compoſitione (*Conſequi*) niſi per
in integ. reſti. iure minoris. ſ. de in integ. reſti. auditis,
ff. de mino. l. minor. §. 1. Vinc. (*Tacite*) ſ. impugnando
(*Super qua*) ſ. eccleſia ad probandum, ꝙ nil tibi deberet
6 (*Petebat*) abbas. Io. ¶ Tertia † gl. reſpõdet per ob. & po-

nit ſol.Lau.¶[*Glo.no.quòd*] ponit dictũ, quod ſtatim de
terminat.ſecundo arguit;alleg.tria iura,& duo alle.in
7 contrarium. ¶[*In* †*glo.2.ibi, optimam*]uide de probatio,
3.ſuper prima gl.[*& ibi, cum aliquis*] ſi teſtator dicit Ti-
tium ſeruum Seij hæredẽ inſtituo,cum cõtemplatio-
ne Seij appareat cum inſtitutum, adire cogitur: licet
libertatis ſuæ reſetat quæſtionem. & ſi pronuncietur
liber, nec damnum, nec lucrũ ex aditione conſequi-
tur.¶[*In glo.no.quòd.ibi.§,meminiſſe*] uide hanc & ſeq.alia
de foro compe.ſi diligenti,ſuper glo.nunquid[*& ibi,*
generaliter]uide de app. conſtitutus.1.ſuper ultima glo,
¶[*In glo.antepenul.ibi.ſiquis iuſiurandum*]uide de foro com
pe.ſignificaſti,ſuper glo.2.[*& ibi,qui falſas*]uide de te-
8 ſtibus,præſentium.ſuper ultima glo, ¶[*In* †*glo. prima in*
fine]ius commune, uel alio modo. Innoc. ¶[*In glo. 2.in*
prin.]iſtam glo.Inno.& Hoſtien,ponebant. & puto,ꝙ
melius in fin.capituli ſuper uer.'inſtrumenta [*& ibi,ob*
aliud] argum.contra de priuile.ſi papa.1,reſpon.lib.6,
dic,ut ibi in 3.glo.[*& ibi,cum aliquis*]ibi de hoc, & dici-
tur ius ciuile Papirianum,cui Papirius nil addidit,ſed
compoſuit.ff.de origine iuris.l.2. §.1.;Vincen. & facit
pro compilatoribus glo.ut ibi no.¶[*In gl.3.in fine*]hane
glo.habes.10.q.1.de his.& Hoſti.hic addens, quod ibi
9 no.Bat.Brix.attribuens tamen illud† Bertrando Pro-
uinciali,finaliter remittit ad ſum.de ſepul.§. uetus eſt
quæſtio,& §.ſequentibus. ¶[*In glo.no.quòd, ibi,reprobare*]
& ſecundum Hoſtiẽ.hic uidetur reprobari cauillatio
dicentium,non fateor:imò nego,quod in inſtrumẽ-
to continetur,hoc ſaluo,ꝙ ſi contingeret me condẽ-
nari,tali articulo, qui ibi continetur, uti uolo:ſed iu-
dex recuſabit hanc incõſtantiam,& meritò.ff.de pro-
cur.in cauſæ.quinimò quicquid dicaſ cauillando,ſi-
bi uidetur eſſe contrarius, de app,ſolicitudinem. de
hoc de excep. cum uenerabilis[*& ibi, perſeuer. querit*) &
ſic intelligitur,infra de reg iur.ex eo, lib.6.ubi de hoc
(*& ibi,ſi quid ueri*) ubi de hoc, & vide quod dixi de uita
& honeſta.cleri.ca.fin. ſuper 1.glo.cum ſua remiſ. (*&*
in fi.) & hic conſiderata perſona epiſcopi,qui produ-
cit pro ſe, quod non recipit contra ſe ſecundũ Hoſti,
10 ¶[*In gl.pe.in fi.*)ſcriptum † erat contrarium uoci, & vox
ſcripto.ſic.ſupra de elec.cum inter.R.ſm Goff.poſſet
tamen forte dicere Abb.ſe nõ ad hoc recepiſſe priui-
legium,quod habet ab eo ius epiſcopale; ſed ad hoc,
ꝙ non haberet frontem impetendi.C.de excep.l.ſi q-
dem.ff.de proba.cum de indebito, hoc tamen prote-
ſtari deberet,vt d.l.ſi quidem.alioquin inſtrumẽtũ ſi-
cut pro ſe,ita & cõtra ſe admittere teneretur.Sed qua
re non fuerunt abbati adiudicata temporalia? Reſpõ-
deo, quia licet uerum eſſet priuilegium cõceſsionis;
tamen conſenſus capituli non interuenerat; & ideò
non ualuit,ſupra de dona.paſtoralis, ad fi. uel melius
ideo non fuerat adiudicata:quia nec fuerũt data. per
hoc enim uerba,concedimus tibi tales eccleſias,ſicut
hic in iſto inſtrumento continebatur,non uideſ con
ceſſum ius epiſcopale,ſed tantũ temporale,quod epi-
ſcopus in eis habebat; uel in proprios vſus fuerũt cõ-
ceſſe, ſupra de do.paſtoral.hæc aũt inſtrumenta,de q-
bus hic loquiſ, non impugnabantur,ſed inſtrumenta
cõpoſitionum tm̃, de quibus p̃miſit. ſi enim ep̃s hæc
reprobaſſet,nullã fidem feciſſent poſtea pro ep̃o, nec
probarent, ꝙ eccleſiæ in ſua diœce. ſitæ eſſent: quia
reprobato inſtrumento quicquid ibi continetur, ui-
gore caret.9.di.ſi ad ſacros.3,q.9.pura.licet etiam pro-
ducens inſtrumentũ ipſum,vel aliquid,quod ibi con-
tineaſ,reprobare non poſsit,ut hic, & no.ſ̃.de excep.
cũ uenerabilis:tamen ſi aduerſarius probet ipſum fal
ſum,per hanc ꝓbationẽ, ſi ibi erat aliquid producẽti
ↄtriũ, ſibi non nocebit.aliquãdo enim per aduerſariũ
meum cõſequor, quod per meipſum habere nõ poſ-
ſum.C.de tempo.reſti.in inte.petendæ.l.1.ff.quemad,
c ſer.amit.ſi cõem [c].Sed dices,nonne eo ipſo,ꝙ Abbas,
produxit inſtrumenta.vř confeſſus fuiſſe oĩa ea. quæ 1
in eis continenſ?ita uidetur.& ſic nõ põt dicere ↄ̃ illa,
quæ continentur ibidẽ,& ſi ad inſtãtiã aduerſarii pro
nuncientur falſa:ſic nec audireſ,ſi uellet aliquid dice
re contra confeſsionẽ ſuã tacitã. uel expreſſam.reſpõ
11 de, ut no.ſ̃.de exce.cũ uenerabilis.Hoc no.ꝙ† quam-
uis contra confeſsionẽ propriã admittatur q̃s ad pro
bandum errorẽ,ut C.de iur.& fac.igno,error, & le. &
no.ſupra de confeſsis.c.fi. contra inſtrumenta tamen
quæ q̃s produxit, non admittiſ, nec mirũ, q̃a plus eſt
probatio inſtrũtorum,q̃ confeſsio ſm Inno. imò quia
lingua labilis eſt,ut patet.ff.ad l.Iul.ma.famoſi.§.pen.
ibi,nec lubricũ linguæ &c. Inſtrumentũ uerò cũ ma-
gna deliberatione & ſolennitate fieri conſueuit,& an
teq̃ ipſum producat aliquis, deliberare debet & põt,
an ſibi expediat ipſum ꝓducere, vt patet in eo, quod
legitur & no.ſupra de fide inſtru.imputari.Non eſt er
go mirum,ſi illi, qui forſan ex improuiſo & ſine ma-
gna deliberatione confitetur, ſubueniatur, maxime
cũ memoria labilis ſit,C.qui teſta.fa. poſthac conſul-
tiſsima,§. at cum humana, & error facti peritiſsimos
fallat.ff.de iur.& fac.igno.l.2.& 3.Illi uerò,qui plenius
deliberare potuerat, non ſubueniat, ad hoc, ſupra de
d fide inſtr imputari [d].C.arbi.tute,l.fi.Itẽ ex quo pars in
duxit inſtr̃m ad probandum aliquẽ articulũ, quomo
do ſm Inno. poſtea admitteretſ ad probandum cõtra
rium?non enim eſt allegans contraria audiendus, ſu-
pra de app,ſolicitudinẽ,ad fi.C.de fi.inſtru. ſcripturæ.
& plus eſt habere tacitam confeſsionem, & inſtrumẽ
ti probationem,q̃ confeſsionem tantum, ſm Innoc.

ANNOTATIONES.

a ¶Verum non eſſet. Quod deficeret, & requireretur ſolennitas ab epiſcopo.& uide Bar.in l.poſt legatum,ff.de his,qui.ut indignis, & Bald.in l.alia,C.eo.ti. & ibi de materia iſta plenius.

b ¶Perſeueraret. Prout dicitur in confeſſione, quæ ante finitum negocium reuocatur,& non præiudicat.iſta enim eſt quædam tacita confeſsio,ut infra patet, & uide infra in glo. in integra.

c ¶Si communem. Idem no.ſupra in glo. in uerbo, multipliciter, & uide Ioan. And.de iureiur. mulier,& uide Bal.in l. ſi quis teſtibus, C.de teſtibus.

d ¶Imputari. Et facit optime, quod notatur, infra de diuor.ex literis,in glo.2.& uide Bal.in l.error. præallegata.

SVMMARIVM.

1 *Ad monetam antiquam ſoluendi ſunt cenſus,in qua conſtituti fuerunt, excipitur caſus,& nu. 11.*
2 *Dies ſtatuta interpellat abſque ulla mentione.*
3 *Ad æſtimationem,uel intereſſe quando quis condemnari poſſit,& niſi eam,uel ipſum petere, & nu.5.*
Petendum quod eſt in obligatione,uel æquiualens, & num.5.
4 *Quæ res repræſentet aliam.*
5 *Solutio eiuſdem rei pro utraque parte præſcriptionem inducit, & quomodo hic,cir.fin.*
6 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum, nu.7.*
Confeſſio qua poſſit,& quando reuocari, & probari contrarium, & num 9.
Seruitus amittitur etiam quò ad horam, & qualiter.
8 *Additio gloſſarum,& nu.ſequen.*
10 *Præſcriptio annuæ præſtationis quantum temporis requirat.*
Cenſus non ſubiacet præſcriptioni,in fin.
11 *In bonitatis æſtimatione tempus contractus inſpicitur.*
Dominicalis quæſtio quæ non eſſet inter dominicales.

CAPVT XX.

1 OLim cauſam. C.Soluendi ſunt cẽſus ad antiquã monetã,in qua conſtituti fuerũt,niſi ſit in alterius monetæ ſolutione p̃ſcriptũ.& prima pars factũ narrat.ſecunda decidit, exprimẽdo mo

tiua

tiua ibi,cum igi[*Synodatico*]uel cathedratico, de quo
2 ſupra de offi.or.conquerente[*Dominica*]dies†ergo ſta
tuta interpellabat ſine aliqua monitione,de hoc ſ.de
loca.potuit[*Perſoluerint*]antiquitus,poſtea uerò ſolue
bant Lucenſes pro illis,ut ſequitur (*Pro ſingulis*) i.pro
unoquoq; pap.tres Lucenſes(*Compelli*)vel ad ipſorum
3 †æſtimationē,ne poſsit ſententia reprehendi. Papien-
ſes aũt erant in æſtimatione,quãuis ſi non inuenirentur,de alia pecunia æquiualēti ſatisfieri poſſet. de hoc
ſupra de iureiur.quanto. ſic dicendum eſt ẜm Innoc.
quando agitur ex empto ad rem venditam tradendã,
ꝙ rectè fit,cum res ſit in obligatione.ff.de actio.emp.
l.ex empto.1.reſpon.& etiam in condēnatione, infra
§.fi.ẜm Hoſti.liberatur tamen venditor præſtando in
tereſſe.ff.de ac.emp.& uend.l.1.ſecus, ſi petitur, quod
non eſt in obligatione,ut ſi agatur.l.Aquil.pręcisè ad
reficiendas domos deſtructas.cum enim ſolum intereſſe ibi ſit in obligatione , & illud ſolũ venire debet
in petitione:aliàs libellus ineptus eſt,& dentibus lacerandus,ẜm Inno.alleg.Hoſti.inſti.ad l Aquil.§.his autem uerbis,& §.hoc tamen capite.ff.de offic. aſſeſ.l.1.
[*Primo anno*]promotionis tuæ,quãdo de facultatibus,
& reditibus epiſcopatus nondum poteras eſſe certus,
ar.ſupra de reſt.in inte.tum ex literis,ver.perſpeximus
[*Et infra*]hoc intellige ẜm Pe.& Ab.ꝙ allegabatur præ
ſcriptio in moneta Lucenſi,quod negabatur per partem aduerſam,ſ. præſcriptionem cõpletam eſſe[*Pro*
4 *eiſdem*]q.d.res†ſuccedēs repræſentat rem,cui ſuccedit.
ſupra ut lite pen.eccleſia,de voto,magnę,uer.cum igi
tur.ſic delegatus repræſentat delegantem,de offic.dele.cum olim,& faciens illũ,cuius nomine facit.de offi.dele.paſtoralis.§.pręterea.& poſsidens illum , cuius
nomine poſsidet, ſupra de reſti.ſpo.cum ueniſſent, in
fi.ſic & precium & rem.ff.de uſuſr.quia qui precio. &
pecunia pecuniam,ut hic,ẜm Hoſti.[*ex hoc*]ſ.quia Papienſes debebantur,& pro ipſis ſoluti fuerunt tres Lu
cenſes pro uno:quia ab initio tantũ ualebant: ſed hodie unus ualet 6.[*Moneta*]Lucenſes.& tunc dic[*declinationem*]i.diminutionē.uel.ſ.Papienſis. & dic[*declinationem*]ſ.quia declinauerat,& non inueniebatur,ẜm Inn.
5 [*Papienſium*]ergo Papienſes ſunt† in obligatione,& ue
niunt in petitione. quinimo & in cõdemnatione , ut
hic patet ; & tamen condēnatus liberatur præſtando
a intereſſe,ut hic patet,& dixi.ſ. [a] & dic ẜm Inno. ꝙ hic
conſtabat,nec uertebatur in dubiũ,ꝙ eṗs ex conſtituto,uel ex præſcrip. præcedente ſolutionē Lucenſium
debebat pro cathedratico recipere 6.dena. Papienſiũ
uel dic ẜm eum, ꝙ ſufficit eṗo , ſi cõputatis omnibus
annis, quibus recepit Lucenſes pro Papiē. compleuit
præſcrip.40.an.ar.ff.de uſuf. quia qui precio.ſed hic ēt
uidetur colligi,ꝙ ſi Lucenſes pro Papien.ſoluit: ſi tamen ſoluit ipſos Lucenſes 40.annis,non cogetur ſoluere Papien.& eſt mirabile ẜm Inno.ꝙ ſolutio eiuſdē
rei pro utraq; præſcriptionē inducit,ſ.pro eṗo,ꝙ præſcribat Papien.ſed finita præſcriptione eṗi de Papien.
ēt lapſu ſolius anni præſcribit plebs, ut non teneatur
6 Papien. ſoluere, ſed Lucenſes.¶ Prima † glo.arguit,
¶Secunda gl. reſpondet qõ. an & quando conceſsio
aduocati reuocari poſsit.¶ Tertia glo.no.contra proteſtationem , & illud coadiuuat, allegãs contrarium.
7 ¶ Vlti.glo.arguit ad qõ.alleg.duo contraria.¶ *In† glo.*
2.ibi,§.ulti.]qui cõfeſſus fuit hominem occidiſſe, pro
bat illum uiuere[*& ibi, non fatetur,qui erat*]ſequitur,niſi
ius ignorauerit[*& ibi,electio.§.pe.*]ſi negaui ſeruum in
poteſtate ante litem conteſt. poſſum fateri contrariũ
[*& ibi.§.ulti.*]pœnitet quē reſpõſi,ubi nulla captio eſt
aduerſarii:ut quia poſtea plenius eſt inſtructus inſtrumentis, uel epiſtolis[*& ibi.l.2.*]aliàs eſt.§. ulti. uide de
pur.uul.c.2.ſuper 1.glo.[*& ibi.l.3.*]quæ eſt ulti.uide in
fra in ſuppletionibus.¶ *In 3.glo. ibi,præſcriptum*]l.ſi quis,
alia,dicit,ꝙ ſeruitus amittitur(*& ibi,ſi communem.* §.1.)
Ibi amittit ſeruitutem quò ad horã. qui alia hora utitur,quam debeat(*& ibi.una eſt uia*) uide in cap.audiuis,
ſuper glo.penul.(*& ibi.§.geſſiſſe*)uidetur,qui per alium
geſsit.¶ *In ulti.glo. ibi,*l.3.) incipit,cum quid.vide de iureiuran.quemadmodum,ſuper glo.2.(*& ibi, imperatores*)uide,ſupra c.ex parte,ſuper glo.2.¶ *In †glo.1.ibi,præ-*
8 *ſcriptio*)quę per proteſtationem nõ interrumpitur,niſi in caſibus.C.de anna.excep.ut perfectius,de offi.or
di.paſtoralis, ad fi.Inno.& 16.q.3.§.poteſt,uer.his au-
9 tem.Abb.¶ *In †glo.2.ibi.præiuditat*)ſi fiat pręſente,& intelligente parte,C.de erro.aduo.l.1.contra.non ſufficit tutorē, curatorē. uel procuratorem fari in dominorum præiudiciũ.ff.de confeſ.certum.§ ſed & an ip
ſorum. intellige , ſi probetur contrariũ à dominis, &
ſic reuocetur:aliàs ei ſtatur.reſtituitur ēt eccleſia con
tra confeſsionē.ſi ex ea capta eſt.ff.de min. ait pręror,
§.ſed & in iudiciis.Vin.& infra de in inte. reſti. c.2.lib.
6.ꝙ dicitur,cõfeſsionem aduocati nocere parti,intelligo,cum ſub eius nomine aliquid ſcribit. & porrigit.
ad quod facit rubrica.C.de erro.aduo.libellos,ſeu pre
ces concipientium (*& ibi.ante ſententiam*) ſicut propria,
& multo magis(*& ibi.ſimplex*) unde dicebat Gof.alter
natiue,ſupra de cle.ſcriptũ,in 1. glo. ꝙ oſtenſo errore
uſq; ad ſentētiam reuocatur,ut in l.error. infra triduũ
uero etiam non oſtenſo errore,ut in l.ulti.de erro.aduo. Aliqui faciunt hanc diſtinctionem inter errorem
aduocati, & propriũ, ut 1. caſu ſine probatione intra
triduum reuocetur(*& in fi.*) lex non loquitur affirmatiuè,ut dicat confeſsionem fuiſſe infra triduũ reuoca
tam, ſed negatiuè dicendo, cã non fuiſſe infra triduũ
reuocatã.ſi.quod dicã.de priuile.accedentibus , in fi.
vnde non uidetur ponere factum.niſi dicas, vt ibi no.
ꝙ tantum per tres dies durauit cauſa poſt errorē. idē
hic Vinc. de errore uero iuris ẜm omnes non eſt dubiũ,quin reuocari poſsit:de hoc in Spe.de confeſ.§.ul
10 ti.in prin.¶ *In †glo.ex hoc,ibi 40.annis*)& ſic facit† contra
eos,qui dicunt,cuiuslibet annuæ præſtationis præſcri
ptionē incipere ſuo anno: ex quo concluditur , in his
requiri tempus duplicatũ. de hoc. C.de præſcript. 30.
an.cum notiſsimi. in fi.& uide in Spe.de loca. §.nunc
aliqua,uer.41.(*& ibi,auditis*)ibi uide in glo. pe. (*& ibi,*
ſeruum)ẜm Io.(*& in fine*) dicit Hoſti. ꝙ non eſſet præſcri
ptum propter malam fidē,ſupra de præſcri.cap.fi.nec
ob.quod hic dicitur,quia ſubaudiēdum eſt,maximè.
nam ſicut cenſus præſcribi non poteſt. C.de pręſcrip.
30.an.male agitur, ſic nec diminui ſaltem ab illo, qui
malam fidem habet, argum. de reli. do. conſtitutus.
11 ¶ *In †glo.ulti.ibi, dominicalem*)inter dominicales, quibus
utimur,non eſt (*& ibi.l.3.*) Goff.hoc tenuit in decret.
olim,de iniu.& dam.da.per l.bonitatis, ff.de euic.quę
vult in æſtimatione bonitatis tempus cõtractus inſpici(*& ibi,quis ignoret*)ubi de hoc.& uide in Specu.de ſolu.§.nunc aliqua de ſolu.in fi.(*& ibi,imperatores*)ſecundum Io.& cle.de deci. ſi beneficiorum.

ANNOTATIONES.

a ¶Et dixi,ſupra. De quo,& uſque ad quod tempus hoc poſſit fieri, uide Bart.in l ſtipulationes non diuiduntur , in 9. q.ff. de uerborum oblig.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus remittens eccleſiæ ſeruitia, quæ ſibi debebat, quæ non intelligatur remiſiſſe,& nu. 3.& 7.quod facere poteſt, nu. 2.*
Ad eam requiritur conſenſus capituli,ut ualeat.
2 *Renouatio,uel commutatio aliud eſt à noua impoſitione.*
De communi iure ideſt communi iure permittente.
3 *Seruitiorum remiſſio ad qua non trahatur.*
De epiſcopali iure quicquam non tollitur.

Charitas nunquam excidit, nec præſcribi, nec remitti poteſt,
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 5.*
Non remittitur reuerentia, & ius competens aduerſus ingratos.
In hoſpitijs præhendis non oneret, oportet, proconſul.
6 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*
Remiſſio epiſcopi in gratiam ſubditi quid operetur.
7 *Epiſcopus etiam de capituli conſenſu eccleſiam eximendo, uel alteri concedendo an poſſit, & quatenus, & quomodo, & quibus caſibus, iuriſdictionem epiſcopalem à ſe abdicare, excutere, uel remouere.*
8 *Procuratio an plus una debeatur, & qualis,*

CAPVT XXI.

1 CVm uenerabilis. C. Epſ † re-
mittens ec-
cleſiæ ſeruitia,¦q̃ ſibi debebat ꝑ annua pẽ-
ſione, procurationẽ propter uiſitationẽ ſi
bi debitã non intelligiť remiſiſſe. & prima pars deciſa
narrat factũ. ſecunda partis allegationẽ. tertia diffini-
tionis motiuũ, & ſoluit obſtaculũ. 4. diffinit. ſecunda
ibi, cognouimus. tertia ibi, qa ergo. quarta ibi, decer-
nimus [*Spallas*] forte porcinas ſm Pe. (*Remiſit*) de con-
ſenſu ca. ſui. alias non ualet, de dona. paſtoralis, de his
quæ fi. à præla. paſtoralis. Goff. (*Aliud*) præter cæreum
2 de quo ſequitur (*Reſeruato*) quod facere † potuit: tum
quia eximebat, ut patet ex no. ſ. eo. ſignificauit: tũ qa
cæreus loco ſpallarũ, quæ ab antiquo debitæ fuerant,
ſuccedebat. & hoc tãgiť. j. uer. nec intelligitur, ſm Ho
ſti. putat. n. illũ uer. loq non de procuratione, ut dicũt
glo. ſed de cærei penſione, ꝙ ibi. d. ꝙ aliud ſit de nouo
penſionẽ imponere, & aliud renouare, uel cõmutare
de Iudæ. conſuluit, & no. ſ c. proxi. & c. ſignificauit. &
ſm hoc quod ibi dicit, de cõi iure, ĩtelligas. i. iure cõi
permittẽte, per quod in fundatione põt cenſus appo-
ni. ſ. ti. 1. præterea (*Correctionis*) ergo ſecus, ſi proprii cõ
modi cauſa (*Penſionem*) cærei (*Procurationem*) & alia iura
3 epiſcopalia. q. d. illa † remiſſio ſeruitiorũ non trahiť ad
iura epalia. ſed ad illa, q̃ quotidie imponunť. vnde pa
tet, ꝙ per pactũ non tolliť aliqd de iure epali. ſ. de do-
na. paſtoral. Inno. teneť ergo, ut ẽt dicebat Hoſti. ad
cathedraticũ. Itẽ & ad charitatiuũ auxilium, de quo,
ſ. eo. cum apoſtolus, & c. conquerente, de of. or, qa cũ
charitas nunq̃ excidat, remitti non põt, nec præſcribi,
de pe. diſt. 7. quærendum, & ſeq. uſq; ad §. ex præmiſſis
[*Præſcriptas*] i. antedictas. vel põt intelligi, ꝙ unam pro
curationẽ habeat de iure cõi, aliam de conſue. ſi tamẽ
ſit præſcripta: ſed prima expoſitio eſt ex mẽte ſm Ho
4 ſti. ¶ Secunda † gl. no. ꝙ quibuſcunq; &c. allegans duo
iura. in fine fortificat, in medio ſol. cõtrium. ¶ Vlti. glo.
obiicit, obiectionem fortificat per opi. cui reſiſtiť, &
5 ob. dupliciter ſol. ¶ In † glo. 2. ibi, aliqua iura. ſ. reuerẽ-
tiæ, & ius competens aduerſus ingratos. ¶ *In glo. 3. ibi,*
l. 1.) uide de iureiur. ueniens, ſuper gl. 2. (*& ibi, obligatio-*
ne) uide de priuile. paſtoralis, ſuper ulti. glo. ¶ *In ulti. glo.*
ibi, obſeruare) ſequiť, oportet proconſulem, ne in hoſpi
6 tiis præbendis oneret prouinciã. ¶ *In † glo. 2. ibi, conſtitu-*
tus) ubi de hoc (*& ibi, auctoritate papæ*) ex certa ſcientia,
ut ibi no. uel intelligiť illud, quando præſcriptum eſt.
licet enim illa remiſſio non ſufficiat ad plenũ ius trã ſ-
ferendum; ſufficit tamen ad præſcribendũ, vt no. ſ. eo.
ſignificauit, ita, ꝙ ſubditus noĩe proprio non præſcri-
bat contra epm, ſed nomine non ſubditi; quod dic vt
le. & no. de præſcrip. cum ex officii, ſm Hoſtien. eo. ti.
7 cum olim. ¶ *In eq. glo. in fine*) inſtandũ puto † circa ma-
teriam huius glo. an. ſ. epiſcopus etiam de capituli ſui
conſenſu eccleſiã eximendo, uel alteri concedendo,
puta abbati, uel decano pro ſua dignitate recipienti,
poſſit, dato ꝙ uelit, & hoc exprimat in ea, iuriſdictio-
nem epiſcopalẽ à ſe in totum abdicare, excutere, uel
remouere. De commiſſione etenim per uiã delega-
tionis non dubitatur, in qua etiã ſemper remanet idẽ
ius penes ipſum, & maius per ius reuocandi, & reſu-
mendi. ff. de iudic. l. iudicium, ſupra de inſti. cũ ueniſ-
ſent, de præb. dudum, lib. 6. lo. 16. q. 2. uiſis, in gl. pleno
Iure. Glo. hic ſupra, de dona. paſtoralis, in glo. pe. aper-
tè innuunt, ꝙ non poteſt, quo minus retineat hæc 4.
uiſitationem. procurationẽ propter uiſitationem; itẽ
correctionẽ, & cathedraticum. Idẽ Hoſtien. hic. & in
ſum. de re. ecc. non ali. §. fi. uer. extra ſummã. plenius
de off. or. §. quid pertinet, ſub. §. ſunt autem, ver. & no.
ꝙ quantumcũq;. Sed ad prædicta. 4. addi poſſunt alia.
4. ſ. de reuerentia, ut recitat Hoſti. in præ. uer. & no. &
facit quod no. de tranſa. præterea. 2. in fi. 3. gl. & quod
hic inducit glo. de patrono. ſm de charitatiuo ſubſi-
dio, ut dixi in textu poſt Hoſti. tertium ſm eum de in-
ſtitutione auctorizabili, ut dixi in ca. paſtoralis, & re-
mit. ad decre. cum ſatis, de offi. archidi. quartũ de his,
quæ ſunt ordinis epiſcopalis, ut no. 16. q. 2. in ſumma.
& facit de præſcri. ueniens, & ſcripſi poſt Innocen. de
præb. de monacis, ſuper 2. glo. Rationes gloſſarum, &
quæ eas coadiuuant, ultra iura prædicta, ſunt hæc. eps
non põt alium ordinarium facere in diœc. ſua: ſed ſic
transferendo ille, in quem fieret talis tranſlatio, habe
ret ordinariã epiſcopalem; ergo &c. De primo. 16. q. 1
experientiæ, infra ne præla. ui. ſu. c. 2. in glo. 2. Item ab-
ſurdum eſſet. ꝙ epiſcopus poſſet à ſe abdicare iuriſdi-
ctionem epiſcopalem. contra id. ff. de offi. præ. legatus
facit. ff. de pac. ius agnationis, & de reg. iur. iura ſangui
nis, ac ſi dicam, ſi hẽt epiſcopus. 100. eccleſias, & plene
põt eximere primam, ergo & 10. ergo. & 20. & centeſi
mã; & ſic remanebit epiſcopus nomine, & nõ re. fa-
cit de priuile. quanto, de elec. licet. Itẽ iuriſdictio epiſ-
copalis eſt iuris publici, 1. diſt. ius publicum. & ea, quæ
ſunt iuris publici, non remittuntur. ff. de pac. ius publi-
cum, & ueniant no. de foro comp. ſi diligenti, in prin.
1. glo. Item in conſecratione epiſcopus ſe obligat ad
curam animarum, & eccleſiarũ ex uoto, ſupra de re-
nun. niſi. §. uerum, & pater. 1. ad Ti. 4. & 6. capitulis. Il-
lud autem uotũ ſic inhæret ipſius oſſibus, ꝙ illud ex-
cutere non poteſt, de regula. cum uirum, de ſta. mo.
cum ad mona. hinc eſt, ꝙ etiam zelo ſpiritus ad reli-
gionem tranſeundo ſine papæ licentia non renunciat
de regu. licet, uer. illa, de renun. niſi, in fin. imò, quod
plus eſt, nec longæ peregrinationis uotum emittit, de
uoto, magnæ, uerſi. ipſum etiã. Item ſubditus epiſco-
pi nõ poteſt à ſe reiicere iuriſdictionem ipſius, de for.
compe. ſi diligenti, & ca. ſignificaſti, de renun. admo-
net. ergo nec epiſcopus iuriſdictionem, quam habet
in ſubditum, facit. C. de pa. po. l. abdicatio. Item uaſſal-
lus non alienat ſine cõſenſu domini, nec dominus do
minium ſine conſenſu vaſalli, vt in lib. feu. de feu. non
a alie. ſine con. ma. do l. imperialem. §. 1. & §. præterea ª
ducatus. Item epiſcopus non poteſt facere exemptio
nem in præiudicium inferioris, puta archidiaconi. de
exceſ. præ. c. 2. multo minus in præiudicium patris, ſci-
licet ſucceſſoris, de ele. innotuit, cum concor. nec mi
rum, quia epiſcopus non alienat, niſi ut meliora pro-
ſpiciat. 12. q. 2. ſine, ſupra de his, quæ fi. à præla. tua. ſed
talis abdicatio nõ poſſet meliora reſpicere; ergo nec
fieri poterit. item patronus, quantumcunque plenè
liberet, uel eximat, quædam iura retinet in liberto, ſci
licet reuerentiæ, & ius competens aduerſus ingratos.
C. de bon. liber. l. 3. quæ eſt ultim. Ad partem contra-
riam inducitur decreta. conſtitutus, de religio. do. ad
quam reſpondetur, in glo. prædictis. Item inducitur,
decreta. cum inter uos, de re iudic. ubi de hoc dixi in
glo. primum, & in gloſſ. lata. ad quod reſpondetur, ꝙ
ex donatione epiſcopi non obtinuit ibi Abbas, ut ibi
patet, uerſi. quamuis; ſed ex ſententia, quæ tranſiue-

rat in rem iudi.ut ibi patet in fi.Itē inducit, ꝙ papa ſine alterius conſenſu abdicat à ſe iuriſdictionē papalē in totum, quæ fortius ſibi ineſſe vr, ꝗ epiſcopalis eṗo patet id de renū.c.1.lib.6.Sed reſpondet per ibi no. in glo.& erat.Item inducitur decr.abbates,de priuile.in fi.lib.6.ubi patet, ꝙ abbates habent iuriſdictionē quaſi epiſcopalem: ſed ibi non dr. ꝙ ex conceſſione eṗi tantū. pōt ergo id eſſe ex conceſſione papali, uel eṗi confirmata per papā. inducitur etiā c. uiſis. 16.q.2.ad qđ reſpōdet, ꝙ ſpiritualiter ex inſtōne loqtur, quod dicit Inno.ad alia non trahendū,ut no.de præb. in Lateranen.ſed id ſcripſi.eo.ti.de monacis,ſuper 2.gl.quę glo.allegatur ēt ad hanc partem in uer. ſi pleno iure, quæ vr innuere,ꝙ cathedraticum, & l.prædicta remaneant, vbi ſimpliciter fit cōceſſio, ſed non, ubi pleno iure: ſed ſupplenda & intelligēda eſt illa glo. ſm alias ſ.in prin.allegatas.non ob.ēt quod no.de tranſac.præterea.a.in 3.glo.quia ibi prima pars facit pro ſecunda. non loquitur de eṗo,uel ſolum intendit excludere vitiū ſimoniæ.Ex prædictis collige tres modos, quibus procedit plena abdicatio,quādo, ſ.interuenit papalis confirmatio ex certa ſcientia, ut in ca.conſtitutus. qñ ſic iudicatū eſt,nec appellatum,ut in ca.cū inter uos, nec reſtitutio petita,de reſti.in inte.c.1. li.6.& quādo ſic præſcriptum eſſet,alterius tamen noīe,vt dixi poſt Ho.ſuper ea.gl.aliàs aūt teneo me cum gloſſis, & his, quæ addidi ad dicta gloſſarū, ꝙ nō tenear plena renūciatio,remiſſio,vel exēptio quo ad caſus,quos in principio dixi: tamen hoc puto, ꝙ ubi per eṗm cum conſenſu capituli ſui ex cauſa ēt prædicti caſus excepti cōcederentur,excepto cathedratico,reuerentia, & charitatiuo ſubſidio, ualeret conceſſio nedū perſonalis, de qua dixi in prin. ſed ēt realis competens dignitati, ita tamen, ꝙ per id non fiat abdicatio, ſed quædā uicariæ commiſſio,licet perpetua.& facit,quod poſt Inno.dixi in præ. decreta.conſtitutus.in glo. dicit Inno. unde ſingulos caſus reſumendo dico,ꝙ ſi uiſitationē procurationem,& correctionē abbatiæ,uel alteri dignitati conceſſerit,abbas ut eius uicarius faciet prædicta:ſed per hoc non erunt ab eṗo abdicata. qui poterit ſaltem abbate negligente uiſitare; & ſuper hoc uide,quod ſcripſi in præ.c.de monacis.ſic dico de inſtitutione,ꝙ licet illam faciat abbas:tamen & ibā facere poſſet eṗs per querelam,uel appellationem aditus,& ſic non erit abdicata,uel excuſſa. De cathedratico uerò no.Archi.de præb.c.1.lib.6.ꝙ licet generalis remiſſio nō extendatur ad illud;ſpecialiter tamen poſſit remitti.inducit illas duas glo.de decreta.de monacis,de præb.& de decre.præterea. de tranſac. quibus iam reſponſum eſt.ſ.& Io.contra 16.q.7.quicunq; in fi.1.gl. ubi dicit,ꝙ licet in eius quantitate currat præſcriptio, ſupra c.proxi.non tamen in toto, cū nec remitti poſſit,De reuerentia, & charitatiuo ſubſidio ſatis placet, quod eſt dictū, illa non poſſe remitti. de inſtitutione auctorizabili,licet Hoſt.teneat illā præſcribi non poſſe in præ.decre.cū ſatis, contrarium tamen ſeruari uidemus: & tamen dato,ꝙ id uerū eſſet,non per hoc ſequitur,quin poſſit remitti per modū prædictum,ut.ſ. alius uice eṗi auctorizet: non tamen per hoc dicetur abdicata,cum eṗo petenti fidem fieri oporteat.faciat quod no.de reg.iu.c.1.lib.6.De receptione illorū,quę ſunt eṗalis ordinis, idem dico, ualeat licentia de conſenſu capituli ex cauſa data prælato,ut clerici,uel monaci ſui poſſint illa recipere.à quo eṗo uoluerint, nec per hoc dicuntur abdicata,cū illa ſit accumulatio tantū. conſtat enim,ꝙ ipſe epiſcopus concedens. ſine alterius licentia,uel dimiſſoriis illos ſuo iure poterit ordinare,uel alia epiſcopalia conſerre.¶[*In glo. 3.in fine*]&c. infra de regu.iur.in generali,lib.6.¶[*In glo.ulti.ibi,mandamus*]uide quod ibi dixi[*& ibi,dixit Vinc.*]Io.Phi. Goffr.

8 [*& ibi,† uiſitare*] honeſtè facit epiſcopus abſtinendo,
quæſtionē tamen ſibi non credo referri poſſe.ad hoc
infra eo.c.ulti.lib.6.[*& ibi,uiſitandi*]ubi de hoc[*& ibi,ſolennitate*]ſic eſt differentia inter has duas in caſu cle.eo.
ti.ad noſtrum.§.nos igitur[*& in fi.*] ſecundum Io. uel
dic,ꝙ plus tenentur in hoc monaſteria, quàm eccleſiæ: quia illæ ſubſunt l.diœceſa.monaſteria non,& ca
non mandat ea ſępius uiſitari. 18.q.2. non ſemel. Io.
Goff.Vinc. Dixit Hoſti. ꝙ hic non loquitur de uiſitatione monaſterij,ſed eccleſiæ: ſed in antiqua patet, ꝙ
iſta erat eccleſia canonicorum regularium. dixit autem Hoſt.loqui de ſpeciali conſuetudine,qualem dicit ſe expertum in monaſterio Ciſtercien. & ut dixit,
vulgariter dicitur in talibus eccleſiis, ꝙ epiſcopus in
eis procurationem habet cum fęno, & cum herba.

ANNOTATIONES.

a ¶Præterea.In omnibus,quæ no.iſta glo. unum eſt aduertendum, quòd ſolus epiſcopus cum capitulo poteſt facere iſtas exemptiones,nec aliquid dicitur de archiepiſcopo, ad hoc de his, quæ fi.a præla.paſtoralis,& tamen in alienatione alterius rei de menſa ſua uidetur requiri ipſius conſenſus, ad hoc quod not. Ioan.Andr.de tranſac.cap.2.in glo.qui ſic,& ſuper illa Ioan.And.in cap.1.de re.eccle.non alie.lib.6.ſuper uerbo, defenſore.quod uidetur mirabile:cum iſta ſint maiora re aliqua temporali.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia de nouo conuerſa in procurationibus, & alijs ſeruabunt conſuetudinem uicinarum.*
Compoſtellana eccleſia in qua ſit prouincia, & quondam à Saracenis poſſeſſa & recuperata.
2 *Viſitandi, & procurandi ius nec remitti, nec præſcribi poteſt.*
Metropolitanus in quibus caſibus iure communi iuriſdictionem habeat in prouincia. remiſſ.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum nu.4.*
In conſuetudinum diuerſitate quæ ſeruanda, & quando Romana, & quando metropolitana

CAPVT XXII.

1 SVper eo. Caſus. Eccleſiæ† de nouo conuerſæ in procurationibus,& aliis ſeruabunt conſue. uicinarum.& ponitur primo conſultatio.ſecundo ipſius reſponſio ibi. Tibi duximus[*Ferè tota*]olim
enim erat in parte eccleſię Bracharenſis ſed interueniente iudicio & partium compoſitione ad eccleſiā
Iacobitanam conuerſa eſt,Vinc.Hoſtien.dicit, ꝙ ferè
totam occupauerunt Saraceni,quam poſtea Rex Caſtellæ recuperauit,& ſubiugauit,& ſic quaſi iure poſt
liminii erant reſtituta eccleſiæ Compoſtellanæ. ff.de
2 capti.l.poſtliminium idem Pe.[*Partem*]hoc tamen in
tellige ſecundum id,quod habetur.infra c.Romana,
lib.6.[*Obſequii*]ideſt obedire[*Tenetur*]ipſa prouincia cir
ca obſequium,& alia,quæ ad iuriſdictionem, & obſe
quia extraordinaria, & modum procurationis pertinent,& in iuris conſuetu.cadunt ſecundum Hoſtien.
2 qui†dixit hic,ꝙ ipſum ius uiſitandi, & procurādi nul
la contraria conſuet. tolli poſſet:quia talia nec remitti poſſunt,nec præſcribi, ut ſupra cap.proxi.Item ſunt
quidam caſus,in quibus de iure communi iuriſdictionem habet, de quibus,ſupra de offic. ordi.paſtoralis.
3 ¶Prima †glo.no.uicinarum &c.allega.6. iura,& 4.in.
contrarium, & ſoluit. ¶[*In† glo.1.ibi,non contradicunt*] &
ſophiſticè inducuntur ſm Vin.T.& Goff.[*& ibi,conſuetudine*]ſi diuerſę eſſent conſuetudines,dic ut legitur &
no.ſ.de conſue.cum olim.Gof.[*& in fi.*]Item contrà,
attendenda eſt conſuetudo Romanę eccleſię.ĵ.de hęreti.ad abolendam.So.illud uerum in ſententiis,& ſacramentis eccleſiaſticis exhibendis,de quo dic ut no
b de temp.ord.c.1.& 2.Item cōtrà,attendenda eſt con-

ſuetudo metropolitana.de ſpon.duo.ca. fi. Sol.illud,
cum apparet:ſed hic non apparebat. Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶Poſtliminium. Ad hoc facit de elec. quia diligentia ,& bona ta-
lia,dum ſunt apud hoſtes,poſſunt pure legari & donari.ad hoc de
leg.1.id quod apud,ubi uide Bar.
b ¶Temp.ord.Et de ſum.tri.c.1.lib.6.in glo.no.& conſuetudo Ro
manæ eccleſiæ præualet etiam contra determinationem l.ciuilis
probat tex. de iur. ca.literas.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio quando debeatur prælatis,& quibus,& quanta,&
quouſque,& nu.2.& 3.*
Viſitantium officium quod,& nu.7.
2 *Ratio eadem ſi ſit priuilegij,an idem ſit priuilegium.*
3 *Legati,& nuncij ſedis apoſtolicæ procurationem habent, & quan
tam,& qua ratione.*
4 *Vltra procurationem quæ alia ueniant.*
Euentus bonos non habet præda ſordida.
5 *Procuratio ſi ab una non poſſit eccleſia ſolui, reintegranda ab alia
& num.6.cir.fin.& 7.*
6 *Et ſoluenda ſi dicat quis impotentem ſe, quando cogendus,& quo
modo.*
Soluendo qui impotens eſt non arctandus.
7 *Onus in plures diuiſum facilius ſupportatur.*
Prædicatio bonis,& malis fit,& cur.
8 *Pereuntibus non incumbendum.*
9 *Epilogus,& additio gloſſarum,nu.10.*
11 *In procuratione, uel exenijs grauans eccleſiam in quantam con-
demnandus.*
In quadruplum, uel duplum quibus caſibus hic condemnatio fiat.

CAPVT XXIII.

1 PRocurationes. Caſus. Prælati
†tunc ſunt pro-
curandi,cũ perſonaliter viſitant,& debent
tunc conciliũ Lateranenſe ſeruare, & præ
dicationi,correctioni, & reformationi uacare. legati
& nuncij papæ pro his diebus tantũ , quibus moram
trahunt, procurari debent. contra hanc conſtitutio-
nem exactũ eccleſiæ grauatæ reſtituitur duplicatum
& ſunt tres partes ſm Ab.ſecunda ponens, quid face-
re debent ibi,Porrò. tertia puniens ibi, ꝙ autem[*Aut
nuncij*]iſti procurantur, quando trãſeunt, etiam ſi nõ
uiſitent,ut ſequitur,& patet.ſ. eo.cum inſtantia. nec
tollitur tẽpore,ut ibi.Quid de legatis,uel nunciis me-
tropolitani ſm Hoſti.uidetur, ꝙ ſint tranſeundo per
prouinciam procurandi.ſ.de iureiu.ego.N.de ma.&
obe.dilecti,de pœnis,Romana.unde etiã tenebat In-
no.j.eo. Romana,li.6.ꝙ quando archieps pro nego-
cio totius prouinciæ in loco aliquo moram trahit,
erit continuè procurandus. ad hoc de ele. ut præteri-
tæ.eadem enim ratio,quæ in legato.ergo idẽ ius. Sed
2 †dices,licet ubi eſt eadẽ ratio iuris cõis, idẽ ius cenſea
tur;non tñ ubi eſt eadẽ ratio priuilegij, eſt idẽ priuile
gium, niſi à principe impetretur.j.de priuile. ſane.ſed
reſpõderi poſſet, aliud in priuilegio non corpore iu-
a ris clauſo,ᵃ q̃ in clauſo.& adde quod ſtatim dicam de
legato[*Moderamine*]i.temperamento.j. de uer.ſig.c.fi.
3 Circa † legatos tene, quod poſt multa dicit Hoſti. &
ſic ſeruatur, ꝙ legati ſedis apoſtolicæ ſint de latere ,
uel non,de tota legatione leuant procurationem ſuã
nec leuant illam ratione uiſitationis,ſed ratione com
munis oneris, de procur.cum pro cauſa,de ele.ut præ
teritæ,de ſta.mo.in ſingulis.& ſic dicit intelligendum
quod no.in ſum.de offi.archi.§.quod ſit eius officiũ,
ut dixi,ſupra eo.cum inſtantia,in glo.deſcendit. lega-
tis non de latere, & nunciis curia certam quantitatẽ,
taxat pro die. & hoc facit tam in ſtando, quàm in iti-
nerando. legatis de latere taxare ſolet in itinerando:
40.Flor.ſed non in ſtando, cum enim ſunt in legatio-
ne, ſolent recipere , ut dicitur, 25. redituum. & ſicut
olim illam recipiebant,ubi una ſola prouincia erat il
lis decreta , ſic & hodie recipiunt , quorcunque pro-
4 uincias regant[*Procurationum*] de his † quæ conſiſtunt
in uictualibus.nam ſi uelit accipere ueſtes, uel emen-
dam equorum mortuorũ,uel expenſas factas in eun-
do ad locum, uel ſi.hæc omnia petet ſupra rationem
expenſarum ad dies. Innoc.[*Numerum dierum*]ut ſi ex-
pendat. 100.ſol.in die,moraẽ per 10.dies leuet. 10.pro
curationes,& ſic 50.li.& non ultra,licet interdum cõ
tra fiat,& recondatur ad ditandos parentes,qui quan
doque non ſolum ex hoc ortis diſcordiis depaupe-
rantur,imò & occiduntur ſecundum Hoſti. qui dicit
talia cauẽda iuxta id,Non habet euentus ſordida præ
da bonos.Ouidius ſine ti.lib.1. & uide quod dixi, ſu-
5 pra de deci.non eſt,ſuper glo.2.[*Per ſeipſam*]puta,†po
tens eſt ſoluere centum ſol. quæ eſt integra procura-
tio.expediat igitur ſe, & ſoluat, ſi non poteſt ſoluere
niſi.50. iungatur ſibi alia, quæ ſibi ſit æqualis,& ſic fa
ciant procurationem integram . & caueat rector ec-
cleſiæ, ne aliquid contingat ſm ea, quæ habes, ſupra
6 eo.cum inſtantia. ꝙ † ſi dicat ſe impotentem, legatus
dicit eum potentem . reſpondet Hoſti. aut euidenter
liquet de potentia ſecundum communem famam ,
arg.ff.de flumini.l.1.§.1.& tunc compellatur. aut eui-
denter liquet, quod eget;& ſic non cogatur, ſupra de
ſolu.Odoardus.aut dubitatur;& tunc prælatus poteſt
ſi uult,exigere iuramentum,ꝙ dicat ueritatem,& ſta-
bit dicto ſuo, ſupra de iureiur.c.fi.aut poteſt ipſum ex
communicare, ſi habeat illum ſuſpectum ſub hac cõ
ditione,ſi in fraudem ueri ſe aſſerat impotentem,arg.
ſupra de ap.præterea, & relinquat illum conſcientiæ,
ſuæ,ſupra de iureiu.mulieri,cum ſuis concor. [*Vel plu
res*]idem facit hodie archiepiſcopus, uel epiſcopus ui
ſitans; quod dic, ut infra eo.Romana. t.reſpon.lib. 6.
Si autem tam pauper eſt eccleſia, ꝙ nil poteſt, nil da-
bit,de ſolu.Odoardus.& tunc eam.ſi uiſitatione indi-
get,prçlatus ſuis ſumptibus viſitabit.de hoc,ſupra eo.
cum apoſtolus, in glo.2.[*Coniungantur*] onus enim in
7 † plures diuiſum facilius ſupportatur,de præſcri.acce
dentes. Goff.de ſta.mo.in ſingulis [*Prædicationi*]quid
à clericis exquirere debeat, & quid eos docere, tradi-
tur. 10.q.1. placuit. Phi.[*Exhortationi*] licet generaliter
& indiſtinctè fiat prędicatio ad bonos & malos in ex
hortatione habetur bonorum, & malorũ deſcriptio.
exhortamur enim bonos, ut procedant de uirtute in
uirtutem, malos , ut à peccato recedant. & ſi nolunt
obedire,tunc intendunt correctioni ſeruato ordine ,
de quo,ſupra de iudi. cum non ab homine : & refor-
mationi quò ad ſtatũ eccleſiæ deformatæ. de his for-
mis viſitationum dic,ut infra eo,Romana.§.ſane,lib.
8 6.[*Qui non† perit*]ibi enim nec erugo,nec tinea demo-
litur,neque fures fodiunt,nec furantur.Matth. 6. Lu-
cæ.12.[*Tantundem*]additur pœna,infra eo. Romana.§.
procurationes, & §. caueant,& eod.titu. exigit.lib.6.
9 ¶Prima † glo.tractat de triplici procuratione.¶ Vlti.
10 glo.ſignat contrarium,& ibi remittit. ¶*In 1.† glo.ibi,pa
cti*]quarta ratione priuilegij,arg.infra de exceſ.præla.
accedentibus. Hoſtien.[*& in fi.*]& adde quod no. in-
fra c. proxi. ¶*In glo. 2.ibi,inter cætera*]& ca. ſi epiſcopus,
11 lib.6.dic ut ibi.¶*In † glo.ulti.ibi, in quadruplum*]illud po-
teſt intelligi,cum per uim,uel concuſſionem aliquid
eſt extortum,arg.in aucten.ut iudi.ſine quo.ſu.§. ſic
igitur,in fi.& §.neceſſitatem, in fi. & de hoc infra de
ſimo.& ſi quæſtiones, ad fin. uidetur tamen, ꝙ in his
ſufficiat de iure canonico , ꝙ duplum reddatur. nam
decreta.infra eo. Romana, loquitur de exenijs, & de
uiolenter extortis, ſecundum Hoſtienſem.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a ¶Clauſo. Vbi eſt maior ratio etiam in priuilegio, fit extenſio, ut de deci. ex parte, el 2. & uide Io. And. de reſcrip. poſtulati, in glo. idem ſi habeat. & uide Ioan. And. de priuile. per executionem, ſuper glo. finali.

SVMMARIVM.

1 *Procurare epiſcopum uiſitantem tenetur etiam eccleſia Ciuitatenſis licet ipſum nunquam procurauerit, & nu. 16.*

2 *Viſitare uolentem qua non repellat exceptio, uel appellatio, & reliquis num. uſque ad 14.*

Appellatio extraiudicialis qua dicatur, & qua iuſta.

Probationis contra ſe extra iudicium recipere quis non tenetur utens iure ſuo, & nu. 7. 8. & 10.

3 *Per negationem quando dicatur res fieri dubia & habeat ea regula locum, uer. nec obſtat.*

Iure ſuo uti nunquam per negationem, uel probibitionem, uel appellationem debet ullus omittere, & nu. 4.

Ordini iudiciario quando locus.

4 *Vt iudex ſi quid ſacio, non praiudicat mihi ut priuato.*

Poſſeſſionem ſuam defendere etiam materialis, armis, & ſpiritualibus licet, & ſtatim recuperare, & nu. 5. & 10.

5 *Ius ſibi dicere quibus caſibus liceat, & nu. 10.*

Excommunicationis ſententia in recuſantem uiſitationem meam quando teneat, & nu. 6. 9. 13.

6 *Epiſcopus, ſi iura epiſcopalia, qua poſſidet, negentur ei, quomodo ſe gerere debeat.*

Reum te conſtituere ſi poſſis, utile.

Delegationem ſuam delegatus oſtendere tenetur, excipitur legatus de latere.

Legatus de latere in quibus ſit priuilegiatus, remittit.

7 *An iuriſdictio ſit ſua, iudici cognoſcere quando liceat.*

Iudicem quem ſacia per quarum exceptionum oppoſitionem.

8 *Coram arbitratare quod ſit, non dicitur in iudicio fieri.*

9 *Abſolutia ad cautelam quo caſu concedatur excommunicato propter recuſationem uiſitatoris.*

11 *Per exemptionis allegationem non ſpoliatus quis ſua poſſeſſione.*

12 *In cauſa ſua & qua poſſit eſſe iudex epiſcopus.*

13 *Excommunicare quis ut pars nequit ullum.*

14 *Intentionis uocabulum hic ut accipiatur.*

Error non obeſt, cum conſtat de perſonis.

Ius commune pro ſe habens reijcit in aduerſarium probationem in fi. & ſupra nu. 9.

15 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 16.*

Viſitanti qua ueniant.

Vicinitas loci non derogat iuri procurationis tribuenda.

Obſequium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.

Cap. Charitatem. 12. q. 2. intellectus.

CAPVT XXIIII.

1 VEnerabili. Caſus. Eccleſia etiã Ciuitatenſis procurare tenetur epiſcopum uiſitantem, licet ipſum nunquã procurauerit. & primò ponit querelam epiſcopi. ſecundo inſtructionem iudicum ibi, diſcretioni ueſtræ [*Procurationibus*] quia ſæpe quæſtiones occurrunt occaſione uiſitationum, & procurationum denegatarum, ideò Inno. hic materiam proſequitur, quam glo. poſuit. Hoſtien. ſupra ca. proxi. in
2 fi. primò ponens † quæſtionem talem. quæ fuit in curia, epiſcopus Eduen. acceſsit ad mon. ſancti Martini in ſua diœce. ſitum, mandans abbati, & conuentui ꝙ pararent ſe ad ipſum recipiendum & procurandũ: quia intendebat eos uiſitare. abbas reſpondit, ꝙ nullo modo pararet ſe ad uiſitationem, ſeu procurationem quia & ipſe & mon. exempti erant à iuriſdictione ſua, & appellauit ad ſe. apo. ſi in aliquo mon. hac occaſione grauaret: adijciens, ꝙ coram ipſo epiſcopo, uel coram papa, ſi ei magis placeret, paratus erat probare exemptionem prædictam. Epiſcopus uero non ob. prædictis excommunicauit abbatem, & interdixit cõuentum: poſtea uenit Abbas, & egit contra epiſcopũ de iniuſta excommunicatione. uel potius nulla, & petiit abſolui ad cautelam. Pro Abbate autem dici poteſt, ꝙ excommunicatio nulla fuit: quia lata poſt appellationẽ ex cauſa legitima interpoſitam, quod ſufficit, & ſi cauſa uera non ſit, & quia lata eſt ſine cauſæ cognitione. arg. ſupra de app. ad audientiam, & c. dilectis, maxime cum ex abundanti obtulit Abbas, ꝙ paratus erat probare exemptionem. ſupra de app. interpoſita. ſed ex eo apparet epiſcopum omnino eſſe puniendũ: quia ſine manifeſta cauſa rationabili, ſeu probata excommunicauit. nam per negationem, & contentionem abbatis facta fuit res dubia. C. quibus ad liber. procla. non licet. l. 3. ſupra de reſti. ſpo. Piſanis. Iniuſtè ergo excommunicauit, & ideò puniendus eſt. 2. q. 1. nemo, infra de ſen. excom. ſacro. Item ſi rector alicuius eccleſiæ diœce. Eduen. peteret decimas ab aliquo laico tãquam à parochiano ſuo, uel aliquod ius parochiale, & laicus diceret, ꝙ non eſt parochianus ſuus, ſed alterius, & hoc uellet probare coram epiſcopo, planum eſt, ꝙ epiſcopus exceptionem hanc admitteret, nec ſuſtineret, ꝙ rector ipſum moleſtaret, hac dubitatione pendente. ubi ergo iuſticia epiſcopi, qui contra rectorẽ admittit exceptionem, quam contra ſe non admittit? utiq; hoc non eſt iuſticia, uel æquitas, imo iniuſticia, & iniquitas, ut poteſt colligi. 4. q. 4. c. 1. & in prin. decretorum. & in eo. quod le. & no. ſupra de offi. ordi. cum ab eccleſiarum. & c. ad reprimẽdam. & de reſti. ſpol. conquerente. Epiſcopus autem econtrario pro ſe allegat: quia ex quo conſtat, ꝙ monaſterium ſitum eſt in ſua diœc. præſumptio iuris eſt, ꝙ ei debet uiſitationem, & procurationem, ut patet in hoc. c. & infra eo. cum nuper, ſupra eo. cum uenerabilis. & c. ſopitæ, ſupra de præſcrip. cum ex officii. per quæ probatur, ꝙ ei ſubeſt in prædictis, quia & præſumptio iuris eſt, & ueritas eſt. ergo iuſta eſt ſua ſententia ideò autem iungit epiſcopus, ꝙ eſt ueritas: quia bene fatetur, ꝙ ſi in ueritate probaretur exemptio, mala eſſet ſua ſententia: ſed hoc tantum uult defendere, ꝙ ſi abbas deficiat in probatione exemptionis, quamuis probationem obtulerit, tamen ſententia reputabitur iuſta: ergo pendẽte probatione prima facie iuſta præſumitur. unde & ei ſtandum eſt, quouſque contrariũ probetur. patet in eo, quod no. ſupra eo. ſignificauit, reſpon. 1. nec ob. quod Abba. dicit, appellationem ex cauſa iuſta, quam paratus fuit probare interpoſitam, & poſt ipſam ſine cauſæ cognitione ſententiam latã; unde ſententia nulla eſt. reſpondemus enim pro epiſcopo, ꝙ quantumcunq; extra iudicium procedat appellatio ex cauſa legitima. & quantumcũq; appellans probationẽ offerat, nunq̃ tamen cenſetur iuſta appellatio, niſi ueritas cauſæ ipſius appellationis probetur, ut no. ſupra de his, quæ fi. à ma. par. ca. ex ore, ſupra de
a ele. cum inter canonicos[a]. Hic autem, ut quidam dicunt, facta fuit appellatio extra iudicium, quod ex eo apparet: quia abbas proponebat ſe exemptum, & per conſequens dicebat epiſcopum non eſſe iudicem. ſicut & cenſenda eſt appellatio extra iudicium, ſi quis appellaret ab epiſcopo, ne ordinaret eccleſiam de canonicis, uel ne confirmaret electum, uel ne inſtitueret repræſentatum, aſſerens ad ſe hæc omnia pertinere. licet enim hæc de lege iuriſdictionis exiſtant; non tamen ſemper ordinẽ iudiciarium requirũt, nec pro ipſis expediendis iudiciũ ordinatur: imò frequentius, extra iudicium, quàm in iudicio expediũtur: uel dic, ut notatur, ſupra de appellat. dilectis. ſed & ſi in iudicio eſſent partes: tamen non fuit exceptio iuſtè propoſita. oblatio enim probationis coram epiſcopo facta abbatem non releuat: quia coram eo non debebat fieri probatio: cum nemo ſit iudex in cauſa ſua. C. ne quis in ſua cauſa iudi. l. 1. ſed nec illud, quod offerebatur

dat:q̃a ſic non aſtriugit̃ ad iuris ordinẽ obſeruandũ.
Item quia ex hoc ſe reum conſtituit, & conſeruat, &
aduerſarium actorem facit, qui neceſſe habet cõque
ri de iniuſta excommunicatione, vel uulla, ſup. de of-
fic. le. cum contingat, & ſupra de offi. or. ad reprimen-
dam, & ſic iu dubio abſoluetur epiſcopus: quia fauo-
rabiliores ſunt rei, quàm actores, ff. de reg. iur. fauora-
biliores, & patet in eo, quod legi. & no. ſupra de re iu-
di. c. fin. & de proba. ex literis, ubi uerò epiſcopus non
tãquàm ordinarius, ſeu ius ſuũ proſequens, ſed quaſi
delegatus à Papa, uel ab alio deſcẽdit ad aliquod mo-
na. viſitandum, quantumcunque ſit delegatus in ueri
tate, tamen nunquàm eſt admittendus de neceſſitate
iuris, niſi fidem faciat de ſua delegatioue, nec aliter te
c net excommunicarionis ſentenna[c] ab eo lata, ut pa-
tet, C. de man. princ. l. unica. imò ei reſiſti poteſt, C. de
iure fiſ. prohibitum eſt. lib. 10. & probatur in eo, quod
legi. & notatur de offic. dele. cum in iure. Excipe lega-
tum apo. ſe. ex latere maximè quantum ad procura-
d tiouem, ar. 26. diſtinct. aliàs 97. diſt. nobiliſſimus,[d] qui
& in multis alijs priuilegiatus exiſtit, ut patet in eo,
quod legi. & not. ſupra de offic. le. officij. §. fiu. Quid ſi
delegato ab epiſcopo, uel metropolitano dicat ab-
bas, Ego ſum exemptus, uel in poſſeſſione libertatis?
reſpondeo, ſi delegatus ſentit delegantem, à quo cau-
ſam habet, eſſe in poſſeſſione uiſitandi, non obſtaute
hoc uiſitabit, & excommunicabit, ar. ſupra ut lit. pen.
c. 1. Quid ſi eidem delegato, vel etiam ordinario uiſita
re uolenti obijciatur, quòd excommunicatus eſt, &
probatio ſuper hoc offeratur, & quia nõ admittitur,
appellatur? reſpondeo, iuſta eſt appellatio, ſupra de ap
pel. interpoſita, & per conſequens excommunicatio-
nis ſententia poſtea lata uulla, ſupra de offi. dele. cum
7 olim abbas, in fin. Ex his † ergo patet, quòd viſitans,
qui in poſſeſſione eſt, nõ tenetur admittere exceptio
nem exemptionis, & tamen tenetur admittere exce-
ptionem excommuuicationis, quę eſt ratio diuerſita
tis? reſpondeo, quia quando abbas excipit de excom-
municatione, & probationem offert. confitetur eum
e iudicem,[e] qui & de hac exceptione fori cognoſcere
poteſt, ſupra de reſcri. ſuper literis. Sed ubi dicit ſe exẽ-
ptum in prædictis, reſtat per conſequens. quod negat
epiſcopum eſſe iudicem in eiſdem, & ideo coram nõ
iudice nou poteſt proponere exceptionem fori. Sed
contra. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. ff. ſi quis in ius uoc.
nõu ierit. l. 1. Sol. illa iura locum habent, quando cõn
ſtat, quòd citans iudex eſt, uel de hoc dubitatur. nam
ſi certum eſſet, quod non eſſet iudex, non tenetur ci-
tatus comparere, ar. ff. qui ſatiſda. cogan. ſi uerò. §. qui
pro rei qualitate. In dubio igitur citatus cõparere te-
netur, & ratione dubij tenet lata ſententia, ſiue citans
ſententier, ꝙ ſua ſit iuriſdictio: ſiue etiam ſuper princi
pali, ex quo partes non curant de iuriſdictione cõten
dere, ar. ff. de iudi. l. 2. §. ſed ſi duo, & l. ſi quis ex aliena,
ff. ad muuici. de iure. C. de uſuris. ſi cã. Quod ergo di-
cunt prędictę leges, iudices debere cognoſcere, an ſua
ſit iuriſdictio: locus habet, quando citatus dicit, non
teneor reſpondere: quia habeo ius reuocaudi domũ,
uel non teneor reſpõdere auctoritate literarum: quia
impetratæ ſunt per falſi ſuggeſtionem, ſupra de foro
compe. c. fi. §. fi. de reſcri. ſuper literis, vel quando quæ
ritur de iuriſdictione iudi. tantum, & non de priucipa
li. ff. de iud. ſi quis ex aliena. Secus eſt, ubi quæritur nõ
tantum de iuriſdictione, ſed de principali, ut in caſu
thematis noſtri apparet. Sic enim dicit abbas, Domi-
nę epiſcope, non poteſtis uiſitare mona. quia non eſt
is iudex, cum monaſterium ſit exemptum, in quo ca-
ſu non tantum quæritur de iuriſdi. epiſcopi, an ſua ſit:
ſed etiam de principali, ſcilicet an monaſteriũ ſit exẽ-
ptum, de quo nõ poteſt cognoſcere nec ut iudex, nec
ut arbiter, ut ſupra dictum eſt: nec etiam poſſet uideri
ſententiare ſuper iuriſdi. niſi & ſimul ſuper principali
pronunciaret. quinimò, & ſi cõſtet, quòd aliàs iudex
ſit, de priuilegio tamẽ exemptionis nullo modo ſine
conſcientia principis cognoſcere poteſt, ſupra de iu-
di. cum veuiſſent, vel melius dic, quòd epiſcopus non
uocauit hũc abbatem vt iudex: ſed ut pars, uel ut pro-
ſequeretur officiũ ſuum. unde nec tenetur abbas ire,
uel ſuum priuilegium allegare: quia & ſi uellet abbas
omittere allegationem priuilegij, & quòd epiſcopus
procederet in priucipali tanquàm iudex, de iure hoc
nõ poſſet fieri, cum idem epiſcopus ſit actor. ex quo
ſequeretur, quòd idem eſſet actor, & iudex, & ꝙ quis
eſſet iudex in cauſa ſua, quod eſſet contrarium iuri,
ut patet. 4. q. 4. c. 1. infra de uerb. ſig. forus. §. in omni,
C. ne quis in cauſa ſu. iudi. in rubro, & nigro. Non ob-
ſtant ergo. ll. quæ inductę ſunt, ſupra pro contrarijs:
quia quãdo iudex procedit ut pars, ſicut eſt iu uoſtro
themate, non uendicant ſibi locum, imò loquuntur,
cum quis procedit ut iudex inter partes, & reus exci-
pit de iuriſdi. & de foro, dicens quòd non eſt ſuus iu-
dex: hic aſit loquitur, ubi epiſcopus procedit ut pars,
ut ſæpe dictum eſt, unde & ſi epiſcopus admitteret ex
ceptionem exemptionis, nihilominus tamen pendẽ-
te lite ſuper hac exceptione utetur poſſeſſione uiſitã-
di, ſi in ipſa eſſet, & contradictores excommunicaret.
Quod tamen non uidet Inn. quomodo poſſit eſſe, q.
d. iuri non congrueret, quòd ſic eſſet. Nec ob. ſi dicas,
8 quòd epiſcopus † poſſit eſſe arbitrator: quia quod co
ram arbitratore ſit, non dicitur fieri in iudicio ut no.
ſupra eo. de iureiuran. quintauallis. Item tales quęſtio
nes in principali negocio ſunt deferendæ, ſupra de fo
ro compe. ex parte, hoc eſt primò lis conteſtanda, &
poſtea de exceptione quærendum, de lit. conte. exce-
ptionis, li. 6. & hoc magis placuit Innocen. quàm ea,
quæ notata ſunt, ſupra uel infra de uerb. ſig. ex parte.
1. ubi not. quòd niſi abbas incontinenti oſtendat co-
ram epiſcopo priuilegium, uel aliquam aliam excep.
legitimam probet, quod poteſt eum excommunica-
re epiſcopus. Si uero oſtendat, non debet excommu-
nicare eum: hæc, inquam, uon placent: quia non eſt
uis in exhibendo, uel nõ exhibendo probationes, cũ
non teneatur abbas ipſas exhibere, uel epiſcopus reci
pere: quia nec poſſet de hoc ut iudex cognoſcere, ut
præmiſſum eſt, licet tanquàm priuata perſona poſſit
ea uidere, ut inde inſtruatur, non ut de his iudicet, ſi.
ſupra de reſcrip. cum contingat, & in hoc tantum con
tẽdimus, an in ueritate monaſterium ſit exemptum,
9 uel non. Superior † uerò hunc abbatẽ non ſtatim ab-
ſoluet ad cautelam: quia cum monaſt. ſitum ſit in diœ
ce. epiſcopi, pręſumptio iuris eſt pro epiſcopo contra
abbatem, cui ſtandum eſt, donec contrarium ſit pro-
batum, ut ſupra no. Si autem eſſet iu aliena diœce. uel
etiam in eadẽ, ſed tamen abbas ſtatim exhibet aliquã
probationem, per quã licet ſemipleuè appareat vt cũ-
que prima facie de exemptione monaſterij, tũc ſupe-
rior ſtatim abſoluet abbatem ad cautelam, quod dic
ut le. & no. infra de ſen. excommu. ſolet, & ſupra de ex
cep. apoſtolicæ. Quid ſi abbas quantum ad ſolam uiſi
tationem dicatur exemptus, licet in alijs epiſcopo ſit
ſubiectus? Reſpon. ſi de exemptione uiſitationis appa
reat, propter hoc quòd in alijs eſt ſubiectus, non mi-
nus iudicabitur excõmunicatio nulla. ut patet in eo,
quod le. & not. de exceſ. præla. cum ad quorundam.
Quàmuis autem quidam dixerint, ſupradicta tantum
locum habere, vbi quis officium ſuum exequitur, vel
exigit ſibi debitum iure ſcripto, uel conſuetudine: alij
10 † tamen dicunt, & forte melius. quòd unuſquiſq; epi-
ſcopus id, quod iuſtè poſſidet, quodcunque ſit illud,
poteſt defendere per excommunicationis ſentẽtiam,
quan-

quantūcunque,& qualitercunque alius contradicat,
& iure ſuo probationes offerat, uerbi gratia, Aliquis
epiſcopus fundū aliquem poſſidet, vult colligere fru-
ctus eius: alius ſe opponit, dicens, domine non colli-
gatis fructus, quia meus eſt fundus, non ueſter: uel
quia ego poſſideo, & non uos, & hoc coram uobis
me offero probaturum, utique propter talem contra
dictionem, uel aſſertionem, ſeu probationis oblatio-
nem, uel etiam appellationem, ſi propter hoc ipſam
fieri contingat, non dimittet epiſcopus, quin fructus
colligat, & quin excommunicet opponentem, ſi ip-
ſum in poſſeſſione ſua perturbet, uel inquietet, & te-
nebit excommunicationis ſententia, dummodò ue-
rum ſit, ꝙ epiſcopus in poſſeſſione eſſet ipſius fundi.
Secus autem eſſet, ſi epiſcopus non poſſideret, ſed a-
lius: licet in ueritate ad epiſcopū fundi proprietas per
tineret: tunc enim licet poſſeſſori, & contradicere,&
appellare, & etiam cum armis reſiſtere epiſcopo uio-
lento,& eſt ratio in utroq;: quia poſſeſſor non eſt uio
lenter eiiciēdus de poſſeſſione ſua, quam & poteſt de
fendere,& uim ui repellere, C. de rei uen. l. fi. ſupra de
reſti. ſpo. olim. 1. Sed & ſua, quàmuis de proprietate li-
queat, tamē per uim recuperare non licet, C. unde ui,
ſi quis in tantam. ff. quod me. cauſa. extat. 16. q. 4. pla-
cuit: nec eſt res poſſeſſa ab alio, quàmuis iniuſtè per
uiolentiam occupanda: alioqnin etiam prædo reſti-
tuendus erit, ſupra de reſti. ſpo. in literis. Sed dices, ab-
11 bas † allegando exemptionem nō ſpoliat epiſcopum
f poſſeſſione ſua, ergo propter hoc non debet excom
municari. reſpon. non excommunicatur: quia exem-
ptionem allegat, ſed quia epiſcopum ius uiſitādi poſ-
ſidentem non admittit, dum viſitat, ſupra de præſcrip.
cū ex officii: unde, ſi abbas propoſita exceptione epi-
ſcopum uiſitantem admittit, ſicut & tenetur facere,
vt ſupra vt lit. penden. c. 1. & 2. nunquàm poſſet epiſco
pus ipſum excommunicare iuſtè pro eo, quòd exce-
ptionem propoſuit: quia nemini facit iniuriam, qui
utitur iure ſuo ſupra de elec. cum eccleſia Vulterana.
§. 1. Quàmuis autē omnia practicatoria ſint, & quàm
plurimum vtilia tamē ad ſolutionem quæſtionis pro
poſitæ melius facit finis huius gl. quàm ea, quę in pre
cedentibus ſunt notata ſecundum Innocen. cuius eſt
quaſi hæc tota gl. quam nec per omnia approbat Ho-
12 ſtien. ſecundum quem † bene poteſt epiſcopus eſſe iu
dex in cauſa epiſcopalis mēſæ de conſenſu aduerſarij,
alio procuratore ad proſequendam, & defendendam
cauſam ab ipſo epiſcopo conſtituto, ut patet in eo,
quod leg. & not. ſupra de iura. calum. c. fi. imo, & ſuffi-
cit, quod non recuſetur, ut patet in eo, quod not. in
ſum. de appella. ſub rubrica, de recuſa. §. 1. verſi. idem
etiam, & §. fi. uer. puto, & ſequen. quod dic, ut ibi not.
& in alijs remiſ. Summæ, ſupra notatis, omnino vide
de hoc in ſum. de ſen. & re iudi. ſub rubrica, de ſenten-
tia. §. quis debet, uerſi. ſed nunquid poteſt epiſcopus.
13 Sed quomodo † adaptabitur iuri, quod epiſcopus pe
tat aliquid tanquàm pars, & excommunicet renuen-
tem? Aut enim dices, quod excommunicat tanquàm
pars, & priuatus, ſicut & petit, & ſic nulla eſt ſententia:
quia ut priuatus excommunicare non poteſt. Aut ex
communicat tanquàm iudex, & ſic ſententia eſt iniu
ſta: tum quia non debet in priuata, & propria re iudi-
care, vt ſupra notatum eſt: tum quia & petitionis qua
litati, & formæ debet ſententia conuenire, ut patet in
eo, quod leg. & no. ſupra de ordi. cog. cum dilectus. §.
fin. Dicendum eſt igitur, quod ut epiſcopus poteſt pe
tere in his, quæ notoria ſunt, & ut epiſcopus excom-
municare ſuper eo, de quo uide quod no. ſupra de iu
ra. calum. c. fin. & de reſti. inſuper, ſuper ner. inſtituan-
tur, cum remiſſ. ſuis no. in fi. ipſius gl. [*Intentionem*] prin-
14 cipalem † uel id eſt intentionis impetrationem, ſi di-
cas, quòd hæc exceptio opponebatur contra reſcri-
ptum, quod non placet, infra de lit. conteſt. c. 1. lib. 6.
niſi forte dicas, ꝙ in reſcripto expreſſum fuerat de diœ
ce. & iſti excipiebant, quòd erant de ciuita. & tunc dic
ſecundum Hoſt. quòd in ciuitate, uel diœce. non erat
aliud monaſterium iſtius nominis, ſcilicet de Cultu-
ra, & ſic nō poterat eſſe æquiuocatio. nec obeſt error,
cum conſtet de perſonis, ut not. de reſcri. ſuper literis,
& ſic non ob. eo. ti. Rodulphus, ut ibi not. cum ibi eſ-
ſet uaga, & nimium generalis clauſula, quod hic non
erat. poſſet etiā tunc dici hanc exceptionem tolli per
hoc ſecundum reſcriptum. ſi. de iud. quia. V. Sed prius
dictum plus placet Hoſtiē. Et ipſe ſup. poſuit primam
rationem monacorum: hic ponit ſecundam, quæ nō
iuuat, ut dicit gl. [*oſtenderint*] ius enim commune fun-
dat intentionem epiſcopi: ipſis ergo incumbit proba
tio. 100. d. contra morē, de decimis. dudū. la. Phi. Goff.
15 ¶ Prima † gl. reſpōdet ad primam alle. monacorum.
¶ Secunda gl. ad ſecundam. ¶ Vlti. glo. reſpondet per
16 quæſtionem, quam tripliciter ſoluit. ¶ *In † glo. 1. in fin.*] b
laco. videbatur contrarium: quia propter loci uicini-
tatem facile erat epiſcopo uiſitare, & in prima domo
comedere. item nec debet petere, quod domi expen
deret, & ſi non uiſitaret. ad hoc de ui. & ho. cleri. cum
ab omni, de procura. cum pro cauſa, de elec. ut præte
ritę, cum & tunc ſolùm ſit epiſcopus procurandus,
quando non per ſuæ ciuitatis parochias fatigatur. 12.
q. 2. charitatem. Sed tamen ſecus eſt, ut hic dicit. hic
enim uiſitabatur monaſterium in ciuitate ſitum, &
tamen procuratio debetur ſecundum Goff. Et eſt ra-
tio ſecundum Hoſti. quia qui ſpiritualia ſeminat & c.
de præſcrip. cum ex officij, cum concor. & quia pro-
curatio eſt annexa uiſitationi, ſupra eo. cum uenera-
bilis. nec ob. allegata pro monacis: quia prima iura lo
quuntur de expenſis factis occaſione negociorum,
quæ tunc demum repetuntur, cum intereſt: procura
tio uerò petitur ratione officij, & ſi non interſit. nec
ob. c. charitatem, quod non loquitur de epiſcopo ui-
ſitante ex officio, ſed de uiſitatione iurium epiſcopa-
lis menſæ uacante ſede. vbi quidem clerici intra ciui-
tatē habentes propria hoſpitia, ibi illam gratis iuuāt:
ſi trahuntur extra, tūc eis prouidetur, ne obſequiū ſit
eis dānoſum, ut ibi in fine. in uiſitatione uerò epiſco-
pi non conſideramus intereſſe, ſed officiū, ut prędixi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Canonicos. ibi uide Io. An. de app. interpoſita, & in c. 1. præalle-
ga. in gl. in c. & in gl. ſeq. & de ap. bonæ, in glo. bene petebat, & in
gl. irrationabilibus, & ſupra eo. ſignificauit, in glo. mag. uerſi. &
idem uidetur dicendum.

b ¶ Proclamare. Quando negatio facit rem dubiam, uide Bal. in l. 3.
hic alle. & doct. & ipſum Bal. & d. Bar. de Sali. in l. 1. C. de procur.
& gl. & ibi not. Bar. in l. poſt rem iudicatam, ff. de tranſac. & Inno.
in c. ſolet, de ſent. excom. lib. 6.

c ¶ Excommunicationis ſententia. Vide plenius Io. And. in c. prætere-
rea, ſupra de dilatio. & in quæſtione in regula, ſcienti, de reg. iur.
lib. 6. in ſolutio. & in gl. ſua fi. de offi. dele. cum in iure.

d ¶ Nobiliſſimus. Ibi uide gl. & ibi Cle. 1. de proba. & per Io. And. in
c. conſtitutus, infra de appella. ubi remittit ad Spec. & uide per ip
ſum de re iudic. ad apoſtolicæ, lib. 6. in uerbo proponi.

e ¶ Eum iudicem. Sed tunc obſtat alia ratio poſita, ſupra uerſi. ſed &
ſi in iudicio, uſque ad uerſiculum, nec obſtat.

f ¶ Poſſeſſione. Vide Io. And. in c. 2. de reſti. in inte. in gl. per mona-
cos, in prio. & nunquid turbat reſpondendo libello in interdicto,
uti poſſidetis, & illum negando, uide Bar. ff. de noui ope. nuncia.
l. ſi prius, & Bal. C. de rei uend. l. ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Viſitans iure metropolitico, uel legationis prouinciam, poteſt in prouinciales denegantes procurationem proferre ſententiam.*
2 *Viſitantes multi admittuntur.*

Procuratio

3 *Procuratio diuerſis temporibus recipi poteſt, & à quibus, uidetur ſoluta in duriorem partem in dubio.*
Viſitans in dubio quo iure uiſitaſſe dicatur.
4 *Procuratio ſingulis annis præſtanda an debeatur in anni principio, & cui debeatur, nume. 5.*
Operæ quando debeantur.
6 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 7.*
Metropolitano uiſitare prouinciam quando liceat, & quæ uiſitet loca.

C A P V T XXV.

1 CVm nuper. Is, qui iure † metropolitico, uel legationis ꝓuinciam uiſitat, in prouinciales, qui ſibi ꝓcurationem denegant, poteſt proferre ſententiam, & in 1. deciſa querela. in ſecunda mandatum ibi, Mandamus. in 3. comminatio ibi: Alioquin [*Au-*
3 *ctoritate propria*] de multis † uiſitantibus, qui admittuntur, ne aliqua anima pereat per negligẽtiam. & vt vno dormiente alter uigilet, dixi ſupra de offic. archidia. [*Mandamus*] & de offic. archipresby. c. fin. quod hoc re
3 petijt, Hoſtien. [*Sine noſtra*] innuit. ꝙ † diuerſis[a] tempo
2 ribus poſſit procurationem recipere. & arg. ꝙ ſi archidiaconus abſente epiſcopo conſtituitur uicarius epiſcopi, & ſuo nomine, & nomine epiſcopi poteſt recipere procurationem, ſed ſi iſte archiepiſcopus ſemel ſimpliciter procuratus eſt. dixit Vincen. quod præſumetur procuratio legationis, cui minus reſiſti poteſt. In duriorem enim cauſam præſumitur facta prima ſolutio. ff. de ſolu. in his. nec facta prima uiſitatione habet, cur accedat, cum deſiit negligentia ſecũdum eũ.
4 Quærit † etiam hic, cum ſingulis annis præſtanda ſit procuratio, an debeatur in prin. anni ſicut annua præſtatio, uel legatũ. ff. de annu. leg. ſi in ſingulos. C. quando dies le. ce. l. 1. & dicit quòd nõ, cum de fructibus debeatur. vnde dabitur fructibus collectis. ff. quãdo dies leg. ce. Firmio Eliodoro. §. ult. & debet hoc præſignificare. ff. de offi. procon. obſeruare. Operæ enim debentur, cum fuerint petitæ. ff. de ope. lib. cum patronus. & l. quoties. nec ſolui debet procuratio per partes, ſicut nec opera liberti. ff. de ope. lib. libertus qui. Vincen.
5 [*Viſitare*] perſonaliter † aliàs non procuratur. ſi. ſupra c. procurationes, quod dixit Pe. verum eſt de procuratione metropolitani. ꝓcurationem enim legationis leuabit, ſicut & alij faciunt, quàmuis non uiſitet ſup. eod. cum inſtantia [*Eidem*] archiepiſcopo [*Ratam*] hoc eſt iuſtum, & æquum. de offic. ordi. cum ab eccleſia-
6 rum, & c. ad reprimẽdam. ¶ Prima † gl. ponit dictum,
7 quod determinat, & remittit. ¶ *In † gl. 1. ibi, non debet*] Idem hic Vincen imò poteſt etiam uiſitare. epiſcopo non negligente, ſecundum formam decre. Romana, Inn. IIII. ut infra, eo. c. ulti. lib. 6. Nec eſt uerum ſecundum Hoſtiẽ. quod quidam dixerunt archiepiſcopum uiſitare loca opulenta tantũ, non minutas parochias, niſi aliud audiat ſiniſtrum & graue: quia nec poſſent ipſum recipere cũ tot equitaturis, ſupra eo. cum apoſtolus. ſtandum enim eſt prædictis iuribus.

ANNOTATIONES.

† a ¶ Quod diuerſis. Contra, quia aut commiſit Papa illi viſitationem ut delegato, & ceſſat officium ſuum ordinarium, de offic. deleg. paſtoralis, aut non ut delegato, ſed ſolum excitat officium ſuum, & nihil iuriſdictionis habet auctoritate papæ, de offi. ord. licet, & ſic omni caſu una tantum procuratio debetur. ſed dic, quòd hic cõmiſit illi generalem iuriſdictionem, cauſam, & legationẽ, & quæ non tollit ordinariam iuriſdictionem, ad hoc uide bo. tex. in l. 1. C. de off. præfec. ur. & ibi per Bar. & no. per gl. 25. q. 2. Galliarum, & probat tex. de hære. per hoc, lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Ad monetam antiquam, uel eius æſtimationem ſoluendæ penſiones, uide num. 3. & 6.*
In pecunia numerus, non pondus inſpicitur.
Eccleſia maior dicitur cathedralis, & ſua poteſt ab epiſcopo dici, & quare.
2 *Homagium an epiſcopus facere teneatur præpoſito, ſeu decano, uel capitulo.*
Penſionem tamen ſoluet uni eorum.
3 *Ex integro, ut hic accipiatur.*
4 *Epilogus ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 5. 6. & 7.*
Pluralis locutio quando dicatur duobus contenta.
7 *Moneta reproba ſolui non poteſt inuito creditori.*

C A P V T XXVI.

1 CVm canonicis. Caſus. Ad † antiquam monetã, uel eius æſtimationem ſoluendæ ſunt penſiones antiquæ. Et hoc papa intimat parti conquerenti, quomodo ſibi prouidit dando iudices [*Maioris*] ſcilicet cathedralis [*Pecunia*] in numero: ſecus in pondere, ut in marca: quia tunc de quibus ſoluatur, non eſt uis, Vin. [*Eccleſia tua*] ſecundum Hoſti. loquitur epiſcopo, & tunc dic [*Tua*] ſcilicet cathedralis, quæ tua ſponſa eſt. de transl. c. fi. forte enim poſſeſſio, quæ debebat penſionem capitulo, peruenit ad epiſcopum: uel hoc aliàs ratione eccleſiæ debebat canoni-
2 cis. Quid † ſi eſſet feudum, cuius ratione præpoſitus, uel decanus homagium recipere conſueuit? non putat Hoſti. ꝙ epiſcopus ipſum facere teneatur, arg. j. de ma. & obe. cum inferior. j. de reg. iur. c. fi. nam quicunque hoc homagium recipiat, non tamen fit nomine perſonę ſed eccleſię, cuius fidelitatem epiſcopus iam iurauit. ſ. de iureiurã. ego. N. Aut ergo epiſcopus acquiſiuit feudum ſine cõſenſu canonicorum, & ſic ab eo repetitur, ſicut à quolibet alio: aut cum conſenſu: & ſic ſi homagium retinebant, epiſcopus non debuit illam recipere: ſed ſi nõ retinebant, cum ſciant, uel ſcire debeant, ꝙ non faceret homagium, uidentur illud tacitè remiſiſſe, arg. in eo, quod leg. & nor. ſ. eo. cum olim. §. 1. vel poteſt dici, ꝙ iterum iuret fidelitatẽ ſine homagio nõ præpoſito, uel decano, ſed eccleſiæ, arg. hic, ꝙ dicit, eccleſiæ tuæ: penſionem autem poteſt, & debet ſoluere ſine læſione dignitatis: quia quælibet res tranſit cum onere ſuo, de decimis, paſtoralis. ad hoc, quod no. eo. tit. de decimis. c. 2. forte Hoſti. exquiſiuit hic epiſcopum in ſupraſcriptione, ut poſſet hãc gl. ponere, poteſt enim eſſe, ꝙ inferiori prælato dirigitur de
3 cre. [*Ex integro*] reſtituta † quam receperãt: aliàs deprehenderentur in euidenti calũnia plus petendi, uel dic [*Ex integro*] nõ ratione prioris temporis. ſed futuri. Dicebant enim canonici, ꝙ ſicut ſibi ſolui conſueuerãt tot ſolidi Papienſiũ, cum erant in vſu. ſic ſolui debent totidem Turon. cum nunc ſint in uſu [*In mandatis*] qui-
4 buſdam iudicibus. ¶ Prima † gl. reſpondet per qõ. de quot annis intelligitur. arguit, ꝙ de duobus. ſoluit cõ-
5 trarium. ¶ Vlt. gl. quærit, & ſol. ¶ *In † gl. 2. ibi, ſi quis quo*] uide de emp. & uend. cum dilecti, ſuper glo. 2. [*& ibi. l. pe.*] uide de uſur. nauiganti, ſuper 2. gl. ¶ *In ult. gl. ibi. § ſi conuenerit*] vide hanc. & ſeq. quoties, de cleri. non reſi-
6 tuæ. ſuper gl. 2. ¶ *In † gl. prima. ibi, hoc quoque*] & infra de regu. iur. pluralis. lib. 6. ſolutio uerò patet per. l. præcedentem: quia regula locum habet. ubi numerus non adijcitur [*& in fi.*] non eſt uis, an duobus, uel pluribus annis facta fuerit ſolutio, niſi quò ad poſſeſſionem: ſicut ergo factum acciderat, ita narrat, ut oſtendat quaſi poſſeſſionem prælati in ſolutione antiquæ mo-
7 netæ. ¶ *In † gl. ult. ibi, non poteſt ſolui*] inuito creditori. Satisfactum enim eſſet, ſi ab eo ſcienter approbaretur.

tur.ff. de condi. & demon. quàmuis, & imputet ſibi, qui talem elegit ff. pro ſocio, ſocius ſocio. Tan. [*& in fi.*] remittit Hoſti. ad no. ſ. de iureiur. quanto, ubi uide in glo. fraudatur, uer. quærit autem, & dicit addendas hic quæſtiones notatas, ſupra eo. quanto, & c. olim.

S V M M A R I V M.

1 *Procuratio non debetur propter oratorium, & num. 3. ubi excipitur, & num. 5.*
Oratorium campanas non poteſt habere.
Non poteſt fieri ad celebrandum, niſi in caſu.
2 *Non gaudet immunitate, nec cenſetur locus religioſus, uel ſacer. Camera fieri poteſt.*
In Baſilica contrarium ius eſt.
3 *Oratorium quando poteſt epiſcopus deſtruere, dicitur eſſe grangia.*
4 *Inter ipſum, & eccleſiam quæ differentia.*
In eo celebrari quando liceat.
Procurationum ſpecies plures, remiſſ. in fin.
Extorquendi uerbum uiolentiam denotat, ibid.
5 *Additio gloſſarum.*
Curam quis habeat habitantium in grangijs monacorum familia item, ſeu ſecularibus, & laicis bubulcis, & ſeruientibus eorum, & ſimilium.

C A P V T XXVII.

1 AVctoritate. Caſus. Propter † priuatum oratorium pcuratio non debetur. nõ diuiditur [*Inhibemus*] hoc idem inhibuerat Honorius in compila. ſua, de capel. mo. c. 2. [*Oratorijs*] in quibus ſine auctoritate diœceſani non poſſunt ponere campanas, infra de priuilegiis, patentibus: licet autem poſſint fieri ad orandum, non putat Hoſ. ꝙ poſſint fieri ad celebrandum, niſi auctoritas epiſcopi interueniat, vel aliud priuilegium à ſede apo. impetretur. j. de priuile. in his, & eſt expreſſum in auct. vt nul. fa. ora. do. §. 1. colla. 5. & capitulis. j. alle. nec ob. de cleri. pere. c. 3. quia illud non intelligitur de celebrare uolente in domo, uel oratorio, ſed in eccleſia in ſecreto: aliàs contra, de con. di. 1.
2 nullus, & c. pre. & quãuis Goff. no. ꝙ tale † oratorium gaudet immunitate. Hoſtiẽ. dicit contrarium, & eſt ſecundum eum ratio: quia non intelligitur dedicãtum deo, nec cenſetur locus religioſus, vel ſacer. unde & ſi hodię ſit oratorium, cras fieri poterit camera. nec ob. quod induxit de immu. ec. c. pe. quia non loquitur de priuato oratorio, ſed de baſilica facta ad cõſecrandũ, & cui epiſcopus impoſuit primarium lapidẽ, de con. di. 1. nemo. vnde non eſt mirum, ſi gaudet priuilegio, cum nec poſſit ad humanos vſus redire, ſupra de reli.
3 do. c. 4. [*Aliqui*] ergo non certi. q. d. nullus † eſt ibi intitulatus ad ordinariam, & continuam celebrationem: licet ſit locus ordinatus ad orandum, & ſic non eſt ibi rector, qui ratione huius oratorij debeat uiſitari. Dicit tamen Innocẽ quòd ſi hi, quorum eſt oratorium, non teneant illud honeſtè, nec ibi faciant celebrari, epiſcopus ipſum poteſt deſtruere, de conſe. diſ. 1. omnes baſilicæ, & capitulis ſeq. Quod uerum putat Hoſtiẽ. ubi eſſet dedicatum, & auctoritate Pontificis ędificatum ad celebran. aliàs contra, vt ſupra dixi. Si uerò eſſet in oratorio aliquis rector conſtitutus, vel aliqua certa perſona, uel una de certis, quæ deberet huic oratorio deſeruire. non uidet Inno. quare epiſcopus non poſſit ipſum uiſitare, & procura. ſuam exigere, de reli. do. de xenodochijs, de con. di. 1. clericos. Nam quamuis tale oratorium ſit grangia, tamen miniſter eius erit epiſcopo præſentandus. argu. 16. qõ. 1. in parochia.
4 Alij contradicunt. Et † eſt not. quod hæc eſt differentia inter eccleſiam, & oratorium: quia dicitur eccleſia, ubi ſtatuta ẽ certa dos pro rectore clericis, & alijs neceſſarijs de con. diſt. 1. nemo, infra titu. primo. cum ſicut. Oratorium, quod non eſt dotatum, nec ædificatum ad miſſam celebrandam, ſed ad orãdum, de con. di. prima. vnicuique de licentia tamen epiſcopi poteſt ibi, quandoque celebrari, ſed in maioribus feſtiuitatibus non dabit hanc licentiam, ea. d. clericos, & cap. ſi
a quis extra.ᵃ ſecundum Innoc. [*Celebrant*] ex neceſſitate, cum ibi non ſit eccleſia uicina: aliàs non licet, de con. diſt. 1. unicuique, & c. ſi quis etiam. Goffre. dic ut dixi ſuperius [*Ratione*] hoc dicit, quia alię ſpecies procurationum deberi poſſent, de quibus no. ſupra eo. procurationes. & c. ſeq. Hoſtien. [*Extorquere*] iſta uerba vio
5 lentiam denotant. ¶ *In † prima gl. ibi, ad caput*] uel eccleſiam, in cuius parochia habitant [*& ibi, cauſa colendi*] ſcilicet quis habet curã ibi inhabitantium? de fratribus profeſſis planum eſt ſecundum Hoſtien. quòd abbas, vel cui hoc committit, & epiſcopus, ſub quo habitãt, & quàmdiu ibi habitant, de priuileg. c. 1. ad fin. lib. 6. Quid de familia, ſeu ſecularibus, & laicis bubulcis, ſeruientibus, & ſimilibus? timet Hoſti. ne multi periclitẽtur: quia nec proprio ſacerdoti, nec illi, ſub quo habitant, de licentia proprij epiſcopi cõfitentur: ſed quãdoq; monacis, qui in tales nullam habent penitus poteſtatem, ad hoc, infra de pœni. omnis. 16. q. 1. alia, & c. placuit, & c. peruenit. Dicit autem, quòd in his eſſet, per ſedem apoſtolicã prouidendum, ex quo nõ vult quod loca talia uiſitentur. Poteſt tamen per hoc efficax argu. colligi, quòd eſſent uiſitanda: ſed non multum moueor propter hoc argu. Hoſtien. quia ſm id idẽ poſſet dici de omnibus priuatis, & ipſorũ familia.

ANNOTATIONES.

a ¶Extra. Et de illis oratorijs priuatis uide plurimas quęſtiones per. d. Pe. de Peru. in tractatu quartę epiſcopalis. c. 13. quæritur, & ibi de imaginibus uirginis glorioſæ, uel aliorum ſanctorum.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio quæ ſit huius tituli.*
Miſſa ubi celebranda.
2 *De conſecratione eccleſiæ, uel altaris quibus in locis iuris alibi inueniatur.*

De conſecratione eccleſiæ, uel altaris. Rubrica.

1 ¶Dictum † eſt ſupra de cenſi. Sed quia in cõſecratione eccleſiarũ conſueuerunt immunitates concedi, & cenſus etiam retineri, ideo &c. Goff. uel aliter ſecundum Hoſti. continuando ad inferiora: quia miſſæ, de quibus dicturi ſumus, non ſunt celebrandę niſi in ec
2 cleſiis, uel altaribus cõſecratis, ideò &c. habetur † materia, de con. diſt. 1 & 68. diſt. eccleſiis, & 1. q. 2. c. 1. & repetitur in 6. Cui conuenit, de reli. do. c. 1. de ſimo. cum ſit, de adulte. ſignificaſti, de priuileg. tuarum, in principio, uerſi. ſi eos.

S V M M A R I V M.

1 *Conſecratio altaris, non eccleſia fit, eo moto, uel lapide continente ſigillum, & quibus caſibus reconſecrandum, nume. 3.*
Altare debet eſſe lapideum, & ubi ligneum ſit.
Non debet erigi ſine permiſſu diœceſani, & ubi.
2 *Altare uiaticum poteſt moueri, & portari, & ideo ſic dicitur, ubi cum eo celebrari poſſit, & quando conſecrandum.*
3 *Sigillum altaris quid, & cur ita dictum, & num. 4. & quæ in parte ponatur eius, eod. num. 3.*
4 *Lapis altaris quibus nominibus alijs ſignificetur, & unde eius origo, & ſignificatio, & ſupra, num. 3. & 5. ungitur, & firmatur, & à quo num. 5. reconſecratur, & quando, num. 6. quæ in eo ponantur, nume. 9.*

Titulus

Titulus unde dicatur,
5 *Cœmeterij officio quo caſu hic fungatur epiſcopus,*
6 *Eccleſię uiolatio an inducat uiolationem cęmeterij, & è contrario.*
7 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 8. & 9.*
Altaris menſæ coniunctio quid ſignificet.
Eius conſecratio in quo conſiſtat.
Sacrum trahit ad ſe non ſacrum, & in quibus rebus.
9 *Reliquiæ ſanctorum an ſint neceſſaria in conſecratione eccleſiæ, & an pro eis corpus Chriſti ſufficiat.*

CAPVT IIII.

1 AD hæc, ſi altare. Ca. Moto † alta-
ri, uel lapide cō-
tinente ſigillū conſecrabitur altare, ſed nō
eccleſia [*Altare*] quod dēt eſſe lapideū, nec
debet aliter conſecrari, de con. di. 1. altaria, prim. tamē
de Lateran. not. ꝙ eſt ligneum, & dicitur de cipreſſo.
pro quo facit exo. 36. & 37. & ſcias, ꝙ in eccleſia conſe-
crata non debet erigi altare ſine permiſſu diœceſani,
vt de con. di. 1. nullus presbyter. 2. & vide quod ibi no.
2 & 68. diſt. quàmuis [*Motum*] ſcias, ꝙ † altare uiaticū in-
tegrè bene pōt portari, & moueri, & ideò dicitur via-
ticum, de quo. ſ. de priul. In his. & eo. ti. c. ſi. li. 6. & adde
quod dicam. ĩ. eo. ligneis, ad hoc. de conſe. diſ. 1. miſſa-
rum. ibi tamen innuit. ꝙ non licet celebrare niſi in lo-
cis cōſecratis. Sed dic ſm Inn. altare uiaticum, ex quo
per epiſcopum conſecratum eſt, appellari locum cō-
ſecratum: ſed ſi in ipſo uiatico altari moueatur lapis
3 ſigilli conſecrandum eſſet. Sigillum † autem dicimus
foramen, quod aliàs dicitur ſepulchrum ſm Inno. un-
de, ut patet in libro pontificali, dicit epiſcopus, Conſe-
cretur hoc ſepulchrum &c. ſm Hoſt. Et, ut dixit Inno,
hoc foramen quādoq; ponitur in ſuperiori parte, ſci-
licet in medio tabulæ ſuperioris, & clauditur paruo la-
pide quadrato, vel rotundo. Quādoq; ponitur ſub ta-
bula, & clauditur cū ipſa tabula, & tunc ſi moueatur
ipſa tabula, non eſt dubium, quin cōſecrandū ſit alta-
re. ſic poteſt loqui de con. diſt. 1. ſi motum: imò idem
ſm Pet. ſi cōcuſſa ſit ita, ꝙ moueatur, licet remota nō
ſit. Interdū ponitur retro altare, uel ante, uel à dextro
latere altaris, & clauditur tantum paruo lapide, & nō
magna tabula, in quo caſu ſi ille paruus lapis mouea-
tur, ipſum altare eſt reconſecrandum. Ille enim eſt la-
pis, de quo hic loquitur. in hoc etiam caſu ſi moueaṫ,
uel rumpatur tabula ſuperior, reconſecrandum eſt al-
tare. ĩ. eo. quod in dubijs, ſm Innoc. [*Superpoſitus*] aliàs
4 ſuppoſitus [*Qui ſigillum*] i. deſt quo † loco ſigilli poſitus
eſt, & dicitur titulus, ad quod pertinet, ꝙ Iacob tulit
lapidem, & erexit in titulum fundēs oleum deſuper,
Gen. 28. G. & 80. diſt. epiſcopi. Dicitur enim ſigillum,
quaſi illud ſignans. demonſtrat enim, & ſignat, cuius
eſt, ſicut de ſigno dicitur, de con. di. 2. ſignum. quo re-
ſpectu ſigillum dicitur titulus declarās ſignantē, ſicut
ille materiā libri declarat, de fide inſtru. inter dilectos,
uer. nam in ipſo. Dicitur, & titulus, quia ſolet intitula-
ri, ut dicam ſuper gl. Item quia illuſtrat, i. deſt manife-
ſtat altare conſecratum eſſe, dicitur enim titulus à ti-
tan, quod eſt ſol. ſm Hug. Et eſt iſte lapis, de quo dici-
tur in ordinario, vel in pontificali. ꝙ epiſcopus ipſum
5 † confirmet ſubter chriſmate ſic dicendo. Sanctifice-
tur hoc ſepulchrū in nomine patris &c. & poſtea im-
ponat tabulam ſuper reliquias, & debet firmare cum
calce, ſiue malta cōfecta ex aqua ſolēniter benedicta,
ut ibi ſequitur, & ſic oportet epiſcopum eſſe cęmēta-
rium. Sed quia quilibet non eſt aptus ad hoc, dicit Ho-
a ſtien. ꝙ credit ſufficere,ᵃ quod ſeruauit, ſcilicet ꝙ epi-
ſcopus liniat locū circūquaq;, & ſuperponat lapidē,
ſicut ſciet, & poterit, & poſtea melius firmeṫ, & apteṫ
per ſacerdotē, ſi talis præſens eſt, qui ſciat hoc facere
uel eo deficiente per clericum, & ſi nullus ipſorū per-
fectè ſcit in hoc ſe iuuare, fiat per laicum cęmētariū:
quia neceſſitas legem non habet. de con. di. 1. ſicut, &
ſic debet intelligi in eodem lib. quod ſequitur, ꝙ mi-
niſtri liniant menſam, & optime firment: quia nec epi-
6 ſcopum decet tale officium. ſi igitur † frāgitur talis la-
pis, uel diſſoluitur coniunctio, fiat reconſecratio [*Ec-
cleſia*] hic tractauerat Hoſt. an violatio eccleſiæ indu-
cat uiolationem cęmeterij, uel ecōuerſo diſtinguens.
An violentia interuenerit, vel caſus. & an ſit ſeparatū,
an uerò ſit contiguum. quod decido per id, quod ha-
7 bes, inſ. eo. c. vno, li. 6. ¶ Prima † gl. rīdet per qō. in quo
8 conſiſtat altaris conſecratio. ¶ *In † gl. prima ibi, coniunctio-
ne*] quę poteſt deſignare cōiunctionem fidelis animæ
ad deum. ſi. de biga. debitum [*& ibi, inferioris*] in coniū-
ctione conſiſtit conſecratio, ſiue ſit mobile, ſiue im-
mobile, ſecundum. T. [*& ibi. uel aliquis*] idem Inno. ſu-
per rubrica ſed hoc nimis eſt rigidū [*& ibi, non ſacrum*]
hoc locum habet in liquoribus, & in his, quæ com-
mixtione confunduntur: in alijs non, ſecundum Ho-
ſtien. non tamen reconſecrabitur, cum non ſit enor-
9 mis læſio ¶ *In gl. 2. in fine*] Ala. & ibi, ſolent poni † reli-
quiæ, & nomen epiſcopi conſecrantis, & nomen ſan-
cti, in cuius conſecratur honorem, & ſufficit pro reli-
quijs corpus Chriſti ſecundum Io. qui hoc no. de cō.
diſt. 1. placuit, in 1. gl. Hug. dicit reliquias de honeſta-
te, non de ſubſtantia, ea. diſt. nullus, expertus ſum, ꝙ
aliqui epiſcopi quęrūt trium ſanctorum reliquias, pu-
tantes id de ſubſtantia, quod non placet, licet cōmen-
dabilis ſit deuotio. Hoſti. in ſum. eodem ti. §. 3. dicit ſe
Lugduni conſuluiſſe Inn. ſuper illo dicto Ioan. quòd
corpus Chriſti ſufficiat pro reliquijs, quod etiā liber
pontificalis uelle uidetur, & dicit, ꝙ Inno. de aſſiſten-
tium conſilio reſpondit contrarium. reſponſionis ra-
tionem non ponit, ſed pro hac reſpōſione facit: quia
cibus eſt animæ, de conſecra. diſt. 2. panis, & calix. & c.
non iſte panis, & c. in illo. nec ſeruari debet, ſed totum
poſt confectionem ſumi. ea. di. comperimus, inf. ti. 1.
ex parte, niſi id fiat ad opus infirmorum. ea. di. tribus,
alleg. c ſeq. infra, tit. 1. ſane. de cuſto. eucha. c. 1. de ſent.
excommu. permittimus, & not. ſup. de officio archi-
presbyte. c. 3. in gl. 2. & utendum non eſt rebus niſi ad
id, ad quod inſtitutæ ſunt, ſupra de appella. c. 3. & ibi
concor. in 1. gl. fertur tamē de Leone papa, ꝙ deficiē-
tibus reliquijs dedit partem corporalis, & euchariſtiæ
pro reliquijs in dedicatione eccleſiæ. ¶ *In gl. ult. ibi, id eſt
altare*] ſic ecōuerſo. 1. q. 3. altare.

ANNOTATIONES.

a ¶Sufficere. Pro hoc, quia uirtus ſacramentorum eſt in uerbis, & elementis 1. q. 1. detrahe, non in actibus ſolis, uide tamen quod no. de ſacra. non ite. c. ſi. & uide infra in glo. prima. & ſuper illa, & in c. aqua, in gl. 2.

SVMMARIVM.

1 *Conſecrari poſſunt eccleſiæ diebus etiam non feſtis, & à quo, & num. 3.*
Licet, pro licitum eſt.
Eccleſiæ pro baſilicis.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 3.*
Conſecratio rei animatæ diſtinguitur ab inimata.

CAPVT II.

1 TVa fraternitas. Caſus. Dieb' † & nō feſtis poſſunt
eccleſiæ conſecrari. breue eſt [*Tua*] in alie-
na enim hoc non debet: licet valeat conſe-
tio, ſi hoc faciat: tamen punitur, quod dicitur. 7. q. 1.
epiſcopus

epiſcopus in diœce. [*Licet*] ideſt licitum eſt [*Eccleſijs*]
ideſt baſilicis. de hoc de relig. domi. c. ij. de iure patro.
2 nobis [*Dominicis*] ſup. & alijs feſtiuis. ¶ Prima † glo. re-
3 ſpondet per quæſtio. quæ ſcilicet fuerit ratio dubita-
tionis. ¶ *In* † *glo. i. ubi, iſta*] ſcilicet virginum conſecratio.
Dicebat Hoſtien. hoc ideo, quia eccleſia ſine delectu
dierum debet, quàm cito poteſt fieri, cōſecrari. tu dic
quod merito inter cōſecrationem rei animatæ & ina
nimatæ diſtingui potuit, ſicut & alias, ut no. ſ. de relig.
domib. ad hæc.

S V M M A R I V M.

1 *Decretalis huius pars ubi.*
Enallage temporis.
Sacrum ad non ſacrum quando trahatur per mixturam, & num. 4.
2 *Epilogus, & Suffragium gloſſarum num. 3.*
Partes non trahunt ad ſe integrum, ſed contra ſecus.
4 *Additio gloſſ.*
Dignius trahit ad ſe minus dignum regulariter, licet ſit ſecus ali-
quando, & ſupra nu. 1. cir. fin. & 3.

CAPVT III.

1 **Q**Vod in dubijs Breue eſt, & huius
pars † de renunc.
de pœnis, & de ſenten. excomm. quod † in
dubijs. ſecūda ibi, nec negamus [*Adhibetur*]
i. adhibita eſt [*Conſecrari denuo*] i. reconſecrari [*Nec nega*
mus] reſpondet tacitæ quæſtioni, ſecundum Pe. dice-
ret aliquis, ſupra dictum eſt, quod tabula mota, vel tra
cta, ſi reparetur, debet reconſecrari altare. Sed nūquid
idem in oleo ſacro, ſi miſceatur ſibi non ſacrum? re-
ſpondet quod non. rationem diuerſitatis collige ex
his quæ dixi. ſ. c. i. ſuper. i. glo. [*Commiſceri*] ita quod ſor-
2 titur naturam conſecrati, & totum eſt ſacrum. ¶ Vlti.
† glo. alleg. iiij. iura, & duo alleg. in contrarium, in fin.
3 arguit. ¶ *In* † *glo. ubi i. ibi: quæ religioſis*] vide de iudi. quan-
to, ſuper. i. glo. [*& ibi. Si alieni*] vide de pigno. c. ſi. ſuper
glo. pe. [*& ibi, eum qui ædes*] ſi poſſideo ædes, hæc inte-
grale eſt, & ſingulæ partes ædium non præſcribuntur
4 nec poſſidentur vt ſingulæ. ¶ *In* † *gl. ulti. ibi, ſanguinis*] po-
teſt eſſe ratio ſecundum Pe. & Abb. quia oleum con-
ſecratum remanet oleum, & ideo non eſt mirum, ſi li
quorem olei ſibi commiſcet etiam per minuta, ſed ui
num tranſit in ſanguinem, & ſic aliud vinum admix-
tum non eſt eiuſdem liquoris. Item ſicut ſanguis ille
incommutabilis eſt, ita & incommixtibilis. vel faciat
a hoc virtus[a] ſacramenti [*& ibi cum ſeculum*] primum eſt
regulare. Ioan. ad hoc. j. e. c. vno, lib. vj. In contrarijs. g.
vniuerſitas, cum qua tranſit ius pa. reputatur dignior,
cum illud ſit etiam temporale, licet mixtum: non ſic
in ſpiritualibus; vt dixi in præceden. c. ex litteris, in pri-
ma glo. ſcias quòd.

ANNOTATIONES.

a Virtus. Vide Ioan. An. infra titu. prox. cum Marthæ in ſua gl. diffe-
rentia eſt, & in glo. ſequ. & in gl. i. circumtectum.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia quibus caſibus reconcilietur, & nu. 2. & 8 & quando con*
ſecrari nu. 8.
Rixæ fugiendæ, quibus debet iudex occurrere, & nu. 3.
2 *Vulnera ſine ſanguinis effuſione non fiunt.*
3 *De uerbis ad uerbera facile peruenitur.*
De uerberibus ad homicidia.
4 *In reconciliatione nunquid epiſcopus procurabitur, uel aliâs cuius*
expenſis ſit.
5 *Aqua hic benedicta quid deſignet.*
Vinum quid.
Cinis quid.
Domus tota, uel maior pars exuſta ſi empta ſit ignoranter, non co-
gor emptionem perficere: ſecus, ſi minor.
Totum, & maior pars æqualet.
8 *Suppletio gloſſarum, & no. 9.*
Conſecratio Eccleſiæ, uel altaris quibus probetur modis.
Probationes ſemiplenæ ſufficiunt, cum alijs non ſit præiudicium.
Altare quando conſecrandum, uer. Idem intelligas, quando reconci
liandum. ibidem.
Conſecratio eius in quibus conſiſtat, & in quibus eccleſia, ibidem.
Eccleſia, & altare in quibus paria ſint.
9 *An reparata egeat reconciliatione, uel conſecratione.*

CAPVT IIII.

1 **P**Ropoſuiſti. Caſus. Reconciliatur
† eccleſia, quæ per ho
micidia, vel vulnera hominum eſt polluta
& ſunt duæ partes. & conſultatio, & reſpō
ſio. ibi, Fraternitati [*Et rixas*] hæc ſunt fugienda. xlvj.
di. §. i. c. i. & §. ecce. & cap. ſeq. & his debet iudex occur
rere. ff. de vſufru. æquiſsimum [*Cuſtodiam*] fatue agunt
hi peregrini, licet bono zelo moueantur, qui propter
altaris inanimati cuſtodiam, de cuius etiam ſubtra-
ctione non eſt ſuſpitio, ad talia proſiliunt [*Vulnera*] li-
2 cet Hoſtien. dixerit, quod vulnera ſine ſanguinis effu-
ſione non fiunt. Not. tamen, quòd hic ſimpliciter di-
cit homicidia, quæ (planum eſt) fieri poſſe ſine ſangui
nis effuſione, ut cum tergitorio ad collum, & ſic re-
conciliandus eſſet locus. de hoc dixi, infra eo. capitu.
a uno,[a] lib. 6. Dixit etiam hic Pet. hoc intelligi de ho-
micidio iniurioſo, non caſu facto. propter quod di-
cit, quoſdam dicere, propter homicidium, quod quis
ad ſui defenſionem fecit, non debere eccleſiam recō
ciliari. Ipſe tamen putat tutius, quòd fiat reconcilia-
3 tio. Not. etiam † Hoſtien. quòd de facili de uerbis ad
uerbera, & de uerberibus ad homicidia peruenitur
(*Et altari*) ſine læſione ſaltem enormi ſecundum Ho-
ſtien. uel dic, ideſt manente conſecratione eccleſiæ, &
4 altaris [*Reconciliari*] nunquid † tunc epiſcopus procu-
rabitur. Vincen in decre. conquerente, de offi. ordin.
tenet quod non, cum hoc ſit in iure expreſſum, & ad
hoc ſint eccleſiaſtici reditus deputati, de vi. & ho. cle-
ri. cum ab omni, & decre. cum ſit, de ſimo. loquitur
in cōſecratione, & facit, quòd ibi dicam. & hoc etiam
placet Archidia. de cenſi. c. i. lib. vj. Aliquibus videtur,
quod expenſis illius, qui violauit eccleſiam, epiſco-
pus illam reconciliet, arg. j. de iniur. c. ſi. cum concor.
facit de off. ord. ſi canonici. §. pe. lib. vj.[b], Et ſi non ap-
paret, quis fuerit, vel non ſit ſoluendo, recurreret ad
ſtatutum, vel conſue. loci, quæ determinaret, quis ta-
lia emendet. ix. q. iii. conqueſtus. & his deficientibus
parochiani cum rectore contribuant. facit, quod di-
xi, de ec. ædi. c. i. Si ſoluendo non ſunt, epiſcopus gra-
tis id faciat. i. q. ii. placuit. & x. q. iiii. cauendum (*Pote-*
5 *rit*) & debebit (*Aquam.* hoc deſignat † populum. j. ti-
tulo prox. cum Marthæ. §. quæſiuiſti (*Vino*) quod mix
tum aquæ habet deſignare vnionem deitatis, & hu-
manitatis. Abb. (*Cinere*) quæ deſignat memoriam paſ
6 ſionis. (*Benedictam*) per epiſcopum. infra c. aqua. ¶ Pri-
ma † glo. ponit tres caſus, in quibus reconſecratur ec-
cleſia, & totidem, quibus recōſecratur altare, & duos
7 quibus reconciliatur eccleſia. s. ſ. rium, & ſoluit. ¶ *In. i.*
† *glo. ibi, domum*) ſi domum emi, quę erat exuſta, ſed hoc
ego & vēditor ignorabam[a]; ſi tota uel maior pars erat
exuſta, ſed remanſit area, cogor ego emptor emptio-
nē perficere: ſi minor, cogor, tā refuſo pretio ad arbi-
8 triū boni viri. ¶ *In. i. glo. ibi, primo ſi dubitatur*) dicit Inno.
ſuper rubrica, quia nō apparet ſcriptura in libro eccle
ſiæ,

ſtæ,columna:vel tabula marmorea, vel vnus teſtis deponens de viſu,vel ſecundum quoſdam auditu, alleg. de con.diſt.iiij.paruulos.xxiiij.q.ii.ſanc.xxii.q.v.hoc videtur.dicit autem has ſemiplenas probationes ſufficere:quia aliis non fit præiudicium,ſcias,quod de his caſibus Hoſt. ponebat verſus. Templa, cruor, ſemenq; piant,dubium rogus,atq; Diruptio,reſecrant,ſed mẽſam,fractio motus. Templa,ideſt eccleſias. Cruor.i. ſanguinis effuſio.Semen.i.effuſio ſeminis humani; ꝙ dic vt no.❡.c.vno,lib.vi. Piant.i.reconciliant,q.d.recõciliari debet,non reconſecrari in his duobus caſibus; & adde alios duos,quos dicam.❡ c.conſuluiſti.& idem de cœmeterio, vt ibi. Dubium.i:ſi dubitetur,an ſit cõſecrata.Rogus.i.ſi comburatur.Diruptio.i.ſi deſtruatur.Reſecrant.i.in his tribus caſibus debet reconſecrari [*Sed menſam*] repete,conſecrant duo quæ ſequuntur fractio.ſ.enormis,vel quando accidit in ſigillo motus ſ.quando menſa,vel tabula altaris diſſoluitur a iunctura;de hoc.❡.c.i.Idem intelligas, ſi de conſecratione altaris dubitatur,ut dictum eſt de eccleſia, cum eadem ſit ratio,infra de conſan.tua,ſecũdum Hoſt.ſed in exuſtione dico contrarium:quia conſecratio eccleſiæ cõſiſtit in exteriori linitione parietum ab interiori parte eccleſiæ,ſed conſecratio altaris conſiſtit intra parietes & iuncturas,vnde plus operatur exuſtiõ ibi quam hic poteſt ergo accidere ſecundum Hoſt. quòd altare indiget reconſecratione;ſed non eccleſia, & econuerſo ſed in reconciliatione, ſecus propter connexitatem,
9 [*& ibi, Succeſſiue*]quaſi † eccleſia reparata ſit eadẽ. ff. de iudi.proponebatur.ff. de leg.i. quod ❡ in rerum natura.Sed an hoc caſu egeat reconciliatione, Dicit Hoſt. non haberi ius expreſſum,ſed poſſet diſtingui ſecũdũ eum,an caſu fortuito,uel per violentiam hoc reconcilietur,alleg.quæ no.infra capitulo fina. & Innocen. qui dicit eam recõciliandam,alleg.de con.diſt.i,ſi motum.ſubdit aliquos dicere etiam. eam eo caſu conſecrandam.

ANNOTATIONES.

a Vno.Vide gl.in c.i.infra eo.titu.lib.vi.& ad hoc facit, l. qua actione.§.i.ff.ad.l.aqui.
b Libro.vj.ibi vide glo.& Ioan.An.& per Guil.de monte lau.in cle. i.de celeb.miſſa.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis huius pars ubi.*
Altaria plura epiſcopi plures in ſimul in una eccleſia poſſunt conſecrari,& quibus diebus,
Cauſa dubitationis & decidendi quæ hic.
Epilogus & ſuffragia gloſſarum,nu.3,
Vnius,& naturalibus filijs nominatio ſufficit ad reliquorum legitimationem.
4 *Additio gloſſarum,*
Affectus quandoq; ſufficit,
Inter animatum,et inanimatum facienda diſtinctio.

CAPVT V.

1 CVm ſis. Breue eſt.& huius ❡ pars, do auc.& uſu,& cũ ſis. Potuit eſſe dubitatio, q̃a ſicut vni pſonæ nõ poſſũt una die plures ſacri ordines conferri, ita forte putabat non poſſe in una eccleſia ſimul plura altaria conſecrari:uel ſecundum Hoſti.ſicut non debet in die dici niſi una miſſa,infra titu.i.conſuluiſti, ſic putabat,quod non deberẽt conſecrari plura altaria, uel plures epiſcopi, maximè cum conſecrationes illæ requirant miſſam.de hoc ſupra de elect.quod ſicuti.uel ſecundum eum, ſicut uno momento temporis non poteſt ſimul niſi una eccleſia conſecrari. arg. infra.c.cum ſicut,ſic uidebatur de altaribus. & epiſcopis ſanciendum.Sed,ut ipſe dicit, non poſſunt ſic plures Eccleſiæ.intra unam eccleſiam,ſicut plura altaria, & plures epiſcopi congregari [*Epiſcopos*]diebus tamẽ
2 dominicis tãtum.70.diſt.quòd † a patribus. altaria ue-
3 ro etiam diebus priuatis.❡ c.2.¶ Prima † gloſſ. arguit contra Baz & dat duo ſimilia. ¶ *In. i.† glo.ibi, ſi per uenditorem*] uide de reſti.ſpo cum ueniſſent. ſuper glo. a.[*et ibi, ſi quis habens*] ibi , ſufficit unum ex naturalibus no-
4 minari filium non adiecto naturalem in teſtamento, uel inſtrumento quòad legitimandos etiam reliquos ex eadem matre genitos. ¶ *In † glo.2.ibi ſi per uenditorem*] ille eſt caſus,in quo ſufficit affectus,de quo per aliquẽ actum appaect. hic uerò requiritur certa forma[*& in fine*] forte quærenti uidebatur diſtinguendum inter animata,& inanimata,ut dixi ſupra,c.2.

SVMMARIVM.

1 *Altaris menſa fracta,quando ipſum et eccleſia conſecratur. Extremitas quæ dicatur.*
2 *Altare uiaticum,ſi remoueatur lapis à ligno , an ſit exoratum.*
3 *Additio gloſſarum.*
Conſecrationis eccleſiæ ſubſtantia in quibus conſiſtat.

CAPVT VI.

1 LIgneis. Caſus. Corruente † tecto, parietibus illæſis, menſa tamen altaris modicum fracta,nec altare, nec eccleſia conſecrantur,& communis diuiſio ſecunda pars ibi inquiſitioni [*Caſu*] ſecus, ſi uiolentia quod dic.ut infra c.fin.Hoſt.[*Extremitate*]i. in extrema parte,uel.i.in ſummitate.Hoſtiẽ.[*Modicam*] ſi. ſupra de cor.uit.c.fi.[*Et infra*]i.quæris,an altare,uel eccleſia propter hoc debeant conſecrari [*Enormiter*] de hoc ſupra c.1 (*Prædictam*)ſ. quia ligneum ædificium eſt conſum-
2 ptum,& per hanc decre.dicit Abb.quod † ſi altare uiaticum eſt,& remoueatur lapis à ligno,non per hoc ſit execratum,cum non in ligno; ſed in lapide conſiſtat conſecratio.Iſtud putarem uerum , quando lapis abſtractus a ligno eſt per ſe,altare habens.ſ. ſigillum , & ſepulchrum : ſed ſi foramen ligni erat ipſum ſepulchrum,tunc ſecus. ¶ *In † glo. 1.ibi,parietibus*) in quibus fiunt cruces,& iniunctiones,& ibi potiſsimè conſiſtit conſecrationis ſubſtantia Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatorum corpora ſi in eccleſia ſepulta eſſent , quid agendum,quid ſi in cœmeterio,nu.2.*
Eccleſia quibus ſit reconcilianda,notantur quidã caſibus,& nu.2.
Excommunicatos ſepelientes in eccleſia an incurrant minorem.
2 *Conſecratio ſi eccleſiæ per excommunicatum ſit facta,uel aliud conſecratum,uel benedictum ab eo,eſt reconciliandum.*
Excommunicatorum ſacramenta qualia ſint, & num.3.
Dedicationes pro conſecratione,& reconciliatione, nu. 4.
4 *Aqua conſecrationis,& reconciliationis Eccleſiæ quæ eſſe debeat,*
5 *Additio gloſſarum.*
Eccleſia polluta pollutum eſt & cœmeterium,

CAPVT VII.

1 COnſuluiſti Breue eſt[*Corpora*]ſi in eccleſia ſepulti eſſent, etiã parietes eſſent dealbandi, de con.di.i. eccleſiam.Ioan.Goff.& ſit iſte tertius caſus ſecũdum Hoſt.in quo reconcilianda eſt eccleſia [*ſepeliri*] an ſepelientes incurrant minorem, uide infra de priuil.

ul.ad hæc.In.i.glo.[*Reconcilianda*]idem, ſi pollutum ſit
ſanguine,uel ſemine.quia tunc etiam reconciliãdum
1 eſt. Quid † dices,cum eccleſia, uel cœmeterium, uel
aliud ſacrum conſecratur, uel benedicitur ab epiſco-
po publicè excommunicato? Dic quòd egent recõci
liatione,antequam fideles utantur eis ut ſacris.ad hoc
de ſacra.ite.uel non.ca. ii. & hic iunge,quod † ibi dixi.
Nam ſi corpus excommunicati mortui eccleſiã, uel
cœmeterium execrat, ut hic & de con.di.i.eccleſiam
fortius ubi conſecratio trãſit, & perficitur per manus
excommunicati.ff.de teſta. l. Domitius. Vnde ſicut
de ſimoniaco ſimoniacè promoto dici ſolet quod
intus ortus occidit,ſic dici poteſt de tali conſecratio-
ne. ſacramenta enim talium quo ad ipſorum merita
coinquinata ſunt,& coram deo fœtent ſecundũ Hier.
i.q.i.§.quòd aũt ſacramenta,&.c.ſeq.&.c. odit deus,&
2 c.illi.quòd poteſt in hoc caſu & ſimili uerum † intelli
gi quo ad recõciliationem faciendam: aliàs vera ſunt
ſacramenta, dummodo ſint exhibita in forma eccle-
ſiæ,de ſacra.non ite.c. 1.&.2.de ſepul. ſacris. uel illa iu-
ra & ſimilia intelligãtur quo ad corpus Chriſti,[quod
3 †,perfectum eſt,a quocunque presbytero perficiatur,
ſecundum formam eccleſiæ], nec eget reconciliatio-
ne.Idem in baptiſmo,& aliis ſacramentis,de ſum.trin.
c.1.de coh.cleric.& mu.noſtra, & eſt expreſſum.i. q.1.
multi,ante ſi. In aliis vero exterioribus benedicendis
& conſecrandis obtinet quòd præmiſi ſecundũ Hoſt.
4 [*Dedicationibus*].i conſecrationibus.q.d.ſicut † aqua,cũ
qua conſecratur eccleſia,eſt ſolemniter benedicenda
per epiſcopum,ſic & illa aqua,cum qua reconciliatur
& ſicut eccleſia conſecratur cum aqua, ſic ſolemni-
ter per epiſcopum benedicta, ſic & cum tali aqua re-
conciliandum eſt cœmeterium, & aſpergendum ſe-
cundum Inno. Abba. exponit,in dedicationibus.i.in
5 reconciliationibus eccleſiarum conſecratarum. ¶ *In
glo.i.in fi.*]unde in põtificali ponitur rubrica,de recon-
ciliatione eccleſię,& cœmeterii ſimul & cõnexim tra
ctando, vt doceat uno polluto reliquum pollutum,
quod † dic,vt infra eo.c.uno,lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiam dotare quis teneatur.& nu. 6*
Exhortationi,& conſilio quando neceſſariò parendum.
*Tanquam,eſt ueritatis expreſſiua uox, & quo alio modo poſſit hic
hic intelligi.*
2 *Epilogus,& Suffragium gloſſarum.num. 3.*
Dotare filiam pater cogitur.
4 *Additio gloſſarum.*
Eccleſia ſine dote non conſecranda.
Dos ei quæ ſufficiat,& pro ea contra quem detur,nu.5.
Eccleſiæ multæ in paupertate conſtitutæ & poſtea ditatæ
5 *Epiſcopus tenetur ei,quem ſine titulo ordinauit, & quo caſu pro-
uidere.*

CAPVT VIII.

1 CVm ſicut. Caſus.Qui fecit † eccleſiã
conſecrari eã dotare te
tur. In. i.narratio, in ſecunda exhortatio ibi
cum non[*Debes*]per hoc patet huic exhor-
tationi, uel conſilio neceſſario parendum,de hoc.de
ęta.& qua.ad aures,in vlti.glo.[*Tanquam*]veritatis ex-
preſsiuum.i.vere ex debito.concor. de deci.parochia-
nos vel hoc dicit:quia tacite & ex quaſi contractu ad
hoc obligatur,arg.Inſt.de ob. quæ ex quaſi contractu
[*Teneris*]no.contra cõſecratorem dari condi ex hac de
cre.ut dotet eccleſiã,ſecũdum Inno.ſed ut dicit Hoſt.
cum hic non loquatur epiſcopo conſecratori,ſed re-
ginæ patronæ potius probatur hoc de patrono, & di-
2 cam ſuper glo. ¶ Prima † gl.primò ampliat,& fortifi-
cat textum,ſecũdo quærit,& ſoluit, & iterum quærit,
ponit opin.quam approbat cum certa moderatione.
3 ¶ *In prima † glo.ibi qui liberos*]cogitur pater [dotare] filiã.
4 ¶ *In † prima gl. ibi placuit*] dicit ibi textus, non leuis eſt
illa temeritas,ſi ſine luminaribus,vel ſine ſubſtantiali
ſuſtentatione eorum,qui ibi ſeruituri ſunt, tanquam
domus priuata conſecretur ecclia,& ibi de hoc[*& ibi.
c.2.*]quod fatetur Vin.ſi non habet populum,aliàs ha
bebitur ratio decimarum, & oblationũ, quas poteſt
habere in aſsignatione etiam dotis[;]dixit non habere
patronũ importune grauari,quia nunc uertitur quæ-
ſtio ſuper re a principio gratuita ſupra de cenſi.ex par
te.Dicebat etiam Hoſt.quòd ſi tanta deberet eſſe dos,
ut dicit glo.pàuci inuenirẽtur fundatores, qui ad hoc
uellent aſtringi.Dicit ergo,ꝙ cõmuniter ſufficit unus
manſus,ſupra.ti.1.c.1. nec tenetur talis ad hoſpitalita-
tem,uel ad epiſcopalia,ad quæ non ſufficit, unde nec
alis eccleſia procurabit epiſcopum. 10.q. 3.cauẽdum
niſi ad pinguiorem fortunam perueniat,arg.ſupra de
conſue.cum dilectus.fuerunt enim multæ eccleſię in
paupertate fundatę,quę poſtea ſunt ditatæ,de dec.ſug
geſtum[*& ibi dixit Baz.*]de conſ. di. i. nemo.ibi tamen
no.Io.primo dãdam actionem in patronum, uel eius
hæredem,& demum in epiſcopum.Idem hic Hoſtiẽ.
nec ob.quod epiſcopus prouidere tenetur ei,quem ſi
ne titulo ordinauit,quia illud locum habet, cum nul
lus fuit præſentator: quia tunc primò in præſentato-
rem datur actio, ut in decre.cum ſecundum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia polluta,per quem reconciliari poteſt,& qua aqua, & nu.
2.& .3.& quibus indutum,ibidem.*
3 *Terroris cauſa quid hic ſit bonum & decens, in fin.*
4 *Epiſcopatus eſt ordo.*
*Epiſcopalis ordinis quæ ſunt, quibus demandari poſſint, iuncto con
textu.*
5 *Epilogus,& additio gloſſarum.num.6.*
Iudicium ſoluitur uetante eo, qui iuſſit iudicare.
7 *Additio gloſſarum.*
*Conſuetudo contra iuris naturam etiam tanti temporis, cuius non
ſit memoria, non prodeſt,iuncta glo.*
8 *Reconciliatio pœnitentium,& infirmorum etiam ſimplici ſacerdo
ti demandari poteſt,& quæ.*
Ea duplex eſt.
Defectus qui tolerentur.§.in glo.

CAPVT VIIII.

1 AQua. Caſus.Eccleſia † polluta p ſacerdo
tem recõciliari non poteſt eriã ex
aqua per epiſcopum benedicta. & tria fa-
cit,ponit dictum,damnat contrariam con
ſuetudinem,cauſam reddens,& ſubdit præteriri tole-
rantiam,ſecunda ibi,non obſtante.tertia ibi, qđ autẽ.
[*Per epiſcopum*]diœceſanum,& dic maxime,quia & per
illum,cui cõſecrationẽ cõmittit,poterit benedici,ſed
dixit hoc,ut excludat presbyteros.Hoſt.Abb.[*Benedi-
cta*]ſolemniter,ut ſupra.c.propoſuiſti[*Alium*] unus er-
go benedicit aquã,alter ex illa reconciliat, ſicut & or
dinat,& cõſecrat.ſic ſupra de elec.ſuffraganeis,&. c.ꝙ
2 ſicut.§.præterea.ubi dixi ſecundum Hoſt.ꝙ † reconci
liãs eſſe debet indutus põtificalib⁹, ſed fatetur id nõ
ſeruari[*Epiſcopum*]ad petitionẽ proprii epĩ.7.q.1.põtifi
ces.uel ſi uacat eccleſia,ad requiſitionẽ capituli,de hęr.
3 ad abolẽdã. Pet.[*Non negamus*]cõcor.ſupra e.ꝙ † in du-
biis.uer.nec negamus[*Sacerdotes*]uidim⁹,ꝙ papa pluri
bus epĩs indulſit, ꝙ p ſacerdotes poſsint reconciliare
eccleſias aqua pri⁹ p epos bñdicta. Inn. Dicit Hoſt.ꝙ
Clemẽs.IIII.hoc nõ de facili ꝯcedebat,[niſi đ eccleſiis

non

non conſecratis [*Prouincia*] aliàs eccleſiæ. quod idem
eſt in hoc caſu, ſicut & aliàs, ſupra de uſu pal c.1. erat
3 forte †cōſuetudo[a], ꝙ presbyteri, uel Abbates de aqua
a per epiſcopum benedicta recōciliabant eccleſias: for
te introducta fuit ex deſidia, uel nobilitate epiſco-
porum. qui timebant laborem, uel putabāt per id ui
leſcere. Dicit tamen Hoſt. ꝙ ubi uiolentia committe-
ret in eccleſia ſine ſanguinis effuſione, poſſit hæc cō-
ſuetudo tolerari: quia in ueritate non eget reconcilia
tione. conſueuerunt tamen quandoq; presbyteri ceſ-
ſare à diuinis, donec ſaltem ſecundum hanc conſue.
reconcilietur: quia & ſi non ſit iure expreſſum, eſt ta-
men bonum & decens ad terrorem [*Ordinis*] no. quòd
4 †epiſcopatus eſt ordo. de hoc in proœm. 6. lib. in prin.
[*Gradus*] paribus ergo poteſt. fallit in pallio. ſup. de vſu
pa. ad hæc. Vin. [*Hactenus*] q.d. de cætero id nullatenus
tolerandum [*Miſericorditer*] aliàs medioeriter. ¶ Secū-
5 da †glo. exemplificat. quærit diuerſitatis rationem, &
6 ſoluit. ¶ Vlti. gl. obiicit, & ſoluit. ¶ *In †glo. 2. ibi, iudicium*]
ſequitur, ſoluitur uetante eo, qui iudicare iuſſit. ¶ *In
glo. ulti. ibi, naturam rei*] ſtipulationem inutilem faciēdo
7 utilem. ¶ *In †gl. 1. ibi, non poteſt*] etiam tanto tempore, cu
ius non ſit memoria. Vinc. [*& in fine*] ſupra de tempo.
ordi. c. 2. ¶ *In glo. 2. ibi, maiori*] de offic. ordi. c. ulti. dum-
modò ſit clericus. de offi. deleg. cum te [*& ibi, reconcilia
8 tio*] dixit Goff. & Phi. quòd †reconciliationem pęnitē-
tium, & infirmorum ſimplici ſacerdoti demādare po
teſt. 26. q. 6. presbyteri, & c. Aurelius. uel loquitur de re
conciliatione priuata. publicam uerò & ſolennem ſo
lus epiſcopus facere poteſt. ea. q. c. 1. ¶ *In glo. ult. ibi, non
habebat*] ex ordine. & ſic loquuntur hæ concordantię:
b ſecus, ſi ex defectu iuriſdictionis[b] [*& ibi, tolerantiam*] cō
cor. de ſup. ne. prælа. c. penul. & quod ibi dixi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Conſuetudo. Iſte tex. in iſta conſuetudine facit ad no. per Io. An. de conſtitu. c. fi. ſuper uer. declaramus, & uide de ſpon. duo. tuas, & de poſtulatio. præla. c. 1. in gloſſ. licet, & in proœmio decre. in glo. ſuper uerbo de cętero.

b ¶ Iuriſdictionis. Iſta ergo reconciliatio, & benedictio aquæ cum uino, & cinere non ſunt ordinis, ſed iuriſdictionis epiſcopalis: & tamen non tranſit in capitulum, nec inferioribus committitur, ut hic. uide tamen, de conſue. quanto, per glo. & Io. And.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non conſecrata etiam polluitur, & qua pollutione, nu. 2.*
Pro ea effracta quis punitur, num. 5.
Oratorium ſimplex ſecus.
Vniuerſalis uox, quodcunque, reſtringitur ad competentem materiam.
2 *Pollutio, & ſanguinis effuſio, qua polluat eccleſiam.*
An per alterutram earum interdicatur eccleſia, num. 3.
Pollutio quando ſit peccatum, ibid. num. 2.
3 *In interdicta eccleſia celebranti quæ pœna.*
Eccleſia non conſecranda niſi aſſignata dote.
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 5.*
Eccleſia non conſecrata æquiparatur conſecratæ, & in quibus, & num. 6.

CAPVT X.

1 SI eccleſiæ. Breue eſt [*Non †conſecrata*]
ad conſecrandum tamē
ædificata.[b] & ideò deo dicata: ſecus ergo de
ſimplici oratorio. de hoc dixi, ſupra titu. 1.
c. fi. [*Cuiuſcunque*] non dicit, ut includat bruta, quæ ſen-
ſu carent, ff. ſi quadru. pa. fe. dica. l. 2. ſed ut omnes ho-
mines includat clericos, & laicos, hæreticos, & paga-
2 nos, ſecundum Hoſtien. De † his autem, quæ not. hic
Hoſtien. Pet. & Abb. quid, ſcilicet de occulta pollutio-
ne, & quid de uxoria, quid de ſanguinis effuſione ca-
ſualiter, quod no. infra eo. c. uno. lib. 6. propter quæ
etiam dicimus, quòd nocturna dormientium pollu-
tio, licet quandoque ſit peccatum. ut 6. diſt. teſtamen-
tum, habet tamen generalis conſuetudo, ꝙ propter
illam non fiat reconciliatio. uel ſecundum Hoſt. con
ſulēdus eſſet papa [*Suſpendantur*] inferebat per hoc Ho-
3 ſtien. quòd †eccleſia interdicta erat, dicens, quòd caue
re ſibi debebat celebrans à pęna, de qua, infra de cle-
ri. excom. mi. clerici, tu dicas, ut infra de ſenten. excō.
is qui, lib. 6. [*Conſecranda*] prius aſſignata dote, de hoc,
4 ſupra eo. ſicut. ¶ Prima †glo. arguit à minori, dat ſimi-
le. quęrit, arguit quod non, & contrarium ſoluit ¶ Vl-
ti. glo. quærit, arguit, & ſoluit, & ſolutioni ſignat con-
5 trarium. ¶ [*In †glo. 1. ibi. §. atrox*] uide de calum. c. 1. ſuper
glo. 2. [*ibi §. ſacrilegium*] ad hoc reſponde. per no. ea. diſ.
c. ſacrilegium. Et quòd bene dicat gloſſ. patet, ca. q ſi
quis domum, aliàs eſt uer. ſub. c. quiſquis. quòd tamē
ibi ſit principium ca. dicit Gratianus. 11. q. 3. §. euiden-
ter [*& in fine*] unde refert Hoſt. quòd per hæc iura Cle
mens. IIII. effractores eccleſiæ ſancti Clemētis Tre-
cenſis mandauit denunciari excommunicatos, licet
eccleſia conſecrata nondum eſſet, diuina tamen ibi
celebrantur. ¶ [*In glo. 2. ibi, per epiſcopum*] hoc tenet Hoſt.
& Io. de. ut refert Boa. [*& ibi, ſatis credo*] idem Egi. per
rationem, quę ſequitur, & per literā, Lauetur, & per li
teram, Ne diuinæ laudis &c. ſuſpenderentur enim di-
uinæ laudis organa in expectatione epiſcopi. Item ex
quo ueniret epiſcopus, quare non conſecraret [*& ibi,
exorcizata*] ſecundum Hoſtien. ſupplet, Solenniter. nō
6 †ſequitur, quod ſi gaudet immunitate, eadem debeat
eſſe forma reconciliationis. cum enim plus peccaue-
rit uiolans conſecratam, ad eius & aliorum terrorem
maior ſolennitas requiretur. facit de ſenten. excom.
cum illorum, de ætate, & qualitate, cum bonæ.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De celebratione miſſarum, ſacramento, euchariſtiæ, & diuinis officijs, quibus in aliis codicibus, & locis iuris agatur, nu. 4.
2 *Sacramenti euchariſtiæ miracula duo referuntur.*
3 *Si uinum in ſanguinem uiſibilem, uel hoſtiam in carnem uerſam uideat ſacerdos, quid agendum.*

De celebratione miſſarum, & ſacramento euchari. & diuinis offi. Rub.

1 ¶ Quia in cōſecratione eccleſiæ ſolet & debet miſ-
ſa celebrari, ideo &c. uel quia in eccleſia conſecrata
celebratur miſſa, conficitur euchariſtia, & diuina offi
cia celebrantur, ideo &c. de prima & tertia parte, de
con. diſt. 1. per totum. & q. 5. conuenit, & duobus c. ſe.
91. & 92. diſt. per totum. & 15. diſ. in pal. quæ ſequitur.
c. ſancta. ſecunda pars habetur. de con. diſtin. 2. per to-
2 tum, & reperitur in cle. Sciri †uolo, ꝙ duæ decretales,
ſcilicet ultima in titulo, de deci. in 1. compil. & ſecun-
da in titulo de pęniten. & remiſſ. in compil. 2. ponebāt
duo miracula de Chriſti corpore. primum, quòd cū
quædā fęmina illud haberet in arca, pars dimidia con
uerſa eſt in carnem, quare hoſtia illa portata fuit ad
parochialem eccleſiam, & propter oblationes obue
nientes fuit quæſtio inter epiſcopum Atrebaten. qui
de illis fecit eccleſiam reparari, & rectorem, qui dice-
bat illas ad ſe ſpectare, papa cauſam commiſit nil ſpe-
cificans, de modo diffinitionis. in decre. ſecunda præ-
dicta. fœmina quædam retenta in ore euchariſtia de-
dit oſculum uiro, putans per id plus ab eo diligi, quæ
poſtea in carnem conuerſa de ipſius ore trahi nō po-

tuit, papa mandauit illam pęnitere, & operibus bonis
intendere, & pro ipſa orari, ſperãs per id de ipſius ore
euchariſtiam trahi poſſe, ſatis congruè compilator il-
3 las omiſit. Scias † autem, quòd ſacerdos, ſi uidet uinũ
uerſum in ſanguinem uiſibilem, uel hoſtiam in car-
nẽ, non debet illam ſumere, ſed mundè pro reliquiis
conſeruare: uel ſanguinem in baptiſterium proiicere,
& carnem cõburere, & cinerem ſeruare, uel in bapti-
ſterium ponere: hæc uide per Archi. poſt Lau. & Hug.
4 de con. diſt. 2. de hac. de decretalibus † autem, quas ha-
bemus, conuenit primæ parti, de offi. Archidia. c. 2. de
offi. archipresbyte. cap. 2. & 3. quod facit etiam ad ſe-
cundam. Item de præben. ſignificatum. de cleri. æg. c.
2. de accu. ſi conſtiterit, de ſimo. accuſatum, & c. ſeq.
& c. tanta, de cleri. percuſ. c. 2. & 3. de ſenten. excomm.
permittimus. Quod facit etiam ad ſecundam de priui
le. quoniam, lib. 6. ſic & ultra rubricam tertiam, infra
eo. facit ad ſecundam partem decre. firmiter. §. vna, de
ſum. trinita. de cor. uici. c. fin. de his, quæ fi. à ma. par.
ca. c. 1. in fi. de pœni. deus qui, & c. quod in te, & c. om-
nis. Et lib. 6. de hæreti. ſuper eo, in fi. & clemen. de reli-
qui. & uen. c. capit. uno, de hære. ad noſtrum, uer. octa-
uo, de priui. c. 1. in princ. Ad partem tertiam de ſeruis
non or. nullus, de immu. eccle. c. penul. de ſenten. ex-
commu. ueniens, & c. cum uoluntate, § fi. Ad primã
& tertiam, de immu. eccle. decet, lib. 6. de ſenten. excõ
munica. c. ult. §. adiicimus, & clemen. de priuile. c. 2. de
ſenten. excommu. grauis.

SVMMARIVM.

1 *Matutinum quando inchoari, & quando expleri debeat.*
Domino ſuo tributum ſeruus, & clericus penſum ſoluere tenetur.
Horas omnes interdum matutinum, & ueſpera includunt.
2 *De horis ſeptem, & quare ſint inſtitutæ per eccleſiam.*
3 *Competentes quo tempore dicantur.*
4 *Scholares qui hic dicantur.*
5 *Horas quibus in choro dicere liceat, & quibus extra, & quomodo.*
Extranei qui, & laici qui, hic intelligantur.
Moniales an & quem ordinem accipiant.
6 *Presbyter, uel ſacerdos non debet abeſſe, ne quis abſque confeſſio-ne, uel euchariſtia decedat.*
Miſſam celebrare niſi ſemel licet ſacerdoti, excipitur neceſſitas.
7 *Dies quomodo diuerſis horis incipiat, remittit.*
Hora nocturna quæ, & quæ diurna, & cur uigiliæ dicantur.
Et quando dicendæ, num. 19. & à quibus. 12.
Nocturnæ, cur numero multitudinis dicantur.
8 *De noctis partibus quatuor ubi.*
Laudes de quibus referendæ.
Officia in quos conferenda.
9 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 10.*
11 *Miſſa quibus diebus & uſque ad quam horam celebranda.*
12 *Aetates ſeptem, & ubi de his tradatur.*
In examinando, & approbando quot doctores requirantur.
Officium præſentium prodeſt abſentibus, uer. & dicit.
Horas omiſſas an & quis redicere teneatur, uer. ſed nunquid.

CAPVT I.

1 PResbyter. Mane. Licet † in ma
ne debeat expleri,
debet in media nocte inchoari, ut in-
fra ſequitur, ſecundum Hoſtien. [*Pen-
ſum*] idem uer. 4. diſtin. denique. & 45.
diſtin. omnis. Goffred. [*Seruitutis*] ſicut
ergo ſeruus tributum tenetur redde-
re domino ſuo, de cenſi. c. 2. ſic & clericus tenetur hũc
a penſum ſoluere[a] domino ſuo [*Videlicet*] hic enumerat
5. horas. de una præmiſit, alteram ſupplebit, in fi. [*Ve-
ſperam*] interdum matutinum, & ueſpera omnes horas
2 includunt, ut no. 92. diſtin. c. ulti. De † iſtis autem. 7. ho
ris, & quare ſic fuerint per eccleſiam inſtitutę, collige
per hos uer. In matutino dãnatur tempore Chriſtus.
Quando reſurrexit, primam canit ordo fidelis. Tertia
cum canitur, tunc eſt cruci anima paſſus. Sexta ſunt te
nebræ per mũdi climata factæ. Emiſſus nona, diuinus
ſpiritus hora. Veſpere clauduntur Chriſti ſacra mem
bra ſepulcro. Chriſto biſſena cuſtodia ponitur hora.
3 Goff. [*Competentibus*] illæ ſunt † horæ competentes, qui-
bus melius creditur populum, qui cõuenire debet ad
eccleſiam, acceſſurum ad officium audiendum. aliàs
ſi non ſperatur aduentus populi, ipſas horas hoc mo-
do dicere non tenentur. Alii dicunt, quod etiam ſi non
ſpectetur aduentus populi, ſemper tenentur clerici di
cere officium ſuis horis, ut ſint excuſati ſecundum In
nocen. & hoc ultimum tutius ſecundum Hoſtien. Et
dic [*Competentibus*] ut ſcilicet hora officii reſpondeat
horæ diei, nec reciprocè, ſed gradatim, de offic. archi-
4 presby. capitulo ſecundo [*Scholaribus*] id eſt † canonicis,
ſiue clericis, & per hoc faciunt ſine ipſo, quando ipſe
occupatus eſt, ſicut autem ſcholares per magiſtrum
inſtruũtur, & illum reuerentur, & ei obediunt, ſic iſti
à presbytero inſtrui, & ipſum reuereri, & ei obedire te
nentur. Inde dicuntur ſcholares. Nam & Romana ec-
cleſia uocat ſcholam quoſdam clericos deputatos ad
pſallendum, quãdo papa celebrat. quod uidetur Gre-
gorius reprobare. 92. diſtin. capitulo primo, & ſecun-
5 do [*Compleantur*] ut † dicit Hoſtien. omnibus clericis e-
tiam ſimpliciter tonſuratis licitum eſt intrare chorũ,
& officiare cum aliis, arg. 13. di. pſalmiſta. Exceptis illis
eccleſiis, quæ per ſpeciale ſtatutum, uel antiquam cõ
ſue. infra chorum extraneos non admittunt. Omnes
autem etiam de eodem uico oriũdi, niſi ad hoc cum
ſolita ſolennitate ſint recepti, extranei reputantur, ad
hoc, de ſup. ne. præl. c. 2. C. de iure do. l. fi. §. ſimilique. C.
de re. uxo. ac. l. una, §. uideamus, ad fi. Laici verò etſi in
ſilentio dicere poſſint orationes, & pſalmos, qui dicũ
tur in horis, non tamen debent dicere, Dominus uo-
biſcum. idem cõſuluit. G. clerico excommunicato di-
b centi horas[b] in Spe. titu. 2. §. iuxta. B. uer. quid ſi excõ-
municatus celebrat, ſed dicere poſſunt, Domine exau
di orationem meam. Nil etiam debent dicere in mo-
dum officii, arg. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus, & ſeq. quia
non ſunt uocati in ſortem do. unde nec debent ſacra
miniſteria contingere, nec cum aliis clericis officiare
2. q. 7. §. de his, & patet, de ui. & ho. cleri. c. 1. Laicos, In-
tellige ſecundum Ho. etiam templarios, & hoſpitalarios, nec
non Ciſtercienſes fratres minores, & alios conuerſos,
qui clerici non ſunt, arg. in eo, quod le. & no. de deci-
mis, ad hoc, & c. quamuis. Moniales uerò literatæ etiã
cantando & ſolenniter dicunt officium: quia & poſ-
ſunt dici accipere aliquem ordinem in benedictione,
ſiue conſecratione ſua. unde aliquæ ex eis fiunt diaco
niſſæ, uigeſimaſeptima, quæſtione prima, diaconiſſa.
Is tamen ordo, & ſi ſufficiat ad dicenda diuina officia
non tamen eſt de ſeptem ordinibus eccleſiæ, ſecun-
dum Innocen. Nec dicit talis diaconiſſa. Dominus vo
biſcum, nec euangelium ſolenniter legit in miſſa, nec
miniſtrat altari, de cohabitatio. clerico. capitulo pri-
mo, in fine, quamuis in matutino legat homeliam,
quod ex cauſa deuotionis, religionis, & conſolatione
fragilitatis ſexus concedit eccleſia, ſicut diſpenſat cũ
depoſitis, & irregularibus quandoque, ut lectiones le
gant, & reſponſoria in choro ſeparatim cãtent, quod
de rigore prohibetur, infra de homi. ſicut, §. clericos.
De monacis, & aliis religioſis clericis dubium nõ eſt,
quin poſſint in eccleſia cum aliis clericis diuina ſo-
lenniter celebrare. Hoc enim omnibus clericis licet,
niſi ob. conſuetudo cõtraria, uel ſtatutum, ſicut Lug-
du. 1. Vien. Pariſiis, & ferè in omnibus cathedralibus

ecclesiis regni Franciæ, in quibus nullus admittitur
ad ſolenniter cantandum cum aliis, niſi ſit clericus
eiuſdẽ chori, uel epiſcopus inuitatus: ſed, ut dicit Ho-
ſtien. aliqui magni principes ſeculares totum diuinũ
officium ſibi in capellis celebrari faciunt, & quando-
que ſolennius, quàm prælati, & ipſimet dicũt omnes
horas, quam deuotionem Hoſt. non improbat: dum-
modo ſacerdoti curato, uel alii nullum ex hoc præiu
dicium generetur. Ad hoc de priuile. cùm capella, de
6 decimis, tua nobis [*Viſitatis*] ne † quis ſine confeſſione
uel eucha. decedat. de of. archipresb. c. 3. § debet. Hoſt.
[*Iterum*] Iſtud denotat, ꝙ iã ſemel celebrauerat. ſemel
intelligas non ſumpto uino perfuſionis, quod dic, ut
infra eo. ex parte, imò & ſi alius ſacerdos eſſet paratus
iſte duas miſſas non dicet, cum ſolùm hic neceſſitati
ſuccurrere uelit, quod dic. ut infra eo. conſuluiſti. ſm
Hoſti. [*Propheta*] Dauid in pſalmo. 138. uer. principes
7 perſecuti ſunt me gratis [*Die*] naturali. quomodo † di-
uerſis horis dies incipiat, not. de fer. c. 1. [*Nocturnus*] in
plurali dicit, quia ſunt tres, ſcilicet matutinum, quod
dicitur media nocte. prima quæ ſecundum hoc dicẽ-
da eſt in diluculo, licet aliqui ſtatim poſt matutinum
illam dicant. quæcunque ſit hora, quod etiam ſeruat
capellania papæ; & pro his faciat hoc plurale. & com-
pletorium. quod in crepuſculo dicendum eſt, uel ali-
quantulum poſt, licet ecclesia Gallicana ipſum dicat
ſtatim poſt ueſperas. Alii de magna nocte, & maximè
religioſi, qui conuentum non ſequuntur, ſed habent
intendere negociis, & uolũt ſeruare regulam, ne poſt
cõpletorium loquatur. Tertia uerò, Sexta, Nona, ve-
ſpera ſunt horæ diurnæ. Et dicit Hoſt. illas horas dici
uigilias: quia quando dicuntur, illis inuigilandum eſt
non torpendum, nec etiam melodia cantus ſufficit ſi-
ne corde. 92. di. 1. & 2. & ſic intelligit, quod de uigiliis
dicitur. 91. diſt. §. 1. & capitulis ſequen. [*Vigiliis*] de qua
8 tuor † partibus noctis, not. 1. q. 1. ſuperueniente [*Ait*]
pſal. 118. uer. portio mea [*Laudes*] de beneficiis præſen-
c tibus, & præteritis, non de futuris, ut no. 97. diſtin. c. 1.
fortius tamẽ aſtringunt præterita. Tullius, lib. 1. de of-
ficiis. Si in eos, quos ſperamus nobis profuturos, non
dubitamus officia conferre, quales in eos eſſe debe-
mus, qui iã profuerunt [*Referamus*] ſumuntur hæc uer-
ba ſecundũ Hoſt. ex regula ſancti Benedicti. 16. c. qua-
9 liter diuina opera per diem agantur. ¶ Prima † glo. re-
ſpondet per ob. & ſoluit. ¶ Vlt. glo. dat. 7. exempla. de
10 ſeptennario. ¶ [*In † glo. 1. ibi, dimittas*] Ala. & hoc etiã ſer-
uant papa, cardinales, & epiſcopi ꝓ magna parte quò
ad horas dicendas ſimul, uſque ad 6. & uſq; ad nonam
incluſiuè: quia his expletis habent multa expedire, &
in his melius eſt præuenire, quàm præueniri, maximè
ꝗa prima hora eſt ad hoc aptior, & deuotior, ad hoc,
ff. de uerb. ſig. l. 2. §. uno. Hoſt. [*& in fine*] fertur miracu-
loſè de quodam ſancto Eremita, quem deficientibus
eleemoſynis paſcebat angelus, quod tempore uuarũ
interdũ portabat ſibi bonas uuas, interdum agreſtas,
interdum marcidas, quod cum Eremita quæſiuiſſet
ab angelo huius diuerſitatis cauſam, reſpondit ſe bo-
nas deferre, cum congruo tempore horas dicebat, a-
greſtas, cum præueniebat, marcidas, dum tardabat: &
erat hoc ideò, quia Eremita occupationibus inuolu-
tus non erat. ¶ [*In gl. 2. in fine*] hoc maximè in cathedra
libus, & conuentualibus eccleſiis obſeruatur, ſecun-
dum Hoſtien. ¶ [*In glo. de con in fine*] de teſti. c. 1. ¶ [*In glo.*
11 *miſſam, in fine*] habet generalis † conſuetudo ſecundum
Hoſtien. quòd omni die celebrari poſſit miſſa, uſque
ad 6. ad hoc. 44. diſtin. non liceat. In uigiliis uſq; ad no-
nam. In ſabbatis quatuor temporum, uſque ad ueſpe
ram: aliqui tamen præoccupant horam etiam in ordi
nationibus, quod corrigendum eſſet. licet poſſit tole
rari, cum & Romana eccleſia hoc faciat, ſecundum
12 Hoſtien. ¶ [*In glo. ult. ibi. 7. ætates*] ſeptima † dicitur quie-
ſcentium. 8. reſurgentium: unde propriè ſunt. 6. ut no.
in proœmio Sexti. ad fi. [*& ibi, diaconi*] ſic requirũtur.
7. doctores in examinando, & approbando. C. de pro
d feſ. & medi. ſi quis. lib. 10. & no. eo. titu. magiſtros [*&*
ibi, non teneantur] præcipuè, ſi non ſunt in aliqua eccle-
ſia intitulati, arg. 92. diſtin. c. ulti. ubi de hoc. Hoſt. ue-
rò exponit [*Presbyter*] ideſt ſacerdos, diaconus, vel ſub
diaconus, uel quicunque beneficiatus, ut largè ſuma
tur, de cohabi. cler. c. 2. Si enim conſtitutus in ſacris te
netur, licet non ſit beneficiatus, in quo dicit nullum
diſcordare. ad quod inducitur. quia ordinandus ad ſa-
cros in ordinatione monetur, ut ſi fuit ad eccleſiam
tardus, fiat uelox: ſi ſomnulentus, fiat uigilans, & ſecũ
dum hoc illa litera, quæ habetur. 92. diſtin. c. fi. eccle-
ſiæ deputatus reſpicit ſolum illud uerbum, clericus,
cui annectitur, non autem quod procedit de presby-
tero & diacono. Si ergo redeundo ad uerba Hoſti. te-
netur conſtitutus in ſacris non beneficiatus, multo
magis clericus, quantuncũque ſimplex beneficium
habẽs de cleri. con. quod à te, & capitulo diuerſis. Di-
cebat tamen Pet. de. & Abb. hic, quod clericus in mi-
noribus beneficiatus abſens ex cauſa probabili, pu-
ta ſtudiorum, excuſetur a horis dicendis, ſi in eccleſia
faciat eas dici per ſubſtitutum, & iſta decre. non ob.
quæ loquitur de ſacerdote, qui tenetur & ratione or-
dinis, & ratione beneficii. unde dixit Innocen. quòd
quilibet clericus etiam non in ſacris debebat ſingulis
diebus officium dicere, uel audire, & ſi beneficiatus
eſſet, officiare debebat eccleſiam cum aliis. 92. diſt. c.
fi. Occupati tamẽ forte circa adminiſtrationem tem-
poralium excuſari poterant ab eccleſia officianda, dũ
modo equitando, uel alio modo dicant horas. Et di-
cit Hoſtien. quod ſicut abſentis miniſterium tempo-
raliter prodeſt his, qui ſunt in eccleſia, ita & illis abſen
tibus ſpiritualiter prodeſt officium præſentium. facit
ſupra de cleri. non reſiden. cum dilectus, unde reſiden
tes cenſentur, eo. titu. ex parte. In magnis uero feſtiui-
tatibus debent ſemper eſſe clerici in eccleſia, niſi ex
magna cauſa excuſentur, ſeptima, quæſtione prima, ſi
quis in clero. de con. diſtinctione prima, ſi quis extra.
De infirmis autem dixit, quòd excuſantur à dicendo
& etiam ab audiendo. ſi talis eſt infirmitas, in qua di-
rectò, uel occaſionaliter timeretur obeſſe, ſi celebra-
tioni diuinorum intereſſent, ut talibus infirmis non
ſit lex poſita. de obſerua. ieiu. conſilium, §. fina. Secus
ſecundum Hoſtien. ſi eſſet uetus quartana, uel alia de
bilis infirmitas, qua non obſtan. ſua negocia procu-
raret. ff. de re iudica. quæſitum, ad finem. Sed nũquid
poſt conualeſcentiam tenentur dicere, quas omiſe-
runt? uidetur quibuſdam, quòd ſiue ex neceſſitate,
uel ex uoluptate, uel ex accurata negligentia omiſe-
rint, non peccent non reſumendo. Sed de peccato o-
miſſionis eſt eis pœnitentia indicenda: & ſatis eſt con
ueniens, quòd ſacerdos imponat ei pœnitentiam in
eo, in quo deliquit. ſcilicet in officio omiſſo redicen-
do, uel commutet in aliam pęnitentiam, ſi magis cre
dit proficere. Idem dixit Hoſtien. ubi tanta eſt diuerſa
rum horarum multitudo, quòd quaſi impoſſibile eſ-
ſet eam redicere, ad hoc, ff. de regulis iuris, impoſſibi-
lium, de pact. capitulo fina. Si uerò tanta fuiſſet infir-
mitas, ut ex toto impediat laborantem ad horas dicẽ-
das, tunc ſecundum Hoſtienſem, nec tenetur redice-
re, nec pœnitentiam agere, ad hoc, de cleric. non re-
ſiden. ad audientiam. Si tamen ad cautelam hoc fa-
cere uelit, commendandum eſt. Secus, vbi finxit, quo
caſu pœnitere tenetur, ut eſt dictum. adde quod di-
xi, infra eodem dolentes. Libenter uiderem, quòd fa-
uore ſtudii ſtatueret eccleſia, quod clerici ſaltem in
minoribus tantum beneficiati, ſaltẽ non curati, occu

pati bono zelo ad ſtudium tenentes uicarium excu-
ſarentur ab horis dicendis, dicendo officium beatæ
uirginis.

ANNOTATIONES.

a ¶Soluere. Nec iuuat præſcriptio, ſicut nec in cenſu, ut no. de reli.
domi. conſtituerus, per Io. And. in gl. non cenſum, & plenius, uide
C. de præſcrip. 30. anno. comperit.
b ¶Horas. Ad quas an teneatur, uide in c. 3. de cle. excom. in gl. qua
ſi in officio, & per Hoſt. in ſum. de ſen. excom. §. ſi. de excommu-
nicato minori ibi in uerſiculo, ſed nunquid ligatus, & Guil. in
Spe. de le. §. iuxta, uer. quid ſi excommunicatus.
c ¶Futuris. A futuris tãtum periculis orare poſſumus nos liberari,
ut in oratione miſſæ ibi, libera nos domine &c.
d ¶Magiſtros. Vbi uide Bart. & ſcis, quòd approbatio ſcholaris non
ſtat in doctoribus, ſed ſolum teſtificatio ſufficientiæ, uel inſufficiẽ
tiæ, & Archid. uel epiſcopus approbat. uide docto. & maxime d.
Bart. de Saly. in l. nulli, C. de aduo. diuerſo. iudi.

SVMMARIVM.

1 *Propter miſſam ſpecialem miſſa de feria dimittenda non eſt, excipi
tur. num. 3.*
2 *In ſanctos reuerentia ad trinitatem principaliter referenda inuoca
ti pro nobis interpellant apud deum.*
3 *Miſſam ſi quis dicat, ut aliquos perdat, conficit, ſed & qualiter pu
niendus.*
4 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum. num. 5.*

CAPVT II.

1 QVidam laicorum. Caſus. Pro-
pter miſſã
ſpecialem miſſa de feria dimittenda non
eſt. ſecunda ibi, & ideò [*Laicorum*] & clerico
rum, quinimò & prælatorum ſm Hoſt. [*Singulos*] qua-
ſi pro nullo feſto hoc prætermitterent, nec uidetur eis, quod
miſſam audiant, niſi illam audiant, & hoc reprehen-
dit [*Euangelium*] credentes, ut dicunt uetulæ, ſe dic illa
ſine pœnitẽtiã non poſſe decedere. Abb. [*Michaele*] uel
aliis ſanctis, in quos deuotionem ſuam ſpecialiter fi-
xerunt [*Concilio*] ſi. de ſuc. ab inte. c. 1. [*Suo tempore*] ſ. in
2 proprio feſto [*Trinitatis*] no. totam reuerentiam, quã
habemus ad ſanctos, ad trinitatem principaliter refe-
rẽdam. Sine ipſa enim ſancti nil poſſent. Deus enim ſe
pro nobis hoſtiã obtulit. ipſe igitur adorandus, & orã
dus eſt, qui per ſe poteſt nos exaudire, quod alii ſan-
cti non poſſunt: ſed inuocati pro nobis apud eum in-
terpellant, Inn. & Hoſt. uide quod no. de hoc plenius
in clem. de reliqui. & ue. ſan. c. uno, in glo. magna, in 4.
membro [*Deuotione*] puta ut debeat meliores habere
ſegetes, Inn. ponit hic Innoc. de his, qui ex deuotione
uirginis plus putant peccare deierando, cum per eam
iurant, quàm ſi iurent per deum. cõcor. quod dicam,
3 de male. c. 2. in prin. [*Cantentur*] ſup. & non ſit ibi niſi u-
nus ſacerdos: alias peculiarem poſſet in ſecreto, & ẽt
aliam audire, de con. diſt. 1. hoc quoque [*Viuorum*] Si
dicat quis miſſam, ut deus aliquos perdat conficit, ut
no. 1. q. 1. dictum, in ult. glo. deponi debet, tamen. 26. q.
5. quicunque [*Defunctorum*] quaſi celebrando pro ui-
uis celebret etiam pro defunctis, & è conuerſò. ¶Se-
4 cunda glo. cauſam reddit. dat unum ſimile, & arguit.
5 ¶[*In gl. 1. in fi.*] Vin. uel i. quas ſibi appropriant, Inn.

SVMMARIVM.

1 *Miſſam in die quoties celebrari liceat, nu. 3. 4. & 5. cur tres in die
natalis domini celebrentur, num. 3.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 4. 5. & 6.*
Sol iuſtitiæ, quando dicatur oriri, in fine.
4 *Miſſam diei, qui dixit, celebrare poteſt pro defunctis poſtea, non
contra, & ratio.*
5 *Epiſcopum abſque miſſa celebranda, uel audienda non decet ullum
diem præterire.*
Eucharistiæ partem qui ſumit, totum ſumere dicitur, & ratio.
6 *Eam in tres partes licet diuidere celebranti, unam ſibi, & reliquas
quibus diuidat, ex conſuetudine Roma. eccleſiæ.*

CAPVT III.

1 COnſuluiſti. Breue eſt [*Vnam*] nec
Augu. approbat unã
in die celebrari, de con. diſt. 2. quotidie. lo.
2 ¶Prima glo. reſpondet per quæſtionem,
quare in natali dicãtur tres miſſæ. ſoluit, & ponit uer.
3 ¶Secunda glo. quærit, & ſoluit. ¶[*In glo. 1. ibi, nocte ſan-
cta*] ubi de hoc [*& ibi, propheta*] Iſa. 9. A [*& ibi, tenebris*]
& officium legitur de generatione Chriſti, Dominus
dixit ad me. Vin. [*& ibi, hodie*] & prophetia. ſpiritus do
mini &c. [*& ibi, natus eſt*] & epiſtola, Multifariè [*& in
fine*] T. uel aliter. prima miſſa deſignat generationem
æternam, quæ occulta eſt, & ideo in nocte celebratur
prima miſſa. Secunda ſignificat natiuitatem natura-
lẽ, ſcilicet ex muliere, & quia ex uirgine, ideò partim
naturalis, partim occulta. ideò celebratur in mane,
Tertia ſignificat generationem ſpiritualem, quæ fit per
gratiam: & iſta in tertia: Quia clareſcit, & ex ſtudiis eo
rum cognoſcetis eos. Oritur enim ſol iuſtitiæ, cũ con
uertitur malus, & quicunque facit uoluntatem pa-
4 tris &c. Vincen. ¶[*In glo. 2 ibi, moriatur*] Dicit Pet. quod ha-
bet conſuetudo eccleſiæ, quod qui dixit miſſam de die,
celebrare poteſt poſtea pro defunctis, ſed non è con-
uerſo. Ratio, quia à defunctis nullus regreditur, & ideo
celebrata miſſa defunctorum non celebratur illa de
die, ſed omnes tendimus ad mortem. unde celebrata
miſſa diei celebrari poteſt pro defunctis, & facit pro
a hac conſuetu. 11. diſtin. eccleſiaſticarum [*& ibi, utilita
tis*] non dicit, lucri, & ponderat utilitatem, uel conſo-
lationem audientis, uel alterius nõ celebrantis, ut pa-
tet in exemplo. Pone etiam, quod deeſt euchariſtia ad o-
pus infirmorum, quod perpendit presbyter ante per-
fuſionem, & nouiter eſt ſibi nunciata infirmitas paro-
5 chiani [*& ibi, perſona*] puta epiſcopus, quem abſq; miſ
ſa celebranda, uel audienda ullam diem tranſire non
decet, de priuile. c. ulti. lib. 6. [*& ibi, Audire*] ſup. & non
ſit alius paratus ad celebrandum, & ille ſit ieiunus, ſu-
pra c. 1. infra c. 2. unde dicebat Hoſt. quod propter defun-
ctos, propter peregrinos, propter hoſpites, propter cõ
meantes, propter infirmos, propter raritatem presby-
terorum, cũ unus duabus præeſt eccleſiis, & propter
duas miſſas proprias, quæ quandocunq; concurrũt,
ut dicam, infra eo. cum creatura, licet eidẽ plures miſ
ſas celebrare: aliter non, ut hic, & ibi [*& in fine*] Si tamẽ
6 de tribus partibus euchariſtiæ ſumit unam, diaconus
& ſubdiaconus, qui miniſtrat, reliquas duas, dicitur
totum ſumere, cũ ſit indiuiſibile, & hoc approbat cõ-
ſuetudo Ro. eccle. in qua papa publicè celebrans ſu-
mit dimidiam hoſtiæ: reliquã diuidit diacono, & ſub-
diacono, cardinalibus miniſtrantibus. Hoſt.

ANNOTATIONES.

a ¶Eccleſiaſticarũ. Et forte hac de cauſa in canone miſſæ prius ora-
tur pro uiuis, poſt pro defunctis ibi, Memẽto etiam famulorum.

SVMMARIVM.

1 *Decretalium partes diuiſæ, ut congruant titulis, exemplum habes
hic, & ex initiis, & perſonis eiſdem cognoſcitur, ut hic, & alibi
ſæpe.*
*In miſſa commemorationis licet dicatur propria præfatio, non ta-
men dicitur Hymnus, & Symbolum.*

Pro-

Profeſti dies qui.
Romana eccleſia ſequenda, in fin.
2 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum. num. 4.*
In cælo non eſt peccatum, ſed quæ.
In terra quæ.
Pax imprecanda, & in quibus.
4 *Beatæ Mariæ uirginis miſſæ præfationes quot, §. 1.*
Eius laus, gloria, & reuerentia quæ.

CAPVT IIII.

1 CONſilium. Pars de obſer. ieiu. conſiliũ. & hoc dicit. In miſ
ſa commemorationis, licet dicatur ꝓpria
præfatio, non tamen dicitur hymnus. nec
ſymbolum, & cauſam redit. 2. pars ibi, Inquiſitioni
[*Pro feſtis*] præter id, quod dicit gloſſ. poteſt exponi
cum Hoſt. ideſt quæ pro feſto ſumuntur, & feſtinãtur
ac ſi feſtum eſſet. hoc faciunt multi in feria ſecunda ꝓ
defunctis, in 3. de angelis, uel trinitate. in 4. de ſancto
Nicolao. in 5. de ſpiritu ſancto. in 6. de cruce. in ſabba-
to de domina noſtra, & hæ poſſunt dici peculiares, de
quibus, ſupra c. 2. [*Apud nos*] hoc ſequendum eſt, ſupra
2 de tempo. ordi. c. 2. ¶ *Int. glo. ult. ibi, illud*] §. minus autem
3 tribuere uidetur, & ſi nihil tributum ſit. ¶ *Int. glo. 2. in fi
ne*] Ioan. Lucæ. 2. de hoc Inno. dicit Hiero. ad Theodo
ram. B. In coelo, ubi non eſt peccatũ, gloria eſt, & laus
perpetua, & indefeſſa præconia: in terra autem, ubi ſe
ditio, bella, atque diſcordiæ, pax imprecanda eſt, non
in omnibus, ſed in his, qui bonæ uoluntatis ſunt. ¶ *In
glo. præfatio, ibi, reliquos*] nouem ſcilicet [*& in fine*] T. & ſi
plures inueneris, eas deleas, cum iſtæ tantum ſint per
Ro. eccle. approbatæ. Hoſtien. ¶ *In gl. ult. in fine*] La. & ſ.
de his, quæ fi. à præla. cum apoſtolica. facit quod dixi,
de ſi. licet Heli, in glo. ſic ſupra, uel dic ſecundum Ho-
4 ſti. ꝙ † iſtud, Regularius, ponitur propriè propter lau-
des, & matu. de domina noſtra, in quibus de commẽ-
dabili deuotione dicimus, Te deum, & meritò, ut ali-
quid habeat propriũ, quod enim ſibi fit, deo fit. hinc
Bernar. manifeſtum eſt indiuiduam matris, & filii
gloriam, & commune utriuſque eſſe præconium. cu
ius diffinitio omnem ſuperat intellectum. idem reue
rentia, quæ matri debetur, etiam illi, qui eam talem fe
cit, ut uirgo, & mater eſſet, exhibetur.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos poſt receptum ſacramentum utrum manus debeat perfun-
dere, & quo.*
An ſi perfuſionem ſumpſerit, poſſit eadem die iterum celebrare, num. 2. 3. & 6.
3 *Communicati aliquid ſanguinis relinquere in calice non eſt lici-
tum.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 6. & 7.*
5 *Ad medicinam tenetur ægroto, qui debet alimenta.*
6 *Eucharistiam ſumere an medicina, & quæ alia impediant, & ſup. num. 2. & 3.*
Miſſam celebraturo quantum temporis abſtinendum.
7 *Innocentius pontifex eiuſdem nominis tertius ſcripſit de miſſarum
myſterijs.*

CAPVT V.

EX parte. Pars de obſer. ie. cap. 1. & eſt
breue & dicebat hic Hoſt. ꝙ
1 † quatuor erant hic quæſtiones, utrum ſa-
cerdos poſt receptum ſacramentum de-
beat manus perfundere. ſecunda quo liquore. 3. an
perfuſionem illam ſumere debeat. 4. an ſi ſumpſerit il-
lam, poſſit eadem die iterum celebrare, & ad hæc om
nia reſpondetur, ponit autem dictum, à quo excipit
ibi, Niſi, & cauſam ſubdit ibi. Ne ſi [*Perfundere debet*] &
uinum perfuſionis bibere, aliàs non habet locum ex
2 ceptio, niſi &c. an † uerò is, qui uinum nõ poteſt bibe-
re, poſſit promoueri, not. 1. quæſtione 7. ipſi apoſtoli
[*Si forte*] ideſt qualitercunque, ſiue quia non ſpera-
bat celebrare, ſiue quia tradidit obliuioni, unde non
coniungitur cum uer. impediret, ſed cum uer. accipe-
ret, uel aliter, ut dicit gloſſ. dicit autem Hoſtien. hoc
locum habere etiam in miſsis natiuitatis, de quibus,
ſupra c. cõſuluiſti. ut ſcilicet ſi perfundit, & bibit poſt
primam. non celebret ſecundam, nec tertiam, ſi poſt
ſecundam, nõ celebret tertiam, & dicit, quòd aliquos
magnos hic uidit errare [*Perfuſionis*] dicit Inno. quod
3 † non reprobat conſuetudinem Ciſtercienſiũ. & quo
rundam aliorum, qui poſt aſſumptionem ſacramen-
ti aliquid de ſanguine dimittunt in calice, ut ſuperpo-
natur uinum purum, ad hoc, ut & poſtea communi-
cantes poſſint inde aliquid ſumere. hoc non eſt illici-
a tum: quia etiam non ieiunis. ſed infirmis in caſu ne-
ceſſitatis datur: hoc etiam fit ex iuſta cauſa: quia non
eſſet decens, uel ſecurum tantum ſanguinem confice
re, qui ſufficeret omnibus de conuentu: tamen, ut di-
cit Hoſt. poſt talem potum non liceret celebrare, inf.
eo. cum Marthæ, §. quæſiuiſti, & ibi etiã dicam in ma-
4 gna gl. ¶ Vlt. † glo. reſpondet. per quæſtio. quare dicat,
forte, & dupliciter ſoluit. Secundò quid de illo, q ſum
pſit medicinam, & ſoluit, in fin. quærit, & ſoluit, & po
5 nit opinio. Hug. ¶ *Int. glo. ult. ibi, ut ieiuni*] de hoc, de con
ſe. diſt. 1. ſacramenta [*& ibi, quod in dubijs*] ſolue, ut ibi
dixi, ſuper ult. glo. [*& ibi, alimenta*] is tamen. qui tene-
tur ad alimenta, tenetur ad medicinam neceſſariam
ægroto, de hoc in ſpec. qui fi. ſint legi. uer. ſed nũquid
6 is, qui [*& ibi, non eſt † uerum*] etiam ſi tantum modicum
aquæ calidę, uel frigidę receperit, cum aqua ſit potus.
& dicunt experti, ꝙ plus uiueret homo bibẽdo ſolam
aquam, quàm ſolum uinum. Hoſt. procedunt autem
hæc in reuerentiam ſacramenti, cum aliàs ieiunium
abſtinentiæ non frangatur per medicinam, ut dicam
de obſer. ieiu. ſuper rubrica, ad fi. [*& ibi, digeſtus*] ſufficit
forte, ſecundum Hoſ. tantum quieuiſſe, quantum eſt
de prima, uſque ad ſextam, uel à tertia uſque ad ueſpe
ram. ut innuit canon, quem ſtatim alle. de hoc remit-
tit Hoſt. ad ſum. eo. titu. §. qualiter, quidam per decre.
conſuluit, ſupra de officio delega. dicunt, quòd abſti-
nuiſſe debet poſt mediam noctem, cum tũc incipiat
dies [*& ibi, malè faceret*] unde & deponi poſſet, de accu
ſa. ſi confiteri [*& ibi, conficit*] idem Baz. & Ioan. Vin-
cen. Phi. Goff. Hoſt. [*& ibi, liquido*] ubi de hoc [*& in fi-
ne*] ubi de hoc, in ſuperſcriptione [*& ibi, quondam*] nunc
erat in monaſterio Claræuallis. Ioã. unde in deciſã de
prin. dicebatur, ꝙ iſte renunciauerat officio Marthæ,
& elegerat ſolitudinem Mariæ [*& ibi, commendatur de
ſcientia*] Idem de quæſtionibus formatis non ad ciui-
le, uel temporale commodum, ſed ad animarum pro
7 fectum. Scias, quòd huius † decre. auctor, in lib. quem
compoſuit de miſſarum myſteriis, parte quarta, proſe
quitur materiam primæ & ſecũdæ quæſtionis, quam
ibi facile per rubricas inuenies.

ANNOTATIONES.

a Eſt illicitum. Quaſi dicat, iſta commixtio non facit uinum in ſan
guinẽ tranſire, & ſic ſumunt uinum cum ſanguine, & ſic non ieiu
ni, & uide infra eo. cum Marthæ, in glo. 1. circunſtectum.

SVMMARIVM.

1 *Canonis miſſæ uerba unde accepta credere debeamus, & q̃ ſint, n. 2.
quot de cauſis dicatur ſecretè, n. 3. eius expoſitio. n. 5. 6. nõ nocet*

Inſertio uerborum, & quorum, num. 10.
Diuiſio decretalis.
2 *Canon diuerſis modis accipitur.*
3 *Mandati uerba diligenter attendenda.*
4 *Ieſus quæ fecit, non omnia referuntur.*
Exanime, id eſt ſine anima.
Argumentum à minori ad maius ualet, num. 5.
5 *Minoribus ſi aſſurgis, tanto fortius maioribus.*
Teſtamentum fit dupliciter.
6 *Sacramentum unde dictum.*
Myſterium, miniſterium quid.
7 *Subtilitas hic commendatur.*
Panis, & uinum in miſſa conſecrandi ex quo conficiendi.
In quod tranſubſtantientur, nu. 8. 9. 32. per quæ uerba, num. 17. & 21. & à quo eo. num. 21. & facta tranſubſtantiatione, quid fiet de eorum ſubſtantia. nu. 15. & 32. & 34.
Vinum quod dicatur.
Acetum quod.
8 *Scholaſtici qui dicantur.*
In ſacramento altaris uinum, & aqua offerendum, & quid ſi uinũ tantùm offeratur, quid ſi tantum uinum, & utriuſq; quantitas quæ eſſe debeat, nu. 9. 11. 12. & ſequentibus uſq; ad 19. & nu. 22. an aqua cum uino in ſanguinem conuertatur, nume. 13. 14. 15. 16. & 17.
9 *Sub eorum utraque ſpecie Chriſtus integer eſt.*
13 *Et, & cum, particulæ an idem ſignificent, num. 14.*
Dinum in digeſta iuris, & Iacobum de Ra. citat.
14 *Prouiſio facienda de dignitate eccleſiæ cum canonicatu, & præbenda, ſi conceſſa ſit, an canonicatum & præbendam habere poſſit, non uacante dignitate.*
Separatio an fiat coniunctim conceſſorum.
15 *Mixtio ſpecierum quomodo à philoſophis, & quomodo ab eccleſia conſideretur, nu. 17. & 18.*
16 *Madidare quid.*
17 *Sanguinis receptio qualiter à ſacerdote facienda.*
Perfuſio, uel ſuperfuſio ab eo poſt receptionem eius quanta, & quotuplex eſſe debeat.
Impedit ſecundæ miſſæ celebrationem, num. 15. ad uerb. Remanet.
Ieiunus quis non cenſetur ei aqua potu, ibid.
18 *Philoſophorum dicta ſunt naturalia, & quare hic non recipiantur, & ſupra num. 15. & 17. & infra 19.*
Conſecratum quando trahat ad ſe non conſecratum, & ſup. nu. 17.
19 *Accidentia uariantur naturaliter eodem manente ſubiecto, contrarium uerò in ſacramento altaris.*
20 *In Chriſti corpore quæ miracula, in quibus rationes deficiunt, ſimilitudines autem ſeruiunt, & quæ.*
Natura cedit miraculo.
21 *In ſacramento altaris, ut in alijs ſacramentis, eſt materia, & forma tria ſunt in eo, & quæ, cum ſimili. num. 35.*
Conuerſio omnis lege naturalis formalis eſt, ſecus autem diuina uirtute.
23 *Aqua uino mixta quid ſignificet, & quæ aliæ ſint eius ſignificationes.*
24 *Secreta, quid in miſſa.*
Antiquitas non ſemper ſeruatur.
Sacramentariorum nomine, quid hic denotetur.
25 *Allegatio generalis hic fit.*
De oratione per modum ſiue uia ubinam tractetur.
26 *Sanctis ſemper ſupereſt, quo poſſint creſcere.*
In malo an aliqui tantum poſſint, quantum in bono creſcere.
Expiatio quomodo hic accipiatur.
Propitiatio, quid hic, in fine.
27 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 28.*
Ex conſuetudine ſumitur argumentum.
Voluntatis ſupremæ homini liberum debetur arbitrium, §. 2.
Ambulatoria eſt & mutabilis ad uſque mortem, §. quarto, & numero 31.
29 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*
Euangelio addere, uel adimere non licet, & quod, & quæ ſit pœna, excipitur.
30 *In dando nobilitas etiam ultra promiſſa.*
Accipere quanta, & quando liceat.
33 *Circulus, taberna & uinum in ea quid deſignent.*
34 *Mixta ſeparare cuius ſit.*
An oret eccleſia pro malis uiuentibus, remiſſ.
35 *Decimam detrahendo de ſumma, an & quomodo eatur in infinitum.*

CAPVT VI.

1 CVm Marthæ. Caſus. Si quatuer ba ſunt in canone miſſæ, quæ ab euangeliſtis dicta non fuerint, credere debem⁹, quòd à Chriſto apoſtoli, & ab ipſis eorum ſucceſſores acceperint, hoc primò. ſecundò quòd in ſacramento euchariſtiæ aqua cum uino tranſubſtantiatur in ſanguine: tertiò quòd oratio, quæ dicitur in ſecreta in feſto ſancti Leonis, immutata eſt: quia ſancti & perfectè beati orationib⁹ noſtris non indigent. ſecunda ibi, quæſiuiſti. tertia ibi, Tertio. & primam partem Abb. ſubdiuidebat. In 7. ſecunda ibi, uerum. tertia ibi, Sanè. quarta ibi, Cæterũ. quinta ibi, Cæterum ſicut. ſexta ibi, Ex eo. ſeptima ibi, Diſtinguendum [*Quis*] ſi doctorum, uel malorum. Goffred. [*Adiecerit*] quod eſt infra [*Expreſſit*] in cenæ, quam fecit cum diſcipulis. de con. diſt. 2. panis [*Cano-*
2 *ne*] Dicit Hoſtien. quod licet quidam ſimplices ſacerdotes dicant canonem, quicquid eſt in ſecreta miſ-
a ſæ, ſumitur tamen ſolùm pro uerbis, quibus fit tranſubſtantiatio, ut hic. & ſecundum Pet. aliter ſumitur canon. 3. diſtin. regula [*Euangelium*] Matt. 26. [*Accipiens*] Chriſtus [*Teſtamenti*] hic interponitur myſterium fidei, de quo ſequitur [*Pro multis*] quia non omnes ſaluantur, pro quibus effunditur. Pet. [*Canone*] ſex de
3 causis ſecundum Petrum canon dicitur ſecrete. Prima, quia deus cordis, non uocis clamorem attendit. Secunda, ne ſacerdos longo clamore deficiat. Tertia, ne impediatur populus orare. Quarta, ne uerba tanti myſterii quotidiano uſu uileſcant. Quinta, quia hæc ad ſolum pertinent ſacerdotem. Sexta, ne uerba canonis ſæpius audita diſcantur à laicis, & in locis incongruis recitentur [*Verum*] reſpondet per aliam quæſtionem, ſi. 1. quæſtione prima, ſicut urgeri. Ioan. [*Diligenter*] quod faciendum eſt, ſicut & de forma mandati dicitur, de reſcriptis, cum dilecta. Hoſtien. [*Eleuatis*] materialiter tenentur. Tancre. [*Omiſſa*] Hieronymus
4 ſuper Ioelem. E. Non† omnia, quæ fecit Ieſus, ſcripta referuntur [*Actibus*] uigeſimoſexto capitulo: & hic probat, de uerbis omiſſis [*Nullus*] hic probat de factis omiſſis ad Corinthios primæ, quintodecimo capitulo [*Tres*] ſcilicet Matthæus, Marcus, & Ioannes [*Lucas*] uigeſimoſecundo capitulo [*Matthæus*] uigeſimoſexto [*Marcus*] decimoquarto [*Ioannes*] undecimo capitulo. & docet, quare dictum fuerit eleuatis oculis. T. [*Eleuaſſe*] Idem in miraculo quinque panum, & duorum piſcium, Lucæ. 9. ibi, Reſpexit in cœlum, & cætera. ad idem Ioannes decimoſeptimo. A. [*Exanime*] id eſt ſine anima. decimatertia, quæſtione ſecunda, capitulo, animæ, in fine [*Probabilius*] quia id fuit maius & fortius: & ſic ſi id, de quo minus ineſſe uidetur, ineſt, & id, de quo maius. de hoc de electio. cum in cun-
5 ctis, Hoſtien. [*Commiſcuit*] argumentum, quòd † ſi aſſurgis minoribus, fortius debes aſſurgere maioribus. Vincentius [*Nam uetus*] docet, quare ſit dictum, & æterni. Tan. [*Temporalia*] abundantiam frugum, & terram fluentem lac, & mel [*Æterna*] ſcilicet uitam æternam. concord. Hieronym. ad Dardanum, capitulo [*Illud*] promittens temporalia, quæ tranſeunt uelut umbra [*Ratione*] ad decidendum, quare dictum fuerit, & æterni [*Teſtamenti*] id eſt Chriſti, ſuper-

ſtolus]ad Hebræ.11.[*Scriptura*] ideſt vltima uolũtas in
ſcriptis redacta[*Promiſſio*]ſine ſcriptis,quaſi dicat:teſtõ
rum aliud ſolenne; aliud nuncupatiuum, remittit de
his Hoſtien.ad ſummã,de teſtamentis,§. qualiter con
ficiatur[*Apoſtolus*]eo.c.[*Repromiſit*]Ioan. 6.[*Sacramen-*
6 *tum*]quod†dicitur à ſacris,uel à ſecretis uirtutibus[*My*
ſterium]dicitur myſterium, domino cum ſacrificatur:
atque miniſterium quodlibet officium dicitur, ergo
myſterium, & ſacramẽtum , quod habet ſecretam &
reconditam diſpoſitionem gratiæ.1. quæſtio.1.mul-
ti.Pet.& adde,quod dixi,de ſacra.non ite. ſuper rubri-
ca[*Putauerunt*]ut patet.4.ſenten.10.diſt.c.1. iſti dicunt
Chriſtum dixiſſe: Hoc eſt corpus meũ,ſicut dixit apo
ſtolus, Petra autem erat Chriſtus.1. ad corin. 10. & de
hoc per Tho.2.parte ſum.quæſtio.75.articu.1. [*Intelli-*
gunt]ad idem de ſacra unct. capitulo uno , uer.ſi.[*Ma-*
nifeſtat] ad Rom. 4.[*Epiſtola ſua*] 1. Pet. 2.[*Viuamus*]ad
Rom. 6.[*Propheta*]Iſa.51. [*Subtiliter*]not. ſubtilitatem
7 †commendari.de hoc, de iudi.dilecti,ſuper 1.gloſſ.de
fer. capellanus[*Panis,& uini*]quomodo panis eſſe de-
bet de puro frumento, & quid ſi aliud granum , uel
piper miſceatur,& quid de muſto, uel agreſta, aceto,
uel nectare,no.de conſecra.diſt.2.c.2.& 5.quod hic re
petit Innocen. cuius glo. poſuit Hoſt. & Abb.dicens
panem eſſe debere de puris granis frumenti , & uinũ
de uuis,de con.diſtinct.2. in ſacramento, ſed & de ui-
no expreſſo de botro,ideſt de uuarum granis,hoc eſt
de muſto confici poteſt,de con.diſtin.2. cum omne,
ultra medium , ſecundum Innoc. Quid ſi aliqua gra-
na ſiliginis , uel ordei , uel alterius bladi ſint præmix-
ta cum granis frumenti,de quibus factus eſt panis,nũ
quid illa grana alia à frumento tranſubſtantiantur?di
cas quòd non,ſed ſolum frumẽtum: quia & Chriſtus
fuit granum frumenti , ſicut ipſe dicit Ioann. 12. Niſi
granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit
ipſum ſolum manet.unde nec de lolio conficeretur,
quamuis dicatur ab eis,qui experti ſunt,ꝙ lolium na-
ſcitur de frumento , & forſitan econuerſo. 56. diſtin.
naſci.Item ſecundum Innocen. uidetur aliquibus , ꝙ
de agreſta , uel uino ſpiſſato per decoctionem , & fa-
cto nectare,& de aceto,& de uino extorto de vuis nõ
fit ſanguis. In talibus tamen non eſt temere iudican-
dum.ſed bene dicimus,quòd melius eſt non celebra-
re,quàm de talibus cõficere: quia aliqua ex prædictis
generant abominationem,uel non ſunt pulchra, ſiue
decentia,& in tanto ſacramento cõficiendo ſunt pul-
cherrima eligenda , ſecundum Innocentium. Alii di-
cunt, quòd de nectare , dummodò ſpeciem uini non
mutauerit,confici poteſt.nã & ſi coletur per ſpecies,
nihilominus uinum remanet: & quamuis mutentur
accidentia,ſicut color,ſapor,& odor,ſpecies tamẽ nõ
mutatur, ſicut & aqua colata per cineres aqua rema-
net. unde & dicũt hi,quòd in lexiuia baptizari poteſt,
idem dicunt de uino , quod aliquantulum acuit, &
quod omnino uini ſpeciem non mutauerit , confici
poteſt:quia propriè eadem eſt uſia: ſecus , ſi omnino
factum ſit acetum ita,quod uini ſpecies ſit mutata,de
tali enim non conficeretur, quod probatur, ff.de con
trahenda emptione.in uenditionibus, ante finem.de
uino uerò exorto de uuis nulla dubitatio eſt,quin cõ
fici poſſit,ut nota.ſupra eadem glo. circa principium
[*Credimus*] poterat dicere quærẽs:Bene ſcio.quare fue
runt addita illa uerba,ſed hoc non quæro:ſed quæro,
quis fuerit[*A chriſto*] uide,quod nota.68.diſt. corepi-
ſcopi, in gloſſ. ſed non ue[*Quæſiuiſti*] ſecunda quæſtio
8 [*Scholaſticos*]qui†ſequuntur ſcholas. Abbas, ſcholares,
uel doctores, Egi.& idem in capitulo, de reſtitut. ſpo-
liatorum,frequens,§.ſolet,libro ſexto[*Cum uino*] uide-
tur ueritas,quòd panis tranſubſtantiatur in corpus,&
uinum,& aqua ſimul in ſanguinem, ſecundum Inno
centium . Intelligas tamen ſecundum Hoſtienſem,
quòd aqua non tranſubſtantiatur per ſe, ſed tantum
in quantum eſt mixta uino , & ideò uerius dicitur ui-
num cum aqua mixtum tranſubſtantiari , niſi autem
hoc dictum Innocentii ſic exponeres , error eſſet , ut
patet in eo,quod nota.infra eodem,§.uerſiculo præ-
a terea[a], hoc igitur modo tranſubſtantiatur uinum, &
aqua in ſanguinem. Dicit enim capitulum , quòd in
calice domini non eſt tantum uinum, uel tantum a-
qua,ſed utrũque permixtum, ſcilicet uinum , & aqua
offerendum:quia utrunque ex latere in paſſione flu-
xit,de conſecreatione diſtinctione ſecunda, captulo
primo & ſecundo. Et eſt ratio,quia ſi ibi eſt tantum vi
nũ,eſt ibi tãtum Chriſtus ſine nobis. Si uerò eſt aqua
tãtum,eſt ibi eccleſia ſine Chriſto , debet enim ſimul
utrunque offerri. Con iunctio enim uini , & aquæ ſi-
gnificat unionem Chriſti,& eccleſiæ,uerum ſi ex ne-
b gligẽtia prætermittatur aqua, nihilominus[b] uidetur ,
ꝙ ibi ſit uerum ſacramentum, ſed non prefectum:de
bet tamen tam parum poni de aqua , ꝙ uinum illam
abſorbeat:quia Chriſtus non mutatur in eccleſiam ,
ſed eccleſia in Chriſtum. unde Auguſtinus in perſo-
na domini ſeptimo libro confeſ. Cibus ſum grandiũ,
creſce,& manducabis me:nec tu me mutabis in te, ſi-
cut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.Sunt &
multæ aliæ rationes,quod dic ut nota.infra capitulo,
9 pernicioſus,ad finem. Et nota†quòd licet tantum pa-
nis tranſubſtantietur in corpus , & uinum & aqua in
ſanguinem: tamen ſub utraque ipſe Chriſtus integer
c eſt,non enim eſt corpus hominis uiui ſine[c] ſanguine,
& anima, nec ſanguis ſine corpore & anima. Quid ſi
tantum aqua ſit in calice ſine uino : dic quod non eſt
ibi calicis ſacramentum,& ideò quandocunque hoc
perpendet ſacerdos , antequàm ſumat , debet reinci-
pere uerba , per quæ fit conſecratio calicis, illa uide-
licet , Simili modo poſtquàm cœnatum eſt , & cæte-
ra , cum omnibus ſequentibus orationibus , quæ in
10 canone miſſæ ſequuntur nec nocet ſi aliquando inſe-
rantur uerba , quæ ſacramentum corporis referun-
tur,ſicut illa, Panẽ ſanctum uitæ æternę,& illa.Sacro-
ſanctum filii tui corpus: quia non ſunt illa uerba, per
quæ conficiatur corpus,ſed illa tantum, Hoc eſt cor-
pus meum,hoc etiam placet Hoſtien.ita tamen,quòd
ſi nondum ſumpſit corpus Chriſti , quando reiterat,
non debet ſuper hoſtiam conſecratam ſigna facere ,
11 quæ iam ſunt facta. Quid†ſi poſtquàm ſacerdos ſum
pſit corpus,ex geſtu,uel aſpectu deprehendat in cali-
ce,non eſſe uinum,ſed aqua tantum? Reſpondeo , di-
cunt aliqui,quòd non debet à capite incipere , ſed di-
mittat, & de negligẽtia pœniteat. Aliis uerò uidetur,
& melius, quòd debet ponere uinum in calice , & re-
petere totam conſecrationem ſanguinis ab illo loco,
Simili modo &c. uſque in finem , ut ſupra notatum
eſt,& ſi timet ſcandalum in prorogatione miſſæ,ſuffi-
cit, quòd dicat illa tantum uerba , per quæ conſecra-
tur ſanguis, ſcilicet illa, Simili modo &c. uſque , in
mei memoriam faciatis,nec eſt neceſſe , quòd repe-
tat orationes ſequentes ſecundum Innocen.cuius eſt
quaſi hæc tota gloſſ. & hoc intelligas, quando aquã
tantum guſtauit,ideſt in ore poſuit, ſed non tranſglu-
tiuit ideſt,bibit.Quid ergo, ſi iam habet aquam in o-
re,& tũc ſentit,quod aqua eſt ? Dicas , ꝗſi ſine ſcan-
dalo fieri poteſt,cautè debet ipſam reponere in cali-
ce,& facere poni in ſacrario cum reuerentia: quia ꝓ-
pter particulã corporis Chriſti, quæ in ipſa aqua fuit
poſita,non eſt in terra ſpargenda, nec uiliter,tractãda
ſed nec eſt tranſglutienda:alioquin tãquam non ieiu
nus ulterius non debet conficere illa die 7.q.1.nihil ,
& patet in eo , quod no.ſupra.capitulo ,proxi. Quod
12 autem ſupra†dixit Inno.ꝙ ſine aqua,& ſi uerum ſit ſa

cramentum. non tamen eſt perfectum; uerũ eſt quan
tum ad ſignificatum: quia non eſt ibi repræſentatio
unionis chriſti. & eccleſiæ: quantum autem ad ſubſtã
tiam ſacramenti & verum eſt & perſectum, vt paret in
eo, quod legitur & no. infra eo. §. uerum. ſm Hoſt [*In
calice*] no. extra de con. diſt. 2. cum omne [*Aquam cum ui*
13 *no*] differentia † eſt inter opinionem, quæ habet, ꝙ ui-
num, & aqua, & aliam. quæ habet, ꝙ aqua cum vino,
ad hoc, ff. de fundo inſtru. ſi cui fundum. nam ſi teſta-
tor, qui legauit fundum, & inſtrumẽtum, poſtea ven-
dit fundum. petitur inſtrumentum. Sed ſi legauit fun-
dum cum inſtrumento, ſecus, arg. contra, ff de vſu fru.
le. l. illi cum illo, ff. de lega. 1. Titiæ. §. nihil. dicebat ibi
Dyn. ꝙ quò ad uerbalem coniunctionem nõ refert,
an dicatur ille, & ille, an ille cum illo: ſed quò ad ſen-
ſum bene. Iac. de Ra. dicebat, ꝙ quædã ſunt, quæ ſunt
acceſſoria, & adiacentia aliis rebus, & quædam nõ. In
primis non operatur idem. &. &, cum, ut præ. l. ſi cui,
& ff. de pecu. le. l. 1. & l. 2. 3. & 4. Inſtitu. de leg. §. ſi quis
ancillas, ff. depo. l. 1. §. quæ depoſitis. In aliis idem ope
retur, ut in contrariis, & ff. de uſufru. accreſ. ſi quis Ti-
d tio, & ff. commo. ſi ut certo. §. ſi me rogaueris[d]. Scio
14 † ꝙ materiæ non congruit, ſed faciunt hæc ad quæſtio
nem illius pro quo papa ſcripſit, ut ſibi prouideretur
de dignitate eccleſiæ cum canonicatu, & præbẽda, an
canonicatum, & præbendã habere poſsit, dato ꝙ nõ
uacet dignitas? Aliquibus uidetur ꝙ nõ: quia coniun-
ctio, cum, uidetur facere cõditionem, & ſic ceſſat gra-
tia, niſi uacent utraque, arg. ff. de con. & demon. l. Iu-
lius Paulus, & potiſsimè hæc in mandatis, de præben.
cui de non, lib. 6. ſed contrarium tene, niſi appareret
papam id intellexiſſe, bene facit, ff. de leg. 1. ſi ancilla
cum liberis, & l. ſi cui ſerui, & l. ſi quis inquilinos, §. ſi
ita, & ff. de uer. ſig. triplici modo, de manu. te. ſi ita fue
rit ſeruus, §. fin. & quod ibi no. & facit, ff. de uſufru. ac-
creſ. l. ſi mulieri. ſi eſſet in litera copula, &, ubi poſui,
cum, non eſſet quæſtio, ut de præben. quia ſæpe, lib. 6.
uide, quod dicam, de reg. iu. nullus ex conſilio, lib. 6.
e poſt[e] quæſtiones [*Remanet*] alii † dicunt, ꝙ aqua nõ tran
15 ſit in ſanguinem, ſed abſorbetur omnino à ſpeciebus
uini. cum quo miſcetur ita, ꝙ deſinit eſſe aqua, & om
nino mutat ſpecies adeo, ꝙ nõ remanent ibi, niſi ſpe-
cies prioris uini, & ſic accidentia mutant ſubiectum
contra naturam, ut ſequitur, & hoc poſſet dici verum
ſecundum Hoſt. quando apponitur aqua cũ uino an-
te conſecrationem: ubi uerò fit appoſitio poſt conſe-
crationem. aut ponitur tam parua quãtitas, ꝙ ſpecies
appoſiti omnino abſorbentur à prioribus ſpeciebus
uini trãſubſtãtiati in ſanguinem, aut tanta, ꝙ nõ abſor
bentur, ſed manent, in primo caſu adhuc poteſt uerũ
f eſſe[f]. quod dictum eſt, cum enim ſpeciebus prioris ui
ni abſortis & deficientibus deſinat eſſe ſacramentũ,
quod ſub eis latet, & infra dicam, non eſt mirum, ſi ab
ſortis ſpeciebus uini appoſiti dicamus abſorberi &
ipſum uinum appoſitum, quod maius, & fortius eſt
ſacramentum, quàm uinum, argum. op. de tranſla. c.
2. Sed in 2. caſu, quando tanta quantitas apponitur, ꝙ
ſpecies appoſiti non abſorbentur, adhærendũ eſt pri-
mæ opinio. Diuerſitatis ratio, quia poſt conſecratio-
nẽ fit ſimplex appoſitio ſine miraculo, vnde nil muta
tionis poteſt ibi notari ultra naturalem rationem. ſed
ubi prius fit appoſitio, & ſequitur conſecratio, totum
fit miraculoſe, & ſupra naturam. & ſecundum hoc ex
pone hic [*Remanet*] ſup. ante cõſecrationem, nam poſt
& ſi tranſubſtantientur, tamen penitus abſorbetur, &
annichilatur uirtute ſacramenti. unde ſumens ſacra-
mentum non ſumit aquam iam annihilatam & ab-
ſortam, unde nec impeditur celebratio ſecũdæ miſ-
ſæ, de qua dicit glo. dummodo perfuſio nõ ſumatur,
ut ſupra c. prox. Et quod, infra dicit, ꝙ ſi poſt calicis ſa

crationem aliud uinum mittatur in calicem, ſcilicet
poſt receptionem ſanguinis, ſicut in perfuſione illud
non miſcetur ſanguini, ideo, quia non poteſt fieri cõ-
mixtio tranſubſtantiatorum, & alteratorum. ſed alte-
ratorum tantum. Ariſto. mixtio eſt mixtibilium alte-
ratorum pro minima unio. Conſtat autem. ꝙ ſanguis
alteratus non eſt, ſed uinũ tranſubſtantiatũ in ſangui-
nem, & ideò non poteſt miſceri cum uino, ſed ſolùm
priores ſpecies, quæ alterationi ſubiacent, miſcentur
cum uino appoſito, & ipſius ſpeciebus, quæ poſſunt
alterari [*Commiſcetur*] non ob. ſupra titu. 1. quod in du-
biis, ut ibi dixi, ſuper ul. gl. [*Accidentibus*] corpori enim
non poteſt miſceri, ut prædixi [*Vini*] olim, nunc tran-
16 ſubſtantiari [*Non † madidans*] ideſt ita, quod non madi-
dat. Abb. uel. ideſt non humifaciens. Lucanus, Frater-
no primi maduere ſanguine muri, & no. iſte uer. ff. de
rerum di. l. ult. ubi de Romulo, & Remulo habetur.
& uide 7. q. 1. in apibus [*Circumfuſum*] ideſt circuntectũ.
Abb. dicit Hoſtien. [*Circumfuſum*] ſcilicet corpus, uel ſan
guinem Chriſti: hoc tamen tunc uidetur habere locũ
quando aliquæ reliquiæ remanent de ſanguine, & ap
ponit multum de uino. tunc enim cenſetur totum ui
num, & nihil remanet ibi de ſanguine. quare, ſi ſuſci-
piatur, hæc ſuperfuſio celebrationẽ impedit illa die,
17 ſupra c. ex parte. & ideo no. q † ſacerdos in receptione
ſanguinis ipſum ſugendo decenter & ſine ſonitu, de-
bet euacuare calicem quãtum poteſt, & poſtea uinũ
in competenti quantitate ſuperfundere, & quamuis
aliqui faciant unam tantum ſuperfuſionem, laudabi-
lior tamen eſt conſuetudo aliorum, qui faciunt duas.
Quid ergo in cõuerſo caſu, puta parum uini ponitur
cum ſanguine, ſicut ſeruant Ciſtercienſes, ut no. ſupra
eo. ex parte, in ulti. glo. fratres communicant in con-
uentu: ſacerdos, qui tenet calicem cum ſanguine, ui-
dens ꝙ quantitas ſanguinis nõ ſufficeret omnibus fra
tribus, ponit ibi aliquantulum de uino, ſed quantitas
ſanguinis maior eſt in magna parte uino appoſito, nũ
quid cenſebitur totum ſanguis? Adhuc dicas ꝙ nõ in
hoc caſu. nũquam enim illa pars uini, quę apponitur,
tranſubſtantiatur quia non fit tranſubſtantiato niſi p
uerba canonis, infra eo. de homine, reſpon. 1. ſup. eo.
c. 1. reſpon. 1. tamen quia totum mixtum uidetur, nec
poteſt diſcerni ſub illis accidentibus, quæ in ſanguine
remanſerant, ſuſcipitur Chriſtus, non tamen madida
tur ſanguis à uino, qui non eſt ibi per effuſionem, ſed
per corporis glorificationem, totum corpus Chriſti
integrum & glorificatum. unde ſicut proiectum ſu-
per hominem non madidaret ſanguinem uenarum,
ſic nec uinum appoſitum ſanguinem Chriſti: ſed quia
in calice per accidentia, quæ remanſerunt, non poſſu
mus hoc diſcernere, communicans intelligitur ſan-
guinem recipere: ſed nec ammodo quò ad celebran
dum propter uinum appoſitum ieiunus dicetur, ſu-
pra eodem ex parte, ubi de hoc. hoc autem intelligas,
quando tam parum liquoris alterius miſcetur ſangui
ni, quòd ſpecies ipſę, ſiue accidentia, puta, color, ſa-
por, & odor uini non corrumpuntur, ſed manent. tũc
enim ipſis, ſcilicet manentibus manet ſub ſacramen-
to uerum corpus chriſti, & ſanguis. Quid ergo, ſi tan-
ta quantitas alterius liquoris miſceatur ſanguini, ſiue
ponatur cum ſanguine, quanta eſt quantitas ſpecie-
rum. uel maior? Reſpõdeo, dicit Ariſto. ꝙ nullum mi-
ſcibiliũ ſuũ eſſe retinet, qđ intelligitur, quando æqua-
lis eſt mixtio. Idem, ſi nouem lagenæ uini miſceantur
cum 5. lagenis aquæ, non eſt mixtio, ſed augmentum
dominantis, ſ. uini. q. d. in hoc caſu tantum uinum di-
cetur, & nominabitur, & non aqua. & his rationibus
moti dicunt quidã, ꝙ in iſtis duobus caſibus uidẽtur
ſpecies non manere, ſed uidetur fieri tertium, ſicut vi-
des in farina & aqua ſimul mixta, ex quibus tertiũ fit,

ſpa-

ſ. paſta prioribus ſpeciebus. ſ. aquæ, & farinæ non ma-
nentibus, ſed mutatis: quibus non manentibus deſi-
nit eſſe, quod prius erat, ſ. aqua pura & per ſe, & farina
per ſe pura, ſic & dicunt in præmiſſo caſu, ꝙ nõ manẽt
priores ſpecies uini, quibus non manentibus deſinit
eſſe ſacramentum. Sed quicquid dicant philoſophi
in hac materia, rõnes ſuas naturales non admittimus,
ſicut nec debemus, ut patet, infra eo. §. uer. contingit
igitur, ideò dic, quod hoc eſt intelligendum. quando
tanta quantitas alterius liquoris admiſcetur ſanguini,
quod uiſibiliter & ſenſibiliter apparet, omnino prio-
res ſpecies non manere, quod poteſt magis ſenſu per-
cipi, quàm aliqua locutione exprimi, ſicut aliàs dicũt
iura. ff. de ſoln. tatum. ff. rem ra. ha. quo enim tutore.
§. Iul. ſupra de dona. apoſtolicæ. §. pe. poteſt enim ui-
num adeò rubeum eſſe, adeò forte, adeò odoriferũ,
ꝙ non ſolum ſit tantundem aquæ, ne dicam alterius
uini, ſed etiam ſi duplũ cũ ipſo admiſceatur de aqua,
adhuc retinebit in parte colorem, & ſaporem vini, &
odorem, ergo manent ſpecies, ergo & ſacramentum,
ſicut euidenter probat hæc litera, & eſt ſuperius præ-
libatum. hoc igitur teneas, ꝙ quantũcunque alterius
liquoris apponatur cum ſanguine, ſemper remanen-
tibus ſpeciebus manet & ſacramentum. ipſis autẽ nõ
18 manentibus deficit & ſacramentum. Si † quęras, qua-
re dicta philoſopho. in hac materia nõ recipimus. Re
ſpondeo: quia ipſi loquuntur naturaliter, & de miſci-
bilibus: nos autẽ loquimur de immiſcibilibus, & de his,
quæ ſunt ſupra naturam & miraculoſè fiũt. quod no.
j. uerſi. 1. aliud in oleo non conſecrato. ibi. n. quia nul-
la tranſubſtãtiatio fit, partes miſcent, & per cõtractũ
olei cũ oleo. & ideo ſine periculo fidei dicere poſſu-
mus, ꝙ conſecratum trahit ad ſe non cõſecratum, ſu-
pra titu. t. quod in dubijs. tamẽ & quod ibi dicitur in-
telligendum uidetur, quando pars olei conſecrati ſa-
tis maior eſt parte olei non conſecrati. quid ſi iterum
deficiat oleum, eadem ratione & eodem modo pote
rit commiſceri. ideo etiã forſan dicitur, quod in hoc
ſacramento, ſ. altaris, magis apponendum eſt de uino,
quàm de aqua: quia hoc ſacramentum in uino magis
eluceſcit, cum ſine aqua poſsit confici. quod dic, ut
no. ſup. eo. §. 1. ſecundum Ho. [*Vinum appoſitum*] in par-
ua quãtitate ita, ꝙ maneãt accidentia, quæ prius erãt.
Hoſt. [*Afficere*] ſup. qđ ex inde conijcitur: quia ſi aqua
fuerit appoſita in parua quãtitate, ſicut dictum eſt de
uino, de quo præmiſit ſecundum Hoſti. [*Permutare*] ſ.
19 naturaliter: quia ſecundum † naturam manente eodẽ
ſubiecto accidentia uariãtur, nam idem homo nunc
albus, poſt niger, modo calidus, modo frigidus. mo-
do æger, modo ſanus: unde accidens abeſt, & adeſt p̃-
ter ſubiecti corruptionem. hic uerò eſt contrarium:
quia remanentibus accidentibus uariatur ſubiectum:
quia ille ſapor, & color, pondus, qui primo habebant
ſubiectum panem, & uinum, modo habent ſubiectũ
corpus, & ſanguinem Chriſti. & ideò bene ſequitur,
20 Cedit quippe &c. Abb. ¶ Notandum † eſt in corpo-
re Chriſti eſſe miracula, quibus rationes deficiũt, ſed
ſimilitudines ſeruiunt. i. tranſubſtantiatio panis, & ui-
z ni in corpus. & ſanguinem [z] Chriſti: ſimilitudo in ci-
bo, & potu, quod mediante natura fit humana caro.
ſecundò quod tota die trãſubſtantiatur, & nullũ aug-
mentum fit in Chriſto: ſimilitudo in ſecreto manife-
ſtato. tertiò ꝙ tota die ſumitur, nec diminuitur. ſimili
tudo in lumine accendente alia lumina. quartò ꝙ in-
diuiſibile diuiditur in quamlibet partẽ totum rema-
nens: ſimilitudo in ſpeculo. quintò ꝙ à malis ſumptũ
non inquinatur: ſimilitudo in ſole, qui per fętida loca
tranſit. ſextò ꝙ debilibus eſt mortale: ſimilitudo in
ſummis cibarijs, quæ infirmis & debilibus ſunt no-
h ciua. ſeptimò ꝙ ſumptũ ſtatim repetitur [h] in celum.
incõtaminatus. n. exiuit de uirginis corpore, & incor-
ruptus de monumento clauſo. octauò ꝙ immẽſum
in parua ſtat hoſtia: ſimilitudo in oculo paruo ma-
gnum montem comprehendente. nonò ꝙ idem cor
pus in diuerſis locis à diuerſis percipit: ſimilitudo in
i ſono cãpanæ. decimo ꝙ reman[e]ant accidentia [i] tran-
ſlato ſubiecto. & in hoc cedit natura miraculo, ut hic
[*Cedit quippe*] hoc dicit logicis & naturalibus reſpõden
do. Natura Ambro. quid quæris naturæ ordinem in
Chriſti corpore, cum præter naturã ſit natus ex uir-
gine? de con. di. 2. in quibus, in fi. & c. re uera, in fi. Idẽ
21 credere iubemur. diſquirere nõ permittitur. Iſtud † er-
go no. ꝙ in ſacramẽto altaris, ſicut & in alijs ſacramẽ-
tis, eſt elementum ſenſibile, ſiue materia, de qua con-
ficitur ſacramentum, ſ. panis & uinum. Eſt & uerbo-
rum forma, qua accedẽte ad elementum, & ſacerdo-
te rite ſecundum claues eccleſiæ ordinato hoc profe-
rente, & intentionem ſuam ſecũdum formam eccle-
ſiæ dirigente, fit ſacramentum in ipſa uerborum pro-
latione finali, ita, ꝙ non tranſlatur pars corporis per
partem ſyllabarum, uel dictionum, ſed in ultima ver-
borum ipſius formæ prolatione, ad quam ordinatur
omnium præcedentium uerborum prolatio, fit trã-
ſlatio corporis. Idem de uino. & fit hoc remanenti-
bus ibi miraculoſè accidentibus prioris ſubſtantię, ſe
cundum Hoſti. unde, ut dicebat Tho. licet omnis cõ-
uerſio ſecundum leges naturæ ſit formalis: quia nul-
lum agens, ſiue creatum poteſt agere niſi ad immuta
tionem formę, propter quod omnis naturalis cõuer-
ſio eſt formalis, actio tamen dei, qui eſt infinitus, actu
ſe extendit ad totam naturam entis. non ſolum ergo
facere poteſt cõuerſionem formalem, ut forma ſuc-
cedat formæ in eodem ſubiecto, ſed etiam totius en-
tis, ut tota iſtius ſubſtantia conuertatur in totam ſub-
ſtantiã illius. & hoc fit diuina uirtute in hoc ſacramẽ-
to, ut tota conuertatur in totum. unde non contine-
tur hæc conuerſio inter ſpecies motus naturalis: ſed
proprio nomine dici poteſt tranſubſtantiatio, quę fit
uirtute agentis infiniti, & fieri non poſſet virtute agẽ-
tis finiti [*Miraculo*] uide quod notaui in clemen. de re-
liqui. c. uno, in gloſſ. quod optauit [*Operatur*] ad hanc
opinionem facit ſecundũ Abb. quia nulla uerba ſunt
in canone apta ad tranſubſtantiationẽ aquæ [*Corpore*]
22 conſecrato in altari [*expreſſius eluceſcat*] ergo † & elucet
expreſſe, ſi aquã dicamus non trãſubſtantiari. unde &
ſine appoſitione aquæ uerum eſt ſacramentũ, & dũ-
modò nõ fiat animo inducendi hæreſim, ſed ſola ob
liuione, uel negligentia uerum eſt ſacramentum: ta-
men iudicatur graue peccatum. qui tamen fecit hoc
ex certa ſcientia, grauiter peccat, & ſi ex contemptu,
grauiſsime. & ita dicendum eſt de Græcis. & de hoc. j.
ca. fi. & ſic non dixit hic Inno. auctor, ꝙ non celebret
ſine aqua, ſicut ei appoſuit frater. P. Remenſis in apo-
ſtilis ſuis Matth. 26. ſuper ver. remiſſionẽ peccatorũ. &
adde, quod dixi ſuper uer. cum vino [*Sacramenti*] redẽ-
ptionis, & regenerationis, infra c. 2. imò charitatis, re-
demptionis, & unionis, ut ſequitur, ſecundum Hoſti.
23 [*Aqua*] aqua † ſignificat genus humanũ propter flu-
xum mortalitatis, iuxta illud. 2. Regum. 14. c. Omnes
morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terrã, quæ non
reuertentur. Oſtendit igitur hæc admixtio Chriſtum
fuiſſe pro humano genere paſſum, & humanum ge-
nus per paſsionem redemptum. alias ſignificationes
aquæ ponit Hiero. ſuper Hiere. 19. c. F. [*Multi*] apo. 17.
[*Legitur*] Iſa. 32. [*Seminant*] prædicando [*De noſtro*] ſ. hu-
manitatem [*De ſuo*] ſ. redemptionem in paſsione. Ho-
ſti. uel dic. i. carnem diuinã in altari [*Vnionem*] de ſum.
trini. damnamus, uer. cum ergo [*Inquit*] Ioan. 27. [*Ter-
tiò*] hæc. 3. pars, & 3. quęſtio [*Secreta*] ideſt in oratione
24 † ſecreta, quæ dicitur in feſto ſancti Leonis, in vigil.

apoſtolorum Pe.& Pau. T. Vinc. [*Antiquiores*] hic no.
non ſemper antiquitatem ſeruari, de ſacra unc. c. vno,
ad fi. [*Sacramentarus*] i. miſſalibus, in quibus continent
orationes dicēdę in miſsis, & in exhibitione ſacramē-
torum. ſic. 38. diſt. quæ ipſis. Hoſt. [*Oblatio*] dicit Hoſti.
ꝙ eadem correctio inuenitur in ſecreta beati Grego.
[*Scriptura*] dictum fuit Aug. ut legitur. 4. ſenten. 45. di.
capitulo ſecundo, in fine, & fertur eum hoc dixiſſe in
25 ſermo. de uer. apoſtoli, omel. 18. & not. pro † generali
alleg. de hoc, ſupra de cohabi. cleri. ueſtra [*Sanctis*] alijs
confeſſoribus, uirginibus, & omnibus electis [*Eorum
orationibus*] materiam orationis per modum ſummæ
uide in clemen. de reliqui. ca. uno, in glo. de oratione
[*Ad hoc proſit*] q. d. non ad hoc ut ſaluetur, cum iam ſit
ſaluus. petitioni ergo illi ſuperfluæ reſponderi poſſet,
quod petis intus, habes. ff. de verbo. obliga. nemo rem
26 ſuam, Hoſti. [*Augmentari*] Proſper, Semper † enim ſu-
pereſt ſanctis, quo creſcere poſſunt [*Valde mali*] an ali-
qui tantum in malo, quantum in bono creſcere poſ-
ſint, no. 47. diſt. omnes [*Expiationes*] dupliciter expo-
nitur. ſ. expurgationes plenę. & ſecundum hoc intel-
ligetur de his, qui ſunt in purgatorio: ſed ſi de damna-
tis intelligatur, dici poteſt expiationem hic poni pro
alleuiatione, ut ponunt doctores exemplum de por-
tante tempore æſtiuo magnum pondus, quem ſi, re-
tento pōdere, cibo, & potu reficis, facilius portat, ſed
pondus in ſe nō diminuitur, ſed ille fortior fit ad por-
tandum [*Propiciationes*] i. ꝙ dominus proficietur eis in
27 mitigatione pœnarum. ¶ Vlti. † glo. quærit obijcien-
28 do, & ſoluit dubitatiuè. item obijcit, & ſoluit. ¶ *In † gl.
nam quod, ibi, quæſitum*] uide de ma. & obe. ſolitæ, ſuper
glo. antepe. ¶ *In glo. no. ar. ibi, qui ſenuiſſet. i. reſpon.*] melius.
1. §. & uide in c. illo nos, ſuper ulti. glo. [*& ibi, ex uſu*] ſi
legauit teſtator uinum uetus, ex ipſius uſu. ſ. quot an-
norum uino utebatur pro ueteri, æſtimabitur legatū
[*& ibi. §. teſtamento*] legauit teſtator ſeruo libertatē, &
peculium. ſeruus in rationē loculorū, quia. ſ. tenebat
burſam, aliqua tempore mortis expēderat. & erat cō-
ſuetudo domini, ꝙ amplius in rationem loculorum
expendebat exſoluere, propter conſuetudinem illam
peculio legato ueniet etiam, quod domini ratio de-
bebat, & ſolita erat reddere [*& ibi. §. aſinam*] vide de ver-
bo. ſigni. propterea, in glo. 2. [*& ibi, ſi numerus nummorum*]
uide de cenſi. ex parte, ſuper tertia glo. [*& ibi. §. quod di
citur*] uide de ſenten. excom. ad hæc. ſuper gl. 2. ¶ *In glo.
C. de. ibi. l. 1.*] nil eſt, quod magis debeatur hominibus,
quàm quod ut ſupremæ uoluntatis poſtquàm iam
aliud uelle non poſſunt, liber ſit ſtylus [*& ibi, quem indi-
gnum, in fi.*] ibi, qui facultates ſuas cupiunt ordinare, in
quacunque inſtrumenti materia conſcribere, & qui-
buſcunque uerbis uti liberam habeant facultatem.
¶ *In glo. ambulatoria, & ibi, pœnitentiam*] ſequitur, accipere
debemus ſupremam: ut inde ſi vxori donauit, dein-
de pęnituit, mox deſijt pęnitere, ualet donatio, & no.
de dona. inter ui. & uxo. c. fi. in 3. glo. [*& ibi l. 3.*] ſecun-
dum codicillum primo contrarium tollit primū [*&
ibi, ſi quis*] etiam qui hæredem imperatorem inſtituit,
mutare poteſt, & alium hæredem inſtituere [*& ibi, pa-
ctum quod dotali*] pactum factum filiæ, dum dotaretur,
ꝙ patri æqua portione cum fratre ſuccederet, non va-
let, nec aufert patri libertatem teſtandi [*& ibi, omnium*]
ibi, ne poſt ſententiam noſtram inhibitum uideatur
commutationis arbitrium. ¶ *In glo. qui dicunt, ibi. §. cum
quis*] uide de ui. & hone. cleri. clerici, ſuper. 6. glo. ¶ *In
glo. penul. ibi. aliud*] uide hanc & ſeq. in c. cum dilectæ, ſu-
per. 3. glo. ¶ *In glo. ulti. ibi, leuia*] uide de accuſa. ueniens,
29 ſuper. 1. glo. ¶ *In † glo. 2. ibi, inter corporalia*] 31. q. 1. ꝙ ſi, &
apoca. ulti. G. ſi quis appoſuerit ad hæc, apponet deus
ſuper illum plagas ſcriptas in hoc libro: & ſi quis dimi
nuerit, aufert deus partem eius de ligno uitæ, & de ci-

uitate ſancta: ſed dic nil apponendum cōtrarium, uel
pro errore fauendo: alias licet, ut dicit glo. ſecundum
Hoſt. fi. quod poſt eum dicam, de uerb. ſig. abbate, in
30 glo. in priuilegio. ¶ *In glo. 3. in fi.*] ſuperfluit gl. ¶ *In † glo.
16. q. 7. in fi.*] dicit Hoſti. ꝙ nobilitas eſt in dando etiam
ultra promiſſa, de dona. capitulo primo, pauca uerò
debent recipi, de ſimo. & ſi quæſtiones. & dicitur uetus
prouerbium, Neque omnia, neque ſemper, neque ab
omnibus, inhumanum enim eſt à nemine accipere,
ſed paſsim omnia ſemper; & à quolibet viliſsimum,
& auariſsimum. ff. de offi. procon. ſolent. §. 1. nil verò
debemus quærere. imò nec concupiſcere, de cōſti. nā
concupiſcentiam. ¶ *In glo. Paulus, ibi, abortiuus*] ſiue qui
per abortum emittitur. Hoſti. ¶ *In glo. nam quod, ibi, &
31 hæc dicimus*] uer. & cum, & ibi no. in gl. ſupple. ¶ *In † glo.
ambulatoria, ibi, non liceat*] etiā ſi iuraſſet ipſum teſtamen-
tum non mutare. de hoc. 13. q. 2. ultima, & plenius in
ſpe. de inſtru. edit. §. compendioſè, ver. quid ſi quis iu-
rauerit. uide quæſtionem, quam poſui ſuper regula,
k quod ſemel, de reg. iur.[k] lib. 6. [*& in fine*] de hoc. 18. d.
quoniam, & infra de conſti. c. 1. lib. 6. & plenè in ſum.
32 Hoſti. de teſta. §. qualiter confirmetur. ¶ *In glo. de † cor-
pore, ibi, opiniones*] & habentur per ordinem. 4. ſen. 11. di.
capitulo primo, & 2. & 3. [*& ibi, corpus Chriſti*] ſecundū
dum Vin. ſed quid ſit tunc de ſubſtantia panis, & uini,
dicunt quidam, ꝙ reſoluitur in placētem materiam,
vel in nihilū, quod poteſt ille facere, qui de nihilo cū-
cta creauit: ſed, ut dicit Tho. neutrum horum deſigna
ri poteſt per uerba formæ. Item cū, ut inf. dicā, non ſit
dare modum, per quem corpus Chriſti incipiat eſſe
in hoc ſacramento niſi per conuerſionem ſubſtantię
panis in ipſum. iſta cōuerſio tollit̃ poſita annihilatio-
ne, uel reſolutione prędictis. Quidam hanc ſecundā
reprobat dicētes, ꝙ ſi quis induitur veſtibus alterius,
non ideo cōuertitur, uel tranſit in illum, cuius ueſtes
induit. dicit autem Hoſtiē. ꝙ in primam & ſecundam
catholici conueniunt: ita tamen, ꝙ illud fit, quod dici
tur. in prima notet conuerſionem, uel tranſubſtantia
tionem. propoſitio enim iſta, Panis fit corpus Chriſti,
duplex eſt, ſi denotat materiam, eſt falſa. Panis enim
nec fuit, nec eſt, nec erit corpus Chriſti. Si uerò con-
uerſionē denotet, uera eſt. vnde hic ſemper dicit, mu-
tat̃, uel commutatur, uel tranſit, vel tranſubſtantiat̃,
ut hæc omnia no. & probantur cum alijs. 11. quæſtio-
nibus. i. ad Corin. 11. F. ſuper uer. Quotienſcunque bi-
beritis. Hoſti. [*& ibi, tertia*] hanc tertiam tenent quidā
moderni, ſed Tho. illā abhorret. 3. par. ſum. q. 75. arti.
2. dicens per eam tolli uirtutem ſacramenti, ad quam
pertinet, ꝙ ſit ibi uerū corpus Chriſti, quod quidem
ante conſecrationem ibi non erat: ſed aliquid non po
teſt eſſe, ubi prius non erat, niſi per loci mutationem,
uel alterius conuerſionē in illud, ſicut in domo inci-
pit eſſe ignis, aut quia illuc defertur, aut quia ibi gene
ratur. Conſtat autem corpus Chriſti nō incipere eſſe
etiam in hoc ſacramento per motum localem: quia
quod localiter mouetur, non peruenit ad locum, ni-
ſi priorem deſerat, ſecundum quod deſineret eſſe in
cęlo. Item corpus localiter motum tranſit media, qđ
hic dici non poteſt. Item eſt impoſsibile corpus loca-
liter motum terminari ſimul ad diuerſa loca, cum ta-
men in ſacramēto corpus Chriſti ſimul in diuerſis lo
cis eſſe incipiat. Ex his concluditur, corpus Chriſti nō
poſſe incipere eſſe in hoc ſacramento niſi per conuer
ſionem ſubſtantiæ panis in ipſum. id autem, qđ in ali-
quid conuertitur, conuerſione facta non manet, per
quod relinquitur facta conuerſione. i. poſt conſecra-
tionem ſacramenti ueritatem, ſalua ſubſtantia panis
ibi manere nō poſſe, Imò nec remanet forma ſubſtā-
tialis panis, ut ibi probat arti. 7. Item, ut dicit, eſſet con
tra uenerationem huius ſacramenti, ſi aliqua ſubſtā-
tia

tia ibi eſſet, quæ adorari non poſſet adoratione latriæ. addit etiam ibi aliam rationem: quia ſecundũ id poſt aſſumptionem unius hoſtiæ alia ſumi non poſſet. additur ratio: quia ſecundum illam non deberet dici, Hoc eſt corpus meum, ſed, hic eſt corpus. & ubi dicit, hic eſt ſanguinis, ponitur pro iſtè. nõ locatiue. i. in hoc

33 loco [*& in fi.*] idem no. de con. diſt. 2. in ſum. ¶ *In † glo. ſ. forma, in fi.*] ponit Abb. exemplũ in circulo, taberna, & uino: circulus habet deſignare tabernam: taberna deſignata à circulo deſignat uinum uenale: ſed uinũ ibi repertum nil habet ulterius deſignare, ſed eſt res ab illis duobus deſignata. Circulus ergo eſt deſignãs: taberna ſignatum, & ſignans, uinum uerò ſignatum tãtum. Ad propoſitum forma panis, & uini deſignat, ueritas cor. & ſan. ſigna & ſignat. uirtus unitatis & caritatis ſignatum eſt, non deſignans, cum ſit ultimum

34 & finale, quod hic quærimus. ¶ *In glo. prima † ſpecies, in fine*] T. & ſic non deſinit ibi eſſe panis, & uinũ. ſed ſunt ibi ſpecies panis, & uini, & nihilominus corpus & ſanguis Chriſti. Hoſti. ſecundum hanc opinio. ¶ *In glo. qui dicunt, ibi, uidetur*] unde Ariſto. mixta ſeparare ſolius dei eſt, & opus naturæ, quaſi dicat non hominis. ¶ *In glo. ultri. ibi, in mortali*] quod intellige, ut ibi no. & e. q. nõ eſtimemus, & 11. q. 3. ſi quis epiſcopus, aut abbas. in quibus etiam not. an eccleſia oret pro malis uiuentibus

35 [*& ibi, in † portione*] uide ad oculum, & ſenſum, decima. 10. librarum ſunt, 20. ſol. remanent. 9. libre, quarum decima sũt. 10. ſol. decima reſidui. 16. ſol. 2. dẽ. & de quinque partibus duæ unius den. uide in mille, cuius decima eſt centum. reſidui decima. 90. reſidui decima. 81. tantum habes in prima decima, quantum in ſecunda quantum ad proportionẽ: quia utraque decimã, ſed non quantum ad quantitatem. & ſic ſi non remaneret niſi unus den. adhuc ille eſſet decimãdus. & quod remaneret, iterum decimandum, & ſic in infinitum: quia nunquam erit repetere totum tolli; ubi nouem partes remanent quantuncunque minimæ [*& in fin.*] notant hoc idem. 13. qu. 2. tempus. ad hoc. 2. ad Cor. 5. ſuper uer. ſiue bona fecerit, ſiue mala, & Hoſt. in ſum. de pœni. §. quibus mortuis, & ibi uideas.

ANNOTATIONES.

a ¶ Præterea. Et ſic uoluit Innocen. ut patet 2 quia dicit, uinum, & aqua ſimul mixta, & ſic aqua cum uino, uide inf. in gl. differentia.

b ¶ Nihilominus. Sed ſi non ſit uinum, an ſit ſacramentum, uide infra proxi. & uide in fine huius gl.

c ¶ Siue. Et ſic ibi eſt ſanguis neceſſario per concomitantiam. uide plenius Hoſtiẽ. infra eodem de homine, licet illud non ponat ibi Ioan. And.

d ¶ Rogantis. Vide Bar. in l. ſi cui, præalle. & doc. in le. ſecunda, C. de uerbo. ſignifi.

e ¶ Poſt. Et uide Bar. in l. 1. §. ſi plures, ff. de exacto.

f ¶ Verum eſſe. Quod aqua abſorbetur, & euaneſcit propter ſacramentum, uide infra in glo. 1. circumſpectum, uerſicu. quod ergo.

g ¶ Sanguinem. Vnde non eſt amplius panis, aut uinum, vt ſupra in glo. uere ueritas.

h ¶ Rapitur. De conſe. diſtin. 2. non eſt, & ibi uide glo. & in cap. & ſi Iudæos, infra de Iudæis.

i ¶ Accidentia. Albedo panis, & rubedo uini, & odor, & ſapor, & pondus, & tamen eſt caro.

k ¶ De reg. iur. Et uide Barto. in l. ſi quis, in prin. ff. de lega. 3. & uidetur limitari, niſi teſtamentum tranſeat in contractum: quia tunc non poteſt reuocari, de quo in l. hæredes palam. §. fina. ff. de teſta. & per Cy. plenẽ & per do. Bar. de Sali. in l. generaliter, C. de non nu. pec. & uide Bal. in l. ſtatuimus, C. de teſta. & doc. C. de pac. l. ſi.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio confectionis grauior, quàm cõfectio in mortali, & nu. 2.*
In mortali qui eſt, ſuſpenſus eſt quo ad ſe.
Canonis uerba quid ſi alius ſacerdos aſſiſtens celebranti, & omittenti dicat?
Corpus non poteſt eſſe ſine ſanguine, & è conuerſo.
2 *Simulata æquitas duplex eſt iniquitas.*
Simulare quantum peccatum ſit.
Euchariſtiam non ſacratam qui dant, in quod incurrant.
2 *Epilogus: ſuffragium gloſſarum, nu. 4.*
Serui qui pileati funus domini præcedunt, fiunt liberi, & quãdo.
5 *Additio gloſſarum.*
Inimicus in quo magis gaudeant.

CAPVT XVIII.

1 DE homine. Caſus. Grauius † peccat, qui ſimulat ſe conficere, & non cõficit, quàm is qui cõficit in mortali. & ſunt duæ partes, quæſtio, & eius ſolutio. 2. ibi, Cum ergo [*Incauto*] & ex eo cautiorem ſe eſſe credebat [*Mortali*] & ſic ſuſpẽſus quo ad ſe. de hoc cohabi. cleri. cap. fina. [*Intermittere*] bono modo, & ſine murmuratione populi [*Cæteris*] excepto canone [*Suppreſſis*] quid ſi alius ſacerdos aſsiſtens uerba canonis tunc dixiſſet? uide quod plene dixi de electio. ꝙ ſicut. §. ſuper eo. in gl. per hoc [*Corpus*] tractat hic Hoſtien. quomodo corpus nõ poteſt eſſe ſine ſanguine, & e conuerſo. de hoc dixi, ſupra cap. proxi. [*Purum*] i. non conſecratum. ſ. [*Intendis*] ſ. à confectione abſtinere

2 re [*Simulare*] Grego. Simulata † æquitas duplex eſt iniquitas. Hiero. ſuper Iſa. lib. 6. In comparatione duorũ malorum leuius malum eſt apertè peccare, quàm ſimulare, & fingere ſanctitatem, Cum ille, qui celebrat, cũ ſit in mortali. iſte uerò, qui fingit celebrare, & non celebrat [*Non ueretur*] ſi. C. de iudi. rẽ non nouã [*Aſtringat*] eadem ratione dixit Tho. in ſuo 6. quolibet. q. 6. peccare in idolatriam ſacerdotem, qui peccatori occulto petenti euchariſtiam dat hoſtiam non ſacratã.

3 ¶ Penultima † glo. ponit duas lecturas. ¶ Vltima glo. no. duo, & à ſecundo duos caſus excipit. ſecũdo quærit, & ſoluit. ¶ *In 5. † glo. ibi. §. ſed & qui domini*] ſerui manumiſsi præcedunt funus pileati, & qui ſic incedunt pileati de uoluntate teſtatoris. uel hæredis fiũt liberi,

5 ne populus, & cætera. ¶ *In † glo. 2. in fine*] Vin. & infra de condi. ap. uerum. ¶ *In glo. quia populus, in fi.*] Ioã. de elec. dudum. 2. infra de reli. & ue. ſan. ca. 1. & 2. ¶ *In glo. pe. ibi, occulte*] facit quod no. 1. q. ubi. ſancimus [*& ibi, corrigat*] in dictis patrum in nullo ſic gaudet inimicus, ut in illo, qui cogitationes ſuas manifeſtare non vult. Eſt & alia ratio: quia uidetur ſciẽter id facere. ff. de ritu nup. l. fina. [*& ibi, tuetur*] 82. diſt. plurimos, de pœniten. di. 6. cap. 1. in fine (*& ibi, nemo*) ubi de hoc & 81. diſtin. clericus ſolus (*& ibi, intellige*) ſecundum. T. Vincen. Goffre. ¶ *In glo. ultima*] poteſt dici ſecundum Ioan. T. Vincen. nec ob. 33. diſt. habuiſſe, quod intelligitur de illo, qui nec pœnitet. nec conteritur (*& ibi, quod ſic*) facit, quod no. 7. q. 1. nihil, & 1. diſtin. de his. 2. in fi. ulti. glo.

SVMMARIVM.

1 *Quòd aqua in ſacramento altaris conuertatur in flegma, improbatur opinio.*
Quòd Chriſtus fuerit uerus deus, & uerus homo, probat, & num. 2.
Item quòd de ipſius latere exierit aqua uera.
2 *Anima rationalis & intellectiua eſt humani corporis forma per ſe & eſſentialiter, ab ea triſtitia, & lætitia.*
Qui contra ſentit, hæreticus eſt.
3 *Anima Chriſti æterna & immortalis, & quomodo oſtendatur.*
Sanguinis, & aqua exitus de corpore mortui Chriſti fuit miraculoſus. quid deſignet, nu. 6.
4 *Creata omnia de nihilo ſunt à deo.*
Natura cedit miraculo.
Compotentia quæ hic dicatur.
5 *Suffragium gloſſarum.*

Quando

Quando mentem, non uerba inſpicere debeamus, & quando ſecus, afferuntur exempla.
7 *Additio gloſſarum.*
Ad corporis humani compoſitionem quattuor elementa & quattuor eis conueniunt humores, & qui, in fin.

CAPVT VIII.

1 IN quadam. Caſus. Improbat opinionē, quæ habet, ꝙ
in ſacramento altaris aqua conuertatur in
flegma, & probat Chriſtum fuiſſe uerum
deum, & uerum hominem, & ꝙ de ipſius latere exijt
uera aqua. dicebat Goff. improbando opinionem, de
qua loquitur. dicit Inn. Chriſtum uerum deum, quod
probat illa auctoritate. Tres ſunt, qui teſtimoniū dant
in cęlo. pater, uerbū, & ſpiritus ſanctus, & hi tres unū
ſunt. ſecundo probat Chriſtum verum hominem. primò
per auctoritatem illam, Tres ſunt, qui teſtimoniū
dant in terra. ſpiritus, aqua, & ſanguis. Principaliter. n.
homo cōſiſtit ex duobus, ſ. ex corpore, & anima. Chriſtus
ueram habuit animam, quod probat ex eo, quia
inclinato capite tradidit ſpiritum. alibi, In manus tuas
commendo ſpiritum meum, quod non de ſpiritu uitali,
ſed de anima rationali intelligendum eſt, iuxta illud,
Triſtis eſt anima mea. & illud, Poteſtatem habeo
ponendi animam meam. tertiò probat, ꝙ uera aqua
exiuit de latere Chriſti in paſsione, & non flegma, quod
probat. Primò ex eo, quod cōtinuò exiuit ſanguis, &
aqua. Secundo ex eo, ꝙ tres ſunt, qui teſtimoniū dant
in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis. Tertio quia ſicut verus
ſpiritus, & uerus ſanguis, ſic & uera aqua exiuit de
latere Chriſti, nā Chriſtus eſt veritas, & à ueritate omnis
fallacia aliena. Quarto quia ille, qui uidit, teſtimoniū
perhibuit, ſicut dixit de aqua, ſic dixiſſet de flegmate,
ſi flegma de latere exiuiſſet. Quintò, quia in aqua
regeneramur, non in flegmate. Sextò quia aqua
miſcetur in calice, nō flegma. Septimo quia de petra,
quam Moyſes virga percuſsit, non flegma, ſed aqua
manauit. In fine ponit, quare de latere Chriſti exiuit
ſanguis, & aqua. Goffr. [*Aquaticum*] pro hac opi. faciat
glo. in Io. ibi dicit, ter nominat aquam propter baptiſ-
a ma, quod conſecrauit: ſecundo propter lachymas ª,
quas fudit: tertio propter aquam elementi, uel potius
ueri corporis humorem, quem de latere emiſit. Hoſt.
2 [*Epiſtola*] i. 5. ca. [*Cælo*] i. de † cęleſtibus Chriſti. ſ. ipſum
fuiſſe uerum deum [*Terra*] i. de terreſtribus, ſ. ꝙ Chriſtus
fuerit uerus homo [*Anima*] de rationali loquitur.
unde in concil. Vien. de ſum. trini. & fi. ca. fidei. §. porrò,
damnatur, & hæretica iudicatur opi. quæ habet, ꝙ
ſubſtantia animæ rationalis, uel intellectiuæ per ſe &
eſſentialiter non ſit humani corporis forma. de ſenſitiua,
& uegetatiua non dubitat, ut ibi ſatis ſcripſi [*Tradidit*]
Io. 19. [*Clamauerat*] Luc. 23. F. [*Prædixerat*] Matth.
27. [*Triſtis*] ergo habebat animam rationabilem, quæ
letitiam, & triſtitiam habebat. Innocen. [*Et iterum*] per
3 † hoc oſtendit, ꝙ anima eius erat æterna & immortalis,
non temporalis & tranſitoria, ut brutorum. Inno.
[*Latus*] Ioā. 19. F. [*Exiuit*] miraculosè. i. ſumma uirtute
naturæ naturantis. i. dei, quia de corpore mortui non
ſolet exire naturaliter nec ſanguis, nec aqua. hoc autē
fuit figuratum in muliere formata de latere dormiētis,
Gen. 2. Hoſti. & ꝙ tunc mortuus fuerit, eſt approbatum
in concil. Vien. de ſum. tri. c. fidei. i. reſpon. ubi
ponitur hæc figura [*Ille*] Io. euangeliſta [*Veritas*] Io. 14.
Ideò forte interrogatus à Pilato, qd eſſet ueritas, no-
b luit reſpōdere, ne uideretur ſe iactare. ᵇ [*Sed aqua*] Exo-
4 di decimoſeptimo [*Creata*] de nihilo † enim deus creauit
omnia, & in talibus natura cedit miraculo, ſupra
eodem cum Marthæ. §. queſiuiſti. Hoſti. [*De componentibus*]
i. elementis, quæ ad compoſitionem hominis
ueniunt. uel. i. de membris Chriſti, quæ ad eius compoſitionē
venerant. Inn. [*Vera fuit*] quemadmodū &c.
quod ſequitur, eſt interpoſitio [*Verus*] quia nec in ſanguine.
nec in ſudore, nec in aqua fuit aliqua falſitas,
uel fictio (*In terram*) Lucę. 22. c. (*Illis*) ſ. elementis (*Iſtis*)
ſ. humoribus (*Maximè*) alias maxima, & melius. & dicuntur
maxima ſecundum Hoſtien. quia nec ſine re-
5 demptione, nec ſine regeneratione ſalus eſt. ¶ *In † glo. ante pe. ibi, l. 3.*) ſi dixit teſtator, Talis filius meus alienus
meæ ſubſtantiæ fiat, exhæredatus eſt, non preteritus.
nec egemus interpretatione, cum uerborum ſenſus
ſit manifeſtus (*& ibi, promittendo*) dotem, ſi nuptiæ ſecutæ
non ſunt, ex ſtipulatu non agit, ut magis intueamur
rē, quàm uerba (*& ibi, ſi alij*) ſi teſtator legat uni
fundum. & alteri illius uſufructum, intendens ꝙ alter
nudam proprietatem habeat, illi tamen diuident vſufructum,
& plus ualebit ſcriptura, quàm quod actum
eſt. debuit enim exprimere, ꝙ alteri legabat fundum
uſufructu detracto (*& ibi, non aliter*) vide in c. ꝓpterea,
6 in gl. 2 ¶ *in † glo. 2. ibi, uerus homo*) q. exitus aquæ deſignare
habet fontem, uel fluuium, non corpus humanū
(*& ibi, corporis*) quem, ſupra ſanguinem hominis minuti
natare uidemus ſecū dum Abb. (*& ibi, uidebantur*]
ſed dato, quòd illa fuerit uera aqua, ſicut papa dicebat,
nec textum, nec glo. ſufficienter intelligebat (*& in fi.*)
ut patent hæc omnia in an. ¶ *In glo. 3. ibi, defecta*] iſta
ſub. [*& ibi, quidam*] uer. Manichæi. ¶ *In glo. pater, ibi, dixit*]
Matth. 3. [*& ibi, transfiguratus*] Matth. 17. A. [*& ibi, requieuit*]
Ioan. 1. D. [*& in fine*] Actu. 10. & eſt eadem glo. ſup.
de ſum. trini. damnamus. ¶ *In glo. id eſt, in fi.*] 56. diſt. naſci.
¶ *In glo. ſic ſupra ibi, ex literis*) & c. cū dilectus. ¶ *In glo. uli. in fi.*)
Vincen. & breuiter talis eſt ſanguis, eſt aer, colera,
eſt ignis, flegma, eſt aqua, melancholia, eſt terra.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio capituli.*
Commeſſationes illicitæ clericis, & quando maxime.
Fabulationes item, & ubi.
In cōuiuijs clericorum miſceri lectio debet ſacrarum ſcripturarum.
2 *Dies ut finiatur.*
Tempus in quibus illicitè expendatur à clericis.
Quàm temporis nulla iactura grauior, & nil eo carius.
3 *Requies qualis & quanta eſſe debeat.*
Aurora etymon quod.
Dormientem quòd ſolis radius inueniat, indecens Chriſtiano.
4 *Pſalmi quot in paſcali tempore, & quomodo canendi, & qui generaliter dicendi, nu. 5. pœna tranſgreſſoris, ibid.*
Romanæ eccleſiæ mos in quibus ſeruandus.
5 *Ad officia eccleſiaſtica quomodo eundum, ſtandum, & pſallendū à clericis, & nu. 8. & 12. quando peccent aliud cogitando, uel interponendo, num. 6. quid ſi non integrè interſit, num. 7. ab eis qui retrahitur, uel ipſorum deuotione, uel impeditur dicere quādo, & quantum peccet, nu. 9.*
Ex omiſſione verſus, uel pſalmi an & quantum peccent, omiſſum an & quando repetendum. uide & nu. 7.
Orandum à clericis quoties ſit preceptum, & nu. 8.
7 *Officiis diuinis qui interſunt laici, & non intelligunt, quæ leguntur, quomodo ſe habere, & quid orare debeant.*
8 *Epiſcopi nullum diem ſine miſſa dicenda, uel audienda tranſire debent.*
10 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 11. 12.*
Miſſam an celebret ſyncopatè loquens, & quando.
13 *Cōtra canonē qui uenit, monēdus, niſi certa pœna ab eo ſit inflicta.*
Contra iudicem qui uenit ſtatim puniri poteſt.

CAPVT VIIII.

DOlentes. Tolle pro ſumma finem capituli,
& duo † facit. Primò ponit duplicem clericorum exceſſum. ſecundus

dus ibi, Sunt & alij.Secundò id prohibet ibi, Hoc igi-
tur [*Clerici*] beneficiati, de hoc ſupra capitulo primo,
Lau. [*Commeſſationes*] quæ ſunt illicitę,maximè diebus
feſtis.43.di.§.1.& capitulo primo, & idem dico de fa-
bulationibus,maximè in conuiuijs,iuxta Catonis cõ
ſilium.unde miſceri debet ſacrarum ſcripturarum le-
ctio.e.d.pro reuerentia, ſecundum Hoſti.[*Alijs*] gra-
2 uioribus. Goff.[*Meditatem*] & ſic † finiunt diem ſecũ-
dum computationem,de qua.ff.de ferijs,more, & ſu-
pra de offi.dele.conſuluit. Vincen.[*Expendunt*] Ioã.17.
Noctem verterunt in diem.vnde dicere poſſumus ſe-
cundum.B.Ber.cum nil carius tempore, nil uilius ré-
putatur.Iſti.n.tempus,quod habent,pro nihilo expē-
dunt nunc comedendo,nunc fabulando,nunc cachi
nando,& inter fabulam calices hauriendo,de uita &
honeſtate clericorum, à crapula. Hoſti. Marcus Var.
Nulla iactura grauior eſt ſciēti, quàm temporis. Sen.
i.epi.in principio, Vēdica te tibi,& tempus, quod aut
auferebatur, aut excipiebat, aut ſurripiebatur, colli-
3 ge,& ſerua [*Somno*] requirit natura † requiem : tamen
captāda eſt hora congrua.unde Sen. Quies tibi ſit,nõ
deſidia.Ouidius ſine titulo,Stulte,quid eſt ſomnus ni
ſi gelidæ mortis imago? Longa quieſcēdi tēpora fata
dabunt[*Diurnum*]ſ.in aurora,ſic dicta quaſi auiũ hora.
Surgunt ergo ualde mane, orto iam ſole. Matth.ulti.
A.Dicit Aug.indecēs eſt Chriſtiano,ꝙ ipſum ſolis ra-
dius dormientem inueniat[*Excitantur*] ſup.& tunc in-
trant eccleſiam tranſcurrendo &c.& ſic uerſus euiſce
rant,quod quandoque accidit ſecundum Hoſti.pro-
4 pter officij prolixitatem. Vnde licet ſecundum † mo-
rem Ro.non ſufficiat in paſcali tēpore dicere tres pſal
mos, de con.diſ.5.in die reſurrectionis, non reprobat
aliorum conſue.qui dicunt tres tantum,[quia melior
eſt.5.pſalmorum &c.e.diſt.non mediocriter.nec con
ſiſtit hoc in cantus modulatione, ſeu uerborum mul
titudine,ſed in corde.92.diſtin.capitulo primo, & ſe-
cũdo,nec ob.prę.c.in die:quia licet mos eccleſiæ Ro.
in ſacramentis ſit ſeruandus, in officijs non de neceſ-
5 ſitate ſecundum Ho.[*Matutinum*] ad eccleſiaſtica † of-
ficia eundum eſt in honeſto habitu & decenti,ſup.de
ui.& ho.cleri.cap.pe. & cum deuotione ibi ſtandum:
ideo plus corde,quàm uoce pſallendum.92.diſt.capi-
tulo ſecundo, & uidetur, ꝙ clericus, qui eſt in diuinis
officijs,non peccat,ſi quod dicit ibi,nõ intelligat, dũ-
modo cor ſuum ad deum habeat, & ei pſallat. imo &
ſi aliquem uerſum omittat ex negligentia, nõ peccat,
ſecundum Inn.intelligas mortaliter ..uenialiter enim
peccat ſecundum Hoſt. nec eſt ſecundum Innocen.à
capite pſalmi propter hoc ſine magna cauſa recurrē-
dum: quia ſi fieret,aliquibus forte ſcandalum genera
ret.imò & ſi omittat pſalmum,non debet ad illum re
dire propter prædictam cauſam ſecundum Innoc.I.ſi
aliquis de choro alijs cātantibus nil dicat de pſalmo,
propter id ſolum non reiterabitur pſalmus,nam ſi to
tus chorus omiſiſſet pſalmum, puto ꝙ dicēdus eſſet,
niſi forſan ſcandalum immineret : ut infra eo. gl.ver.
poteſt & illud dici : ſed & ille ſolus debet ſuam negli-
gentiam confiteri ſecundum Inn.tanquam de ueniali,
non mortali,ſed contra Hiere.48. A.Maledictus ho
mo,qui facit opus domini deſidioſè.Sol. illud intelli-
gitur accurata, uel lata & malicioſa negligentia. Nos
uerò loquimur de leui,ſiue de leuiſsima,quę forte ex
nimia contemplatione,ſeu meditatione contingit ſe-
cundum Inno.aut propter ſomnũ nimium, propter
quod ſi quis ad eccleſiā tardius ſurgat, inter uenialia
computatur.25.diſt.§.aliàs,ante ſi. In hoc tamen caſu
ſatis poteſt dici ſecundum Inn.ꝙ ille,qui omiſit pſal-
mum,ipſum dicat in ſilentio, dum alij cantāt noctur
num.Poteſt & illud dici,ꝙ ſi pſalmum totum omiſit,
pſalmus non eſt cum ſcandalo alicuius reiterandus,
non enim eſt tanti unius pſalmi omiſsio, ꝙ propter
hanc ſit aliquis ſcandalizandus.arg.ſupra de prę ſcrip.
nihil.nempe præceptum eſt, ꝙ ſepties in die oret ho-
mo.i.clericus in ſacris,uel beneficiatus, ſupra eo.ca.1.
Sed ꝙ iſti.uel illi pſalmi dicantur,non eſt in pręcepto.
& no.ſi.infra e.§.ſi.ſuper uer.penitus Inhibentes, uer.
uel dic,ꝙ dicere officium,& ſequentibus. Vnde & ui-
demus,ꝙ una eccleſia dicit quoſdam pſalmos, & alia
alios ſecundum Inno.hoc uerum eſt:nihilominus ta-
men clericus uniuſcuiuſque eccleſiæ debet dicere il-
los pſalmos,quos ſua dicit eccleſia.alioquin, ſi ex cõ-
temptu aliter faciat, tanquam tranſgreſſor conſtitu-
tionis, uel conſue. eiuſdem eccleſiæ iudicari poterit,
& puniri, & per conſequens tanquam tranſgreſſor le-
6 gis.11.diſt.in his.¶ Sed nunquid † peccat clericus, qui
dum eſt in officijs, cogitat ſuper alio bono ſpirituali,
uel temporali? Reſpondeo,non debet alijs intendere,
niſi neceſsitas,uel utilitas, quæ dilationem non capit,
cogat eum de alijs cogitare ſecundum Inno. argu. in
eo,quod lo.& no.infra de reg.iur.quod non eſt licitũ:
uerumtamen cum ſecundum Boætium cor hominis
uagum ſit & mobilius omni mobili, nõ eſt adeò for-
tis homo,ꝙ tales cogitationes euitet,unde nec ſemp
in his mortaliter peccat,ſed uenialiter,ut ſup.no.ideo
& ſecundum Inn.non uidetur peccare, ſi quando ni-
mis fatigatus eſt ſpiritus, & poteſt fieri ſine ſcandalo,
aliquantulum cauſa recreationis exeat eccleſiam,vel
aliqua dicat,uel cogitet præter illa,quæ leguntur.Ca-
ueat tamen,ne in his excedat ſecũdum Inn. & nimiũ,
7 & frequenter. Quid ſi † quis ſine malitia non interfuit
in prin.officij, uel fini nequeat intereſſe? Reſpondeo,
non oportet, ꝙ à capite incipiat, uel finem ſuppleat.
ſi tamen magnam partē nocturnorũ,uel laudis omit
teret,bene faceret, ſi illud diceret ſecundum Innocē.
Hoc ultimum credimus eſſe tutum,ut patet in eo,qđ
ſupra no. infra eo.§.fina. Quid de laicis, qui interſunt
officijs.nec intelligunt,quę leguntur? Reſpondeo,de-
bent eſſe in ſilentio,& orare deum, ut orationes,& le
ctiones,& pſalmi, & cantus, qui fiunt in eccleſia,pro-
ſint ſibi, & alijs ad ſalutem ſecundum Innocen.[*Alij*]
8 clerici, & prælati [*Quater*] de epiſcopis † habes, de pri-
uileg.c.ſi.lib.6. ꝙ abſque miſſa dicenda, uel audienda
a diem aliquam tranſire ᵃ non debent [*Intereſſe*] Hiero.
in trāſla. Orige.ſuper Gene.omel.10. ſine intermiſsio-
ne orandum Apoſtolus præcipit. Vos, qui ad oratio-
nes non conuenitis, quo modo completis ſine inter-
miſsione, quod ſemper omittitis [*Contemnunt*] uel ſta-
tim poſt euangelium recedũt[*non porrigunt*] quia plu-
ribus intentus, & cętera.ad id de cohabi.cler. quod à
te,& capitulo, diuerſis [*Similia*] de quibus in cle.eodē
titulo, graui [*Inhibemus*] habes ergo præceptũ, & pro-
hibitiones, iuxta illud pſal. Declina à malo,& fac bo-
9 num. ergo † qui propter commeſſationes, uel fabu-
lationes,uel alios malos mores ab officio retrahitur,
uel ipſius deuotione, uel impedit id dicere horis cõ-
petentibus,omittēs miſſam celebrare, uel audire,uel
ſi intereſt,non habet cor ad deum, ſed ad exteriora,
mortaliter peccat, ut hic, & 14.quæſtione.1.quod p̄-
cipitur:& ſi uerbum ſit durũ,tamen ſcriptum. 6.quæ-
ſtione.1.ſcriptum.cum ſimilibus, vel dic, ꝙ dicere eſt
in præcepto,ſed alia,quæ in deuotione cõſiſtunt,ſua-
dendo dicuntur. unde dicit inſta. Quantum deus de-
derit,quaſi dicat,ꝙ durũ eſſet hoc ponere,in uſu præ-
cepti,relinquimus ea gratiæ dei. & hoc, qa benignũ,
placet Hoſtien. quia nec debet eccleſia alicui iniicere
laqueum.27.q.1.de uiduis.2.nec aliquos oneribus im
portabilibus alligare.26.quæſtione finali,alligant.uel
dic,ꝙ hęc non obligant ad culpam de nouo incurrē-
dam, ſed ad pœnam ſuſpenſionis, quæ poteſt infligi,
quod nota, dum dicit, Sub pœna, & cętera [*Studioſe*]

quò ad officiũ oris non ſyncopando. nec aliud omit-
tendo [*Deuotè*] quò ad officium cordis.33 diſtin. pſal-
10 miſta. ¶ Vltima † gloſſ.reſpondet per quæſtio.quæ ſit
11 pœna contrafacientis. ¶ *In* † *glo.ultima, ibi, Celſus*] uide
12 de ſagit.capitulo uno, ſuper glo.ſecunda. ¶ *In* † *glo.pri-
ma, in fine*] dicit Vincen. ꝙ talis cum ſyncopa loquens
& horas dicit, & celebrat, dummodo intẽdat dicere,
quod dicit eccleſia,& vtatur uerbis in propria ſignifi-
catione, nec intendat inducere errorem, de con.diſt.
4.retulerunt. ¶ *In glo. ſecunda.ibi, ſententia*] idem Vincẽ.
maximè propter uerbum,& ſimilia.idem Hoſti.[*& in
fine*] & 63.diſtin.Salonitanæ, & infra de ſagit.capitulo
13 uno. ¶ *In glo.ultima,ibi,canonis*] unde,qui uenit † contra
canonem,monetur ante, quàm per iudicem puniatſ,
argumen.de cleri.ex.ſi celebrat,de cohabi.cleri.c.2.&
& ſequentibus, de electio. cum in cũctis.§.inferiora,
niſi certa pęna à canone ſit inflicta. de hoc de præbẽ.
extirpandæ.qui contra iudicem, ſtatim puniri poſſet.
ff.ſi quis iusdicen.non obtem.l.una, de offi. deleg.de
b cauſis [*& in fine*] adde,quod nota.infra de electio.[b] ge
nerali, in gloſſ.contrafaciens, libro ſexto, & ſupra de
treu.& pace, capitulo primo.

ANNOTATIONES.

a ¶Tranſire. Tex.ille utitur,uer.decet,quod minus importat,quàm
debet,uide Io. An.de unto, magnæ,in glo.hic patet.

b ¶De electi. Et uide de maio & obe.illud, ſuper glo.ſi.per Io. An.
& de conceſ.præben.deteſtanda, in glo.ſimile. & iſta Bar.inducit
ad ſuum propoſitum in le.ſi quis pro eo, ff.de fideiuſ.& qui facit
contra ius,præſumitur in dolo.ff.ad Silla.propter veneni.

SVMMARIVM.

1 *Euchariſtia debet conſeruari; quomodo in eius eleuatione,& por-
tatione populus inclinare debet, & nu.3.*
Quomodo ad infirmum debeat deferri, & referri, & num.3.& 4.
unde dicta, num.2.
Vt tranſgreſſores puniantur.
Incuria, quid ſignificet.
3 *Signum ſaluatoris non debet in terra fieri.*
Sacerdotis officium in inſtruendo populo, & eius pueris quod hic.
4 *Ad corpus Chriſti fugiẽs an gaudeat immunitate, & an recipiẽs.*
*Priuilegium non extendendum de una eccleſia ad aliam,uel de pri-
uato ad alium.*
Contingere, quod poteſt, præcauendum.
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu.6.*
In hoſtia ſalutaris eleuatione, quæ orationes, & hymni dicendi.

CAPVT IIII.

1 SAnè. Caſus.Dicit † ꝙ euchariſtia debet
cõſeruari, quomodo in eius ele-
uatione, & portione populus debeat in-
clinare, quomodo debeat ad infirmũ de-
ferri: tranſgreſſores præcipit grauiter puniri. ſecunda
ibi, Sacerdos.tertia ibi,Quam,quarta ibi, Prælati [*In-
curiam*] ideſt negligentiam.Phi.uel malam curã [*Exar-
deſcat*] facit in autentico, ut non luxu.contra natu.re-
ſpõ.primo,col.6.de exceſsi.prę.clerici. 16.q.1.reuerti-
2 mini [*Euchariſtia*] dicta † ab eu,quod eſt bonum.ſicut
euge,& charis,quod eſt gratia.nec debet ſcribi per.H.
quia tunc eſſet interiectio dolentis,nec eſt etiã aduer-
bium reſpondẽdi.inde uer. Heu.dolet,eu prodeſt, eu
dat reſponſa uocanti. ſecundum Hoſti.& adde,quod
dixi ſupra de teſtamen nos quidem, ſuper prima glo.
[*Singulari*] ideſt,in quo nil ſit allud.Pe. [*Deuotè*] ob hoc
3 † ſignum ſaluatoris non debet fieri in terra.C.nemi.li.
ſal.l.1. Vincen.facit de officio ordina.ſi canonici, li.6.
[*Doceat*] de ætate, & qualitate, cum ſit.& clericus eius
pueros.quod dic,vt de uita,& honeſtate clericorum,
capitulo.3.[*Inclinet*] ſic incuruatur,cum legitur euan-
gelium, ſtando tamen.de con.diſt.1.apoſtolica [*Idem
faciens*] plebs ſe reuerenter inclinando, & ad hoc per
ſacerdotem inſtruatur [*Eam*] euchariſtiã [*Decenti*] pu-
ta ſuperpellicio,uel capa rotũda cum ſtola.ad hoc de
uita, & honeſtate clericorũ [*Mundo*] abſurdum.n. &c.
de cuſto. eu.c.2.in fine [*Referat*] debet ergo presbyter
ire munitus euchariſtijs, ne uacuus reuertaſ, & ne ip-
ſo reuertente homines idolatrizent adorando creatu
ram, nõ creatorem.& ſi propter multitudinem infir-
morum totum expenderet,in reuertẽdo ceſſet lumẽ,
& ſonitus campanellæ ſecundum Hoſtien.[*Manifeſtè*]
non ſub capa [*Ante pectus*] non poſt collum [*Lumine*]
4 ſic miſſa † non debet ſine lumine celebrari, infra c.ſi.
[*Candor*] ſapientiæ. 7. [*Ex hoc*] ſcilicet ꝙ ſic fideliter cu-
ſtoditur, & reuerenter tractatur [*Apud omnes*] no.hoc
Vincen.& Goſ.ꝙ fugiens ad corpus Chriſti, quod de-
fert ſacerdos ad infirmum, non gaudet immunitate,
utentes ratione,quam no. Ioan.13.quæſtio.2.cap.ulti
mo.ſed Ioan.ibi de recipiente loquitur,non de fugiẽ-
te. Hoſt.uero dixit hic, & Vin.fatetur hoc honeſtum,
ꝙ fugiens gaudet immunitate, licet non recipiens. &
eſt ratio ſecundum eum, ꝙ corpus Chriſti recipientẽ
captiuum inuenit,& ſic captiuum dimittit,ne uideaſ
omnino damnare iuſtitiam,cum iuxta pſal. Iuſtus eſt
dominus &c. & ſummum bonum, &c. 12.q.2.cũ de-
uotiſsimam: fugientem verò,quem liberum inuenit,
in libertate cõſeruat. probat autem hoc multis ratio-
nibus.& primò quia ſi propter honorem dei eccleſia
habet illud priuilegium, ergo fortius ipſe deus: quia
propter quod unumquodque,& ipſum magis,in cle.
de reli.cap.2.no. in prin. ſecundo quia ſi ſtatua præfe-
cti ſaluat hominem.inſti.de his,qui ſui,uel ali.iu.ſunt.
§.ſed hoc tẽpore, multo fortius corpus Chriſti, quo
nil maius.95.diſt.ecce.ad hoc fides mulieris patientis
fluxum,vt legitur Matth.9. Nec ob.euchariſtiam eſſe
cibum animæ: quia nihilo minus corpus Chriſti eſt,
& corporali eccleſiæ præferẽdum. nec ob.priuilegiũ
non extendendum: quia illud uerum de una eccleſia
ad aliam, uel de priuato ad alium, de priuile.ſane. Itẽ
lõge grauius eſt æternam, quàm temporalem &c. de
hære. uergentis, & ex cõtraria opinione ſequi poſſet,
ꝙ euchariſtia proiceretur in lutum. & præcauendum
eſt,quod contingere poſſet, de ſer.non ordi.c.1.& di-
cit ſe non uidere,quare magiſtri contrarium notaue-
rint: quia & ſi odioſum reſtringatur,eſt tamen contra
regulam fauorabile reſtringi,de reg.iur.odia,libro 6.
5 [*Tranſgreſſores*] ſacerdotes,uel inferiores. ¶ Secda † glo.
reſpondet per quæſtio. quam tripliciter ſoluit, & ſol.
mediam moderatur. ¶ *In gl.ult.ibi.l.1.in fi.*] uide in præ.
c.de cauſis,ſuper ulti.glo. ¶ *In* † *glo.2.ibi.uerius bono*] vel,
Salue caro Chriſti, quæ pro me paſſa fuiſti. Intus mo
munda Chriſti caro,ſanguis, & unda, uel iſta, Rex ſe-
det &c.Goff.uel iſta, Auerte faciam tuam domine, cũ
tribus uer.ſequentibus.uel, Deus propitius eſto. uel;
Ieſu Chriſti fili dauid redemptor mũdi miſerere mei.
Abb. uel ſecundum Vinc.iſta, Aue principium meæ
creationis: aue uiaticũ meæ peregrinationis: aue cau-
ſa meæ ſaluationis: te odoro, te uerum corpus Chriſti
eſſe cõfiteor,per quod liberati ſumus à poteſtate dia-
boli, ſanctiſſime pater miſerere mei,& adde hanc ora
tionẽ, Deus qui ſingularis corporis tui hoſtia totius
mundi ſoluiſti delicta, maculas ſcelerum noſtrorum
abſterge,& omnium tuorum, & fidelium defuncto
rum peccata dimitte, eiſque præmia ęterna concede,
uel ſm Mar.& Phi. Gratias agimus tibi, domine ſan-
cte pater, pro iam beatificatis poſtulantes, ut eorum
interuentu apud te mereamur adiuuari.pro his autẽ,
qui adhuc in purgatorijs detinentur. Immolatur tibi
pater filius obſecrando,ut per hanc ſacroſanctam ho
ſtiam

ſtiam pęna illorum breuior fiat, & leuior. pro nobis
autem, quos adhuc peccata grauant carnis, & ſanguis
imolatur tibi filius ſupplicãdo, vt peccata, quæ exiſtē-
tes in carne contrahimus, caro mundet, ſanguis lauet
domini noſtri Ieſu Chriſti. Item hymnum, Ieſu no-
ſtra redemtio &c. [*& ibi, orationem dominicam*] quã Chri-
ſtus docuit, Matth. 6. A. nec poteſt diſcipulus eſſe ſu-
pra magiſtrũ. Hoſti. [*& in fi.*] poſſet ſic corrigi: ſit hoc
ſacramentum domine ad honorem, &c. ſm Hoſtien.

S V M M A R I V M.

1 *Miſſæ quæ celebrandæ in conuentualibus eccleſiis, & nu. 2.*
Torpor pro pigritia, uel defectu.
Obrepere, quid ſignificet.
2 *Pro defunctis in ſingulis miſſis iubet orari canon.*
*Eorum anniuerſarium quando, & quomodo faciendum, & à qui-
bus, & cur permiſſum.*
*Eſt licitum, ſi pro eo, quid relinquatur, & quo nomine appelletur
alio, num. 4.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 4.*
Defunctorum animæ quot ſoluantur modis.
Preces malorum proſintne, an noceant.
Per alium quis poteſt ſaluari, non damnari.

C A P V T XI.

1 CVm creatura. In † conuentuali-
bus eccleſiis con-
uentualiter celebrãdæ ſunt miſſæ de feſto,
uel feria, & pro anniuerſarijs defunctorũ:
ponit mandatum, cuius præmittit cauſam generalē.
ſecunda ibi, Mandamus [*Torporem*] ponitur pro pigri-
tia, uel defectu [*Obrepere*] quaſi ſubintrare latenter, ut
in proœ. ele. uerſi. quia etiam, ubi de hoc [*Defunctorum*]
2 canō † iubet in ſingulis miſsis orari pro defunctis, de
con. diſt. 1. cap. pe. [*Feſto, uel feria*] q. d. ſi anniuerſarium
incidat in feſto, faciēdum eſt ſaltem in priuato, & miſ-
ſa feſti ſolenniter in conuentu. & ſi non eſt feſtum, po
teſt dici miſſa anniuerſarij ſolenniter, & ferialis in pri-
a uato[a], ut diei qualitas requirit: habet locum in con-
uentualibus, & poſſet habere locum in capellis, qua-
ſi ſit hæc iuſta cauſa bis celebrandi, ſupra eo. conſului
ſti, & cum cõmuniter mortuos obliuioni tradamus,
fuit hic permiſſum eorum anniuerſariũ: ad quod hi,
quibus propter hoc aliquid eſt relictum, quaſi ex de-
bito tenentur. ſimi. de decimis, parochianos, nec eſt
hoc ſimoniacum. de præben. ſignificatum, de uoto,
non eſt, ne præ. ui. ſu. c. 3. ſecundum Hoſti. [*Conuentuali-*
3 *ter*] i. ſolenniter in conuentu. ¶ Prima † gl. reſpondet
4 per quæſtio. quid hic dicatur anniuerſarium. ¶ *In † gl.
prima. ibi, mortis ſuæ*] interdum dicuntur uigiliæ. 91. diſt.
cap. 1. & ſic Paduæ [*& ibi, ſanctorum*] an preces malorũ
proſint, uel noceant, no. 49. di. §. 1. & 3. q. 7. in grauibus
[*& ibi, eleemoſynis*] de his quattuor ſuffragijs poſui uer-
ſus, ſupra de ſepul. cap. ulti. [*& ibi, agnatorum*] & ſic po-
teſt quis per alium ſaluari, licet non per alium damna
ri. de hoc. 1. quæſtio. 4. iam itaque.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Priuato. Debet tamen ſemper præcedere miſſa feſti, uel feriæ miſſam mortuorum, uide rationem, quare, per Ioan. And. ſupra eodem conſuluiſti, ſuper gloſſ. ſecunda.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus in die cænæ domini in ſua eccleſia tantum celebrare de-
bet, & criſma conficere, excipitur caſus, nu. 2.*
*Miſſam cuilibet ſacerdoti unam ſufficit celebrare, neque ſemper,
num. 2. excipitur ibid.*
2 *Miſſam unam quare hic tantum dicere præcipitur archiepiſcopo.*
*Chriſma conſecrari qua die debeat, & num. 1. & ſolenniter, num.
3. in fin.*
3 *Epiſcopus quolibet die dominico debet eſſe præſens in eccleſia ca-
thedrali, niſi impediatur iuſtè, & an tunc celebrare.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

C A P V T XII.

1 TE referente. Caſus. In die cęnę do
mini epiſcopus ĩ ſua
eccleſia tantùm miſſam celebrare debet,
& chriſma cõficere. ponit mandatum, cu-
ius præmittit cãm ſpecialē. ſcđa ibi, Fraternitati [*Qua-
cunque*] aliàs quatacũque. quaſi dicat, etiã ſi ſit epiſco-
pus, ſi. de reſti. cum à nobis [*Valde felix*] minus eſt tene-
re ſacerdotiũ, quàm mereri: dicit Hiero. ad Pammia.
2 3. c. [*Vnam*] unde † nec ſemper iſtud cõmendatur, de
con. di. 2 quotidie [*Dumtaxat*] ſed cũ ſacerdos ſimplex
propter peregrinos ſuperuenientes ſecũdã miſſam di-
cere poſsit, de hoc ſupra eo. conſuluiſti, quare huic ar
chiepiſcopo præcipitur. ut unam tãtum dicat, & cer-
to loco? Solutio, Poteſt eſſe ratio: quia, ut dicitur in
glo. & in an. peregrini eum cogebant celebrare. unde
fugiebat celebrantis deuotio, de con. di. 5. nõ medio-
criter. 33. q. 5. ſaluabitur. 45. diſt. de Iudæis. Secunda ra-
tio: quia poſſet tantùm in prima miſſa detineri. ꝙ im-
pediretur, & ſic per conſequens chriſmatis cõfectio,
quod conſecrari non debet niſi illa die. de hoc de cõ.
diſt. 3. literis, & di. 4. omni tempore. ibi uerò miſſa pe-
regrinorum ſequitur ordinariam. Ad id, quod de ſa-
cerdote obiicitur. reſpondetur ibi, non eſt alius ſacer-
dos, qui alteram dicere poſsit. ſed hic multi erant, qui
poterant primam dicere peregrinis. & nullus præter
archiepiſcopum, qui poſſet dicere ſecundam. imò ui-
detur, ꝙ hoc mandatum ſibi fiat ad excuſationem, &
requiſitionem ſuam ſi. de inſtitu. ad decorem. poſſet
etiam dici. ꝙ is. qui habet chriſma cõficere, ob hono-
rem chriſmatis illa die nõ debet niſi unam miſſam di
cere. quod quidam præciſe tenent: ſed ſecũdum iſtos
ſequeretur, ꝙ ſi quis habet duos epiſcopatus tam pro
pinquos, ꝙ in vtraq; eccleſia poſſet celebrare, & chriſ
ma conficere, hoc ei nõ liceret: & tamē iſti ſuper hoc
ius non habent niſi iſtud: tamen ſi hoc dictum uis ſe-
qui, dicere poſſes. ꝙ uno anno celebret in una eccle-
ſia, & alio in alia, & ꝙ chriſma unius eccleſię in aliam
tranſmittatur, ut fit frequenter ſecundum Hoſt. [*Con-*
3 *ficere*] non † ob. generali interdicto loci, de ſent. excõ.
quoniam, lib. 6. imò & quolibet die dominico debet
epiſcopus eſſe præſens in eccleſia cathedrali, niſi in-
cit,eccleſia tibi commiſſa, de uſu pal.c.1.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio , ſeu continuatio tituli.*
Immunes quare dicantur eccleſia.
2 *De immunitate eccleſiarum,cæmeterij, & rerum ad eas pertinen-
tium quibus in alijs, quàm hoc,locis agatur.*

De immunitate eccleſiarum, cęmeterii, & rerum ad eas pertinentium, Rub.

1 ¶Viſo† de eccleſiis ædificatis,& reparatis,quia ipſæ
eccleſiæ cum ſuo ambitu, & cœmeterio, & cum ſuis
rebus premi non debent oneribus , quibus res laico-
rum præmuntur,ideò &c.ſecundum Goffred. dicun-
tur autem eccleſiæ immunes quaſi extra munia,ideſt
extra muneta, & officia, ſecundum Innoc. quaſi nec
munus,nec officium, nec onus aliquod ſit eccleſiis à
2 laicis imponendum.Habetur† materia.17.quæſtione
quarta,per totum.16.quæſtio.1.generaliter, cum legi
bus ſequentibus.23.quæſtione ulti.§.quamuis,uſque
ad §.ſequen.facit.42.diſtin.non oportet, uſque ad fin.
87.diſtin eos qui,cum duobus ſequen.&,repetitur in
6.& in clemen. congruit, de conſuetu. capitulo 1. de
ſenten.excommu.cum pro cauſa , & facit de iniur. &
dam.da.c.uno,libro 6.

SVMMARIVM.

1 *Publicus, pro ſeculari.*
2 *Conſuetudo eccleſiis oneroſa non prodeſt.*
*Cenſus,uel hoſpitium in eccleſia, uel eius domo reſeruatum an red-
di debeat, num.8.§.1.*
4 *In domum eccleſiæ, in cuius quis eſt poſſeſſione , nunc ueniens non
admittatur , nunquid poteſt auctoritate ſua domum intrare e-
tiam uiolenter.*
*Violentia an & quando, cui & pro qua re,uti liceat, nume.4.5.
& 6.*
Poſſeſſionem ſuam cui,& quando liceat defendere, ibid.
5 *Poſſeſſione uti,& eam intrare differt,num.6.*
6 *Inter dominum,& uſufructuarium qua differentia intuenda poſſeſ
ſione.*
*Contra ſeruitutem impedientem quilibet ius habens in re poteſt a-
gere , in fine.*
7 *Suffragium,& additio gloſſarum. num.8.*
Miſſus dominicus , quis intelligatur.
Legatus comite, comes iudice , iudex miniſtro maior eſt .

CAPVT I.

1 VT in† domibus. Breue[*Tu
blicus*]i.ſe-
cularis,de foro comp.ſi diligenti[*Mi-
niſter*] q.d. quicunque iudex de maxi-
mo,uſque ad minimum [*Pro conſuetu-
dine*]ſup.hoc ſibi liceat,argum.de con
ſue. c.1. In talibus enim non prodeſt
2 †conſuetudo,cum ſit eccleſiis oneroſa,ut ibi. Quid ſi
aliqua perſona nedum eccleſiaſtica,ſed ſecularis reſer
uauerit,ſibi certum cenſum, uel hoſpitium annuum
in aliqua eccleſia pro recognitione beneficiorū ſuo-
rum,nūquid tale hoſpitium debitum eſt. & reddi de-
bet?Reſpondeo ſic.18.q.ſi.Eleutherius,& patet in eo,
3 quod le.& no.ſupra de cenſi. quanto.Sed† quid ſi,ex
quo reddi debet,& in quaſi poſſeſſione eſt, nunc ue-
niens de nouo non admittitur, nūquid poteſt ſua au-
ctoritate domum intrare, etiam uiolenter, & neceſſa
ria ſibi in domo recipere?ita uidetur. nam unicuique
licet uim ui repellere.& ius ſuum defendere, C. unde
ui.l.1.ſupra de reſtit.ſpolia. olim.1. & etiā domum ad
hoſpitandum frangere,arg.ff.quod ui,aut clam.l.fi.§.
ſi ad ianuam C.quod cum eo, qui in ali.po. eſt. ſi ſer-
uus,ff.ad l.Aquil.quemadmodum.§.1.& 2.& hoc, q-
dam dixerunt . Tu uero dicas, quòd nulli laico,uel ēt
clerico licet uiolenter irrumpere domos eccleſiæ rō
ne alicuius iuris ſibi debiti , cum bona eccleſiarū ea-
dem immunitate gaudeāt,qua & eccleſiæ debēt gau-
dere,ut hic patet.16.q.5. nouerint, & cum omnes ec-
cleſiæ,& bona ipſarum ſint ſancta ſanctorum, & do-
mino conſecrata. unde & qui in eis uiolentiam facit,
ſacrilegium committit. 11.q.2.nulli liceat,& c.quicū-
que,& ſe.& patet in eo, quod le. & not. ſupra de foro
2 competen. conqueſtus[a].etenim & ſi in eccleſia actio-
ne perſonali ad hoc ſit obligata,non tamen reali, nec
res etiam ipſæ in hoc ſunt obligatæ, ſecundum Inno.
Quinimò etiam ſi obligatæ eſſent , irruens tamen in
pœnam conſtitutionis,C.unde ui,ſi quis in tantā,poſ
ſet incidere, uel ſaltem edictū non euaderet diui Mar-
ci, ſecundum quod non eſt uiolentia utendum.ſed a-
ctione experiendum,ff.quod me.cau.extat edictum,
ff.de ui priua.creditores.fatetur tamen Inno.ꝙ ſi epi-
ſcopus,vel alius clericus haberet iuriſdictionem in lo
co,& aliquis ipſam eccleſiam uiolenter intraret,& ſu
per ſe hoſtia clauderet.talis dominus,ſiue iuriſdictio-
nem habens iuriſdictione ſua poſſet rumpere domū,
& expellere uiolentum.& ſic loquitur,ſup.de reſtitu.
ſpo.olim cauſam.& idem uidetur, etiam ſi iuriſdictio
nem non haberet,dum tamen haberet ius in eccleſia
quaſi prælatus , & poſſeſſionem ciuſdem,in quo caſu
licet unicuique prælato poſſeſſionem ſuam defende-
re,ut ibidem.& de ſen.exc.dilecto,§.& quidem, lib.6.
ubi de hoc. & uide quod dixi, de cenſi. uenerabili, in
4 gl.mag.uer.ſolutio.Quid† de canonico,nunquid & ei
licet rumpere hoſtia domus eccleſię,& expellere vio-
lentum? Rñ.non,de præben.cum,qui.2.r.ñlib.6. & ui
de quod dixi,de arbi.ex parte,in gl.& ideò, uer. quic-
quid.quia & ſi canonicus ſit eccleſiæ,no tñ habet poſ
ſeſſionē ipſius,uel domorū.unde nō licet ſibi ius dice
re,arg.C.unde ui,ſi quis in tātam,C. de his, qui ad ec.
confu.denunciamus,C.de iudæis, nullus tanquam iu
dæis, niſi forſan canonico ꝓ habitatione ſua eſſet do-
mus aliqua deputata.nam ſi in tali domo intraret ali-
quis uiolenter, liceret canonico incontinenti uim ui
repellere , & poſſeſſionem ſuam defendere , ut in di-
ctis iuribus.præallega.ſupra ea.glo. uer. ita uidetur, &
ſe.Talis enim nō facit iniuriam eccleſiæ,ſi hac de cau-
ſa irruat , ſed irruendo in cameram ſibi deputatam,
potius ipſam eccleſiæ,& uſui ſuo conſeruat,nec non

& utitur iure ſuo, argumē.ſupra eum ooc. ecc deeſila
5 Vulterana.§.1.Inno.Poteſt † & epiſcopus poſſeſſionē
ſuam defendere per cenſuram eccleſiaſticā, ut patet
in eo.quod le.& not.ſup.de cenſi.uenerabili. Quid de
Abbate, nunquid poteſt per uiolentiā irrumpere do-
mos capellæ quò ad temporalia tantum ſibi ſubiectę
quam & ſi non poßideat.habet tamen in ea ius ſubie
ctionis? dicas ꝙ non; arg.ff.ad l. Aquil. ſed & ſi quantū
cunque,& l.quemadmodum.§.1.& 2.Quid ſi aliquis
opponat ſe Abbati, uel canonico, uel alii clerico ue-
nienti ad utendum iure ſuo, quod habet in aliqua ec-
cleſia, nunquid poteſt per uiolentiam diſtringere, uel
etiam expellere taliter opponentem, uel ei reſiſtere
uiolenter, ſed non debeat domum, uel hoſtia, uel ſe-
pem ſimpliciter rumpere? Reſpondeo ſic. aliud enim
in primo caſu; aliud in ſecūdo, Ratio diuerſitatis hęc
eſt: quia quando eiicio perſonam mihi contradicētē,
utor poſſeſſione mea,& uim repello ui, quod licet, ut
ſæpe dictum eſt. ubi uerò intro uiolenter poſſeſſionē
rumpendo ſepem, uel hoſtia, tunc dico mihi ius, qđ
non licet, ut ſupra no. niſi in caſibus quibuſdam, not.
C.quādo licet unicuique ſine iudi.ſe uin.l.1.& 2, cum
ſuis concor. ſecundum Inn. & in ſumma de ſent. & re
iudi. ſub rubrica de ſententia, §. quis debet ſentētiam,
ſub §. proprius ordinarius, ver. Item ratione rei,& ſeq.
6 Qđ † autē dictū eſt de eccleſiis, & domibus ipſarū, idē
intelligas in rebus ꝓphanis, ſiue ſeculariū priuatorū.
nā ſi quis dicat ſe hr̄e ſeruitutem in fundo alterius,&
ſic ēt in poſſeſſione ipſius, & alius faciat murū, uel ſe-
pē, quo impeditur illa ſeruitute uti, nō dēt murū dir-
ruere[b], uel ſepem frangere, quāuis ſe illa ſeruitute im
b pedientes expellere poſſit, argum. tamen contra. ff. de
uſuſru.l.4. ubi dicitur, ꝙ pro uſuſructu inducitur lega
tarius in poſſeſſionem fundi, in quo relictus eſt uſuſ-
fructus, unde uidetur, ꝙ ſicut dominus proprietatis
poſſet rumpere murum, qui in ſolo ſuo proprio fie-
ret de nouo, ſic & hoc liceret uſufructuario,& aliis, q
ſunt in poſſeſſione iurium aliquorum. Sed tu dicas,
ꝙ aliud eſt in domino, alud in uſufructuario. Ratio
diuerſitatis hæc eſt: quia ædificium cedit ſolo. Ideoq;
licet domino ſoli ipſum dirruere: quia non dirruit a-
lienum, ſed ſuum, ut patet, inſti. de rerum diui.§.cum
in ſolo ſuo, C. de rei Ven.l.2. vſuſructuario autem ideò
hoc non licet facere: quia non eſt dominus ſoli, ut pa
tet, ff. de uſuſru, ſi cuius.§. fructuarius,& ſequen. Aliàs
incipit, l. æquiſſimum. de hoc tamen conſtat, ꝙ nedū
dominus, ſed & uſuſructuarius, & quilibet alius, qui
habet ius in re, agere poteſt, ut remoueatur murus, ut
patet, ff. ſi ſerui. uen. ſi eo loco. & l. egi. Alii tamen con
tradicunt prędictis ſecundum Inn. cuius fuit gl. quam
etiam ꝓſuit Hoſt. [*Placitum*] alludit uulgari. ſic. 15.q.
7 4. placita. ¶[*In* † *lo.ult.ibi.l.1.in fine*] ibi, uacatione gaude-
8 bitis, nec hoſpites ſuſcipietis. ¶[*In* † *gl.2.in fine*] uel poni-
tur pro legato principis: ſi diceretur miſſus domini-
cus, intelligeretur de legato papæ, uel epiſcopi, de reg.
c.2,& hoc innuunt, quæ ſequuntur. Nam legatus ma-
ior eſt comite: comes iudice iudex miniſtro ſm̄ Ho-
ſtien. ¶[*In glo.ult.ibi,debitum*] niſi ab initio fuiſſet impo-
ſitum, de iure patr. prætcrea, de cenſi. quāto: uel trāſla
tum eſſet onus hoſpicii cum re, cui erat annexum, de
dona. cum dilecti, ad id, de deci. paſtoralis. de pigno.
ex literis, ſecundum Goffred.

ANNOTATIONES.

a ¶Conqueſtus. Vide Io. And, in c uerum, & c. poſtulaſti, eo. titu.&
uide, quia ita uidentur deſtruere doctrinam Bart. in l. reſcripto,§.
ſecundum, ff. de mu.& ho.& facit ad materiam, l. creditores, C. de
pigno.& quando iudex dat parti licentiam ſua auctoritate intran-
di poſſeſ. uide Bald. in l. nec uera, C. de acqui. poſſ.

b ¶ Dirruere. Vide ad prædicta. l. cum fundus,& ibi Bar. ff. de ui,& ui
arma.& Cyn. C. unde ui, l.1.

SVMMARIVM.

1 *Hæc decretalis quando locum habeat, & eius intellectus.*
2 *Immunitas conceſſa à contributione talliæ, & exactionum, & à
quo defendi debet, & ualeat, num. 5.*
*Priuilegio per ſolutionem eius, à quo ſum immunis, uideor renun-
ciare, uer. Maximè ſi.*
*Talliæ, & exactiones generaliter ſunt damnatæ maximè quantum
ad eccleſias, uer. 50.*
Eas qui dicit licitas, probare tenetur, ibid.
*Principis imperatoris poteſtas quæ, §. hæc autem eius priuilegia
quomodo ſeruanda, §. priuileg.*
*Immunitas concedi quibuſdam de uniuerſitate non poteſt in præiu-
dicium uniuerſitatis, ſed concedentis, §. ſed nec, & quando, §.
priuileg.*
*Priuilegia principis ut intelligenda, §. priuilegia, & quæ ſeruan-
da.*
3 *Pontificis ſummi poteſtas, uel Romanæ eccleſiæ quanta ſit, remiſſ.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Muneribus perſonalibus non grauatur maior. 70.
*Reipublicæ intereſt, quàm plurimos ad cauſam ſuam defendendam
admittere.*
5 *Additio gloſſarum.*
Patriam quilibet debet defendere etiam contra filium.
Dormientes in ſcholis notantur hic, in fine.

CAPVT II.

1 PErueńit. Caſus. Hæc † decre. habet
locum in ciuitatibus, quę
ſunt de temporali domino eccleſiæ, ſicut
hæc, cuius epiſcopo loquitur; & ſic nō ob-
intra eod. non minus. uel dic, ꝙ temporibus iſtius de-
cre. Saraceni impugnabant maritimam. unde cū hæc
ciuitas Terracina ſit iuxta mare, propter commune
& improuiſum periculum, quod timet. & quotidie
imminebat, noluit papa aliquem à cuſtodia excuſari.
& hic eſt uerus intellectus ſm̄ Inno. & Hoſti. ad hoc.
23.q.8. igitur,& c. ſepe. & capitulis ſequētibus [*Veſtræ*]
aliàs noſtræ [*Modo*] illegitimo, Goff. [*Compellatur*] ſed po
2 ne, ꝙ præſes † prouinciæ, uel dux, marchio, comes, cō-
munitas, uel alius dominus tēporalis alicui habitatori
ciuitatis, caſtri, uel alterius loci ſibi ſubiecti, hanc im-
munitatem, uel libertatem dederit, ne in aliqua tal-
lia, ſeu collecta, uel exactione alia à quocunque & ex
quacunque cauſa hominibus eiuſdem loci impoſita
aliquid dare, uel contribuere teneatur, iuſtat caſus, ſe-
cundum communem conſuetudinem patriæ eſt tal-
lia facienda: talliatur unà cū aliis per illos, quibus eſt
hoc officium commiſſum. dicit ſe nō teneri, dictum
allegans priuilegium,& oſtendens, nunquid compel
lendus eſt ad partem ſibi impoſitam perſoluendam
tali conceſſo priuilegio non obſtante? uidetur, ꝙ non
imò eſt in conceſſa libertate tuendus, argu. 25.q.2.c.1.
& 2.& per totum,& di.3. priuilegia. C. de inoffi. teſta.l.
ſi. circa medium, ibi, ſed prior quæſtio erat, ſi omnes,
qui quaſi caſtrenſe periculum habent, &c. Omnibus
enim priuilegia conceſſa ſeruanda ſunt, ut patet in eo
quod legitur,& no. infra de priuile. dilecti filii, ad fi.&
c. porro, & c. recipimus. Alioquin nihil aliud agitur,
quàm ut ordo eccleſiaſticus confundatur. 11.q.1. per-
uenit, ad idem. C. de uaca. mu. pub. l. unica, lib.10. ff. de
iure immu. ſemper §. fin. C. de excuſa. mune. placet, li.
10. maximè quia hodie omnes talliæ,& exactiones ge
neraliter & cōiter ſunt dānatæ cōſuetudine, imò abu
ſu contrario nō obſtante, ut in l. Federici, hac edicta-
li.§. illicitas,& alia. l. quæ incipit, ad decus & decorem
§. item nulla cōmunitas, de quibus no, ſupra de iudi.
clerici. ad idem in auct. de ec. ti. §. ad hæc ſancimus,&
ut nulli iudi.§. nulli uero liceat, col.9. Sed contra: quia
quod omnes tāgit, debet ab omnibus comprobari,&
ſup-

ſupportari,arg.hic,& in eo,quod le.& no.ſupra de tẽ-
po.ord.ſi archiepiſcopus,§.fi. & eſt regula, de reg.iu.
quod omnes,lib.6.& maximè in cõtributionibus hu
ius proportionaliter ſaucndis, etiam ſi de religioſis a-
gatur,ut patet in eo,quod le.& no.ſupra de ſta.mo.in
ſingulis,§.1.uer.fi. facit clem de cenſi. ad noſtrũ, uer.
ſunt nonnulli.omnes enim pro his rebus, quæſumus
poſsident, præſtationes ſiue publicas . ſiue cõmunes
tenentur ſoluere, nec poſſunt contrariis pactionibus
adiunari,C.ſine cenſu,uel reliquis l.fi.nec priuilegio:
quia nulla etiam pragmatica ſanctio,quæ generali iu
ri,uel utilitati publicæ aduerſetur prodeſt , ita, ꝙ nec
ſuper hoc diſceptari , uel litigari oportet , & ſi celeſte
oraculum in medio proferatur,C.ſi cõtra ius,uel uti-
litatem publ.l.fi.de ſa.ſan. ecc. iubemus, imò & ſunt
huiuſmodi priuilegia arripienda de proferentiũ ma-
nibus,& ad ſcientiam principis referẽda, C. de ſacriſi.
paga.l.3. ſed nec ob. pſcriptio, quominus par & æqua
cunctis præbẽdorum ſumptuum neceſsitas impona-
tur, C. de operibus publi.l.1.'& l.præſcriptio, & l.oẽs,
in fin.ubi ſunt uerba prædicta.ciuilia nempe munera
pro modo fortunarum ſunt ab omnibus ſubeunda,
quo facilius obſequiis publicis pareatur,C. de mune.
patrimo.l.ciuilia,& l.munera,& l.fi.lib. 10.nec iuri pu
blico priuatorum pactionibus derogatur , ff. de pact.
ius publicum,& l.inter debitorem, in fi.& le & no.ſu
pra de fo.compet.ſi diligenti. & adeo in publicis fun-
ctionibus perſoluendis æqua debet eſſe inſpectio , ut
priuilegium contra hoc impetratum nullius ſit mo-
menti,C.de uecti.& commiſ.l.ſiue, & l. ſi quicquam.
Item quia nec per hoc priuilegium debet iuri uniuer
ſitatis detrahi , uel ipſa uniuerſitas onerari , arg C. de
inoffi.teſta.ſi quando,reſpon.1. & de emancipationi-
bus,nec auus,& expreſsius.C.de cenſi.l.antepen. & fi.
lib.11.C.ut nemo,ad parroci.ſu.accipi.colonos.l.uni-
ca,li.11.C.ut nullus , pro alieni. uicarũ. debitis teneã-
tur,l.unica, lib.11. ad idem ſacit optimè , C. de preci.
imperа.offe.reſcripta, & l.nec damnoſa. Quinimò
expreſſa lex eſt.ꝙ in talibus priuilegium aliquem nõ
defendit,etiam ſi conſenſerint cõuicini, C.de decr.de
cu. lib.10.ad idem, C.de bo.ua.l.1. & de peti.bonorũ
ſublatis.l.1. lib. 10. Maximè ſi talis priuilegiatus ſemel
ſoluit , uel ſoluere promiſit in talibus poſt priuilegiũ
impetratum,arg.ff.de condi. inde. ſi quis perpetua,&
l.ſi non ſortem.§.indebitum,& §.qui filio, C.de tran-
ſact.quamuis,C.ſi cer.pet.eo,quod, C. de contrahen.
emp.non ieciroo,& melius,arg.ff.de bo.poſs. ſecundũ
ta.l.1.§.ſemel,ff.de aqua plu. arc. in diem, ff. de fideic.
lib.quidã. ff quod me. cauſa uideamus ff. depoſiti ei,
apud quem,§.fi.C.de remiſ.pi.l.fi.in fi.ff.quorum, le-
ga.l.1.§. pdeſt,& optimè facit ad hoc,C.de his, q mu-
nera publica,ſpon.ſuſci.l.1.lib.11. ubi de tacita renun
ciatione plura notantur,& ſupra de conſti.cum acceſ
ſiſſent.ad fin.infra de priui.ſi de terra, & c. accedenti-
bus.hoc etiam conſiderandum eſt, ꝙ immunitas ſub
generalitate conceſſa nulla facta ſpecificatione nullũ
excuſat ab oneribus patrimonialibus ſupportandis:
ſed priuilegia non uidentur remitti.C.de mune. patri
mo.qui immunitate,C.de iure immu.per totum, lib.
10.non tamen ciuilia munera, ſcilicet perſonalia,pa-
trimonialia,uel etiam mixta,quæ & ciuilia dicuntur,
ff.de mu.& ho.l.fi.§.fin.imò per ordinem pro modo
facultatum,ut probatum eſt, ſunt ab omnibus ſubeũ
da.Solu. credimus omnes tallias , & exactiones gene-
raliter eſſe damnatas per noua iura, & maximè quan
tum ad eccleſias,ut patet,ſupra eo.glo.uer. maximè,
quia hodie,& in eo,quod legi.& no. infra eo.non mi
nus. & c.aduerſus,& plenius, in ſumma eo.tit.§. à qui
bus muneribus.Qui ergo ipſas licitas aſſerat.hoc pro
bare tenetur, uel per legem, uel ſenatuſconſultũ, uel
conſtitutionẽ principis,C.de uaca.mune.publi.l.uni-
ca,lib.10.'uel per cõceſsionem à principe ex cauſa. &
ſpecialiter impetratam,C.de ſuperindi.l.unica, lib.10.
uel per conſuetudinem diutinam non uiolentã , ſed
ſponte ab omnibus communiter approbatam. C. de
canon. largi.titu.l. præcepit , & de auro coronario.l.
unica. lib.10.unde & dicit lex Corradi,quod noſtri an
teceſſores habuerunt,habere uolumus.illud uerò,qđ
non habuerunt:nullo modo exigemus,ut in l.feudo
rum.ſub rubrica de nõ ali. iudi.l. Coradus dei gratia,
ad fin.l. hæc lex , uel rubrica non habetur in compil.
feudorũ.qua utimur,forte fuit in antiqua. ¶ Hæc au-
tẽ intelligas quò ad laicos & inter laicos eſſe uera. ec-
cleſiæ nempe , & perſonæ eccleſiaſticæ imperialibus
a etiam legibus in his aſtringi nequeunt[a], ut patet in eo
quod le.& no. ſupra de conſtit.quæ in eccleſiarum,&
c.eccleſia,& de ſolu.c.fi.& de deci.tua,& infra eo.mi-
nus,& c.aduerſus. nec conſuetudine cõtraria , quæ in
hac parte cenſenda eſt eccleſiis onεroſa , & ideò re-
mittenda,ut ſupra de conſuet.c.1. Quantum uerò ad
laicos poteſt princeps imperator ſuper his leges con-
dere , & priuilegia concedere , ut probant iura ſupe-
rius allegata , qui ſolus inter principes ſeculares ſolu-
tus eſt legibus , ff. de legibus , princeps. C. de legibus,
digna uox , & ipſe ſolus mundi dominus dicitur , ff.
ad l. Rhodi. de iactu. deprecatio , & C. de quadrien.
præſcript. bene à Zenone. Ipſe enim eſt unus & ſolus
inter ſeculares principes,per quẽ neceſſe eſt reipubli-
cæ conſuli.cui & datum eſt ius, ut quodcunque con-
ſtitueɾit,ratum ſit.ff.de ori.iur.l.2.§.noui ſsime,in fi.ſe
cundæ,uel primæ & tertiæ colum.Hanc igitur pleni-
tudinem poteſtatis in temporalibus nõ præſumimus
extendere ad aliquem alium principem ſecularem ,
quamuis & multi alii non ſolum reges, ſed etiam in-
feriores hanc ſibi approprient uſurpando,ſed errant,
ut patet in eo,quod legitur & not. infra qui fi.ſint le-
gi.per uenerabilem.§.1. uer. fi. & infra de priuil. ſane.
nec negamus, quin domini temporales etiam ſimpli
ces milites poſsint ab hominibus ſuis tallias exigere,
in caſibus licitis de iure,uel conſue. approbatis ſecun
dum ea, quæ no.ſupra eo. glo. uerſ.quid ergo,& ſeq.
uer. ¶ Sed nec negamus,quin reges, & principes poſ-
ſint priuilegia, & immunitates concedere,ut patet in
eo,quod le.& no.ſupra de reſti. in integ.auditis, & de
b offi.archiepiſcopi.c.fi.& de reli. do. conſtitutis[b]. Sed
occaſione priuilegiorum huiuſmodi non eſt uniuer
ſitatis hominum oneranda. Quid enim ſi locus aliqs
conſueuit dare 100. libras annuas , & dominus terræ
alicui de habitatoribus hanc immunitatem præſtitit
dicendum eſt, ꝙ ſibi præiudicare potuit, ſed non uni
uerſitati.detrahatur ergo de ſumma 100 librarũ pars,
quæ priuilegiatum contingeret , ſi priuilegium non
haberet, & quod reſtat proportionaliter ſingulis aliis
c imponatur[c] de hoc in Specu.de cenſi. §. nunc dicen-
dum, uerſicu. quid ſi uniuerſitas, 1. & uide, quod ibi
dixi in fi.& idem dicendum eſt in præmiſſa hic mota
qõne.alioquin,ſi ſinguli ſic priuilegiarentur exceptis
paucis,durum,iniuſtum & iniquum eſſet, & quando
que impoſsibile.ꝙ pauci,qui remanent, ſoluerent to
tam ſummam.ergo non eſt hoc ſentiendum, argum.
ff.de condi.inſtit.l. conditiones, & l. filius, ff.de regu.
iur. impoſsibilium,ſ.de pac.c.fi.& ſic intellige iura in-
ducta.ſ.eo gl.uer.ſed contra,& ſe.uſq; ad uer.ſolutio.
¶ Priuilegia uerò imperatorũ omnino ſeruanda ſunt
ſicut ſonant , ubi ꝓprio motu principum ſunt cõceſ-
ſa.& ſic intellige iura poſita.ſ.eo. glo. uerſ.uidetur, ꝙ
non,& ſe.uſque ad uer.ſed contra. Secus, ſi per ambi-
tionem , uel importunitatem petentium ſint obten-
ta; & ſic loquuntur iura inducta,ſupra eo. glo. uerſic.
quinimò,& præcedentibus. Sed & ſi per priuilegium

principis proprio motu cõceſſum uniuerſitatem ali-
quam grauiter lædi contingeret, eſt ſuper hoc ipſius
remedium implorandum, ut patet in eo. quod le. &
no. ſupra de deci. ſuggeſtum. Debet tamen uniuerſi-
tas æquanimiter ferre modicam læſionem: quia nec
pro modico eſt reſtitutio facienda, ut ff. de reſti. in in-
teg. ſcio, & patet in eo. quod le. & no. ſupra de reſtitu-
3 tio. in integ. capitulo primo. Per † prædicta uerò pote-
ſtati ſummi pontificis, uel Roma. eccleſiæ in nullo de
trahere intendimus, nec ipſam tangere. Quæ quanta
ſit, patet in eo. quod legitur, & no. inf. qui fi. ſint legi.
per uenerabilem, §. rationibus, & ſup. de conceſ. præ-
ben. propoſuit, & de maio. & obed. ſolitæ, §. potuiſſes.
Albe. Odofred. diſputauit hic quæſtionem. de Mutin.
qui ſe fecit ciuem Bonon. eo pacto, quòd collectas,
uel munera non ſubiret, & tenuit, quòd non tenetur
ad illa, per l. 1. C. de his, qui ſpon. mu. ſube. lib. 10. & per
4 l. 2. ff. de iure immu. ¶ Tertia † glo. ſignat contrarium,
& ſoluit. ¶ [*In glo. 1. ibi, Si ultro*] maior. 70. perſonalibus
muneribus non grauatur. ¶ [*In glo. ult. ibi, nam reipublicæ*]
ſequitur, intereſt quàm plurimos ad cauſam ſuam de
ferendam admittere, & loquitur, cum opus ſit in pu-
5 blico: quia quilibet ciuis denunciat. ¶ [*In † gl. 1. in fi.*] qui
aliàs ſunt immunes. ¶ [*In gloſſ. niſi, ibi, ſeruos*] ubi de hoc
[*& in fine*] propter nimiam neceſſitatem, infra eo. nõ
minus. Goffred. & iunge, quod no. de offi. Archi. man
dauimus. Hoſtien ¶ [*In glo. ulti. in fine*] Vincen. ff. de offi.
præfec. uigi. l. 1. 2. & 3. patriam enim, iuxta dictum ſa-
pientis, quilibet defendere debet. 23. quæſtio. ulti. om-
ni tempore, pro cuius defenſione excuſatur pater oc-
cidens filium, ff. de relig. l. minime, Goff. & no. ſecun-
dum Hoſtien. contra dormientes in ſcholis, & remit.
ſup. de offi. primi. c. 1.

ANNOTATIONES.

a ¶ Nequeunt. Caue, quia uidetur, quòd eccleſia, & clerici ad patrimonialia munera ſint aſtricti, ut l. 1. & l. de his, C. de epi. & cleri. ubi uide per doct. & Bart. in l. numerum, §. fi. ff. de mu. & ho. licet a laicis ad id non poſſint aſtringi, & ſic bene loquitur regula iſta.

b ¶ Conſtitutos. An autem ciuitas, quæ dedit hoc priuilegium, illud poſſit reuocare, uide Bart. in l. his qui, ff. de iure immuni.

c ¶ Imponatur. Imò uidetur, quòd exactor de ſuo ſoluat, ut l. munerum, §. mixta, ff. de mu. & ho. & ibi uide Barto.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopum non habet liberum uolatum.*
2 *Suffragium gloſſarum.*
Ruſtici qui non debeant à colendis agris recedere, num. 3.
3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT III.

1 INdicatum. [*Iura*] uel rura [*Per-*
mittat] ſic † epiſcopus
liberum non habet uolatum, de poſtu. c.
2 fin. de renun. niſi. §. fin. Hoſtien. ¶ [*In † glo. 1.*
ibi, cum iure] inhumanum eſt terram aſcriptitios haben
tem ſuis quodammodo membris defraudare, dũ co-
loni in aliis terris &c. [*& ibi, Omnes omnino*] præſidentes
prouinciis cogunt aſcriptitios fugitiuos, uel colonos
cenſitos redire ad antiquos penates, ubi cenſiti ſunt.
3 ¶ [*In † glo. 1. in fine*] & in aucten. de queſto. col. 6. Secus in
aliis hominibus eccleſiæ, qui liberi ſunt, de ſer. nõ or.
c. fi. & de diuer. ge. Hoſt. in ſumma, de na. ex lib. uen. §.
& in quibus ſic fecimus. Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Laici collectas imponentes eccleſiis, uel clericis, uel iuriſdictionem eorum uſurpantes excommunicantur, & quando ipſo iure eam incurrunt, & quando, num. 4. & 10. in fi. & 14. in fin. & quæ alia pœna, num. 2.*
De fautoribus idem ſtatuitur.
Laicis epiſcopus cum clero poteſt in neceſſitate præbere ſubſidia.
2 *Collectas ab eccleſia ciuitas exigens, duplum debet reddere.*
Alimonia quid.
Threni, quid.
Hymni, quid.
Princeps, pro eccleſia.
3 *Eccleſia à quibus muneribus ſit immunis, num. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 13. & ad ea ſubeundum, cuius auctoritas requiratur, nu. 14.*
Munera ſordida quæ, num. 5. 6. & 12.
Honeſta quæ, num. 6.
Ordinaria quæ, ibid. quæ in perſonalia, & realia diuiduntur, ibid. num. 7. & 8.
Extraordinaria quæ, nu. 9. & ſup. nu. 5. & 13.
Clericorum bona immunia, nu. 3. & nu. 8. 9. 12. & & quibus in neceſſitatibus teneantur, num. 9.
6 *Angaria, & perangaria quæ, num. 13.*
7 *Cum onere ſuo etiam ad eccleſiam res tranſit.*
10 *Monitio unica ſufficit hic præcedere excommunicationis ſententiam, & ratio.*
Succeſſor ligatur hic à canonis ſententia.
11 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. nu. 12. & 13.*
14 *Eccleſia neque digeſtorum, neque codicis, nec authenticorum lege conſtringitur.*

CAPVT V.

1 NOn minus. Caſus. Laici † collectas
imponentes eccleſiis,
uel clericis, uel iuriſdictionem illorũ uſur
pantes, ſi moniti nõ deſiſtunt, excommu-
nicati ſunt cum ſuis fautoribus. poteſt tamen epiſco-
pus cum clero eis in neceſſitate præbere ſubſidia. &
prima pars narrat, & aggrauat horrendam oppreſſio-
nem eccleſiæ, quam faciebant poteſtates ſeculares. Se
cunda prouidet ibi. Quocirca. & hæc tria facit. primò
cõminatur pœnam. ſecundò ponit caſum permiſſum.
tertiò comminatã imponit [*Videntur*] q. d. non habẽt,
quia abutuntur. ſic ſupra de cenſi. ea quæ, ſecundum
2 Hoſt. [*Oneris*] ciuitas. † uel eccleſia exigens collectas ab
eccleſia, duplum reddere debet, in cõſtitutione Fede-
rici, hac etiam lege, §. illicitas. T. [*Eis*] conſulibus, & re-
ctoribus [*Dimiſerit*] Gen. 47. [*Vniuerſa*] aliàs uniuerſis,
ſcilicet eccleſiis, & ſic utraq; bona, ſecundum P. [*Ali-*
moniam] ideſt alimenta, ſiue uitæ neceſſaria, pia & cha-
ritatiua dicit alimonia, quaſi alieni eleemoſyna. Hoſ.
[*Iſti uerò*] ſcilicet rectores noſtri tpis ſeculares [*Eis*] i. ec
cleſiis [*Deplorat*] Thr. 1. A. Threni threnorũ, lamẽtatio-
nes. Hiere. ſicut hymni cantica laudis, ſic threna can-
tica lamẽtationis [*Princeps*] i. eccleſia. T. [*Quidem*] alias
3 enim [*Foßata*] ecce exemplum de ſordido † munere,
ad quod eccleſia non tenetur [*Expeditiones*] i. caualca-
tas, vel miſſiones nunciorum, & eſt exemplum de
munere perſonali [*Et clericorum*] ſi habes. & no. bona
clericorum immunia. de vi. & ho. cle. c. fi. [*Pauperum*]
i. religioſorum, qui omnia relinquunt pro Chriſto,
de exceſ. præla. nimis, vel. t. clericorum. 16. quæſt. 1.
cap. fin. uel proprie de hoc de uerbo. ſi. cauſa [*Cuncta*]
etiam caſtrorum cuſtodiam, de ſen. excom. grauem.
[*Iuriſdictionem*] etiam ſpiritualem interdum, de offic.
ord. cap. 1. hic tamen loquitur de temporali, quã ho-
die rectores non ſolum diminuere; ſed etiam in totũ
4 ſubtrahere moliuntur, & cum tales † ſi moniti non
deſiſtant, excommunicati ſunt ipſo iure, vt ſequitur,
& hac ſententia infiniti ligantur, & non vitantur. Di-
cit Hoſti. ꝙ periculoſiſſimus eſt ſimile, qđ no. in Cle.
de cẽſi. præſenti [*Diſtrictione*] & tamẽ infra ꝑferẽ ſniam,
quã alias per hæc uerba nõ incurriſſent, de ſag. c. uno.

Pro-

5 [*Prohibemus*] ut dixit † Inn. ſordida munera, calcis co-
quendæ, arenæ fodiendæ nunquam ſubit eccleſia. C.
de ſa. ſan. ec. placet. Sed nec hoſpitia, nec indicta, ſiue
alia munera extraordinaria. C. de epiſcopis, & cle. l. 2.
6. q. 1. § nouarum, & l. iuxta ſanctionem. De ſordidis
6 autem † muneribus patent multa exempla. ff. de mu.
& ho. l. munerum, à prin. uſque ad. §. patrimoniorũ.
Honeſtorũ autem munerum alia ſunt ordinaria, alia
extraordinaria. Ordinariorum autem quædam dicũ-
tur pſonalia, illa uidelicet, quæ quis in perſona ꝓpria
ſubit, ſed ſumptibus alienis. ff. de mu. & ho. l. 1. & l. ſine
munerum, uſq; ad. §. patrimoniorũ, quæ & dicuntur
angaria. alio uero nomine perſonalia munera dicun-
tur perangaria, ſiue mixta, quæ conſiſtunt in exhibi-
tione operę ſumptibus, & periculo operãtis. ff. de mu.
& ho. l. munerũ. §. mixta. hæc non ſubit eccleſia, C. de
epi. & cle. l. 1. & 2. & l. preſbyteros. Sed contra. C. de ſa.
ſan. ec. neminem. So. non dicitur ibi, ꝙ eccleſia ſubeat
angaria, uel perangaria: ſed dicitur neminem excuſa-
ri, etiam ſi poſſeſsiones pertineãt ad eccleſiam, quod
eſt intelligẽdum de ruſticis, & colonis, poſſeſsionum
eccleſiæ, qui non excuſantur in aductu principis, quã
uis aliàs ſerui, & coloni eccleſiarum non debeant an-
garijs, & perangarijs fatigari. 12. quæſtio. 2. eccleſiarũ
ſeruos. C. de epi. & cle. omnes. Clerici autẽ in hoc caſu
immunes ſunt ſecundum quoſdam. uel dic ſpeciale
eſſe in aduentu principis, ut angaria, & perangaria ꝑ-
ſtet etiam eccleſia, dummodò ad ſordida munera nõ
7 cogatur. Quid † ſi ad eccleſiam ueniant poſſeſsiones,
quarum ratione debet præſtari perſonale munus, ſeu
militare, puta exercitus, vel hoſpicium, ſeu aliud ſimi-
le, nunquid illud præſtabit? Reſpon. ſic. 18. di. ſi epiſco
pus metropolitanus 22. quæſtio. 8. ſi nobis, & ca. ſæpe
princeps, ff. de publi. & uec. imperatores. Sed nec tũc
prædicta ſubit tanquam onera, ſed uel ex pacto, uel iã
quam tenens rem oneratam. quælibet enim res cum
onere ſuo tranſit, ſup. de deci. paſtoralis. §. fructus. hęc
8 autem † munera propriè patrimonialia appellantur,
ff. de mu. & ho. l. 1. §. patrimoniale, & l. munerum. §. pa
a trimoniorum [a]. & hæc bene ſubit eccleſia, niſi ſint ſu-
perindicta: quia ad illa nõ tenetur. C. de epi. & cle. om
nes. 11. qu. 1. ſi tributum. ff. de mu. & ho. munerum. C.
de indic. l. 1. C. de exactio. tribu. ſi diuina. C. de mune-
ribus profeſſo. l. fi. li. 10. Ab his etiam ſuperindictis im
munes ſunt clerici, & uxores, & liberi. 16. q. 1. §. noua-
rum. C. epiſcopis, & cle. le. 2. & l. omnes, niſi neceſsitas
immineat, ſupra c. peruenit. Ab his autem omnibus,
& ſingulis ſupradictis excuſatur eccleſia quantum ad
decimas, & oblationes, & alia ſpiritualia. & etiã quan-
tum ad manſum eccleſiæ, ſiue dotem. 23. q. fi. ſecun-
dum canonicam, ſupra de cenſi. cap. 1. ita, ꝙ ſi fundus
dotalis, ſiue in quo eccleſia eſt fundata, prius erat tri-
butarius, redimetur, ſed tributum non ſoluet. 14. q. 6.
comperimus. Quantum autem ad alias poſſeſsiones
ſubit eccleſia etiam munera extraordinaria, quæ ta-
men reſpiciant pietatem. C. de ſacro. ec. ad inſtructio-
nes. & ſic poteſt intelligi, ſupra cod. peruenit. Ad hoc
tamen eccleſia, & clerici non ſunt per ſecularem, ſed
per eccleſiaſticum iudicem, de cuius foro ſunt perſo-
næ, licet res ſint de foro laici, compellẽdi, ſupra de fo.
9 compe. ſi diligenti. Extraordinaria † uerò, quæ publi-
cam tantum utilitatem reſpiciunt, non ſubit eccleſia
niſi in aductu principis, & fœlicis embolę. C. de ſacro
ſan. ec. placet, & l. iubemus nullam. & l. neminem. Itẽ
eccleſiæ à lucratiuorum inſcriptionibus ſunt immu-
nes. 24. q. 8. ſancimus. Tenentur autem clerici prælá-
tis ſuis, & perſonis miſerabilibus charitatiuè in ſuis ne
ceſsitatibus ſubuenire. ſupra de cẽſi. cum apoſtolus. §.
inhibemus, ubi de hoc. 87. di. c. 1. & 2. Sed & principi-
bus & ciuitatibus, ut hic ſequitur. prius tamen conſul
to Romano pon. infra eo. aduerſus. §. 1. ſecundum In-
no. cuius eſt mens totius huius gl. Tu uerò dic de hac
materia ſecundum Hoſtiẽ. ut plenè no. ſupra de ui. &
ho. cle. c. fi. ſup. de re. ec. non alie. cum laicis, & plenius
in ſumma. e. ti. §. à quibus muneribus [*Commoniti*] ſuf-
10 ficit † una monitio [b] ſecundum Hoſti. ſi. quod dixi de
iureiur. ego. N. maxime, quia canon iſte inductus eſt
in fauorem eccleſiarum, & odium tyrannorum, quo
rũ aliqui ſunt adeò terribiles, quòd nec facile eſt eos
tertio monere, & quamcito monẽtur, appellant, nec
audent prælati dare ſententias, timentes forſan plura
perdere. Prouidetur ergo, ꝙ ſufficit una monitio cũ
competẽti dilatione. appellatio uerò excluditur: quia
à correctione, & canone non appellatur. nec prælato
eſt imputandum, ſi à canone ſententia profertur, qua
etiam ligatur ſucceſſor, quod dic, ut infra eo. aduer-
ſis [*Fautores*] ſi. de offi. dele. capitulo primo [*Excommuni
cationi*] ſunt ergo prædicti ipſo iure excommunicati ſe
cundum Inn. quod dic, ut ſupra dixi, ſecundum Hoſt.
11 & Quarta † glo. arg. clericos immunes, & c. alle. 7. iura.
12 in contrarium alle. 5. & ſoluit. ¶ *In † quarta glo. ibi, ad in-
ſtructiones*] itinerum, & pontium, ut infra glo. pe. quia
non ſunt munera ſordida. in hoc pro [*& ibi, placet*] cã.
16. q. 1. [*& ibi, de his*] clerici poſſeſſores prædiorum tri-
buta ſoluunt [*& ibi, imperatores*] uide de deci. commiſ-
ſum, ſuper glo. 2. ¶ [*In † glo. 1. ibi, apoſtolus*] i. ad Timo. 1.
13 ¶ [*In glo. angaria, in fi.*] unde facere ſuis ſumptibus, dicit
angaria: cum alienis, dicitur perangaria. Primum mu
nus eſt purum & merum: ſecũdum verò mixtum. ff.
de mu. & ho. l. munerum. ¶ [*In glo. ar. quòd in fi.*] glo. fuit
La. quam ad literam etiam poſuit Inno. Dicebat autẽ
Gof. ꝙ ſordida non ſubit eccleſia. ut hic, & 16. q. 1. no
uarum: nec extraordinaria. quæ ſubito imponuntur,
niſi in caſu, qui ſequit, nec perſonalia. C. de epi. & cle.
l. omnes, niſi in caſu, ſupra ca. 2. Onera uerò realia ſol-
uit eccleſia per contraria, quæ alle. glo. Hoſti. remittit
ad ſummam, ut ſupra in fi. mag. glo. ¶ [*In glo. conferre, ibi,
reficiendam*] idem Vin. & Hoſti. de hoc. 16. q. 1. §. noua-
rum. ibi Ioã. contra ſed de inſtructione murorum lo-
quitur. & Ioã. concor. Accur. in l. ad inſtructiones. &
14 Phi. hic dixit tales † contributiones ſine papæ licentia
fieri non debere, infra eo. aduerſus. non uideo. ꝙ lex
non ſolum ffoꝛum, ſed etiam codicis, uel autentico-
rũ poſsit conſtringere, eccleſias ad talia. & uide quod
dixi, de reli. domi. conſtitutus, ſuper glo. hoc ideo. ¶ [*In
gl. ulti. ibi, ipſo iure*] Dicit Pe. ꝙ iſte eſt caſus ſpecialis, qui
nõ habetur alibi, niſi infra de rapto. excõicationi. ſed
uide concor. iuris noui, quas ibi dedi ſuper ulti. gloſſ.

ANNOTATIONES.

a ¶Patrimoniorum. Idem no. glo. in l. ſi munerum, & ibi Bar. ff. de ua. mu. & uidetur tex. in d. l. munerum. §. patrimoniorum, & ibi gloſſ. hic alle.

a ¶Monitio. Contra hoc facit c. contingit, & c. ſacro, de ſenten. ex. & c. conſultationem, eo. ti. lib. 6. & quia nomine monitionis regula. uenit tria, ut 24. q. 4. de presbyterorum, per Hoſt. facit, quod no. Bar. in l. mora. §. uſur. ff. de lega. 2. & uide gloſſ. in clemen. dudum. §. ſtatuimus, de ſepul.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ ſanguinis in eccleſijs, uel cœmeterijs agitari non debent.*
2 *In eccleſijs proceſſus, uel ſententiæ ſecularium iudicium & facti lata non ualent.*
Refugij ciuitates olim erant.
Eccleſia quo caſu poſſit incaſtellari, in fi.
3 *Epilogus, & additia gloſſarum, nu. 4.*
Eccleſiæ ingreſſus ſi eſſet interdictus, quid iuris, cum cauſa ibi auditur, iuncta gloſſ.

C A-

CAPVT V.

1 Vm eccleſia. C. Cauſæ † ſanguinis in eccleſijs, vel
cęmeterijs agitari non debet. & in prin.&
in fi.ponitur duplex conſtitutionis cauſa.
In medio ponitur conſtitutio ibi, Seculares [*Euangelicam*] Matt.21. Lucæ. 18. & idem in prophetica. Iſa.56.
2 [*Prohibemus*] hodie non tenent † proceſſus, nel ſententiæ ſecularium iudicium in eccleſijs habiti. ut infra.c.
decet, in fi.lib 6.[*Refugij*] ſic & olim erant ciuitates refugij ſecundum modum, quæ habes no.15.quæſtio.
prima,illa tamen,prout dixerunt Inno.& Hoſt.ad offenſionem alicuius eccleſiæ non debent incaſtellari.
10.quæſtio. 1.ſanctorum, in fin.tamen ut defendatur
Chriſtiani.& boni uiri à malis credunt poſſe incaſtel-
3 lari. ¶Prima † glo.inducit ſimile. ¶Secunda gl.quærit,& dupliciter ſoluit. ¶Pe.gl.reſpondet per quæſtio.
4 ¶*In* † *glo. 2.ibi, ingreſſus eccleſia*] Ala. & Goffr.diſtinguit
inter actorem, & reum [*& in fi.*] ar.C.de iudi.rē non
nouam. Dicit Hoſti.hoc tenendum, per quod interdictum ſeruatum, & cauſa expeditur, ar.de ſpon.cō-
miſſunt. ¶[*in glo.pe.ibi,credo*] ſecundū Ala.all.10.di.hāc
conſuc.idem Hoſtien. [*& in fine*] ar. ſupra cap. proxi.

SVMMARIVM.

1 *Ad eccleſiam fugiēs malefactor immunitate gaudet, exceptis duobus caſibus nu.6. ſi ſeruus eſt, quid fiat. & qua pœna afficiendus num.8.§. 2. non poteſt amplius accuſari, ibid. repellitur à promotione, ibid.*
2 *Leges ſunt canonibus permiſcendæ, niſi offendant.*
Ad domum epiſcopi ſi fugiat quis, ad porticum eccleſiæ confugiens an ſit tutus, nu. 3.
Adhęrētia idē iuris habēt, quod habet id, cui adhæret, exēplū hic.
In porticu quod fit, uidetur in domo factum.
Pœna corporalis quæ dicatur.
4 *Ad eccleſiam fugiens an idem poſſit ab eccleſiaſtico iudice abſtrahi, & puniri eccleſiaſtica pœna, nu. 5.*
Pœnam mortis, uel truncationis non imponit iudex eccleſiaſticus.
5 *De pęna qua loquatur hic canon.*
Hunc canonem qui non obſeruent.
Terminis quiſque ſuis debet eſſe contentus, in fin.
6 *In latrones omni die ius redditur.*
Poplaitor nocturnus quis.
Inſidioſè quis non præſumitur feciſſe, niſi probetur, exceptis duobus caſibus, circa fin.
7 *In eccleſia ſi quis alium occiderit, an ab eccleſia ſit defendendus.*
Iuramentum ubi præſumitur quis non ſeruaturus, cauere debet.
8 *Additio gloſſarum, & nu.9.*
Sepulchra etiam Iudæorum gaudent immunitate.
9 *Auctēn.de manda.princi.§.ſi delinquentes, ut intelligatur.*

CAPVT VI.

1 Nter alia. C. Malefactor † fugiens
ad eccleſiam immunitate gaudet, niſi in duobus caſibus. Seruus
uero reſtituitur domino de ipſius impuni
tate iuranti. Principium diſtinguit.& primum diſtinctionis membrum aſſumit ibi, ſi liber. caſus duos excipit ibi,& hoc ſecundum diſtinctionis membrum ibi,
Si uerò [*Quæſtionibus*] quæ tres erant ſecundum Hoſti.
Prima, an fugiens ad eccleſiam Indiſtinctè ſaluetur.
ſecunda, an aliquo caſu inde poſsit extrahi.tertia, an
quando ſaluatur,ſaluetur in tātum, q̄ in nullo ſit pu-
2 niendus [*Legum*] ergo † leges. dummodò non offendant.ſunt canonibus permiſcendæ.de iura. calum.c.1.
de no.operinun.c.1.10.diſt. cap.1.& per totum [*Diſtinguendum*] ſicbdiſtinctionem not. Accur.C.de his.qui ad
ec.confu.præſenti, in fi.& in auct.de man.prin.§ neq;
autem [*Ad eccleſiam*] idem uidetur, ſi ad domū epiſcopi, quod ſimpliciter placet Hoſti. 17.q.4.id conſtituimus. Alij intelligūt illud, cum domus epiſcopi eſt
intra 40.paſſus 41.di.eps.Hug.intellexit,cū in domo ē
capella.de baſilica uerò dic,ut infra c.fi. Pet. Abb. [*Ec-
3 cleſia*] uel eius † porticibus eccleſiæ adhærentibus. 16.
q.4.ſi quis contumax.& facit ad quæſtionem de pęna
inſultantis ad domum, q̄ locum habeat in Inſultante
ad porticū. de hoc in ſpec.de iureiur.uer. pone in ſtatuto [*Pœnam corporalem*] i. ſanguinis effuſionē. 16.q.4.
id conſtituimus.poſſet tamen retrudi in mon.penitē-
a riam peragendā, ar.l.di.ſi epiſcopus. C.de adul.auct.
4 ſed nouo, ſecundum Inno. Per † hanc glo. uidetur Innot.ſentire, q̄ per iudicem eccleſiaſticum fugiens ad
eccleſiam bene poſsit inde abſtrahi & puniri eccleſiaſtica pęna, pro hoc faciat, quia cōtra ſeculares p̄lātes,
non ꝯ eccleſiaſticas vr̄ hæc immunitas adinuenta. ad
primū.16.q.4.frater ibi, q̄ nec p̄lātibus quidē vel principibus unq̄ licuit,& t.q.diffiniuit.ubi uiolans puniri
iubet̄ ſeueritate regia. ergo de laicis loquit̄. ad ſm̄ facit: q̄ a eccleſia nō p̄ſumit̄ priuilegiaſſe ꝯ ſe, de ceſi.cū
inſtātia. Itē iudex eccl'iaſticus nō imponit pęnā mortis, vel trūcationis, à q̄bus debet̄ immunitas fugiēti, vt
hic,& 36.q.1.de raptoribus.p̄dicā cōcluderent.q̄ dicta
ſunt in eccl'aſtico iudice.locū h̄rē in eccleſiaſtico dominio, ſ.cū ſeruus eccleſiæ fugit ad eccleſiā. Nō puto
Inn.ſic intellexiſſe: imò abſtractio uiolenta, ēt per eccleſiaſticū, uel dñm de ſubdito, uel ſeruo fieri nō poterit.uñ lex ſcd̄a.C.de his, qui ad ec.dicit nemini licere cōfugiētes,&c.Et canones.17.q.4.ſic iacēt, Reū ad
eccleſiā fugientē nemo abſtrahere audeat. Itē diffiniuit ſanctū cōciliū, ut nullus audeat cōfugiētē, &c.uniuerſale igit̄ negatiuū ēt eccleſiaſticos includit. ad hāc
partē facit.j̄.de na.ex li.uē.c.uno.ſ̄.de reſti.ſpo.cōquerente, in prin.cū cōcor.Itē patere legē,&c.de cōſtitutio.cū oēs ad id, q̄ dr̄ eccleſiaſticū iudicē nō imponere pęnā mortis, uel truncationis, Rñ.q̄ † de oī pęna loquitur hic textus, & apertius canon, cuius textū ponit
gl.vnde nec gl.Inn.loquit̄ de pęna, ſed de pnīa.cōcor.
qd̄ no.in prę.ca.de raptoribus.36.q.1.[*Alias*] p̄ter amiſsionē uitæ uel mēbri.dicit Hoſ.q̄ in hac conſtōne, delinquūt principes,& p̄lati.principes: quia ſi ponit pedē extra eccleſiā, ſtatim eū capiūt.ſi nō exit, ipſum obſeſſum detinēt, requiē, ueſtē, & uictualia denegando
cōtra canones & leges all.in gl. Prælati uerò in hoc delinquūt: quia quātuncunq; fugiens grauia commiſerit.ipſum tamen in totum ſaluare nituntur, ita, q̄ nullam pęnam pecuniariā patiatur, contra id qd̄ dicitur,
& cōtra bonū iuſticiæ, quod eſt ſummū. 12.q.2.cum
deuotiſsimā.Optat autē Ho. q̄ in his & alijs utriq; ſuis
terminis eſſent cōtenti.de ſepul.c.j.[*Latro.*] in tales † oī
dies ius redditur.C.de ferijs.p̄uinciarū [*Populator*] i.deuaſtator fructuū in agris pēdentiū. Vin.Dicit̄ autē nocturnus ſecūdū Inn.q̄a in nocte ſegetes deſtruit, dum
ibi iacet, uel ibi ſe abſcōdit, uel q̄a p̄ter homicidia, &
rapinas, quas cōmittit in ſtrata publica, deſtruit agros
illorū, qui ſibi nō ſeruiūt.dicit Hoſt.q̄ melior lr̄a, depopulator,& dr̄ à populor popularis, non à pplo populas.q̄ in bōa ſignificatione ſumitur, ſm̄ eū [*Inſidius*]
ac ſi dicat prędicta duo gñā hominū, ſi in ſtratis publicis aliquē per inſidias fuerint aggreſsi, iſta immunitate non gaudēt, vt ſaluent̄ ab eccleſia. Si v̄ò nō in ſtratis, ſed nō inſidioſè, ſed impetu, uel caſu fortuito hoc
cōmittunt, tūc immunitate gauderent. Si dicas, quare
decre.de his plus, q̄ de alijs exp̄ſsit, So.q̄nia de alijs prę
ſumit̄, q̄ nō inſidioſè hoc fecerint, niſi aliud p̄bet̄.ff.
de p̄ba. quoties.§.qui dolo.ff.de iuſti.& iu. ut uim.de
his verò p̄ſumitur, q̄ ſtudioſè hoc fecerint, niſi ꝯtrarium
probetur, ar.ff.de uſur.qui ſemiſſes, ſup.de p̄ſum.c.j.&
7 3. Si uerò quis † alium in eccleſia occiderit, an ab eccleſia ſit defendendus. Dicit Inn.in hoc ſtandum cō-
ſuetu-

ſuetudini, quæ in his, quæ pia ſunt, eſt ſeruãda. de hoc,
infra eo c. fi. [*Poſſunt*] à quolibet. C. quando. li. uni. le. 2.
Io. Vin. [*Impunitate*] ſ. ſerui, ꝙ ipſum dominus grauiter
non lędat, quod etiam index ſecularis prouidere de-
bet. ff. de oſ. præfe. ur. l. 1. §. quod ante dictum eſt [*Iura-
mentum*] Idem uidetur in præcedenti caſu. niſi in utro-
que, ꝙ non ſeruaretur iuramentum, uteriſimiliter prę
ſumatur. ar. de coha. cle. clericos, de reſti. ſpo. ex tranſ-
miſſa. & c. literas. quo caſu præter iuramentũ erit ma-
ior cautio exigenda. ar. in eiſdem iuribus, & de ſen. ex.
grauem [*Alioquin*] i. ſi redire noluerint [*Occupari*] ad cę-
tera de materia, quæ hic deficiunt, remittit Hoſtiẽ. ad
8 ſum. eo. ti. §. inquantũ. l. reſpon. ¶Glo. † ut. 17. reſpon-
det per ob. ¶[*In glo. 3 ibi, Iudæus*] nam etiam ipſorum ſe-
pulchra gaudent immunitate, inſ. de iudæ. ſicut. Vin.
ubi de hoc [*& in fi.*] Vin. facit, quod no. 17. q. 4. Iudas.
¶[*In glo. pecuniariter, ibi, corporalem*] ciuiliter ergo cum il-
lis agi poteſt. accuſari uerò proceſſu tẽporis non poſ-
ſunt: aliàs modica eſſet immunitas. idem uo. in c. reũ,
ſtatim alle. obtentu tamẽ illius criminis poſſunt à p-
9 motione repelli. Vin. ¶[*In † glo. ut. 17. ibi, per iſta iura*] uel
loquitur autem, cum illa delicta in eccleſia, vel cęme-
terio ſunt commiſſa, ſecundum Hoſt. Dicebat Vin. il-
lud autem non admitto. La. illud, ſuccumbit [*& ibi,
contra. c. ul.*] & in caſu, infra de homi. c. 1. ſm Pe. qui ta-
men fatetur illud non ſeruari. Dicit tamen ipſe, ꝙ ille
de iure nõ eſſet defendẽdus, & ꝙ ipſe non puniretur,
qui talem abſtraheret [*& in fi.*] hodie uidetur ſecus p l.
Fede. de pace te. l. 1. §. ſi duo, & §. ſi quis [b]. uide quod di
xi, de homi. tua, ſuper fin. penul. gloſſ.

ANNOTATIONES.

a ¶Peragẽdam. Non autem poteſt ipſum ponere in tam arcto & ob
ſcuro carcere, & tantum reum cibo attenuare, quòd uteriſimili-
ter inde mors ſequatur: quia tunc eſſet prælatus irregularis, hoc
tenet per plures rationes Guil. de Mon. Lau. & ibi idem. d. Io. de
Anch. in clem. 1. de pœni. & remiſ. & Bal. idem in l. de pecoribus,
b ¶Siquis. Illud uidetur loqui in illo, qui furatur ad ruptionem pa-
cis, in quo eſt ſpeciale, uide Bal. & Bar. de Sali. in auct. ſed nouo iu-
re, C. de ſeruis fugi. & Bar. in le. capitalium. §. famoſos, ff. de pę. &
Ioan. And. de fur. ſuper rub. in ſpe.

SVMMARIVM.

1 *Hoc capitulum quid contineat, & quomodo intelligatur, & fuit ultimo loco reuocatum, & quatenus, ibid. neceſſitas hic intelligitur, ſi honeſta & iuſta ſit.*
3 *Papa cuncta regit, & ordinarius omnium eſt.*
Re ſua nequis malè utatur, & expedit cauere.
Principis intereſt locupletes habere ſubiectos.
3 *Ab excommunicatis quæ fiunt, irrita ſunt.*
5 *Conſtitutiones & ſententiæ factæ, uel latæ quæ dicantur contra hoc capi.*
6 *Sententia quando dicatur non poſſe haberi rata, & quando non cõualeſcere.*
7 *Rectores annales ſibi eligere conſueuerunt uniuerſitates, & ciuitates, & an poſſit perpetuos.*
Sententia canonis lata ſententia ligatur conſuciens ſcienter: aliud tamen in hominis ſententia, & ratio.
Sententia canonis nõ nominat perſonas ſed homo nominare debet.
8 *Sententia huius canonis quando liget & quos.*
Participans in crimine damnato eadem ſententia, qua auctor, ligatur.
Succeſſor ex delicto præceſſorio quãdo teneatur, & nu. 10. 11. 12.
Terminus huius canonis abbreuiari poteſt ex cauſa, & à quo.
9 *Damnum omne emendandum, quod ex delicto prouenit.*
Ex conſilio an & quando pœna huius canonis teneatur, & nu. 11. & 13.
11 *Ex termini lapſu, præſumptio in caſu huius capi. non extenditur ad alios caſus, niſi unicum, & quem.*
12 *Salarium non amittit, cum per ſe non ſtat, quo minus operetur.*
13 *Vt uendat nemo clerico, ſi ſiat ſtatutum, quid iuris.*
Quid ſi clericus ob id relegetur.
Fautores eadem pœna, qua principales, ligantur, & ſupra num. 11.
14 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 15.*
Ex perſona actoris cum quis utitur adminiculo, uti debet cum ſua cauſa, ſuiſque uitus, in fin.
16 *Additio gloſſarum, nu. 17.*
Adminiſtrator ciuitatis, & tutor ſunt neceſſarij.
Procurator uoluntarius.
Poteſtas ciuitates, & ciuitas quatenus tinentur ex hac decretali.
17 *Scholares ſi cogat poteſtas ſub ſe litigare, incidit in excommunicationem. idem ſi ab eis exigit pecuniam.*
Hi cui ſubſint.

CAPVT VII.

1 ADuerſus. Generale † concilium re-
pe. Lateranẽ. ſup. c. nõ mi-
nus, addẽs quandã prouiſionẽ in uer. pp,
& pęnã in uer. qa vò [*Alios*] laicos prãtem
hũtes. ſ. c. nõ minus [*Neceſſitates*] iuſtas & honeſtas. In
no. [*Cum gratiarum*] cõcor. ſ de cenſi. cũ apoſtolus, cir-
ca me. [*Quorundam*] prælatorũ, qui ſine iuſta cã & ſine
alia neceſsitate dabãt ſubſidiũ, & ſoluebant. Inn. [*Con-
2 ſolatur*] adde † quod habes inf. c. clericis, li. 6. quę tñ per
Benedictũ modificata fuit, c. ti. qđ olim. & per Cle. re-
uocata. c. 1. l. paſt. Qđ ante hic dr, pt intelligi, qñ pcedit
petitio laicorũ. ut no. de iu. pa. pterea. 2. i fi. uel dic idẽ
in hoc, ex quo tallia, vel collecta, cõiter eſt indicta ne
circa hoc fraus aliqua cõmittat, qđ eſt uerius ſm Ho.
ar. de diuor. quanto. §. pe. cũ ſuis cõcor. [*Intereſſe*] ex de
bito officij de officio le. c. 1. in prin. cũ cõcor. li. 6 [*Cum
3 munibus*] qa cuncta † regit, & eſt ordinarius ſingulorũ.
11. q. 3. cũcta. expedit ẽi, ne quis re ſua male utatur, In-
